

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

EPISTOLARVM TOMVS V

KAROLINI AEVI III.

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXIX

EPISTOLAE

KAROLINI AEVI


TOMVS III

EDIDIT SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

INEST TABVLA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCLXXXXIX

Aulae Vimariensis officina typographica.



Epistolarum messis hoc tomo facta ex parte Caroli Magni memoriam repetit, plures Ludowico Pio imperante scriptae sunt, nonnullae filiorum eius regna illustrant mediumque saeculum nonum transgrediuntur. Inter auctores earum eminent pontifices Romani inde ab Hadriano I. usque ad Benedictum V., Agobardus Lugdunensis, cuius tractatus aegre omittere necesse fuit, Amalarius non uterque, sed probabilius unus, Einhartus Caroli familiaris, Frotharius Tullensis, Amulo Lugdunensis, Hrabanus Maurus, Ermenricus, varii, ex quibus Ionas, Freculfus, Angelomus maioris momenti sunt. Quarum epistolarum pars maior imperii Francorum historiam vel certe res ab auctoribus earum ipsis gestas minime attingit, sed potius vel de libris conscribendis vel de quaestionibus doctis solvendis agit, aeque ut Alcvini epistolae in tomo priore, ita ut plerumque ex hac serie de studiis huius temporis tantummodo fructum aliquem non spernendum percipere liceat.

Post Karolum Hampium, qui de epistolis pontificalibus, Einharti, Frotharii optime meruit, A. de Hirsch-Gereuth ad opus eius continuandum accessit, sed praeter fragmenta Leonis IV. ab eo tractata indicem nominum solum delineavit. Quamquam in universum temporum series, quoad eam assequi probabili coniectura licuit, in epistolis digerendis a me servata sit, in regestis Leonis IV. ab ordine codicis quamvis turbato recedere noluimus. Ex paparum actis omnia

praecepta vel chartas alii loco reservandas de industria praetermisimus itemque epistolas nonnullas, quae ad rem nostram minus pertinere videbantur. Omnes fere epistolae, quae a nobis recipiendae erant, integrae exhibentur, exceptis Agobardi ad Bernardum (p. 203—205) et Hrabani ad Bonosum (p. 457—461) litteris, his, quia ex auctoribus notissimis compilatae sunt, illis ob argumentum proprie theologicum. Librorum Amalarii de baptizandi ritu et poenitentialium ab Hrabano compositorum item excerpta tantum dedimus (p. 243; 463—465; 512—513). Codicem Fuldensem epistolarum Hrabani successorumque eius copiosissimum, a Flacio quondam adhibitum, ne nunc quidem reperire potuimus, id quod maxime dolendum est. Duodecim epistolarum a Stevartio, Baronio, Colvenerio aliis saeculis XVI. et XVII. plene editarum[1] libri manuscripti latent hodie vel, quod magis credas, deperuerunt, unde quin ex impressis has repeteremus, fieri non potuit. In magna hac congerie circiter 360 epistolarum undecumque collectarum non iam plures quam tres huc usque ineditae[2] remanserant.

Multi fuerunt viri docti, praesertim bibliothecarum praefecti, qui subsidiis comparandis editorum operam benigne adiuverunt, quibus omnibus gratias ago quam maximas. Praeter eos, qui in sociis nostris numerantur, hic praecique nominandi sunt: Ambr. Amelli Cassinensis, Rob. Arnold, L. Baumann, M. Bonnet Montepessulanus, Davidsohn Florentinus, Dierauer et Ioh. Egli Sangallenses, Ed. Favre, W. Friedensburg, Guignard Divionensis, P. Bened. Hammerl Zwetlensis, L. Hartmann, P. W. Hauthaler, Jadart Remensis, D. Kerler, Keussen Coloniensis, Lud. Koch, Laubmann, Lebègue, Leitschuh (†), P. Gabr. Meier, Mullinger et Neil Cantabrigienses, Rivière Duacensis, Schellhass, Simonsfeld, P. Paulus Tobner Campililiensis, L. Traube, Ioh. Tschiedel, tabularium Veneticum, Vidier, Guil. Wolff.

---

1) *Epist. var. 32. 35; Hrabani epp. 6. 23. 24. 31. 33. 40. 51. 57; Sergii et Leonis 1. 47; pagg. 353. 359. 391. 429. 430. 455. 465. 478. 505. 514. 583. 611. Amalarii epistola 12 p. 266 tollenda est cf. infra p. 679.* 2) *pagg. 355. 615. 635.*

Dabam Berolini
Septembre mense exeunte 1899.

Ernestus Dümmler.

HOC VOLVMINE CONTINENTVR

Tabula ad pag. 431.

I.

EPISTOLAE SELECTAE PONTIFICUM ROMANORUM CAROLO MAGNO ET LUDOWICO PIO REGNANTIBUS SCRIPTAE.

Si de multo ampliore numero epistolarum, quae a Romanis pontificibus inde ab anno 768. usque ad annum 844. (quo obiit Gregorius IV. papa) scriptae ad Francorum historiam spectant, quatuordecim tantum in hac collectione nostra praebemus, ne quis miretur. Magna enim earum pars iam in Epistolarum tomo tertio, videlicet in codice Carolino (p. 558—648) eiusque appendice (p. 654: J. 2462), inter epistolas Langobardicas (p. 713. 715: J. 2390. 2391) et Viennenses (p. 95—99: J. 2412. 2533. 2549. 2563), una in tomo quarto inter Alcvini epistolas (p. 187: J. 2494) edita est. Eas, quae in aliis Monumentorum Germaniae voluminibus iam leguntur (e. g. J. 2411 in Flodoardi historia Remensis ecclesiae II, 17, SS. XIII, 463), hic repetere noluimus, excepto sacramento a Leone III. a. 800. iurato, quod in Legum tomo II, 1, 15 typis expressum, in nova autem capitularium editione omissum, quamquam epistola non est, huic collectioni inseruimus. Cuius papae epistolas decem in solo codice Guelferbytano nobis traditas, quas, cum inter se cohaereant, ceteris miscendas non esse censuimus, infra separatim edemus. In hoc eodem tomo reperies etiam inter epistolas Agobardi litteras a Gregorio IV. papa a. 833. ad Francorum episcopos missas (J. 2578), quae ad illum locum aptius pertinere videntur. Epistola denique Hadriani I. a. 793. Hispaniae episcopis de causa Elipandi archiepiscopi Toletani missa (J. 2482) conciliis aevi Carolini edendis melius inseretur.

Reliquarum epistolarum numerus etiam eo minuitur, quod a nostra collectione omnia privilegia seclusimus, quibus iura quaedam monasteriis vel quibuslibet personis impertiuntur sive confirmantur aut pallii usus secundum formulam 'libri diurni' episcopis conceditur. Interdum quidem difficile est privilegia et epistolas paparum illius temporis accurate discernere; e. g. documentum n. 11 (J. 2553), etiamsi privilegium potius quam epistola appellari potest, tamen collectioni nostrae adiunximus, neque n. 5 (J. 2503) a duabus aliis epistolis Salisburgensibus n. 3 et 4 (J. 2495. 2496) ideo separavimus, quia formam habet privilegii; hac in re arbitrio nostro aliquod spatium reliquimus.

Epistolas spurias tres praebemus, quarum duae, quae Gregorio IV. papae addictae sunt, sc. n. 14 et 15 (J. 2579 et 2583), a falsariis coaevis confictae, ad temporis illius historiam illustrandam magni sunt momenti, tertia, sc. n. 12 (J. 2547), hucusque non ab omnibus viris doctis reiecta erat. — Epistolam ad Aribertum archiepiscopum Narbonensem missam et a Philippo Jaffé Stephano III. ascriptam (J. 2389), cum ab hoc papa eam non esse scriptam persuasum habeamus, prorsus omisimus.

Quatuordecim denique paparum epistolis litteras n. 7 a congregatione montis Oliveti Hierosolymitani ad Leonem III. papam missas addidimus, quia non licuit eas a litteris n. 8 secernere.

Nonnullas epistolas nos commentariolis illustravimus, quae in actis nostris: Neues Archiv t. XXI p. 83 sq., t. XXII p. 748 sq., t. XXIII p. 180 sq. typis éxpressa sunt.

Berolini mense Augusto 1897.

Karolus Hampe.

1.

Hadrianus I. papa (Maginario) abbati S. Dionysii scribit (Petrum archiepiscopum Mediolanensem), Paulinum (patriarcham Aquileiensem), Theodulfum (episcopum Comensem), qui ausi sint privilegium a sese monasterio S. Dionysii concessum impugnare, a Carolo rege correctum iri. 787—792. *787—792*[1].

Cod. Parisinus lat. 2777 (ol. Colbert 5034) s. IX. f. 55 (in collectione formularum S. Dionysii), quem K. Zeumer et nos contulimus[2].

Ed. Mabillon, De re diplomatica p. 493 ex cod. — Jaffé Reg. 2491.

Quanta[3] beati Petri apostolorum principis auctoritate in sacratissim[am][4] sedem eius commissa est, tua fidelissima[a] ac dilecta sanctitas non ambigo [igno]rari; quoniam, a predecessoribus meis in eius[b] fide atque amoris stabilitate [in]nexus, usque actenus nostris temporibus pro ea te decertari fideliter et pu[re] et amabiliter repperientes agnoscimus.

Quatenus[5] suscipientes ac rele[gen]tes apicibus tuis prudentissima series referebatur, ...[c] lanensis[6] Paulinus[7] et Theudulfus[8] contemnerunt privilegium, quod a nobis tuae sanctitati apostolicae auctoritatis porrectum est[9], insuper et oblatrantes canis ausibus[d] sanctam catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam, que est caput totius mundi, de qua origo habere noscuntur, velleant[e] expugnari. Si enim porte inferi non prevalebunt adversus ad[e] eam, qui sunt isti profani, qui ambi- Matth. 16, 18.
unt beatissime et apostolicae sedis beati Petri disrumpere sanctiones, quas ab ipso principi apostolorum Petro sanctae Romane ecclesie tradite sunt, ac nunc usque in fine custo- cf. Apoc. 2, 26.
diuntur, et ab omnibus fidelibus venerabiliter observantur?[10] Presertim cum in toto orbe[f]

---

1. a) fidelisma *C.* b) euis *C.* c) *17—20 litterae evanuerunt in C.* d) *Sic vel* morsibus *legendum esse videtur pro* musibus *C.* e) *sic C.* f) orbē *C.*

1) *Hanc epistolam genuinam esse H. Grauert, Historisches Jahrb. der Görresgesellsch. IV (1883) p. 588 sqq. ostendit. Qualiter intellegenda et cui tempori sit ascribenda, ipse disserui Neues Arch. XXII, 748 sqq.* 2) *De quo codice cf. Formulae ed. Zeumer p. 493. Epistola nostra, quamvis inscriptione careat, tamen ab Hadriano I. papa ad Maginarium abbatem S. Dionysii (784—792) sine dubio missa est; cf. Neues Arch. l. l. 754. Ab eodem dictatore, qui scripsit epistolas codicis Carolini n. 64—97 dictata esse videtur, cf. Gundlach, N. Arch. XVII, 539 sq.* 3) *Quae secuntur litteris minutis impressa reperies etiam in Hadriani epistola Cod. Carol. n. 94, EE. III, 634.* 4) *Quae uncis quadratis inclusi, in codice iam legi non possunt.* 5) *= quapropter, cf. Gundlach l. l. 541.* 6) *Excidisse videntur haec:* quod Petrus archiepiscopus Medio-, *cf. N. Arch. XXII, 749. Petrus inde ab a. 784. usque ad a. 803. archiepiscopatui Mediolanensi praefuit.* 7) *patriarcha Aquileiensis, 787—802.* 8) *episcopus Comensis, ut mihi quidem videtur; alii docti viri eum intellexerunt episcopum Aurelianensem (788—821), cf. N. Arch. l. l. 750.* 9) *Hadrianus papa ante a. 784. Fulrado abbati S. Dionysii concessit, ut* ecclesie, quae in Valletellina esse viderentur, *(a Carolo rege atque Hildegarda regina monasterio S. Dionysii donatae, cf. Mühlbacher Reg. n. 177),* scilicet in parochiis episcopi ecclesiae Comensis *(*Convensis *ap. Félibien)* sub nullius iure vel dioeceseos *(!)* essent, — ut in ecclesias Valletellinae episcopus ecclesiae Comensis (Convensis) nulla haberet iura vel ditionem. *Fortasse hoc vel simile privilegium postea Maginario confirmatum episcopis supra memoratis offensioni erat; Félibien, Hist. de S. Denys, Recueil de pièces p. XL; cf. N. Arch. l. l. 752.* 10) *Haec paucis verbis mutatis sumpta sunt ex epistola Innocentii I. papae (J. 311):* Quis enim nesciat — id quod a principe apostolorum Petro Romanae ecclesiae traditum est ac nunc usque custoditur, ab omnibus debere servari *(Hinschius, Ps.-Isid. p. 527).*

787—792. terrarum principatum eam tenere ex paterna traditione manifestum est, quem beatus Petrus apostolus Domini voce perceptum[a], ecclesia nihilhominus subsequente, et tenuit semper et retinet[1]. Si vero Constantinopolitana atque Alexandrina necnon et Antiochena ecclesia subdite sunt sanctae catholice et apostolice Romane ecclesie, magis cum per consensum eiusdem sanctae Romane ecclesie Constantinopolitana ecclesia in secundo ordine introisset[2], et ullo[b] modo ause sunt Alexandrina et Antiochena ecclesia, quae dudum preerant, resistere, postquam caput ipsarum Romana ecclesia prebuit adsensum, quid facturi sunt isti infelices et miseri pseudoepiscopi, qui resistentes sancte sedis apostolicae privilegiis, sicut facta[c] est tua dilecta sanctitas, semetipsis privaverunt? Patet enim omnibus et prorsus[d] agnitum est, sicut decreta sanctorum pontificum censuerunt, quia in[3] omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis apostolus Petrus aut eius successores constituerint sacerdotes. Aut [l]egant, si in his provintiis alius apostolorum invenitur aut legitur docuisse. Qui[e] si non legunt, quia nusquam inveniunt, oportet eos hoc sequi, quod sancta ecclesia Romana[3] ab initio ad predecessores ipsorum usque actenus sanxit ac ordinavit, [et[f] n]on per ambitum ac privilegia regum ipsorum, sicut facti[g] sunt, catholicis institutis resistere ac contradicere. Regi[h] etenim, videlicet Longobardorum [re]gi[i] ipsorum, vel si ex eis quidam perfidi fuerunt et in superbia eorum pro sancta ecclesia[k] Romana perierunt, tamen pariter omnes in totis finibus ipsorum a sancta catho[lica] et apostolica Romana ecclesia privilegium pertineri fideliter susceperunt et [v]enerantes conservaverunt.

N[o]s [qui]dem tue sanctitati[l] apostolice sedis privilegium[4] tribuimus, ut per te, Deo dicate, monachi, qui in monasterio tuo sancti Christi martyris Dyonisii dignas gerentes referunt[m] laudes, sine tumulto seculario regalia dona possiderent, quod semper ab antiquitus predecessores[n] mei usque actenus tribuentes sine ambiguitate per totam Italiam ceterasque provintias censuerunt, et nullus ausus est contradicere aut resistere sanctae sedis apostolice privilegiis, nisi tantummodo nunc isti, quos tua sanctitas nobis innotuit, — nescio per quam fantasticam ambitionem, — et nomen sibi conati sunt inponere similem beati Petri apostolorum principis sede[5], ut apostolatum atque culmen summum pontificatum[o] haberent. Multi quidem heretici fuerunt, quos[p] enumerare longum est, per diversas ecclesias[q], sed numquam aliquando hoc nomen aliquis ex ipsis sibi[r] inponere ausus est. Unde constat, quia in summam heresim incidentes semetipsi deceperunt[s]. Vindicem[t] horum precellentissimum filium nostrum et spiritalem conpatrem[6] domnum Carolum, regem Francorum et Langobardorum ac patricium

---

a) *corr. ead. man. ex* preceptum *C.* b) *sic C* = nullo; *cf. Gundlach N. Arch. XVII, 542.* c) *sic C* = fata, *cf. infra.* d) *cf. Gundlach l. l. 539.* e) Q *non distincte legitur;* quod si *habet epistola Innocentii I.* f) *sic scripsi pro duabus, quae evanuerunt, litteris.* g) *cf. supra n. c.* h) *sic C,* = reges, *ut videtur.* i) i *clare,* g *indistincte legitur; fortasse iterum legendum est:* regi = reges. k) ecłea *C.* l) *sic ipse legi.* m) *corr. ex* referentes *C.* n) predecessoris *C.* o) *sic C, an* culmen summi pontificatus? p) *sic scripsi pro* quod *C.* q) ecłeas *C.* r) *corr. ex* si *man. s. XVII.* s) *corr. ex* semetipsis eceperunt *C.* t) *Sic emendavit Zeumer pro* Vindet enim *C,* unde etenim *ed.*

1) *Hausta haec sunt ex epistola Gelasii I. papae (Hinschius l. l. p. 642, J. 664). Occurrunt etiam paucis verbis mutatis in Hadriani I. epistola a. 785. ad Constantinum et Irenen imperatores Graecorum missa (Mansi, Conc. coll. XII, col. 1074, J. 2448).* 2) *Cf. in eadem Gelasii I. epistola verba haec:* In secundo enim ordine (ecclesia Constantinopolitana), si non per sanctae nostrae catholicae et apostolicae ecclesiae auctoritatem, sicut in omnibus patet, nunquam valuit nomen habere. *Cf. etiam Hefele, Conciliengesch. 2. ed. II, 19. 563, Gratiani decr. p. I dist. 22.* 3) in — Romana *exscripta sunt ex epistola Innocentii I. papae supra p. 3 n. 10 laudata.* 4) *Cf. supra p. 3 n. 9.* 5) *Intellegas:* nomen sedi simile, *cf. N. Arch. XXII, p. 753 n. 1.* 6) *Sic Hadrianus Carolum appellavit inde ab a. 781. Apr. 15; cf. Mühlb. Reg. 226b.*

Romanorum credimus esse, quia per eius[a] laboriosa certamina[1] sancta catholica et apostolica ecclesia[b] amplius pollet, quam nuper; et pro hoc hereticos, quos adversus eam latrari audierit, inpunitos non sinit habere, ut non illis consentaneus inveniatur. Bene quidem tua sollertissima sanctitas decreta sanctorum pontificum divina inspiratione prolata scit, qua[c] ait[2]: 'Nec plane tacemus, quod cuncta per mundum novit ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis legata[3] pontificum sedis[d] beati Petri apostoli ius habeat resolvi, utpute, que de omni ecclesia[e] fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidem ad illam[f] de qualibet mundi parte canones appellari[g] voluerint, ab illa autem nemo sit appellare permissus'. Et iterum ex eisdem sanctis decretis sanctionibus confirmatum est[4]: 'Si quis contra apostolicae[h] sedis regulam nostrorumque decretorum auctoritate presumptor fuerit beati Petri apostolorum principis, cui a deo et domino nostro Iesu Christo in celo et in terra ligandi solvendique peccata potestas concessa est, cuius et indigni locum gerimus, auctoritatem succincti dicimus: Anathema sit! Et responderunt omnes: Anathem[a]!' 787—792.

Quidem[i] simili modo et nos per totam Italiam ceterasque provintias eos[k] anathemat[es][l] ad fratres et coepiscopos nostros iam dictos sanctae Romane ecclesiae transgressores int . . . . .[m] habuissemus, ut nullo modo auctoritatem apostolicam cum illis commun[icas]sent, sed sicut heresiarche omni sacerdotio privati ac extraneati[n] a corporis et[o] sanguinis domini nostri Iesu Christi participatione aeterno permanerent supp[litio], si non per tuas mellifluas syllabas nobis tua sanctitas intima[sset] . . . .[p] tuae sanctitati redderemus responsum et omnia iusta nostra scientia[5] disponere[q]. Nullum enim melius dispositum ex illis fit, nisi ut a regale potentia correctos et[r] blasphemias ipsorum resipiscentes confiteantur in vera penitentia permansuros et preceptis beati Petri apostolorum principis sede[s] observaturos, quia nullum, ut dictum est, perire cupimus, sed omnes ad agnitionem veritatis venire atque salvare volumus, ut pariter nobiscum tua a Deo consecrata sanctitas ab ipso clavigero regni celorum beato Petro dignam retributionem suscipere[t] hic et in futuro mereatur. cf. 1. Tim. 2, 4.

2.

Hadrianus papa Carolum regem Francorum certiorem facit missum eius Angilbertum abbatem S. Richarii Centulensis monasterii et ministrum capellae capitulare adversus syno-

---

a) *sic corr. ex* eī *man. s. XVII.* b) ecclesie *C.* c) *corr. ex* qui *ead. man. C;* qua *etiam in equenti epistola simili modo saepius occurrit.* d) sedes *ap. Gelasium.* e) ecl̄ea *C.* f) illum *C.* g) appellare *Gelas.* h) apostolicam *C.* i) *Sic conieci pro* Q̄d *C.* k) *sic C.* l) -es *scripsi pro duabus quae evanuerunt litteris.* m) int *clare, deinde* eg *valde indistincte legi; an* integros? n) extranei *corr. ead. man.* extraneati. o) et *non clare legitur.* p) -sset *indistincte legi; deinde sequi videntur:* ac ro . . . .; *an* ac rogasset, ut? q) *sic C.* r) ex *C.* s) *pro* sedis; se deinceps *falso emendat. in ed.* t) *sequ.* et *delet. C.*

1) *Cf. N. Arch. XVII, 540.* 2) *Cf. epistolam Gelasii I. papae supra p. 4 n. 1. 2 laudatam (Hinschius Ps.-Isid. p. 643 et Thiel Epist. Pont. Rom. p. 399). Eadem paucis verbis mutatis inveniuntur in codice Carolino n. 94, EE. III, 634; cf. supra p. 3 n. 3.* 3) *i. e.* ligata. 4) *Haec fortasse ex actis iam deperditis synodi cuiusdam Romanae hausta sunt; H. Grauert l. l. similem locum affert ex sermone Hilarii papae in synodo Romana a. 465. habito (Thiel l. l. p. 161)*: ut nulli fas sit — vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare. *Cf. etiam capitulum Nicaenae synodo falso addictum, quod legitur in cod. Paris. lat. 4280 A s. X. f. 107:* Si quis apostolicę sedis institucionem vel decretum superbia aut avaricia vel certe aliquo pessimę ambicionis instinctu perturbare aut violare presumpserit, cuiuscumque sit ordinis, dignitatis aut professionis, tamquam Dei inimicus et ordinacioni eius tyrannide sua resistens et ecclesię Dei hostis tociusque pacis et christianitatis dissipator anathemate usque ad satisfactionem perfectam teneatur omni tempore annexus, docente papa magno Silvestro. 5) *i. e.* iuxta nostram scientiam.

c. 791 in. *dum pro sacrarum imaginum erectione Nicaeae actam deferentem a sese benigne receptum esse. Quam synodum permultis sacrae scripturae, patrum, conciliorum, praedecessorum suorum sententiis allatis defendit atque eam se reprobaturum esse negat; rege vero annuente se Constantinum imperatorem iterum admoniturum esse, ut dioecesin et patrimonia olim ecclesiae Romanae erepta integra restituat.* *c. 791 in.*[1]

Codd. Vatican. 3827 s. X. quondam S. Petri Bellovac. (= V) fol. 13—34, quem contulit v. cl. J. Tschiedel[2]*. Ex hoc codice derivati sunt codd. Vallicell. C 24 s. XVIII. fol. 99—100' (fragm.) et Christ. 1041 s. XVI. fol. 21 sq. Epistolae fragmenta praebet collectio canonum dicta Britannica, nobis asservata in cod. Mus. Brit. add. 8873 s. XII. in., quem ipse contuli (= B).*[a][3]

Edd. Surius, Concil. III, 198—225 (fragm.); Caraffa, Epistol. decret. summorum pontificum II, 714—757; Binius, Concil. III, 1, 263—282 = Mansi, Concil. XIII, col. 759—810 (et ceterae conciliorum collectiones) = Migne, Patr. lat. XCVIII, col. 1247—1292, Jaffé, Bibl. VI, 245—249 (excerpta). Pauca epistolae fragmenta reperies in Ivonis Carnotensis collectionibus canonum, 'Decreto' scilicet et 'Panormia' (edd. Fronto, Parisiis 1647 et M. de Vosmediano, Lovanii 1557, = J); cf. Jaffé Reg. 2483—2485 et Neues Archiv XXI, 89 n. 2.

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO NOSTROQUE SPIRITALI CONPATRI CAROLO REGI FRANCORUM ET LONGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM HADRIANUS PAPA.

Dominus ac redemptor noster, qui provido suo consilio auctor est, dignatus est de caelis ex sinu Patris descendere[b] . . . . [Cunctis[4] ergo][c] evangelium scientibus liquet, quod voce dominica sancto et omnium apostolorum principi Petro claves regni caelorum,
Ioh. 21, 17. et totius ecclesiae cura commissa est. Ipsi quippe dicitur: 'Petre, amas me? pasce
Luc. 22, 31. 32. ovaes meas'. Ipsi dicitur: 'Ecce satanas expetit cribrare vos sicut triticum, et ego pro te rogavi, Petre, ut non[d] deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres
Matth. 16, 18. 19. tuos'. Ipsi dicitur: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae inferi non praevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcunque ligaveris super terram, ligatum erit et in caelo, et quodcunque solveris super terram, solutum erit et in caelo'. Ecce[e] cura ei[f] totius ecclesiae[g] et principatus committitur[h]. Et ipse vice sua[i] vicariis suis pontificibus relinquere[k] dinoscitur[l] ecclesiam[m] curam gerendi[e]. Nam etiam claves regni caelestis accepit, et potestas ei ligandi et solvendi tribuitur[4]. Unde fiducialiter freti exsistimus, quod si vestra a Deo protecta[n] regalis excellentia erga eius sanctam catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam et nos, ut concoepit, usque in fine in amore et dilectione fideliter ex-

---

a) *Lemma:* Adriani pape ad Karolum regem de imaginibus *V.* b) *Inter* descendere *et* evangelium *exstat lacuna unius versus in V.* c) Cunctis ergo *supplevi ex Gregorii I. ep. V, 37; cf. infra n. 4.* d) *sic in ras. altera manu (= m 2) V.* e) Ecce cura — curam gerendi *leguntur etiam in B fol. 101'.* f) Petro *B.* g) aecclesię *B.* h) commititur *B.* i) *sic V, B.* k) reliquere *B.* l) dinoscitur *corr. ex* dinogcitur *B.* m) aecclesie curam regendę *B.* n) *sic scripsi pro* prefata *V.*

1) *Meminit huius epistolae synodus Parisiensis a. 825. (edd. Tilius et Pithoeus p. 2, Mansi XII, 421):* Eandem porro synodum *(scilicet acta concilii Nicaeni II., quae in latinam linguam translata ab Hadriano ad Carolum regem missa esse videntur; cf. N. Arch. XXI, 85 sq.)* cum sanctae memoriae genitor vester *(Carolus)* coram se suisque perlegi fecisset et multis in locis, ut dignum erat, reprehendisset et quaedam capitula, quae reprehensioni patebant, praenotasset eaque per Angilbertum abbatem eidem Hadriano papae direxisset, ut illius iudicio et auctoritate corrigerentur, ipse rursus favendo illis, qui eius instinctu tam superstitiosa tamque incongrua testimonia memorato operi inseruerant, per singula capitula in illorum excusationem respondere quae voluit, non tamen quae decuit, conatus est. *De tempore, quo epistola nostra scripta est, cf. ea, quae exposui N. Arch. XXI, 94 sq.* 2) *Textus epistolae, quem solus cod. V totum nobis praebet, scatet innumeris mendis; quae utrum originalem iam epistolam deformaverint, an ad exemplum tantum spectare videantur, multis in locis dubium non est, in aliis vero discerni vix potest. Nonnulla fortasse ex iis mendis, quae in nostro textu reperies, in originali epistola deerant; sed ubi id pro certo haberi non poterat, ea corrigere veritus sum.* 3) *Cf. etiam N. Arch. XII, 693.* 4) *Locus hic:* Cunctis ergo — solvendi tribuitur *paucis verbis mutatis sumptus est ex Gregorii I. ep. V, 37 ed. Hartmann EE. I, 321; cf. etiam ep. Hadriani Mansi XII, 1073.*

titerit, non solum ea ab omni peccati macula abluens eripiet, sed etiam in hoc mundo super omnes barbaras gentes, cum ea comitante[a], suffragiis suis victorias tribuat inmensas[1], insuper et regnum caelorum sine fine. Preterea directus[b] a vestra clementissima precelsa regalis[c] potentia fidelem familiarem vestrum[2], videlicet Angilbertum abbatem[3] et ministrum capellae[4], qui pene ab ipsis infantiae rudimentis in palatio vestro enutritus est et in omnibus consiliis vestris receptus[5], et ideo, sicut a vobis in omni familiaritate recipitur[6], ideoque et a nobis reciperetur et condecenter honoraretur. Unde pro nimio amore, quod erga vestram mellifluam gerimus regalem excellentiam, sicut misistis, cum nimio amore dulcedinis eximie eum suscipientes, prout voluit et qualiter voluit, cum magna familiaritate nobis enarrante, aure placabile et mente benigna eum suscepimus, et quasi vestrae corporalis excellentia nobis enarrante, nostrum ei poenitus credidimus consilium, ad profectum[d] sanctae nostrae Romane ecclesiae et vestrae a Deo protecte regalis potentiae exaltatione. Inter quibus edidit nobis capitulare[7] adversus[e] synodum, quae pro sacris imaginibus[f] erectione in Nicea acta est[8]. Unde pro vestra melliflua regali dilectione per unumquemque capitulum responsum reddidimus, non qualibet, ut absit, hominem defendentes, sed olitana traditione sanctae catholicae et apostolicae Romanae ecclesiae tenentes, priscam predecessorum nostrorum sanctorum pontificum sequemur doctrina, recte fidei traditione modis omnibus vindicantes. c. 791 in.

In actione tertia.

In primum quidem capitulum[g] ferebatur in eo quod dicit: 'Et Spiritum sancto domino ac vivificatorem qui ex Patre per Filium procedentem'[9] reprehensio: Quod Tarasius[10] non recte sentiat, qui Spiritum sancto non ex Patre et Filio secundum Niceni symboli fidem, sed ex Patre per Filium procedente in sue credulitatis lectione profitetur[11].

Haec dogma Tarasius non per se explanavit, sed per doctrinam sanctorum patrum confessus est, quorum capitula pro vestro nimio amore, quod erga vestram praerectissimam a Deo protectam ortodoxamque regalem excellentiam gerimus, breviter exaramus.

Scilicet sancti Athanasii de apparitione Dei in carne infra caetera[12]: Et propter

---

a) comitente *V.* b) *corr. in* directum *m. 2 V.* c) *corr. in* -li *m. 2 V.* d) *sic scripsi pro* perfectum *V.* e) adversu *V.* f) *corr. in* sacrarum imaginum *m. 2 V.* g) *corr. in* primo — capitulo *m. 2 V.*

1) *Cf. EE. III, 498 n. 1, 626 v. 32, 633 v. 3; Hadriani ep. J. 2448, cf. in fine huius epistolae.* 2) *Intellego:* directus est fidelis familiaris vester *etc., casu accusativo, ut saepius, posito pro nominativo.* 3) *Anno 790. abbas S. Richarii Centulensis monasterii factus esse videtur, cf. Alcvini ep. 9, EE. IV, 35 n. 5.* 4) *Cf. Simson, Jahrb. d. fränk. Reiches unter Karl d. Gr. II, 435 n. 6. 544 n. 1.* 5) *Quem Carolus ipse* manualem nostrae familiaritatis auricolarium *nominat (EE. IV, 137, 17). Cf. Simson l. l. p. 544 n. 1.* 6) *Bertae Caroli regis filiae eum fuisse maritum annotat Philippus Jaffé.* 7) *Quae capitula postea a. fere 791—792. in libris Carolinis aucta, disposita, verbose explanata esse disserui in Neues Archiv XXI, 95 sq. Cf. supra p. 6 n. 1.* 8) *Concilium Nicaenum II. sive generale septimum a. 787. iussu Irenes et Constantini VI. imperatorum, legatis Hadriani papae praesentibus et consentientibus, celebratum est.* 9) *Cf. acta conc. Nic. II. actio III, ap. Mansi XII, 1121. Haec acta et pleraque opera patrum Graecorum infra laudata e Graeco tam mendose atque stulte in Latinum translata sunt, ut multis locis vix intellegi possint; quare in annotationibus nonnullos locos obscuros vel qui corrupti esse videantur textu Graeco adhibito illustrandos esse censui. Cf. quae saeculo nono (ca. 873.) Anastasius bibliothecarius de illa actorum translatione dixit (Mansi XII, 981): . . .* quod interpres pene per singula relicto utriusque linguae idiomate adeo fuerit verbum e verbo secutus, ut quid in eadem editione intelligatur, aut vix aut nunquam possit adverti, in fastidiumque versa legentium, pene ab omnibus hac pro causa contemnatur. *Similia leguntur saepius in libris Carolinis. Cf. supra* qui — procedentem = τὸ — ἐκπορευόμενον. 10) *patriarcha Constantinopolitanus (784—806).* 11) *Cf. Libri Carolini (ed. Heumann, Augusta concilii Nicaeni II. censura. Hannov. 1731) III, 3.* 12) *Athanasii Alexandrini De incarnatione et contra Arianos § 9. 12 (opp. ed. Bened. I, 2, 877. 880).*

c. 791 in. hoc insufflat[a] in fatie apostolorum dicens: 'Accipite Spiritum sanctum', ut agnoscamus, quia de
Ioh. 20, 22. Col. 2, 9. plenitudine deitatis est, qui dabatur spiritus discipulis. 'In Christo enim', inquid, 'abitat', hoc
Ioh. 1, 16. est in carne eius 'omnis plenitudo deitatis corporaliter', sicut et evangelista Iohannis dicit: 'Nos
Luc. 3, 22. omnes ex plenitudine eius accepimus'. Corporali enim specie, id est sicut columba, apparuit Spiritus sanctus, descendens et manens super eum. In novis[b] etenim primiciae et pignus deitatis inhabitat, in Christo autem omnis plenitudo deitatis. Et ne quis arbitratur[c], quia quasi non habens ipse accipiebat; ipse enim sibi desuper mittebat sicut Deus[d], et ipse sibi deorsum suscipiebat sicut homo. Ab ipso ergo in ipsum descendebat, ex deitate eius in humanitate eius. Et post plura: Manifestum est, quia per ipsum omnia fecit Pater; per ipsum ergo eum suscitat et per ipsum eum sanctificat et per ipsum eum exaltat et per ipsum vitam dat.

Item eiusdem sancti Athanasii de virginitate, infra caetera[1]: Et in Spiritum sanctum, qui in Patre et Filium existens, qui a Patre emittitur, per Filium datur.

Item de istoria[e] ecclesiastica in lib. VII. Eusebii Cessariensis post plurima[2]: Gregorii martyris et episcopi Neocessarie fides: Unus Deus pater verbi viventis, sapientiae subsistentis et virtutis suae et figure, perfectus perfecti genitor, pater filii unigeniti. Unus Dominus, solus ex solo Deo, figura et imago deitatis, verbum perpetrans, sapientia comprehendens omnia et virtus, qua tota creatura fieri potuit. Filius verus veri et invisibilis ex invisibili et incorruptibilis ex incorruptibili et inmortalis ex inmortali et sempiternus ex sempiterno. Unus Spiritus sanctus, ex Deo substantiam habens, et qui per Filium apparuit, imago Fili perfecti perfecta, viventium causa, sanctitas[f] sanctificationis praestatrix, per quem Deus super omnia et in omnibus cognoscitur et caetera. Et non solum istoriografus iste haec memorat sancti Gregorii fides, sed et maximus predicator sanctus Gregorius Nysenus in sermone Greco[3] mirifice atque splendide ea explanavit, qualiter a quibus[c] eidem sancto Gregorio disposita[g] atque ostensa et visa est.

Item sancti Hilari ex lib. VIII. de fide infra caetera[4]: Cum Spiritus sanctus, qui et spiritus Christi et spiritus Dei est, res naturae esse demonstratur[c] unius. Quaero nunc igitur, quomodo non ex natura unum sunt? A Patre procedit spiritus veritatis, a Filio mittitur et a Filio accipit. Sed omnia, quae habet Pater, Filii sunt; et idcirco qui ab eo accipit, Dei spiritus est, sed idem et spiritus Christi est. Et post pauca: Est enim in nobis spiritus Dei, sed et in nobis spiritus Christi, et cum spiritus Christi inest, inest spiritus Dei. Ita cum quod[h] Dei est, et Christi est, et cum quod Christi est, Dei est, non potest aliud quid[i] diversum Christus esse quam Deus est. Deus
Ioh. 10, 30. igitur Christus est, unus cum Deo Christus. Et illud evangelicum: 'Ego et Pater unum sumus' etc.

Item de epistola sancti Basilii ad Amphylochium episcopum Iconii infra cetera[5]: Unum idem et Spiritum sanctum, et ipsum[k] in unitatem dictum per unum Filium uno[c] Patri coniunctum, et per ipsum complens superlaudabilem et beata Trinitate. Et post pauca: Enimvero via Dei scientiae est ab uno Spiritu per unum Filium in uno Patri. Et iterum, naturalis bonitas et secundum naturam sanctificationem et regalem dignitatem ex Patre per unigenitum in Spiritu pertransit etc.

Item sancti Ambrosii ex lib. I. de Spiritu sancto infra cetera[6]: Vos autem bapti-
Act. 1, 5. zabimini Spiritu sancto. Et [post[l]] pauca: Unitas ergo operationis, unitas praedicationis, que

---

a) insuffalt *V.* b) *sic pro* nobis *V, ubi litterae* b *et* v *saepius mutatae sunt.* c) sic *V.* d) ds̄ *corr. ex* dn̄s *V.* e) istoriae *V.* f) sanctitatis *V.* g) disposito *V.* h) quo *V.* i) qui *V.* k) ipsus *V.* l) *om. V.*

1) *Athanasii Alexandrini De virginitate § 1 (opp. ed. Bened. II, 110).* 2) *Eusebii Historia ecclesiastica Rufino interpr. l. VII c. 25 (ed. Cacciari I, 437).* 3) *Gregorii Nysseni De vita S. Gregorii Thaumaturgi (opp. t. III in Migne Patr. gr. XLVI, 911).* 4) *Hilarii Pictavensis De Trinitate VIII § 26. 27. 28 (opp. ed. Oberthür I, 239. 240).* 5) *Basilii De Spiritu sancto ad Amphilochium c. 18 § 45. 47 (opp. ed. Bened. III, 38. 39);* secundum — dignitatem = *ὁ κατὰ φύσιν ἁγιασμὸς καὶ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα.* 6) *Ambrosii De Spiritu sancto l. I c. 3 § 45. 46 (opp. ed. Bened. II, 609).*

non potest separari. Quod si hoc loco separatur Spiritus ab operatione Patris et Filii, quia dictum c. 791 in. est: 'Ex Deo omnia et per Filium omnia', ergo et ibi, quia apostolus de Christo dixit: 'Qui est cf. 1. Cor. 8, 6. Rom. 9, 5. super omnia Deus benedictus in saecula', non solum eum creaturis omnibus, sed etiam Patri, quod dictum est nefas, praetulit; sed absit. Non enim inter omnia Pater, non inter plebem quandam creaturarum suarum. Subter creatura omnis, supra divinitas Patris et Filii et Spiritus sancti. Illa servit, haec regnat; illa subiacet, ista dominatur etc.

Item sancti Gregorii theologi de secundis Epiphanii[a] infra cetera[1]: Nobis autem cf. 1. Cor. 8, 6. unus Deus Pater, ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et unus Spiritus sanctus, in quo omnia. Hoc ipsum autem, quod dicimus: 'ex quo et per quem et in quo' non naturam secamus, neque enim praepositionum syllabe mutate nature veritatem mutabunt, sed unius naturae sui cuiusque nominis proprietate designant. Quod manifestissime indicitur ex eo, quod rursum in unum revocatur ista ipsa diversitas, si quis tamen non transitorie[a*] apud ipsum apostolum legat illud, quod scriptum est, cum dixit: 'Quia ex ipso et per ipsum et in ipso omnia', et addidit: 'Ipsi gloria Rom. 11, 36. ibid. in saecula saeculorum. Amen.'

Item sancti Augustini ex sermone [de ascensione[b]] Domini inter plura[2]: Dedit in terra conspicuus et proximis proximus Spiritum sanctum, insufflando in facie eorum, et[c] ab hac cf. Ioh. 20, 22. maxime caritate, que[d] in caelis est, de caelo misit Spiritum sanctum. Spiritum sanctum[e] accipe in terra, et diligis fratrem; accipe de caelo, et dilige Deum, quia et in terra quod accepisti de caelo est. In terra Christus dedit, sed de caelo est quod dedit. Ille enim dedit, qui de caelo descendit et reliqua.

Eiusdem sancti Augustini de Pentecosten infra cetera[3]: Desinant namque insipientes blandiri nobisque dicere: 'Quid accepturi sumus, cum vobis accesserimus, cum iam nos baptismum[f] habere fateamini?' Respondeamus eis: 'Habetis baptismum Christi, venite, ut abeatis[g] et spiritum Christi. Timete quod scriptum est: Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic nōn est eius. Rom. 8, 9. Induistis Christum forma sacramenti, induite imitationem exempli'.

Eiusdem sancti Augustini in lib. IV. de Trinitate, infra cetera[4]: Nec possumus dicere, quod Spiritus sanctus et a Filio[h] non procedat; neque enim frustra idem spiritus et Patris et Filii spiritus dicitur. Nec video, quid aliud significare voluerit, quod sufflans ait: 'Accipite Spiritum Ioh. 20, 22. sanctum'. Neque enim flatus ille corporeus, cum sensu corporaliter tangendi procedens ex corpore, substantia Spiritus sancti fuit, sed demonstratio per congruam significationem non tantum a Patre, sed et a Filio procedere Spiritum sanctum. Quis enim dementissimus dixerit alium fuisse spiritum, quem sufflans[i] dedit, et alium, quem[k] post ascensionem suam misit? Unus enim spiritus est, spiritus cf. Act. 2, 2. Dei, Spiritus Patris et Filii, Spiritus sanctus, qui operatur omnia in omnibus etc. cf. 1. Cor. 12, 6.

Item eiusdem sancti Augustini in lib. XV. de Trinitate infra cetera[5]: De utroque autem procedere sic docetur[l], quia ipse Filius ait: 'De Patre procedit'. Et cum resurrexisset a Ioh. 15, 26. mortuis, et apparuisset discipulis suis, insufflavit et ait: 'Accipite Spiritum sanctum', ut eum etiam Ioh. 20, 22. de se procedere ostenderet. Et ipsa 'virtus, que de illo exibat', ut legitur in evangelio, 'et sanabat Luc. 6, 19. omnes'. Et post pauca: Hoc significans dominus Iesus, bis dedit Spiritum sanctum: semel in terra propter dilectionem proximi; et iterum de caelo propter dilectionem Dei'.

Item de sentencia sancti Cyrilli infra cetera[6]: Si quis eum, qui unus est, dominum Iesum Christum glorificatum esse a Spiritu sancto tanquam aliena potentia, qua per inhoperari

---

a) *sic V; cf. infra c. 2 p. 12* 'de sermone in Epiphania, *c. 55* 'de sermone in Epiphaniis'. a*) transitore *V.* b) *desunt in V.* c) ut *V.* d) qui *V.* e) *pro altero* Spiritum sanctum *scriptum est* iterum *V.* f) baptismam *V.* g) *corr. in* habeatis *m. 2 V.* h) fili *V.* i) sufflan *V.* k) *om. V.* l) dicetur *V.*

1) *Gregorii Naz. oratio 39: In sancta lumina § 12 (opp. ed. Bened. I, 684).* 2) *Augustini sermo 265 De ascensione Domini V § 9 (opp. ed. Veneta V col. 1083).* 3) *Augustini sermo 269 in die Pentecostes III. § 3 (opp. ed. Veneta V col. 1095).* 4) *Augustini De Trinitate l. IV c. 20 § 29 (opp. VIII col. 829).* 5) *Ibid. l. XV c. 26 § 45. 46 (opp. VIII col. 998).* 6) *Cyrilli Explicatio duodecim capitum Ephesi pronuntiata, Anathem. IX. (opp. IX, Migne Patr. gr. LXXVI col. 307); cf. supra* qua — spiritus *cum Graeco* καὶ παρ' αὐτοῦ λαβόντα τὸ ἐνεργεῖν δύνασθαι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων.

c. 791 in. posse adversus inmundos[a] spiritus, et per eum implesse divina signa, et non magis proprium eius esse Spiritum dicat, per quem signa operatus est, anathema sit etc.

cf. Deut. 19, 14. Item eiusdem sancti Cyrilli ad Iohannem Antiocenum infra cetera[1]: 'Ne transferas terminos eternos, quos posuerunt patres tui', non enim erant ipsi loquentes, sed Spiritus Dei et Patris, qui procedit quidem ex ipso, non est autem a Filio alienum secundum essentiae rationem. Et ad hoc nos sanctorum qui[b] mysteria tradiderunt, dicta confirmant. In actibus enim aposto- Act. 16, 7. lorum scriptum est: 'Venientes autem circa Mesiam, temptant in Bithyniam[c] ire, et non eos per- Rom. 8, 8. 9. misit spiritus Iesu'. Scribit etiam et venerabilis Paulus[d]: 'Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei abitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius' etc.

Item sancti Cyrilli de Spiritui cultura ex libro primo infra cetera[2]: Sicuti est Dei et Patris, simul et Filii substantialiter, ex utroque, videlicet ex Patre per Filium procedente Spiritum, et reliqua.

Item eiusdem sancti Cyrilli ex libro adclamatorium[e] ad Teodosium imperatorem infra cetera[3]: Itaque etsi dicetur ubicunque vivificare Pater, operatur omnino hoc per Filium Spiritu sancto etc.

Item ex epistola encyclia sive synodica sancti Leonis pape ad Flavianum archiepiscopum Constantinopolitanum directa infra cetera[4]: Ideo et clausis ad discipulos[f] ianuis cf. Ioh. 20, 19. introivit, [et[g]] flatu suo dabat[h] Spiritum sanctum, et donato intelligentiae lumine, sanctarum scripturarum occulta pandebat et reliqua.

Item ex sermone eiusdem sancti Leonis praecipui doctoris de Pentecoste infra cetera[5]: Omnes ergo, dilectissimi, qui in dominum Iesum crediderant, infusum sibi habebant Spiritum sanctum, et remittendorum peccatorum etiam tunc apostoli acceperunt potestatem, cum Ioh. 20, 22. 23. post resurrectionem suam Dominus insufflavit et dixit: 'Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis[i] peccata, remittuntur; et quorum retinueritis, retenta sunt' etc.

Unde et egregius predicator atque mellifluus doctor sanctus Gregorius papa in Ioh. 15, 26. XXVI. sancti evangelii omelia infra cetera inquit[6]: 'Cum venerit paraclitus, quem ego mitto vobis a Patre'. Si enim mitti solummodo incarnari deberet intellegi, sanctus[k] procul dubio spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est. Sed eius missio ipsa processio est, qua de Patre procedit et Filio. Sicut itaque[l] spiritus mitti[m] dicitur, quia procedit, ita et Ioh. 20, 22. Filius non incongrue mitti dicitur, quia generatur. 'Hoc cum dixisset, insufflavit et dixit[n] eis: Accipite Spiritum sanctum.' Querendum nobis est, quid est, quod Spiritus sanctus[o] Dominus noster et semel dedit in terra consistens, et semel caelo presidens.

Item eiusdem sancti Gregorii pape ex libro XXVII. super Iob infra cetera[7]: De Ioh. 1, 3. quo Iohannes dicit: 'Omnia per ipsum facta sunt'. Ita etiam os dicitur, ac si oris nomine[p] patenter diceretur verbum, sicut nos quoque pro verbis linguam dicere solemus, ut cum Greca vel Latina lingua dicimus, Latina vel Greca verba monstremus. Os ergo Domini non inmerito ipsum Isai. 58, 14. accipimus, per quem nobis omnia loquitur. Hinc est enim quod propheta ait: 'Os enim Domini locutum est hoc' etc.

Sed et[q] sancta catholica et apostolica ecclesia[r] ab ipso sancto[s] Gregorio papa

---

a) inmundus *V.* b) que *V.* c) Bithynam *V.* d) Paulis *V.* e) addamatorium *V.* f) discipulis *V.* g) *om. V.* h) dabit *V.* i) *corr. in* remisseritis *m. 2 V.* k) sp̄s *V.* l) itāque *V.* m) mitta *V.* n) dicit *V.* o) *sic pro* spiritum sanctum *V.* p) nomina *V.* q) et sancta—docuit *leguntur etiam in B f. 101'.* r) aecclesia *B (sic semper).* s) *deest B.*

1) *Cyrilli ad Ioh. Antioch. episc. ep. (opp. X, Migne Patr. gr. LXXVII col. 182, etiam in Leonis M. opp. ed. Ballerini III, 398).* 2) *Cyrilli De adoratione et cultu etc. l. I (opp. I, Migne Patr. gr. LXVIII col. 147).* 3) *Cf. similia in Cyrilli De recta fide ad Theodosium imp. libro (opp. IX, Migne Patr. gr. LXXVI, col. 1187), neque vero verbis iisdem.* 4) *Leonis Magni ep. 28 (opp. ed. Ballerini I col. 827).* 5) *Leonis M. sermo 76 § 4 (opp. I col. 303).* 6) *Gregorii M. Homeliarum in evang. l. II, 26 § 2 (opp. ed. Bened. I col. 1554).* 7) *Gregorii Moralia in Iob l. 27 § 34 (opp. I col. 868).*

ordo[a] missarum, sollemnitatum[b], orationum suscipiens, pluras[c] nobis ędidit[d] orationes, ubi Spiritum sanctum per dominum nostrum[e] Iesum Christum infundi atque illustrari et confirmari nos suppliciter[f] petere docuit. c. 791 in.

Item sancti Sofronii, cuius ortodoxa dogmata in sancta sexta synodus venerantur, inter plurima[1]: Omnia enim per unigenitum Filium Pater in sancto fecit Spiritu, quae et sapienti providentia continet, ut Deus suis operibus praesidens etc.

In eadem actione.

Capitulo II. Utrum Theodorus[2] archiepiscopus Ierosolimorum recte sentiat, qui cum Patre sine principio poenitus et sempiternum se credere dixit, Filio, nescio sub qua ambage verborum, non aliud principium quam Patrem agnoscentem et ex ipso substantiam habentem professus sit[3].

Iste Theodorus patriarcha Ierosolimorum, cum ceteris praecipuis patriarchis, videlicet Cosmas[4] Alexandriae[g] Theodorus[5][h] alius Anthiochie, dudum predecessori nostro sanctae recordationis quondam Paulo pape[6], emiserunt propriam eorum recte fidei synodicam[7], in qua et de sacratissimis imaginibus subtili narratione, qualiter una cum nostra sancta catholica et apostolica universale[i] Romana ecclesia[k] ipsi vel ceteri orientales orthodoxi[l] episcopi et christianus populus sentiunt, et in earundem sanctorum[m] imaginum veneratione sincero[n] mentis effectum[m] ferventes in fide existunt, studuerunt intimandum. Quam synodicam in Latino interpretatam eloquio predecessor noster quondam[o] sanctissimus dominus Stephanus[8] papa in suo concilio, quod et ipse pro sacris imaginibus una cum diversis episcopis partibus Francie seu Italie fecit[9], suscipientes ac relegentes, placuerunt tam de diversis sanctorum patrum testimoniis, quam de symbolo fidei, ubi facti[p] sunt, dicentes[10]: Si quis alium terminum fidei sive symbolum aut doctrinam habet praeter quod traditum est a sanctis magnis et universalibus sex[q] synodis, et[r] confirmatum est ab his sanctis patribus, qui in eis convenerunt, et non adorat imaginem sive figuram domini nostri Iesu Christi, neque humanationem eius confitetur, sicut qui descendit et[s] incarnatus est propter genus humanum, talem impium anathematizamus, et alienum extraneumque deputamus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae et cetera, que[t] longum est enarrari.

Et ideo predictus Theodorus archiepiscopus taliter professus est, sanctorum patrum sequens doctrinam, id est sancti Hilarii Pictavensis episcopi ex libro I. contra erese[u] Arrianorum inter cetera[11]: Ita vero natum esse, ut semper fuisse manifestemus, sicque in eo non innascibilitatis exceptio, sed nativitatis aeternitas; quia et nativitas auctorem habeat, neque careat[v] aeternitatem divinitas etc.

---

a) ordinem *B.* b) sollempnitatum *B.* c) plures *B.* d) edidit *B.* e) *deest B.* f) supliciter *B.* g) Alexandiae *V.* h) Theodolus *V.* i) *corr. in* universali *m. 2 V.* k) ecclesię *V.* l) *sic corr. m. 2 ex* orthodoxie *m. 1 V.* m) *sic V.* n) *corr. in* sincere *m. 2 V.* o) qđ *V.* p) = fati, *cf. supra p. 4, v. 9. 16.* q) ex *V.* r) ex *V.* s) *om. V.* t) qui *V.* u) *id est* heresim. v) caveat *V.*

1) *Acta concil. Constant. III. actio XI, Mansi XI col. 491.* 2) *Theodorus I., de quo cf. Le Quien, Oriens christianus III, 291 sq.* 3) *Cf. acta concil. Nic. II. actio III, Mansi XII col. 1136, Libri Carol. III, 4.* 4) *Cf. Le Quien l. l. II, 457 sq.* 5) *I. cf. Le Quien l. l. II, 745.* 6) *I. (757—767).* 7) *Quae synodica a Constantino II., successore Pauli I. papae, ad Pippinum regem Francorum missa est, cf. Cod. Carol. ep. 99, EE. III, 652. Cf. Hefele Conciliengesch. III, ed. 2. p. 429 sq., neque vero synodica nostra eadem esse potest atque ea epistola, quae inter acta concilii Nic. II. in actione III. ap. Mansi XII col. 1136 invenitur, id quod Hefele in dubio ponit.* 8) *III. (768—772).* 9) *Concilium Lateranense a. 769. celebratum, in quo iussu Caroli atque Carolomanni regum duodecim episcopi Galliae interfuerunt, cf. Hefele III ed. 2. p. 434 sq., Abel, Jahrb. des fränk. Reiches unt. Karl d. Gr. I, 52, Jaffé Reg. I p. 285; Neues Arch. XXI, 112.* 10) *Inter fragmenta actorum concilii Lateranensis ap. Mansi XII, col. 713 sq. synodica patriarcharum orientalium servata non est, neque hic locus in illa epistola invenitur, quae inter acta concilii Nic. II. legitur; cf. supra n. 7.* 11) *Hilarii De Trinitate l. I § 34 (opp. ed. Oberthür I, 28).*

c. 791 in. Item eiusdem sancti Hilari ex libro XI. de fide inter cetera[1]: A nobis bene intelligitur et creditur. Nam ipsa sermonum enuntiatione cum natum confitemur, non tamen non natum praedicamus. Neque enim idipsum est non natum atque nasci, quia illud ab altero, hoc vero a nemine est; et aliud est sine auctore esse semper aeternum, aliud, quod patri, id est auctori, est quoaeternum. Ubi enim pater auctor est, ibi[a] et nativitas est; ad vero ubi auctor aeternus est, ibi et nativitatis aeternitas est. Quia sicut nativitas ab auctore est, ita et ab aeterno auctore aeterna nativitas est etc.

Item sancti Gregorii, qui et theologi, de sermone in Epiphania[b] infra cetera[2]: Pater ergo Pater est sine initio; non enim est aliud aliquid, unde Pater est. Filius Filius est, sed non absque initio; de Patre enim est. Si vero temporale spectas initium, et ipse sine initio est. Creator namque est temporum, et non ipse initium sumit ex tempore. Spiritus sanctus vere Spiritus sanctus est, procedens quidem ex Patre, sed non ut[c] ipse Filius: non enim generatur, sed procedit etc.

Item eiusdem sancti Gregorii theologi ex sermone de natali Domini infra cetera[3]: Hoc est ipse sermo Dei, qui est ante saecula, qui est invisibilis et incomprehensibilis et incorporeus, qui est initium ab initio, qui est lux de luce, fons vite et inmortalitatis, figura vera et expressa substantiae[d] Dei, signaculum veritatis, imago invisibilis Dei Patris etc.

Item eiusdem sancti Gregorii theologi de sermone pacifico secundo[4]: Ego autem deitatis principium introducens sine tempore et indivise et inmense, quique principium honorifico, et que de principio equaliter[e] etc.

Item eiusdem sancti Gregorii theologi de sermone apologetico infra cetera[5]: Cuius enim erit Filius, si non origo sua referatur ad Patrem? Ut sit ille, qui genuit, et iste sit, qui est ex illo progenitus. Origo enim Patris[f] est, non exigui alicuius et indigni, sed deitatis et bonitatis. Origo est Patre in Filio et in Spiritu sancto, intellegitur et sentitur in illo, vel ut in Filio Verbo, in hoc velut Spiritu ab ipso procedente etc.

Item sancti Augustini de Genese ad litteram ex libro primo infra cetera[g][6]: Nam
Gen. 1, 1. dicente scriptura: 'In principio fecit Deus caelum et terram', intellegimus Patrem[h] in Dei nomine, et Filium in principii nomine, qui non Patri, sed per se ipse create primitus ac potissimum spiritali creaturae, et consequenter[i] etiam universe creature principium est. Dicente autem scri-
Gen. 1, 2. ptura: 'Et spiritus Dei ferebatur super aquas', completam commemorationem Trinitatis agnoscimus etc.

Item eiusdem sancti Augustini ex libro XXXVIII. super Iohannem evangelistam inter cetera[7]: Filius enim Patris est filius et Pater utique Filii pater est: sed Deus de Deo Filius dicitur; lumen de lumine Filius dicitur. Pater dicitur lumen, sed non de lumine; dicitur Pater Deus, sed non de Deo. Si ergo Deus [de[k]] Deo, lumen de lumine principium est, quanto facilius intellegitur principium lumen de quo lumen, et Deus de quo Deus? Videtur itaque absurdum, carissimi, ut dicamus Filium principium, et Patrem[l] principium non dicamus. Sed quid agemus, numquid duo erunt principia? Cavendum est hoc dicere. Quid ergo, [si et[m]] Pater principium, et Filius principium, quomodo non duo principia? quomodo dicimus Patrem Deum, Filium Deum, et tamen dicimus non duos deos. Nefas est enim dicere duos deos, nefas est dicere tres deos. Et post pauca: In eo quod dicitur Spiritus Patris et Filii, non est quod dicam tres; nisi et Patrem et Filium et Spiritum sanctum, unum Deum, unum omnipotentem: ergo unum principium etc.

---

a) ubi *V.* b) epphipania *V.* c) et *V; cf. Graecum: οὐχ υἱικῶς δὲ.* d) sustantiae *V.* e) qualiter *V.* f) pat̄ *V.* g) cetr̄ *V.* h) autem *V.* i) consequentes *V.* k) *om. V.* l) pat̄ *V.* m) *om. V.*

1) *Hilarii de Trinitate l. XII § 21 (opp. I, 420).* 2) *Gregorii oratio 39 In sancta lumina § 12 (opp. ed. Bened. I, 684).* 3) *Gregorii oratio 38 In Theophania etc. (opp. I, 671).* 4) *Gregorii oratio 24 De pace III. § 8 (opp. I, 430);* quique — equaliter = τήν τε ἀρχὴν τιμῶ, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐπίσης. 5) *Gregorii oratio 20 De dogmate et constitutione episcoporum § 6 (opp. I, 379).* 6) *Augustini De Genesi ad litteram l. I (opp. ed. Veneta III, col. 121).* 7) *Augustini In Iohannis evang. c. 8 tractatus 39 c. 1. 2. 4 (opp. III, 2, col. 561. 562).*

Item eiusdem sancti Augustini ex lib. VI. de sancta Trinitate et[a] cetera[1]: Quomodo ergo Deus de Deo, lumen de lumine? Non enim simul ambo Deus de Deo, sed solus Filius de Deo, scilicet Patre; nec ambo simul lumen de lumine, sed solus Filius de lumine Patre etc. c. 791 in.

Item sancti Sofronii archiepiscopi Ierosolimorum ex synodica eius, quae offerta est in sancta sexta synodus infra cetera[2]: Credo igitur, beati, secundum quod a principio credidi, in unum Deum Patrem omnipotentem, sine principio poenitus, et sempiternum, omnium visibilium atque invisibilium factorem. Et in unum dominum Iesum Christum, Filium Dei unigenitum, qui sempiterne et inpassibiliter ex ipso natus est Deo Patre. Et non aliud principium quam Patrem agnoscentem, sed nec aliunde quam ex Patre ipsam substantiam habet; lumen de lumine, cumsubstantiale, Deum verum de Deo vero, consempiternum. Et in unum Spiritum sanctum, qui sempiterne a Deo et Patre procedit, lumen et Deum et ipsum agnoscendum etc.

In sexta actione[3].

Capitulo III. Quod idem Tharasius[4] non recte Spiritum sanctum contribulum [Patri[b]] et Filio dixerit, cum sufficeret dicere coaeternum, consubstantiale, eiusdemque essentiae et naturae[5].

Idem ipse sanctus Sofronius[c] ista[d] sic explanavit in sanctam suam synodicam, quam in sancto sexto concilio offerta et mirabiliter suscepta est, de Spiritu sancto dicens[6]: Et vere Patri et Filio consempiternus, consubstantialem atque contribulum, eiusdemque essentiae atque naturae, similiter et deitatis. Trinitatem consubstantialem, quohonorandamque ac coassessorem, connaturalem et cognatam atque contribulam, in unum conrecapitulandam deitatem, atque in unam copulandam communem dominationem, absque personali diffusione, et absque subsistentiali divisione. Trinitatem itaque in unitate credimus, et unitatem et trinitatem glorificamus et cetera.

Item ex epistola sancti Athanasii ad Epictitum directa inter cetera[7]: Eorum vero, qui putantur recte credere secundum omnia, quae dicta sunt a sanctis patribus, qui propter inquisitionem inmutare volentes, nichil aliud faciunt, nisi secundum quod scriptum est: 'Proximum quidem potant[e] insipientia'; repugnant autem ad nullam utilitatem, sed ut simplices tantum evertunt etc.

Item sancti Augustini de libro septimo sanctę Trinitatis infra cetera[8]: Sic dicamus tres personas, Patrem et Filium et Spiritum sanctum, quemadmodum dicuntur aliqui tres amici aut tres propinqui aut tres vicini, quod sint ad invicem, non quod unusquisque eorum sit ad seipsum. Quapropter quilibet ex eis[f] amicus est duorum[g] ceterorum aut propinquus aut vicinus, quia haec nomina relativam significationem habent etc.

Item eiusdem sancti Augustini de libro octavo sanctę Trinitatis infra cetera[9]: Sed nec Pater et Filius simul maius aliquid sint[h] quam Spiritus sanctus, aut singula queque persona quelibet trium minus aliquid sit quam ipsa Trinitas. Dicta sunt haec, et si sepius versando

---

a) *sic V; an* inter *vel* infra? b) om. *V.* c) *Hic in V (et in omnibus editionibus) errore librarii secuntur, quae infra sub cap. 14 leguntur inde a verbis* (iura)-ri omnino, et quoniam iuravit *etc. usque ad verba (infra sub cap. 1 ordinis alterius):* quid actum sit discerent etc. De be-(ro). *Cf. Neues Archiv XXI, 91.* d) ita *V.* e) putant *V.* f) ei *V.* g) *sequ.* aut *in V.* h) sit *V.*

1) *Augustini De Trinitate l. VI c. 2 § 3 (opp. VIII col. 845).* 2) *Acta concilii Constant. III. ap. Mansi XI col. 466.* 3) *Immo in actione III.* 4) *Immo Theodorus, cf. supra p. 11 n. 2.* 5) *Cf. Acta conc. Nic. II. actio III, Mansi XII col. 1136; Libri Carol. III, 5.* 6) *Acta concil. Constant. III. ap. Mansi XI col. 466.* 7) *Athanasii ep. ad Epictetum § 1 (opp. ed. Bened. I, 2, 902).* Eorum vero, qui putantur . . . ., qui — volentes = *Εἰ δὲ τῶν δοκούντων . . . ., εἰσὶν οἱ διὰ τοῦ ζητεῖν ἀνασκευάζειν θέλοντες.* Proximum — insipientia = *τὸν μὲν πλησίον ποτίζουσιν ἀνατροπὴν θολεράν. Cf. Habac. 2, 15:* Vae qui potum dat amico suo *etc.* 8) *Augustini De Trinitate l. VII c. 6 § 11 (opp. ed. Veneta VIII col. 861).* 9) *Ibid. l. VIII, prooemium § 1 (opp. VIII col. 865).*

c. 791 in. repetantur, familiarius quidem innotescunt; sed et modus aliquis adhibendus est, Deoque supplicandum devotissima pietate etc.

Capitulo IV[a]. De eo, quod Basilius Anchire episcopus[b] in suae fidei lectione post confessionem Patris et Filii et Spiritus sancti imaginum[c] et limpsanorum[1] osculatione et adoratione inseruit, fidem se habere dicens participari ab eis[d] sanctificatione, remissionem vero peccatorum sive resurrectionem seu vitam futuram omnino tacuerit[2].

Sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus in libro I. de fide, quem ad Gratianum imperatorem misit, de Patre et Filio orthodoxe dogmatizans, inter cetera inquid[3]: Est enim plenitudo divinitatis in Patre, et plenitudo divinitatis in Filio. Et de Spiritu sancto nil dixit, quia tantummodo de Patre et Filio explanavit. Et Basilius[4] heresim, quam abiciens anathematizavit, et confessionem de vera religionem orthodoxe fidei faciens, imagines sacras et limpsana sanctorum amplectens venerabiliter suscepit, de quibus dudum errorem habuit. Nam de remissione peccatorum sive carnis resurrectionem seu vita futura nullum habuit errorem, neque orthodoxe fidei sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae in hoc contradixit, sicut illi flebiles et infelices heretici, qui ex occasione imaginibus et limpsana sanctorum detrahere conati sunt, cum ipsis sacris imaginibus ipsa limpsana sanctorum eicientes atque abnegantes contempserunt. Sed ve illis, quia de via recte[e] declinantes, per erroneam semitam plenaeque[e] frutectis[f] gradientes, in foveam incederunt[e], quam facientes, arsuri sunt in aeternum. Si enim explanare voluerimus de limpsana sanctorum veneratione per divinarum scripturarum et sanctorum patrum opuscula, qui valebit scribere aut cartas proferre? Pauca enim ex multis breviter memoramus.

Sancti Basilii episcopi Caesariae Capadociae de interpretatione psalmi centesimo
Levit. 11, 39. 40 quinto decimo et infra[5]: Ante[g] hoc dicebatur sacerdotibus et Nazareis: 'Quoniam omnis, qui tetigerit mortuum, inmundus erit', et 'ut lavet vestimenta sua'. Nunc autem qui tetigerit ossa
Ps. 115, 15. martyrum[h], accipiet aliqua participatio[i] sanctificationis[g] de corpore[k] adsistente gratia. 'Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius' etc.

Item sancti Iohannis Chrisostomi et episcopi Constantinopolitani de sermone in epistola beati Pauli apostoli ad Romanos infra cetera[6]: Ego autem et pro hoc Romam diligo. Insuper adhuc et aliunde ea habeo laudare, et pro magnitudine et pro antiquitate et pro specie et pro multitudine et potentia et de directionibus in preliis. Omnia autem talia derelinquens, pro hoc eam beatifico, quia et vivens eis[l] scribebat et sic eos diligebat et praesentialiter eis locutus est et vitam ibi temporalem finivit, et sanctum corpus eius ibi habent, pro quo et honorabilior civitas pro isto magis quam aliorum. Et si[m] corpus magnum et fortem oculos habet duos splendentes: sacrorum[n] horum corpora, id est Petri et Pauli; non est caelum splendidior, quando sol emittens radios, sicut Roma urbis hae duae[o] lampades ubique in mundo inluxerunt. Exinde ergo rapietur Paulus, exinde Petrus. Considerate et tremete: qualem videbit insignia Roma, Paulum subito surgentem a loco requietionis suae simul cum Petro, et provectus

---

a) LXII *V; cf. Neues Archiv XXI, 91.* b) archiepiscopus *pro* Anchire episcopus *V; cf. Libri Carol. III, 6.* c) imaginem *V.* d) absis *pro* ab eis *V* (μετέχειν παρ' αὐτῶν ἁγιασμοῦ). e) *sic V.* f) fructis *V.* g) Ante *usque* sanctificationis *leguntur etiam in B f. 101'.* h) martirum *B.* i) aliquam participationem *B.* k) corpere *V.* l) ei *V.* m) *pro* sicut (καθάπερ). n) sacrum *V.* o) du *V.*

1) λείψανα = *reliquiae.* 2) *Cf. Acta conc. Nic. II, actio I, Mansi XII col. 1009; pro* osculatione et adoratione *in Graeco legitur:* ἀσπάζομαι καὶ τιμητικῶς προσκυνῶ; *cf. Libri Carol. III, 6.* 3) *Ambrosii De fide l. I c. 2 § 17 (opp. ed. Bened. II, col. 447).* 4) *Ancyrae episcopus.* 5) *Basilii homilia in psalmum 115 § 4 (opp. ed. Bened. I, 375).* 6) *Iohannis Chrysostomi In ep. ad Rom. homilia 32 § 1. 2 (opp. ed. Montfaucon IX, 757);* splendidior = οὕτως λαμπρὸς; qualem insignia = οἷον θέαμα; admiro = θαυμάζω; pro egregiis—hec = διὰ τοὺς στύλους τῆς ἐκκλησίας τούτους.

obviam Christo? Qualem mandat Christo donum Roma? quales coronas civitas continet duas? c. 791 in.
quales catenas aureas circumnectit? quales habet fontes? Pro hoc admiro civitatem, non pro multitudine auri, non pro columnis, neque pro alia fantasia, sed pro egregiis atque[a] cacumina summe ecclesiae hec[b]. Quis michi tribueret[c] perfundi corpore Pauli, et adherere sacre sepulture et pulvere sancto[d] videre corporis illius, in quo imitatus est Christum, in quo Christi stigmata portavit, qui ubique predicationem disseminavit? pulverem illum corporis, per quem ubique occursit? pulverem oris illius, per quem Christus adnuntiabatur, et lux lucescebat etc.

Item de sermone sancti Augustini in natali sanctorum apostolorum et infra[1]: Nam iste beatissimus Petrus piscator[e], cui iubebat, non dico curator, sed infimus obsonator, modo genibus provolutus eum adorat imperator etc.

Item eiusdem sancti Augustini in expositione de psalmo quadragesimo quarto
infra cetera[2]: 'Filie regum delectaverunt te in honore tuo', quia non quaesierunt honore patrum Ps. 44, 9. 10.
suorum, sed quaesierunt honorem tuum. Ostendatur michi Rome in tanto honore templum Romuli, in quanto ibi ostendam memoriam Petri. In Petro quis honoratur, nisi ille defunctus[f] pro nobis etc.

Item sancti Gregorii pape ex epistola Eusebio episcopo Thessalonicense directa inter cetera[3]: Si autem Theodorus lector ad orationem huc[g] ad sanctos apostolos venire voluerit, eum fraternitati vestra sine aliqua mora transmittat. Et alia talia plura testimonia, quae exarare per ordinem longum previdemus.

In eadem actione[4].

Capitulo V. De eo quod Theodosius Amori episcopus desidiose fidem sanctae et unice Trinitatis tacuerit, de imaginibus vero incaute et extraordinarie dixerit[h]: 'Confiteor et promitto et suscipio et osculo et adoro imagines.' Et post pauca: 'Qui non instruunt diligenter omnem Christo dilectum populum adorari et venerari sacras et venerandas imagines omnium[i] sanctorum, qui a saeculo Deo placuerunt, anathema'[5].

Putamus, quia zelo fidei fervens praedictus Theodosius talem orationem confessus est, qualem in eorum definitione[6] explanaverunt. Nam et praedecessores nostros, videlicet beatissimos pontifices Gregorium[7] et Gregorium[8], Zachariam[9] et Stephanum[10], Paulum[11] et iterum Stephanum[12], repperimus eos pro sacris imaginibus erectione in Spiritu sancto ferventes, recte fidei zelum habere. Pro quo domnus Gregorius papa secundus iunior[13], una cum LXXVIIII[14] sanctissimis episcopis ante confessionem beati Petri apostolorum principis praesedentem, multorum sanctorum patrum testimonia roborantes, venerari et adorari sacras imagines in eorum concilio censuerunt[15]. Porro et praedecessor noster, sanctae recordationis quondam[k] dominus[l] Stephanus[16] papa similiter cum episcopis partibus Francie atque Italie praesedente in basilica salvatoris domini nostri Iesu Christi, quondam[m] Constantiniana, praedecessoris sui[17] venerabilem con-

a) autque *V.* b) hoc *V.* c) tribuere *V* (ἔδωκε). d) *sequ.* et *V.* e) opiscator *V.* f) defuntus *V.* g) hic *V.* h) duxerit *V; cf. Libri Carol. III, 7.* i) omnem *V.* k) quod *V.* l) domini *V.* m) *sic scripsi pro* quia *V.*

1) *Augustini sermo supposititius 204 In natali apost. Petri et Pauli IV. habet similia (opp. ed. Veneta V app. col. 339, cf. col. 341).* 2) *Augustini De psalmo 44 c. 23 (opp. IV col. 394).* 3) *Gregorii ep. XI, 55 (EE. II, 330).* 4) *Scilicet in prima; ante cap. IV haec inscriptio excidisse videtur.* 5) *Acta conc. Nic. II. actio I ap. Mansi XII col. 1013;* osculo et adoro = ἀσπάζομαι καὶ προσκυνῶ; adorari et venerari = προσκυνεῖν καὶ ἀσπάζεσθαι. *Cf. Libri Carol. III, 7.* 6) *Id est in actis concilii Nic. II.* 7) *II. (715—731).* 8) *III. (731—741).* 9) *741—752.* 10) *II. (752—757).* 11) *I. (757—767).* 12) *III. (768—772).* 13) *Id est Gregorius III., cf. Neues Arch. XXI, 103 sq.* 14) *Episcopos 93 interfuisse dicit liber pontificalis ed. Duchesne I, 416; cf. Neues Arch. XXI, 105.* 15) *In concilio a. 731. mense Novembri Romae habito; cf. Neues Arch. l. l.* 16) *III. in concilio Lateranensi a. 769. habito; cf. supra p. 11 n. 9.* 17) *Gregorii III.*

c. 791 in. cilium[1] confirmans atque amplectens, magis magisque et ipse una cum omnibus episcopis praesidentibus sanctorum patrum testimonia adherentes, adorari atque venerari
2. Thess. 2, 15. sacras imagines statuerunt. Unde et beatus Paulus apostolus docens inquid: 'Tenete
Gal. 1, 8. 9. traditiones, quas accepistis'. Et iterum: 'Sed licet nos, aut angelus de caelo evangelizat vobis, praeterquam quod evangelizavimus[a] vobis, anathema sit. Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter[b] id, quod accepistis, anathema sit' etc.

In actione tertia.

Capitulo VI. Ridiculose et pueriliter dictum in sententiam fidei Theo-
Ps. 67, 36. dori archiepiscopi[2]: 'Mirabilis Deus in sanctis suis', et continuo 'Sanc-
Ps. 15, 3. tis[c], qui in terra sunt eius, mirificavit omnes voluntates meas[d] inter illos', tamquam hic versiculus illum priorem[e] subsequentem[3].

In hoc modo gratis calumniare conantur[f]; quia sancta[g] ecclesia in matutino[h]
Ps. 50, 17. Deo canere laudibus surgens in primis: 'Domine labia mea aperies'[i] dicit, et post
Ps. 94, 1. Ps. 1, 1. 'Venite exultemus Domino' sic incipit: 'Beatus vir'[g]. Similiter beatus Paulus apostolus
Hebr. 11, 32. fideliter prophetarum nomina currens per ordinem, post Iephte David memoravit et sic Samuel. Sed et plura sanctorum opuscula invenimus ferente testimonio[k] de novo et sic postmodum de vetere testamento; sed [propter][l] hoc nullus audet quispiam de fidelibus talia in ridiculum habere.

Item sancti Iohannis Crisostomi de interpretatione epistole beati Pauli apostoli
Ps. 93, 7. ad Hebreos inter cetera, docens enim inquid[4]: 'Non videbit Dominus, nec intellegit Deus
Ps. 11, 5. Ps. 10, 13. Iacob'. Et iterum: 'Labia nostra a nobis sunt, quis noster Dominus est?' Et iterum: 'Propter
Ps. 13, 1. quid inritavit impius Dominum?' Et rursum: 'Dixit impius[m] in corde suo: Non est Deus. Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in voluntatibus suis' etc.

Item eiusdem sancti Iohannis Chrisostomi de interpretatione epistole beati Pauli apostoli ad Romanos[5]: Pro quo et Matheus initium faciens evangelii, utrorum[n] horum memorat
Matth. 1, 1. primum, et tunc per ordinem proferet parentes eorum, dicens: 'Liber generationis Iesu Christi'. Non sustinuit dici post Abraham, Isaac et Iacob, sed ante Abraham David memoravit, et quod
ibid. est mirabile, quoniam ante Abraham David posuit, sic dicens: 'Fili David, fili Abrahae', et tunc cepit dicere per ordinem etc.

In actione prima.

Capitulo VII. Contra eos, qui dicunt[6]: 'Deo cooperante nos direximus congregare vos', sive: 'Congregavit vos Deus, concilium proprium statuere[o] volens'[7].

Marc. 16, 20. In fine evangelii sancti Marci: Illi autem profecti praedicaverunt ubique, Domino cooperante et sermone confirmante sequentibus signis.

Item sancti Cyrilli de sermone sanctae Dei genitricis inter cetera[8]: Gloria quidem tibi a nobis sancta mistica Trinitas, qui hos et nos omnes convocavit in hanc vocationem Dei genetricis Mariae etc.

Item de sancta sexta synodo, de actione octava decima post subscriptiones epi-

---

a) evangelizaumus *V.* b) pater *V.* c) sancti *V.* d) *rectius* eius. e) priorum *V.* f) conatur *V.* g) sancta—vir *leguntur etiam in B f. 101'.* h) maturino *B.* i) aperiens *V.* k) = ferentia testimonium. l) *deest V.* m) *rectius* insipiens. n) *cf.* ἀμφοτέρων. o) statuer, e *eras. V.*

1) *Romanum supra p. 15 n. 15 laudatum.* 2) *Hierosolymitani, cf. supra p. 11 n. 2.* 3) *Acta conc. Nic. II. actio III, Mansi XII col. 1144; Libri Carol. III, 10.* 4) *Iohannis Chrysost. In ep. ad Hebraeos c. 4 hom. VI § 2 (opp. ed. Montfaucon XII, 64).* 5) *Iohannis Chrysost. In ep. ad Rom. hom. 7 (opp. IX, 484).* 6) *Scilicet Constantinus VI. et Irene imperatores.* 7) *Acta conc. Nic. II. actio I, Mansi XII col. 1005; cf. Libri Carol. III, 14.* 8) *Cyrilli hom. IV. Ephesi in Nestorium habita etc. (opp. X, Migne Patr. gr. LXXVII col. 991);* in hanc vocationem = ἐπὶ τήνδε τὴν ἐκκλησίαν.

scoporum et imperatoris Constantinus[1] piissimus imperator dixit[2]: Deum teste proferimus. Et post pauca: Cum ergo Deo placuit tempus concedere, invitavimus[a] fieri collectionem vestram ad considerandum nobis sanctas Dei scripturas omnemque vocis sive assertionis novitatem, quae adiecta est ad intemeratam nostram christianorum fidem in his vicinis temporibus a quibusdam prava sentientibus, expellendum[b] etc. c. 791 in.

In actione tertia.

Capitulo VIII. Contra eos, qui dicunt quod imaginis honor in prima forma transit[c][3].

Qui hoc contradicere voluerit, sancti Basilii contradicet expositione, quem nullum ex fidelibus credimus adversus eius orthodoxam fidem expugnari. Quia ipse in sacratissimam epistolam suam quam emisit ad Amphylochium, infra cetera istum explanavit capitulum[4].

Item sancti Severiani episcopi Gavalensis de homelia, in qua demonstravit scripturas per Dominum explanatas et cetera[5]: Vestem[d] imperialem si iniuriaveris, numquid non[e] qui eam induit, iniurias? Nescis, quoniam si quis imaginem imperatoris iniuriaverit[f], in prime[g] forme[h] dignitatis adfert iniuria[i]? Nescis, quoniam si quis imago, quae[k] a ligno detrahet[l], non sicut inanimata materia[m] audens sic iudicatur, sed sicut qui adversum imperatorem manus extendens fedatur materia, sine anima imperatoris, segregata ab imperatore? Imago enim omnino ferente, eius iniuria ad imperatorem adtingit[d] etc.

In eadem actione.

Capitulo IX. Quod infauste et precipitanter sive insipienter Constantinus Constantiae Cypri episcopus[n] dixit: 'Suscipio et amplecto honorabiliter sanctas et venerandas imagines, et quae secundum servitium adorationis, quae substantiali et vivificatrici Trinitati emitto[o]; et qui sic non sentiunt neque glorificant, a sancta catholica et apostolica ecclesia segrego, et anathemati[p] submitto, et parti, qui abnegaverunt incarnatam et salvabilem dispensationem Christi veri Dei nostri emitto'[6].

Ex prava revertentes heresi, in totis nisibus eorum tentaverunt[q] sanctam catholicam et apostolicam in ipsorum confessionem satisfacere ecclesiam, et ideo talem adorationem se confessi sunt pro sacris imaginibus credere, quale in definitione synodi constituta est infra cetera[7]: Reordinari venerandas et sanctas imagines, quae ex coloribus et metallo et cetera materia oportune habente in sanctarum Dei ecclesiarum, in sacris vasis et in vestibus, parietibus et tabulis[r] domibusque et viis; quaeque domini dei et salvatoris nostri Iesu Christi imagine, intemerate[s] domine nostrae sanctae Dei genetricis, pretiosorum angelorum et

---

a) vitavimus *V.* b) expellentium *V.* c) tasit *V.* d) Vestem—attingit *leguntur etiam in B f. 101'.* e) *om. V.* f) iniuriat *B.* g) primę *B.* h) formam *B.* i) iniuriam *B.* k) imaginem quam *B.* l) detrahit *B.* m) *om. B.* n) episcopi *V.* o) emittet *V.* p) -tis *V.* q) tereaverunt *V.* r) talibus *V* (= σανίσιν). s) intemeritate *V.*

1) *IV. Pogonatus (668—685).* 2) *Acta concil. Constant. III. actio XVIII, Mansi XI col. 655.* 3) *Acta conc. Nic. II. actio III, Mansi XII col. 1145, ex synodica Theodori patriarchae Hierosolymitani; cf. Libri Carol. III, 16.* 4) *Basilii Liber de Spiritu sancto ad Amphilochium c. 18 (opp. ed. Bened. III, 38); cf. acta concil. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 70.* 5) *Hanc Severiani Gabalensis homiliam typis expressam non inveni.* 6) *Acta conc. Nic. II. actio III, Mansi XII col. 1148;* et quae secundum — emitto = *καὶ τὴν κατὰ λατρείαν προσκύνησιν μόνῃ τῇ ὑπερουσίῳ καὶ ζωαρχικῇ τριάδι ἀναπέμπω. Cf. Libri Carol. III, 17.* 7) *Ibid. actio VII, Mansi XIII col. 378. Incipit sententia in textu Graeco: ὁρίζομεν — παραπλησίως τῷ τύπῳ τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ | ἀνατίθεσθαι* = reordinari *etc.;* quae ex coloribus — habente = *τὰς ἐκ χρωμάτων καὶ ψηφῖδος καὶ ἑτέρας ὕλης ἐπιτηδείως ἐχούσης;* quaeque … imagine = *τῆς τε … εἰκόνος;* dilectionem … reddere = *ἐπιπόθησιν … ἀπονέμειν.*

c. 791 in. omnium sanctorum et iustorum virorum. Quantum enim frequenter per imaginariam reformationem videntur, tantum et qui eas aspiciunt insurgunt ad prime forme memoriam et dilectionem et has osculum et honorabilem salutationem reddere, nequaquam secundum fidem nostram veram culturam, quae decet sole divine nature, sed quemadmodum in signum pretiose et vivifice crucis et sanctis evangeliis et ceteris sacris ornatis et reliqua.

In actione secunda.

Capitulo X. Quod Euthymius Sardensis episcopus a prefati Constantini errore non multum dissentit in eo quod ait: 'Ex toto corde suscipio venerandas imagines, cum condecenti honore[a] et amplectibili adoratione. Illos enim, qui aliter aut contrarie sentiunt, aut dogmatizant contra sanctas imagines, alienos catholice ecclesiae deputans et[b] praedico et hereticos adnuntio'[1].

Ecce, ut supra diximus, secundum diffinitionem synodi confitentur se puram catholicae ecclesiae facere confessionem in eo, ubi iste ex toto corde se dixit suscipere venerandas imagines et cum condecenti[c] honore adorationem amplectere, ut superius in definitione synodi dictum est[2]: nequaquam secundum fidem nostram veram culturam, quae decet sole divine nature, sed quemadmodum in signum preciose et vivifice crucis, et sanctis evangeliis, et ceteris sacris ornatis. Et ideo dixit: 'cum condecenti honore' et promisit se contrarios catholicae ecclesiae hereticos adnuntiare.

In actione quarta.

Capitulo XI. Quod nulla auctoritate vigeat, neque in ullo[d] authenticorum librorum repperiatur, quod illi dicunt per[e] imagine cuiusdam Palemonis quendam ab adulterii perpetrationem coercitum fuisse: quod quidem aequari nituntur miraculo, quod fimbria dominice vestis actum est, quam mulier contingens exoptatam recepit sanitatem[3].

In hoc capitulo, qui haec scripserunt, incriminari moliuntur et contradicere veritati nituntur. Quod probari nequaquam possunt de illis, aequari Palemonis miraculo auderent cum fimbria dominice vestis. In synodo vero miraculum imago Palemonis de sermonibus episcoporum sancti Gregorii theologi, ubi de industria versoravit[4], ipsum ostensum est testimonium, et a Basilio episcopo Anquire[5] seu et a Tharasio patriarcha Constantinopolitano simulque et a Niceforo episcopo Dorachii singillatim responsum est. Basilius quidem episcopus respondit[6]: Sanctus Gregorius deilocus pater mirabilem putavit imaginem Palemonis. Et patriarcha dixit: Etenim castitas ex ea peracta est. Nisi enim vidisset imaginem prostituta de Polemone[f], nequaquam ab adulterio recessisset. Simulque et Niceforus episcopus respondit: Mirabilis imago et digna valde nimis, quoniam potuit muliere eruere de abominabile ludibra[g] operatione. Et post haec sic alius lector[7] legit superne[h] beati Antipatri episcopi Bostrae[i] ex sermone de fluxo sanguine[8], ubi post multa explanatione dicens sanctus inquid: Et adepta donum, titulum erexit Christo, divicias quidem mendicis expendens, divitiae vero relique offerens Christo. Et post haec sic iterum separatim pro miraculo fluxuose mulieris patriarcha respondit: Sicut et imagine quae titulatur[9] Christo eam offerit, quemadmodum fluxuosa titulum. Similiter et Basilius epi-

---

a) honorare *V.* b) *cf. Lib. Carol. III, 18.* c) decenti *V.* d) nullo *V.* e) pro *V.* f) *sic hoc loco rectius V.* g) *sic V; cf.* lud. op. = *αἰσχρουργίας.* h) superse *V.* i) vrāe *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio II, Mansi XII col. 1089; et amplectibili adoratione = καὶ ἀσπαστικῆς προσκυνήσεως. Cf. Libri Carol. III, 18.* 2) *Cf. p. 17 n. 7.* 3) *Ibid. actio IV, Mansi XIII col. 14. Cf. Libri Carol. III, 21.* 4) *Gregorii Carm. 10 De Virtute v. 793 sq. (opp. ed. Bened. II, 455).* 5) *id est Ancyrae (Ἀγκύρας).* 6) *Cf. n. 3.* 7) *Georgius, diaconus et notarius Tarasii.* 8) *ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὴν αἱμόῤῥουν.* 9) quae titulatur = *ὁ στηλογραφῶν.*

scopus respondit: Proprie dicere: iubet et suscipit prolixe, qui faciunt imagines[a] [1]. Tamen vestra c. 791 in. a Deo inspirata iuridica[a*] excellentia ipsam synodum legi facere potest in actione quarta[b], utrum sic est, an non.

In actione sexta. Tomo tertio.

Capitulo XII. Quod non pertineat ad imaginum adorationem, ut illi stultissime [et][c] inrationabiliter putant, quod per legislatorem scriptum est: 'Ecce vocavi ex nomine Beselehel de Uri fili Or de tribu Iuda et re- Exod. 31, 2–6. plevi eum spiritum sapientiae et intellegentiae ad perficiendum opus ex auro et argento; et dedi ei Oliab[d] de Achisama' etc.[2]

Pro his firmissimis exemplis praedecessor noster sanctissimus dominus Gregorius secundus iunior papa[3] in suo sacro concilio[4], — quod et in alio concilio[5] praedecessoris nostri domini Stephani pape[6], una cum sacerdotibus partibus Francie atque Italie actum[e], praedictum sacrum concilium susceptum et veneratum est, — in eo ipso praesedente sanctissimo ac beatissimo quondam[f] domino Gregorio papa, per semetipsum similiter dixit[7]: Si contraria sentientibus et irrita facere quaerentibus antiquas patrum traditiones salutis occurreret conversio, sufficerent utique ea, que superius a nobis ex patrum testimoniis vel sacris dicta sunt documentis. Sed quia videmus, quod merentes dicimus, plerosque turbatis mentibus statuta conturbare ecclesiae, ideo, fratres carissimi, extenditur sermo, et cupimus ad conpescendam erroris insaniam adhuc ex veteribus documentis aliquid dicere; forsan resipiscunt inquieti. In libro enim Exodi sic legimus[8]: 'Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, Exod. 25, 1–3. ut tollant michi primicias; ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas. Haec sunt autem, quae accipere debetis' et cetera per ordinem usque ad 'duorum cherubim, qui erunt super ib. 25, 22. archam testimonii, cuncta quae mandabo per te filiis Israel'.

Nam et aliud[g] proferuit testimonium ex libro tertio Regum, ut sileant garrientes: Mandato Dei a Salomone constructo templo inter alia: 'Et fecit in oraculo duos cherubim de 3. Reg. 6, 23. lignis olivarum'. Et infra: 'Et sculpsit in eis picturas cherubin, et palmarum species et ana- 3. Reg. 6, 32. glifa[h] valde prominentia, et texit ea auro; et operuit tam cherubin, quam palmas et cetera auro'. Ecce, carissimi fratres, consideremus, quid Deo mandante Moses fecerit, quidve Salomon sapientissimus iussu construxerit divino etc.

Quanto debemus puro cordis animi[i] sculptum[k] Christum deum nostrum sanctamque semper virginem eius genetricem Mariam, apostolos quoque, vel omnes sanctos Dei per eorum sacras effigies atque[l] imagines colere vel adorare, et ad propiciandum nobis petere et relaxare delicta! Nos non ob alium nomen imagines facimus et adoramus, sed pro nobis incarnato verbo Dei. Si autem manufacta omnia abicienda sunt, neque arca federis, neque aurea et celata cherubin eius debuerunt recipi, que per Beselehel et Oliab facta sunt iuxta preceptum Dei. Si vero illa suscepta sunt, et aec[m] imagines oportune recipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt. Unde et operantur, sicuti et arca, in multis miraculis; nam et arca et cherubin, ut et haec sine anima erant et manufacta et sculpta; sed sicut illic per illa operabatur Deus et glorificabatur, ita et nunc in istis, quoniam sicut similia invisibilium facta sunt illa, ita et haec simili modo secundum visiones et revelationes prophetarum coloribus distincte efficiuntur. Et ne aliquis propter adorationem, quam a praedecessoribus nostris sanctissimis praesulibus

---

a) imaginẽs *V.* a*) uiridica *V; an* veridica? b) *sequitur* si *in V.* c) *om. V.* d) Eliab *V.* e) *pro* acto. f) quod *V.* g) alius *V.* h) anoglifa *V.* i) *sic V*; *an legendum* puriori animo? k) sculpsum *V.* l) autque *V.* m) *pro* hae.

1) Proprie — imagines = *κυρίως εἰπεῖν, κελεύει καὶ ἀποδέχεται κατὰ πλάτος τοὺς ποιοῦντας εἰκόνας.* 2) *Acta conc. Nic. II. actio VI tom. 3, Mansi XIII col. 250. Cf. Libri Carol. I, 16.* 3) *III. cf. supra p. 15 n. 13.* 4) *Romano, cf. ibid. n. 15.* 5) *Lateranensi, cf. p. 11 n. 9.* 6) *III.* 7) *Cf. Neues Archiv XXI, 111.* 8) *Cf. ep. Gregorii II. ad Leonem imperat. (J. 2180) Mansi XII col. 961.*

c. 791 in. promulgata est, oblatrare praesumat, sciat se talem orationem docuissent[a], qualem praedecessor noster sanctus Gregorius egregius doctor et papa in epistola sua, quam in praefato concilio domni Stephani pape[1] Herulfus episcopus provintiae Galliarum civitatisque Linguinis[2] protulit, ubi infra cetera Secundino servo Dei inclauso Galliae docuit dicens[3]: Scimus, quia tu imagine[b] salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi deum colas, sed ob recordationem filii Dei, ut in eius amore recalescas, cuius te imagine videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimus, sed illum adoramus, per quem[c] imaginem aut natum aut passum aut in thronum sedentem recordamus. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filio Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat, aut de passione emulceat. Ideoque direximus tibi sirtaria dua, imaginem salvatoris, sanctae Dei genetricis Marie, beatorum Petri et Pauli apostolorum [per[d]] supradictum filium nostrum diaconem, et unam cruce, clavem pro benedictione, ut ab ipsa a maligno defensus, cuius sanctum lignum munitum esse te credis etc.

In actione quarta.

Capitulo XIII. Quod Theodosius[e] Mirensis episcopus ridiculose et pueriliter egerit, qui, ut imaginum adoratione adstrueret, somnia[f] archidiaconi sui in eadem synodo retulit[4].

Quid[g] dubium est, quod et [in[h]] vetere et in novo testamento pluribus per somnia futura revelata sunt? Sed ut de pluribus optimum unum memoremus, sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi testimonium proferrimus[a], ubi in expositione sanctorum martyrum Gervasii et Protasii inter reliqua ait[5]: In tertia vero nocte, defecto ieiuniis corpore, non dormienti, sed stupenti, [cum[i]] quadam michi tertia[k] apparuere persona, quae similis erat[l] beato Paulo apostolo, cuius vultum me[m] pictura docuerat etc. Hoc testimonium a Sergio sanctissimo quondam[n] archiepiscopo ecclesie Ravennate per Iohannem diaconem suum in prelato concilio sancte recordationis domini Stephani praedecessoris[o] mei[6] pro sacris imaginibus venerationis offeruit.

Item sancti Gregorii theologi de epitafio in Cesario fratri suo infra cetera[7]: Tunc Caesarium eum[p] videbo, umquam[q] abientem, umquam[q] remeantem[r], umquam[q] lamentatum, umquam[q] misertum, sed splendidum, gloriosum, excelsum, qualis michi et visione apparuisti, o[s] dilecte fratrum mihi etc.

Sed et sanctus Gregorius papa sicut in dialogis suis meminit de quibusdam beatissimis viris atque[t] religiose femine simulque puelle, sanctam Dei genetricem Mariam atque principes apostolorum Petrum ac Paulum et sancti martyres vidissent in transitum eorum[8]. Unde eos cognoverunt, nisi per picturam, sicut et beatus Ambrosius, ut superius exaravimus, dixit?

In actione quinta.

Capitulo XIV. Deliramentum errore plenum, quod de retruso[u] quodam dixerunt, qui demoni iurasse et ipsum iuramentum irritum fecisse per-

---

a) *sic V.* b) imagines *V.* c) *rectius* quem per, *sed cf. infra sub cap. 10 et 26 ordinis alterius.* d) *om. V.* e) *rectius* Theodorus. f) adstrueres omnia *V.* g) *sic V; an* Cui? h) *om. V.* i) *om. V.* k) tertio *V.* l) esse *V.* m) e *pro* me *V.* n) quod *V.* o) prodecessoris *V.* p) = *αὐτόν.* q) = *μηκέτι.* r) = *φερόμενον.* s) hoc *V* (= *ὦ*). t) autque *V.* u) truso *V.*

1) *Cf. p. 19 n. 5. 6.* 2) *Lingonensis, cf. Neues Archiv XXI, 112.* 3) *Gregorii I. Registr. ed. Hartmann l. IX ep. 147 interpolata (EE. II, 147), infra saepius laudata.* 4) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 34. Cf. Libri Carol. III, 26.* 5) *Ambrosii ep. supposititia 2 § 4 (opp. ed. Bened. II app. col. 484).* 6) *Cf. supra p. 11 n. 9; cf. fragm. actionis I. ap. Mansi XII col. 714:* Ioanne ven. diacono s. ecclesiae Ravennatis locum praesentante Sergii. 7) *Gregorii Naz. oratio VII. funeb. in laudem Caesarii § 21 (opp. ed. Bened. I, 213).* 8) *Cf. Gregorii I. Dialog. III, 24. IV, 11. 13. 17 (opp. ed. Bened. II col. 333. 389. 392. 400).*

hibetur, cuius abbas non mediocriter delirasse dinoscitur, dicens ei commodius esse omnia in civitate lupanaria ingredi, quam abnegare adorationis imaginis Domini aut eius sanctae genetricis[1]. c. 791 in.

Hoc testimonium ex libro praecipui doctoris sancti Sofronii offertum est[2], et nullus est, ut opinamur, inter orthodoxos christianos, qui eius deiloqua dogmata, vel qualibet explanationis opusculum respuere auderet.

Item sancti Iohannis Chrysostomi in amputatione capitis sancti Iohannis baptiste, infra cetera[3]: Oportebat[a] enim eum[b] non iura[c]re[d] omnino, et quoniam iuravit, oportebat[e] illi mentiens[f] periurare. Enim ex malorum electione[g] melius erat utiliora[h] eligere[a] etc. cf. Matth. 5, 34.

Item ex libro sancti Augustini de psalmo XXXI. inter cetera[4]: Nulla opera praeponere fidei, id est[i], ut ante fidem quisque dicatur bene operatus? Ea enim ipsa opera, que dicuntur ante fidem, quamvis videantur laudabilia hominibus[k], inania sunt: et ita[l] mihi videntur esse, ut magne vires et cursus celerrimus[m] preter viam. Nemo enim conputet bona opera sua ante fidem etc.

In actione quarta.

Capitulo XV. Quod non propter eos scriptum sit, qui imagines[n] adorare contempnunt, sicut illi dicunt, qui eas adorant, quod[o] in psalmo legitur: 'Quanta malignatus est inimicus in sanctis tuis'[5]! Ps. 73, 3.

Veraciter propter hereticos haec dixerunt, sicut beatus Augustinus in eidem psalmi explanatione inquid[6]: Quanta maligne operatus est inimicus in sanctis tuis, in his, que sancta tua erant, id est in templo[p], in sacerdotio, in his omnibus sacramentis, que illo tempore fuerunt.

Similiter et nunc ampliora mala inimici sanctae catholicae et apostolice ecclesiae malignantes adversus olitanam ortodoxamque traditione[q] pro sacris imaginibus depositione ad nichilum redacti sunt.

Item sancti Gregorii Nantianzeni, qui et theologi, de sermone in phylosopho Irone inter cetera[7]: Quomodo enim? Non gloriabantur? Quomodo enim? Non polluerunt templum sanctum superventionibus multismodis et in omnibus malis? Principabatur quidem vir impius et iniquus et neque nomen christianitatis circumferens etc.

In actione quinta.

Capitulo XVI. Quod epistolam, quam illi sancti Symeonis[r] Stilite dicunt, missa ad Iustinianum[8] imperatorem, multum distet a divinis scripturis sive sanctorum patrum documentis in eo, quod ait prefato imperatori: 'Pro quibus commemorantes referuimus divinis vestris auribus', sive in eo quod idem imperatori misericordia uti prohibuerit[9].

---

a) Oportebat—eligere *leguntur etiam in B f. 102.* b) Iohannem *pro* enim eum *B.* c) *Hic in V (et in omnibus editionibus) errore librarii secuntur, quae infra sub cap. 1 ordinis alterius leguntur inde a verbis* (be)-ro veneratione sacris imaginibus *usque ad extremam epistolam; quae in nostro textu secuntur, in V et editionibus iam supra leguntur, cf. supra p. 13 n. c, Neues Archiv XXI, 91.* d) -ri *V.* e) *Sequitur* enim *in V.* f) mentiri *B.* g) *cf.* ἐν γὰρ κακῶν ἐκλογῇ. h) utiliore *V.* i) idē *V.* k) in omnibus *pro* hominibus *V.* l) item *V.* m) celeberrimus *V.* n) magines *V* o) quoddam *V; cf. Libri Carol. II, 1.* p) exemplo *pro* in templo *V.* q) *corr. in* -em *m. 2 V.* r) Symeoni *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 194 (actio IV ibid. col. 59). Cf. Libri Carol. III, 31.* 2) *Ex libro, qui dicitur*: Pratum spirituale, *a Moscho auctore Sophronio dedicato, qui saepe falso, sicut etiam in actis concilii Nic. II., Sophronio ascriptus est.* 3) *Iohannis Chrysost. sermo spur. In saltationem Herodiadis et decollationem Iohannis etc. (opp. ed. Montfaucon VIII app. p. 41).* 4) *Augustini De psalmo 31. enarr. II, 4 (opp. ed. Veneta IV col. 172).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 130. Cf. Libri Carol. II, 1.* 6) *Augustini De psalmo 73. c. 6 (opp. IV col. 772).* 7) *Gregorii Naz. oratio 25. In laudem Heronis § 11 (opp. ed. Bened. I, 463).* 8) *Immo Iustinum II. (565—578).* 9) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 160, S. Symeonis Columnalis* (Στυλίτου) *epistola quinta ad imp. Iustinum iuniorem. Cf. Libri Carol. IV, 5.*

c. 791 in. Sanctus quippe Ambrosius scribens ad Gratianum imperatorem librum ortodoxe fidei, numquid peccavit, quia dixit ei[1]: 'Sanctae imperator'? Et quid[a] extra dixit iste scribens ad cristianissimum Iustinianum[2] imperatorem pro zelo fidei sue 'divinis auribus' exprimens? Et ideo divinis auribus, quia, qui divinos sermones audit et fideliter atque ortodoxe eos observat, recte divinis auribus, videlicet auditum divinum habere monstratur. De vero misericordie uti prohibente non ita est, sed petens non morari[b] neque et[c] modicum, fieri[d] decentem vindictam sanctus ille poposcit; nam non sine misericordia, ut superius fati sunt, verum etiam tantum amorem erga imagines[e] sanctorum habere videbatur, ut impios illos anathema iacularet ictibus. Quo agnitam[f] habere vestram a Deo inspiratam excellentiam magnopere credimus, ubi sanctus[g] Gregorius in dialogis suis[3] meminit de beato Bonefacio, qualiter miserum illum, qui cum simia veniens cimbala percussit, sermone suo cum merore ad mortem illum[h] iaculavit[g]. Unde et post pauca sanctus Gregorius inquid: Tanto ergo metuenda[i] ira iustorum, quanto et constat, quia in eorum cordibus ille praesens est, qui ad inferendam ultionem, quam voluerit, invalidus non est.

Item idem sanctus Gregorius in explanationem beati Iob, ubi, dum de fortibus
Zach. 9, 15. sanctae ecclesiae predicatoribus tractaretur, adiunxit[4]: 'Devorabunt et subiciunt lapidibus funde'. Infra: Sancti doctores, qui ad virtutem et alios instruunt, ostes devorant. Et post pauca[5]: Fortes ex illa viri prodeunt, quibus quasi lapideis[k] ictibus iniquorum corda tundantur.
cf. 1. Reg. 17, 49. Unde et Golias immanissimus saxo funde moritur, quia angulari[l] sanctae ecclesiae lapide diabolica celsitudo superatur.

In eadem actione.

Capitulo XVII. De eo quod omnibus hereticis Samaritanos deteriores et Samaritanis deteriores eos dicunt, qui imagines destruunt, cum parentes[m] eorum secundum eorum oppinionem omnibus hereticis deteriores fuerint, qui utique[n] imagines destruxere[6].

Et in his mellifluus doctor beatus Gregorius theologus in sermone de natale Domini infra cetera inquid[7]: Offendis carni? hoc et Iudaei. Si et Samaritanum vocabis? et reliquo[o] sileam. Non credis deitati? hoc neque demones. O et Iudeis infidelior tu et demonibus deterior etc.

Item ex edicto Iustiniani imperatoris[8] inter cetera: Sed neque Theodorus Mompsoestenus, qui et Iudaeos et Ellinas[9] superavit in sua impietate etc.

Item sancti Gregorii pape in explanatione beati Iob de libro XIV.[p] inter cetera[10]:
Prov. 25, 27. Sicut qui mel multum comedet, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur gloria. Et infra: Gloria invisibilis conditoris, que moderate inquisita nos erigit, ultra vires perscrutata premit. Unde et heretici, quanto de sublimi intellegentia amplius repleri ambiunt, tanto amplius inanescunt. Inmoderatis namque auribus cognitionis superne scientiam quo plus appetunt, plus amittunt. At[q] contra hii, qui in sancta ecclesia veraciter sunt humiles et veraciter docti, norunt

---

a) qui *V.* b) = *ἀναμένειν, Mansi XIII, 162.* c) *sic V, an* ad? *cf. Mansi l. l. πρὸς μικρὸν.* d) *τοῦ γενέσθαι Mansi l. l.* e) imaginem *V.* f) *sic V; an* quod agnitum? g) sanctus — iaculavit *leguntur etiam in B f. 102 et in Ivonis decr. X, 66.* h) *om. I.* i) metuendo *V.* k) lapides *V.* l) angularis *V (in ed. Ben. legitur* singulari*).* m) parentibus *V.* n) utrique *V; cf. Lib. Car. IV, 6.* o) = reliquum. p) *immo* XX. q) A *V.*

1) *Ambrosii De fide l. I prolog. § 1 (opp. ed. Bened. II col. 443).* 2) *Cf. supra p. 21 n. 8.* 3) *Cf. Gregorii Dialog. l. I c. 9 (opp. ed. Bened. II col. 188).* 4) *Gregorii Moralia in Iob l. 34 c. 11 § 22 (opp. I col. 1125).* 5) *Verba haec:* Fortes—tundantur *non secuntur, sed antecedunt l. l.* 6) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 163. Cf. Libri Carol. IV, 6.* 7) *Gregorii Naz. oratio 38. In Theophania etc. § 15 (opp. ed. Bened. I, 673).* Si—sileam = *ἢ καὶ Σαμαρείτην ἀποκαλεῖς; καὶ τὸ ἑξῆς σιωπήσομαι.* 8) *I. (527—565), Mansi IX col. 570, cf. Hefele, Conciliengesch. II, ed. 2. p. 836.* 9) *i. e. Hellenes.* 10) *Gregorii Moralia in Iob l. XX c. 30 § 18 (opp. ed. Bened. I col. 644).*

de secretis caelestibus et quaedam considerata intellegere, et quedam non intellecta venerari, ut et c. 791 in. que intellegunt veneranter teneant, et quae necdum intellegunt humiliter exspectent[a]. Quam praesumptionis audaciam bene predicator egregius refrenat dicens: 'Non plus sapere quam oportet sapere, Rom. 12, 3. sed sapere ad sobrietatem'.

Et ideo predecessōres eorum plus quam [oportet[b]] sapere se extollentes et novitate[c] inponere molientes, heretici deteriores effecti, ad nichilum redacti sunt.

In eadem actione.

Capitulo XVIII. Quod nulla evangelii lectio tradat[d] Iesum ad Avgarem[1] imaginem misisse, ut illi dicunt[2].

Predecessor[e] noster sanctae[f] recordationis dominus[g] Stephanus quondam[h] sanctissimus papa[i] in supradicto concilio presidente[k] inter plurima veridica testimonia per semetipsum asserens[l] docuit ita[3]: Sed nec illud est pretereundum, quod relatione[m] fidelium de partibus orientis advenientibus[n] [4] sepe cognovimus[o]. In quibus licet[p] evangelium[q] sileat, tamen nequaquam[r] in omnibus incredibile fidei meritum, ex[s] hoc adfirmantem[t] de[u] ipso evangelista[v]: 'Multa quidem et alia signa fecit Iesus, que non sunt scripta[w] in libro hoc'. Denique fertur ipsis[5] Ioh. 20, 30. asserentibus[x], quod redemptor humani generis, adpropinquante die passionis, cuidam regi Etessene[y] civitatis, desideranti corporaliter illum[z] cernere et ut persecutiones Iudaeorum[a] aufugiens[b], ad illum convolaret[c] et auditas miraculorum oppiniones[d] et sanitatum curationes illi et populo suo impertiret, respondisset[e]: 'Quod si faciem meam corporaliter cernere cupis, en[f] tibi vultus mei speciem transformatam[g] in linteo[h] dirigo, per quam et desiderii tui fervorem refrigeres, et quod de me audisti[i] inpossibile[k] nequaquam fieri existimes. Postquam tamen[l] conplevero ea, que de me scripta sunt, dirigam tibi unum de[m] discipulis meis, qui tibi et populo tuo sanitates impertiat et ad sublimitatem fidei vos perducat[e]' et reliqua.

Item de synodica trium patriarcharum[6], videlicet Cosme Alexandrie, Theodori Anthiochie et Theodori Hierosolime, quam in praedicto concilio relecta, ab omnibus fideliter honorata et venerabiliter suscepta est, ubi post multa sanctorum patrum testimonia Theodorus patriarcha Hierosolimorum inquid: Restat mihi tempus enarrandi de Abgaro Edeseno, et alia aut[n] similia sanctorum patrum, que et vos melius cognoscitis. Persevera, sanctissime pater[7], persevera in eadem bona fide, corroboratus super petram fidei, sicut deiloqua vox affata est apostolo Petro: 'Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam; et porte Matth. 16, 18. inferi non praevalebunt adversus eam'. Vere non prevalebunt ei in saeculum saeculi. Cognitum facimus te sanctissimum dominum ego humilis Theodorus patriarcha Ierosolimorum, et hii, qui nobiscum sunt, Cosmas patriarcha Alexandriae et Theodorus patriarcha Antiochie ipsum intellegimus et credimus, sicut et vestra sanctitas patet etc.

---

a) exspectunt *V.* b) *om. V.* c) novite *V.* d) tradam *V.* e) Predecessor—perducat *leguntur etiam in B f. 102 et in Ivonis decreto IV, 83.* f) sancte *B.* g) donnus *B.* h) qđ *V.* i) papa quondam sanctissimus *I.* k) presidens *B, I.* l) acserens *V.* m) revelatione *B.* n) advenientium *I.* o) agnovimus *I.* p) scilicet *V.* q) euuangelium *B.* r) nequam *B.* s) et *I.* t) adfirmante *B.* u) *om. I.* v) euuangelista *B;* evangelio *I.* w) scripta sunt *I.* x) a merentibus *V;* ab asserentibus *I,* ipsis *om.* y) et ēē ne *V,* Edessene *B, I.* z) illud *V,* eum *I.* a) Iudeorum *B.* b) aut fugiens *V.* c) *sic I;* convocare *V, B.* d) opiniones *B.* e) respondisse *I.* f) cupiren *V.* g) transfortam *B.* h) lenteo *V.* i) audivisti *I.* k) impossibile *B.* l) tam rem *V.* m) ex *I.* n) autem *V.*

1) *Abgarum regem Edessenorum, cf. Wetzer et Welte, Kirchenlexikon 2. ed. I, 87. III, 300.* 2) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 191. Cf. Libri Carol. IV, 10.* 3) *Cf. supra p. 11 n. 9; cf. Mansi XII col. 721 inter fragmenta concilii Lateranensis et Mansi XII col. 964 ep. Gregorii II. ad Leonem imp.* 4) *Cf. etiam infra synodicam trium patriarcharum orientalium.* 5) *Scilicet fidelibus de partibus orientis advenientibus, cf. n. 4.* 6) *Cf. supra p. 11 n. 2. 4. 5. 7. 10.* 7) *Paulus I. papa, ad quem synodica missa est, cf. supra p. 11.*

c. 791 in. In eadem actione.

Capitulo XIX. Quod nec illud ad hanc [rem[a]] pertineat, ut illi dicunt,
Ps. 73, 9. quod scriptum est: 'Quoniam non est iam propheta, et nos [non[b]] cognoscet amplius'[1].

Pro hereticis illis, qui in seudosyllogo[c] [2] sub Constantino[3] quondam[d] heretico imperatore gloriantes se aliquid sapere et intellegere, nescientes talia, isti psalmifice dixerunt, quoequantes eos Iudaeis, de quibus beatus Augustinus in eodem psalmo explanavit dicens[4]: Ecce isti Iudaei, qui se dicunt non agnosci adhuc. Et post pauca:
ibid. Iam signa tua non vides, iam non est propheta, et dicis: 'Et nos non agnoscet adhuc, quia vos non agnoscitis adhuc. Iam non est propheta, et nos non cognoscet adhuc. Usquequo, Deus, exprobravit[e] inimicus? Similiter et ipsi heretici; usquequo princeps eorum, videlicet Constantinus heresiarcha, exprobratus est, non intellexerunt, et ideo redacti sunt ad nichilum.

In actione sexta.

Capitulo XX. Quomodo intellegendum est, quod in Canticis canti-
Cant. 2, 14. corum scribitur: 'Ostende mihi faciem tuam et auditam fac mihi vocem tuam, quoniam vox tua suavis est, et facie tua speciosa'; quod quidem capitulum illi inpudentissime ad imaginum visione protulerunt[5].

Recte eum protulerunt, quia visione sacrorum imaginum ad speciosam formam domini et salvatoris nostri Iesu Christi secundum carnem, sanctaeque eius genetricis, et sanctorum pertinet. In persona enim Christi et ecclesiae diversa sanctorum patrum opuscula in Cantica canticorum explanata sunt, et si, quomodo intellegendum est, scire velint, sancti Epiphanii[f] episcopi Cypri proferimus expositione, in qua infra multa
ibid. diversa inquid[6]: 'Ostende michi faciem tuam, et auditam fac mihi vocem tuam', hoc est: per legem et prophetas non mihi loquaris, sed temetipsum totum mihi demonstra, sicut et Moses tali
Exod. 33, 13. desiderio conprehensus, fiducialiter dicebat ad Deum: 'Ostende michi teipsum, ut te videam'. Sed
ib. 33, 20. tunc equidem dixit Mosi: 'Nullus videbit faciem meam, et vivet'. Sponse[g] autem suae volens semetipsum ostendere, instar nubis[h] ei se induto corpore demonstravit, per virtutis modum, per sustentationem et innocentiam, tradens ei pietatis aspectum. Ostendit igitur ei faciem suam[i] conceptus in Dei genetrice virgine, et audire eam faecit vocem suam, cum doceret in Oliveti monte discipulos, et
Cant. 2, 14. rursus, dum per eos in universum orbem terrarum predicationis dogmata destinasset. 'Quoniam vox
Matth. 25, 34. tua suavis et facies tua speciosa'. Vox eius vere suavis est, quae dicit: 'Venite, benedicti patris mei'
ib. 9, 29. etc. Vox tua suavis, hoc est: quae caecos videre fecit, cum diceret: 'Secundum fidem vestram[k] fiat
ib. 11, 28. vobis'. Vox tua suavis est, id est dicendo: 'Venite ad me omnes, qui laboratis' etc. Vox suavis est,
Marc. 2, 9. Matth. 9, 2. dicens paralitico: 'Surge et tolle grabatum tuum, et ambula'. Vox suavis est, dicens: 'Confide, fili[l],
Luc. 7, 50. remittuntur tibi peccata tua'. Vox tua suavis est, dicens: 'Confide, filia, fides tua te salvam fecit; vade in pace'. Et alia plura, quae per ordinem exarare longum est.

---

a) *sic supplevi ex Libris Carol. II, 2.* b) *om. V.* c) *sic saepius pro* pseudos. *V.* d) qđ *V.* e) *pro* exprobrabit, b *et* v *saepius mutantur in V.* f) Ephiphanii *V.* g) sponte *V.* h) instar navis *V; cf.* νεφέλης δίκην. i) tuam *V.* k) nostram *V.* l) filia *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 130. Cf. Libri Carol. II, 2.* 2) *Sic hic et infra appellatur concilium a. 754. Constantinopoli contra imaginum cultum actum; cf. quae Basilius Ancyrae episcopus in concilio Nic. II. dixit (Mansi XII col. 1009):* anathematizans — synodum, quae ex stoliditate et dementia congregata et septima synodus nominata est, ab his vero, qui recte sapiunt, pseudosyllogus legaliter et regulariter appellatur. 3) *V. Copronymo (740 vel 741—775).* 4) *Augustini De psalmo 73 c. 11. 12 (opp. ed. Veneta IV col. 774).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio VI, Mansi XIII col. 221. Cf. Libri Carol. II, 10.* 6) *Philonis Carpasii ep. enarratio in Cant. Cant., ed. in Bibl. Gallandii IX, 738, Epiphanio falso ascripta.*

In actione sexta. In tomo primo. c. 791 in.

Capitulo XXI. Quod non ad[a] adorandas imagines pertineat, quod scriptum est: 'Creavit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam'[1]. Gen. 1, 27.

Si sic intellegunt, quod creavit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam, quia propter adorandas imagines explanavit hoc Tharasius patriarcha, de intellectum nichil habere quippiam videntur, ut scriptum est: 'Et intellegere non potuerunt'. Sap. 13, 1. Tharasius namque patriarcha, dum concilio hereticorum rennueret[2] et exprobraret, quod in eorum obscuritate contra sacrorum imaginum stabilitate dici ausi sunt[3]: quatenus proprie manus [opus[b]] plasmator Deus videns perfecte etc., idcirco hoc dixit sensum: quoniam quidem terrigenus imaginem Dei onoratur; et post pauca: Imaginum facture, et deliberatione vacua sevissime gloriari per eos facere, et variis sermonibus eorum mente consuentes, ecclesiam Dei ut errantem iudicant etc.

Nam creavit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam. Beatus Augustinus in lib. V. ex eo, quod in Genese sexto[c] die factum legitur, infra cetera inquid[4]: Et modo adtendite: in poena sua constitutus est homo, et quantum valent reliquie imaginis Dei, quae in illo remanserunt. Optrivit ipsam imaginem per[d] peccatum, et ipsa[e] reformatur per gratiam, quae per libidinem obsolefacta est. Quomodo enim nummus, si confricetur a terram, perdet imaginem imperatoris, sic mens hominis, si confricetur libidinibus terrenis, ammittit imaginem Dei. Venit autem monetarius Christus, qui repercutiet nummos. Et quomodo repercutit nummos? Donando peccata gratia: et ostendet tibi, quia Deus querit imaginem suam. Nam quando illi de tributo Cesaris dictum est: 'Licet tributum dare Cesari?' — temptabant enim eum, ut si diceret: 'Non detur', calumpniarentur illi per exactores[f] tributi: 'Ecce qui docet, ut non debemus tributum; si autem diceret: 'Detur'[g]: 'Ecce qui maledixit Hierusalem, fecit illa tributariam' — quid ergo ipse dixit, et quid ammonuit[h]? 'Quid me temptatis, hypocrite? Afferte michi nummum'; et obtulerunt[i] illi. 'Cuius habet imaginem et scriptionem?' Responderunt: 'Cesaris'. 'Reddite ergo quae sunt Cesaris Cesari, et Deo que Dei sunt'; id est: si Cesar querit imaginem in nummo, Deus non querit imaginem in hominem? etc. cf. Matth. 22, 17—21. Marc. 12, 14—17. Luc. 20, 22—25.

Item sancti Severiani Gavalensis episcopi de omelia, que in sabbato dicta est: 'Ad imaginem et similitudinem' infra cetera[5]: Et sicut nos, si non adest imperator, honoramus imaginem imperatoris, sic et creatura et non videntem[k] invisibilem, qui ad imaginem factus est, honorabat etc.

In actione quarta.

Capitulo XXII. Quomodo intellegendum sit quod scriptum est: 'Abraham adoravit populum terre filios Et', sibe quod Moses Iothor[6] legitur adorasse, quibus exemplis hii, qui propter adorandas imagines synodos faciunt, suum errorem fulcire affectant; et quia nec Iacob Faraonem, nec Danihel Nabugodonosor[l] regem, ut illi dicunt, uspiam leguntur adorasse[7]. Gen. 23, 7. cf. Exod. 18, 7. cf. Gen. 47, 10 (?). cf. Dan. 2, 46 (?).

---

a) *om. V.* b) *om. V.* c) recto *V.* d) pro *V.* e) ipse *V.* f) exauctores *V.* g) diceretur *pro* diceret detur *V.* h) quidem monuit *pro* quid ammonuit *V.* i) obtulerat *V.* k) = videns. l) Nabugodonoso *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio VI t. 1, Mansi XIII col. 214, cf. ep. Hadriani, Mansi XII col. 1069, Libri Carol. I, 7. Cf. Neues Arch. XXII, 693.* 2) *Ergo Tarasius ipse auctor fuit eius, qui hic laudatur, libelli, pseudosynodum a. 754. actam refutantis et in actione sexta concilii Nic. II. recitati. Cf. Neues Arch. XXI, 113.* 3) *Cf. Mansi XIII col. 214. 215*: quatenus—perfecte *etc.* = *ὅθεν τὸ τῆς οἰκείας χειρὸς ἔργον ὁ πλάστης Θεὸς βλέπειν τέλεον | εἰς ἀπώλειαν χωροῦν;* quoniam—onoratur = *ὅτιπερ γηγενὴς εἰκόνι Θεοῦ τετίμηται;* Imaginum—iudicant = *(. . ἑτέραν εἰδωλολατρείαν θρασυσομοῦσιν ἐπεισελθεῖν) τὴν τῶν εἰκόνων ποίησιν, καὶ ἀπολύτρωσιν καινὴν (cf.* vacua = *κενὴν!) ἀλαζονικῶς ἐγκαυχάσθαι δι' ἑαυτῶν πεποιηκέναι. καὶ ποικίλοις ῥήμασι τὴν ἑαυτῶν γνώμην συῤῥαψῳδήσαντες, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ ὡς ἐσφαλμένην κρίνουσιν.* 4) *Hunc locum frustra quaesivi; cf. infra sub capitulo 53.* 5) *Hanc Severiani homiliam typis expressam non inveni.* 6) *id est Ietro.* 7) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 46. 54, cf. actio VII, Mansi XIII col. 406. Cf. Libri Carol. I, 9.*

c. 791 in. Beatus Augustinus in XLVI. psalmo nos docuit dicens[1]: Dominus Deus noster fidem, in qua vivimus, per libros suos[a], scripturas sanctas, multipliciter variaeque diffundit, sacramenta quidem verborum varians, fidem tamen unam commendans. Una enim eademque res ideo multis modis dicitur, ut modo ipso dicendi propter fastidium varietur, sed propter concordiam una teneatur etc.

Item idem[b] beati Augustini de filio Abraham ducto ad sacrificium inter cetera[2]: Duo illi servi dimissi et non perducti ad locum sacrificii Iudaeos significabant; asina illa nescio quid Iudaeorum significabat. Nolite mirari, quia toties una enim[b] res potest multis modis significari etc.

In eadem actione.

Capitulo XXIII. Quod non ad[c] adorationem imaginum pertineat, nec in nostris codicibus, qui[d] ex Ebraica veritate translati sunt, inveniatur, quod illi in sua synodum dicunt: 'Iacob suscipiens a filiis suis veste talarem tabefactum Ioseph, osculatus est cum lacrimis et propriis oculis inposuit'[3].

Sancti Gregorii theologi de sermone pacifico tertio infra cetera[4]: Pax amica, quae ab omnibus quidem laudatur bonum, a paucis vero conservatum, ubi aliquando relinquisti nos tot iam tempus, et quando reverteris ad nos? Et praesente amplecto, et recedente invocabo multis lamen-
cf. Gen. 37, 33.34. tationibus et lacrimis, quibus neque Iacob Ioseph illum patriarcha, a fratribus enim venditum, a bestia
2. Reg. 1, 12. ibid. 18, 33. autem raptum, ut sperabat; neque David Ionatham suum amicum, opere velli[e] factum[f] aut filium[g] Abessalon postmodum: quorum unus[5], visceribus paternis laceratus, 'fera rapuit', clamabat, 'Ioseph, fera pessima et inmansueta', et pueri veste tabefacta apposita sicuti pueri carnes osculabat etc.

Unde et in multorum[h] sanctorum patrum opuscula de diversis storiis[i] asserta leguntur. In[k] libro enim tertio sancti Ambrosii ad Gratianum imperatorem ita inter cetera invenitur[l] [6]: Neque ad preiudicium trahas[m], quia non moritur Gabrihel[n], non moritur Rafahel[o], non moritur Uriel. Ecce et in nostris codicibus, qui ex Ebraica veritate translati sunt, nequaquam invenitur Uriel scriptum.

Item in[p] eodem sancti Ambrosii libro secundo de Spiritu sancto infra cetera[q] [7]: Esdra[r] nos docuit, dicens in tertio libro. Similiter nec in nostris codicibus, qui ex Ebraica[s] veritate translati[t] sunt, susceptum est tertium librum[u] Esdre, nisi tantummodo duo[k p].

Sed et sanctus Gregorius egregius papa in epistola sua Theoctiste[v] patricie missa infra cetera inquid[8]: Quante autem virtutis precursor nostri redemptoris fuit, novimus, qui per sacrum eloquium non solum plus quam propheta, sed etiam angelus vocatur; sed tamen, sicut mortis eius storia[i] testatur, post mortem a persecutoribus corpus eius incensum est. Et nos legimus
Matth. 14, 12. in sancto evangelio corpus eiusdem sancti Iohannis baptiste a[w] discipulis[x] suis sepultum esse, et beatus Gregorius dicit per storiam[i], eidem[y] sancti Iohannis baptiste corpus eius incensum esse videtur. Et ideo, ut diximus, sanctorum dicta nequaquam respuuntur, quia sacra tota divina scriptura quis aliquando conprehendere[z] valebit?

---

a) *apud August. ed. Ven. legitur* sanctos *pro* suos. b) *sic V;* eadem? c) *om. V.* d) quo *V.* e) = belli. f) factu *V.* g) filios *V.* h) multarum *V.* i) = historiis, *cf. infra v. 32. 34.* k) In— duo *leguntur etiam in B f. 102'.* l) invenietur *V.* m) thrahas *B.* n) Gabriel *B.* o) Raphael *B.* p) In libro sancti Ambrosii secundo—tantummodo duo *leguntur etiam in Ivonis decr. IV, 225.* q) infra cetera *om. B;* inter cętera *I.* r) Hesdra *B,* Esdras *I.* s) Hebraica *I.* t) tranlati *B.* u) susceptus est tercius liber *B, I.* v) Theoatiste *V.* w) ad *V.* x) discipilis *V.* y) *sic V.* z) conprahendere *V.*

1) *Augustini De psalmo 46 c. 1 (opp. ed. Veneta IV col. 408).* 2) *Hunc locum non inveni, cf. infra sub alterius partis huius epistolae capitulo 3.* 3) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 46. Cf. Libri Carol. I, 12.* 4) *Gregorii oratio 22 De Pace II. § 1 (opp. ed. Bened. I, 414);* ut sperabat = *ὡς ᾤετο;* opere velli factum = *ἔργον πολέμου γενόμενον.* 5) *scil. Iacob.* 6) *Ambrosii De fide l. III c. 3 § 20 (opp. ed. Bened. II col. 500).* 7) *Ambrosii De Spiritu sancto l. II c. 6 § 49 (opp. II col. 643).* 8) *Gregorii I. ep. l. XI, 27 (EE. II, 292).*

c. 791 in.

In eadem actione.

Capitulo XXIV. De eo, quod indocte et inordinate dicunt: 'Si calumniaris me, quoniam ut Deum adoro lignum crucis, cur non calumniaris Iacob adorantem summitatem virge Ioseph? Sed manifestum est, quoniam non cf. Hebr. 11, 21. lignum videns adoravit, sed per lignum Ioseph, sicut et nos per crucem Christum'[1].

Ipsa namque virga, videlicet sceptrum, fideliter atque pulchre in typo crucis explanavit beatus Augustinus in psalmo septuagesimo tertio infra cetera dicens[2]: Immo iam in nomine Christi aevenire gaudeamus. Iam tenentes sceptrum subduntur[a] ligno crucis; iam fit, quod praedictum est: 'Adorabunt eum omnes reges terre, omnes gentes servient[b] illi'. Iam in fronti- Ps. 71, 11. bus regum pretiosius est signum crucis, quam gemma diadematis.

In eadem actione. Et repertum est in actione septima.

Capitulo XXV. Non pertinere ad imaginum adoratione, ut illi dicunt, quod scriptum est: 'Iacob Faraonem benedixit'[3]. cf. Gen. 47, 10.

Semper benedicere nos docet sancta scriptura: 'Benedicite, et nolite maledicere'. Rom. 12, 14. Item 'benedicere omnia opera Domini' docemur; Dan. 3, 57. et rursus prostrati in oratione spiritaliter ante sancta sanctorum psalmifice dicimus: 'Benedicat nos Deus Deus noster, Ps. 66, 7. 8. benedicat nos Deus, et metuant eum omnes fines terrae'. Quapropter si divinis scripturis benedictionibus[c] exarare volumus, antea quam sermo, ut opinamur, chartas cessabunt. Tamen unum vobis sancti Agustini[d] addimus testimonium de eo ipso Iacob luctatione cum angelo, ubi infra cetera inquid[4]: 'Non dimittam te, nisi benedixeris'. Gen. 32, 26. Quia per carnem nos prius benedicit Dominus. Norunt fideles, quid accipiunt, quia per carnem benedicuntur; et sciunt, quia non essent benedicti, nisi caro illa crucifixa daretur pro saeculi vita.

In actione quinta.

Capitulo XXVI. Quod vana sit spes eorum, qui salutem suam in imaginibus ponunt, dicentes: 'Sicut Israheliticus populus serpentis enei inspectione servatus est, sic nos sanctorum effigies[e] aspicientes salvabimur'[5].

Antea iam hoc predictis sacris conciliis predecessorum meorum sanctissimorum pontificum explanatum est, dicentes etiam hoc sanctissimi patres[6]: Addendum[f] est ad incredulorum satisfactionem et directionem errantium[g], quod Deus famulo suo Mosi preceperit dicens, — in libro enim Numeri ita legitur, — contra pestem, qui eis irruerat: 'Fac serpente, et pone eum Num. 21, 8. 9. pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet. Fecit ergo Moses serpentem eneum et posuit pro signo; quem cum percussi aspicerent, sanabantur'. O insania frementium contra fidem et religionem cristianam, ut asserant, non colere aut venerare imagines, in quibus figure sint salvatoris, eius genetricis, vel sanctorum, quorum virtute subsistit orbis, atque potitur humanum genus salutem. Aenei serpentis inspectione credimus Israheliticum populum a calamitate iniecta liberari Christi dei nostri et sanctorum effigies[h] aspicientes atque venerantes dubitamus salvari? Absit talius nefarie temeritatis cedere amensum[i]. Patrum priscas[k] sequamur traditiones, et ab eorum doctrina nulla

---

a) subditur *V.* b) serviunt *V.* c) benedicionibus *V.* d) Agustinus *V.* e) effugies *V.* f) *Quae secuntur minoribus typis expressa cum ep. Hadriani, Mansi XII col. 1064 conveniunt.* g) frantiam *V; cf. epistolam laudatam.* h) effugies *V.* i) *sic V; in ep. laud. rectius:* tali—temeritati cedere assensum. k) priscam *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 46; cf. ibid. col. 115 et ep. Hadriani ibid. XII col. 1064. Cf. Libri Carol. I, 13.* 2) *Augustini De psalmo 73 c. 6 (opp. ed. Veneta IV col. 772).* 3) *Acta conc. Nic. II. actiones IV et VII, Mansi XIII col. 46 et 406. Cf. Libri Carol. I, 14.* 4) *Augustini sermo V De luctatione Iacob cum angelo c. 7 (opp. ed. Veneta V col. 33).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 167, cf. ep. Hadriani Mansi XII, 1064. Cf. Libri Carol. I, 18.* 6) *Cf. supra p. 15 n. 15. 16.*

c. 791 in. declinemus rationem. Possumus enim ita tenentes, quemadmodum nostri predecessores atque patres, eorum plenam gratiam optinere.

Item beati Augustini de eo, quod apparuit Deus, de virga et manu colorata et
Ioh. 3, 14. 15. aqua in sanguine et infra[1]: 'Sicut Moses exaltavit serpentem in heremo, ita exaltari oportet Filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam'; hoc est: quicunque percussus fuerit a serpentibus peccatorum, Christum intueatur, et habebit sanitatem in remissionem peccatorum.

Item eiusdem sancti Augustini super Iohannem evangelistam de eodem sermone omelia inter cetera[2]: Interim modo, fratres, ut a peccato sanemur, Christum crucifixum intueamur;
ibid. quia 'sicut Moses', inquid, 'exaltavit serpentem in heremo', usque in eo, ubi dicit: 'sed habeat vitam
ibid. aeternam'. Et post pauca: Hic autem ait: 'Ut[a] habeant vitam aeternam'. Hoc enim interest inter figuram sive imaginem et rem ipsam: figuram prestabat vitam temporalem; res ipsa, cuius illa figura erat, prestat vitam aeternam et cetera.

Item eiusdem sancti Augustini de libro tertio sanctae Trinitatis infra cetera[3]: Nam sicut unctio lapidis Christum in carne, in qua unctus est oleum exultationis pre participibus suis, ita virga Mose conversa in serpente, ipsum Christum factum oboedientem usque ad mortem
ibid. crucis. Unde ait: 'Sicut exaltavit Moses serpentem in heremo', et post cetera: Sicut[b] intuentes illum serpentem exaltatum in heremo, serpentum[c] morsibus non periebant. Vetus enim homo noster confixus est cruci cum illo. Per serpentem autem mors intelligitur, quae facta est a serpente in paradiso, modo locutionis per effitientem hoc[d] quod efficitur demonstrante. Ergo virga in serpente, Christus in morte, et serpens rursus in virga, Christus in resurrectionem, totus in corpore suo, quod est ecclesia etc.

Item sancti Severiani episcopi Gavalensis de sermone sanctae crucis infra cetera[4]: Putas non erat iustum dici: 'Si quis vestrum morsus fuerit, respiciat in caelum sursum ad Deum, et salvabitur? Ut enim adtendi caelo relinquat, non potuit dicere: 'Si quis morsus fuerit, aspiciat lucerna luminis, et salvabitur? aut aspiciat ad mensam praepositionis sanctorum panum[e], et salvabitur? aut ad altare aut ad velum aut in arca aut in imaginem cherubin aut in propitiatorium?' Sed nichil horum ad medium adduxit legislator magnus, sed solam fixit crucis imaginem, et hanc per maledictum serpentem. Dic mihi ut fidelis famulus: 'Quod interdicis, facis? quod abrenuntias, edificas? Qui dicis: 'Non facias sculptilem', et fusilem sculpis serpentem? Sed illa quidem lege posui, ut materias abscidam[f] impietatis et populum hunc eruam omni idolorum cultura; nunc[g] autem effundo serpentem, ut praefigurem imaginem salvatoris dispensationem, praeplanans cursum apostolorum etc.

In actione quinta. Et repertum est in quarta[5].

Capitulo XXVII. Importuna et deliramento plena dictio Leonis Fociae episcopi, qui in eo, quod ad[h] imaginum adorationem conversus est, sibi
Ps. 29, 12. versiculum psalmi accomodat, dicentis: 'Convertisti planctum meum in gaudium michi; conscidisti saccum meum, et circumdedisti me laetitia'[6].

Omni homini christiano licet cum psalmista orare, ut quando a tenebris in luce
ibid. per gratiam venerit Christi, iuste dicat: 'Convertisti planctum meum in gaudium michi', quia quando erutus est ab heresi, tunc scisum est saccum eius, quando vero recte

---

a) ut ait *pro* ait ut *V.* b) si *V.* c) serpentem *V.* d) hic *V.; ap. August.* id. e) patrum *V.* f) abscida *V.* g) non *V.* h) *om. V.*

1) *Augustini sermo VI De eo, quod apparuit Dominus etc. c. 7 (opp. V col. 36).* 2) *Augustini In Iohannis evang. tractat. XII c. 3 § 11 (opp. III, 2 col. 388).* 3) *Augustini De Trinitate l. III, c. 10 § 20 (opp. VIII col. 804).* 4) *Cf. fragmentum orationis Severiani Gabalorum episcopi in encaenia venerandae crucis apud Iacobi Gretseri De Cruce Christi, Ingolst. 1600 II, 509.* 5) *Quae secuntur, non nisi in quarta actione reperiuntur.* 6) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 55. Cf. Libri Carol. I, 25.*

fidei cognovit veritatem, tunc ab ortodoxis[a] sanctae catholicae ecclesiae circumdatus est laetitia. In hoc ipso sancto Augustino in eodem psalmo explanatione similiter inquid[1]: Conscidisti velamentum[b] peccatorum meorum, tristitiam[c] mortalitatis meae, et cincxisti[d] me stola prima, immortali[e] laetitia. Et iterum: Ut iam non plangat, sed cantet tibi non humilitas, sed gloria mea; quia iam ex humilitate exaltasti me, et non conpungar conscientia peccati, timore mortis, timore iudicii et caetera. c. 791 in.

In actione sexta. In tomo primo fine.

Capitulo XXVIII. Quod non pertineat ad imaginum adoratione, contempnentes illud, quod psalmigrafus cecinit: 'Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, et corde locuti sunt mala'[2]. Ps. 11, 3.

Non ita est, ut illi contempsissent, quod psalmigrafus cecinit: 'Vana locuti sunt' etc., sed contempnentes deliramenta hereticorum in perversa facie ipsorum, cum psalmigrafo[f] cecinerunt de illis: 'Vana locutus est unusquisque ad proximum suum', et quod sequitur. ibid. ibid.

Beati Augustini in eodem psalmo explanatione inter cetera[3]: Veritas una est, qua inlustrantur animae sanctae. Sed quoniam multe sunt anime, in ipsis multe veritates dici possunt, sicut ab una[g] facie multe in speculis imagines apparent. Et post pauca: Superbi ypocrite significantur, in sermone suo spem ponentes ad homines decipiendos et[h] Deo non subditi[i] et cetera.

In actione secunda.

Capitulo XXIX. Reprehensio. Quomodo[k] intellegendum est, quod psalmigrafus cecinit: 'Misericordia et veritas obviaverunt sibi, iustitia et pax conplexe sunt se', quod temere et adolatorie[l] a Iohanne presbitero et legato orientalis prefacture[m] in participatione[n] beati pape Adriani et Tarasii dicitur esse conpletum[4]. Ps. 84, 11.

Recte dictum est, quia Deus misertus est ecclesiae Constantinopolitane, et obviavit veritati sanctae catholicae et apostolice Romane ecclesiae, que semper iustitia tenuit, ut scriptum est[5]:

Iustitiae sedis, fidei domus, aula pudoris.

Quam iustitiam, fidem atque pudorem, ut confessa est, ecclesia Constantinopolitana amplectens, quando ab errore conversa est, fecit pacem, quia tantummodo ipsa sola[o] sede Constantinopolitana resistebat olitane ortodoxe fidei. Nam sedis Alexandrina seu Antiochena et Ierosolimitana semper nobiscum tenuerunt priscam traditionem, scilicet ortodoxam fidem, ut[p] apud nos synodicam eorum[6] pro sacris imaginibus stabilitate habere monstratur.

Beati Augustini in eodem psalmo explanatione inter cetera[7]: Quia iustitia et pax se osculantur, non litigant. Tu quare litigas cum iustitia? Ecce iustitia dicit tibi: 'Ne furaberis', et non audis; 'ne adulteres', non vis audire; 'non facias alteri, quod tu pati non vis'; 'non dicas alteri,

---

a) ortosolis *V.* b) melamentum *V.* c) tristitia *V.* d) cincxit *V.* e) imortali *V.* f) *corr. in* -fi *m. 2 V.* g) umana *V.* h) decipiendo sed *V.* i) subdi *V.* k) quod *V.; cf. Libri Carol. II, 4.* l) adoratorie *pro* et adolatorie *V; cf. Lib. Carol. ibid.* m) *sic V; Lib. Carol. ibid.:* orientalium; *cf. Mansi XII, 1085:* πρεσβευτὴς τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως. n) partitipatione *V.* o) solo *V.* p) et *V.*

1) *Augustini De psalmo 29 v. 12. 13 (opp. ed. Veneta IV col. 133).* 2) *Acta conc. Nic. II. actio VI t. I, Mansi XIII col. 222 (similiter XIII, 326). Cf. Libri Carol. I, 26.* 3) *Augustini De psalmo 11 v. 3. 5 (opp. IV col. 65).* 4) *Acta conc. Nic. II. actio II, Mansi XII col. 1085. Cf. Libri Carol. II, 4.* 5) *Qui versus unde sumptus sit, nescio.* 6) *Cf. supra p. 11 n. 7.* 7) *Augustini De psalmo 84 c. 12 (opp. IV col. 898).*

c. 791 in. quod et tibi dici non vis'; 'inimicus es amice meae', dicit tibi pax, 'quid me queris? Amica sum iu-
stitiae. Quemcunque invenero inimicum amice meae, non ad illum accedo'. Vis ergo venire ad pacem?
Ps. 36, 27. fac iustitiam. Ideo alius psalmus dicit tibi: 'Declina a malo et fac bonum', hoc est amare iustitiam;
et cum iam declinaveris a malo et feceris bonum, quaere pacem et sequere ea etc.

In actione quarta.

Capitulo XXX. Quod non ad adorationem imaginum pertineat, ut illi
Ps. 98, 5. dicunt, quod scriptum est: 'Exaltate dominum Deum nostrum; et adorate
scabellum pedum eius, quoniam sanctum est'[1].

Beati Augustini in eodem psalmo explanatione, ubi inter cetera inquid[2]: Timeo
ibid. non adorare scabellum pedum Domini mei, quia psalmus mihi dicit: 'Adorate scabellum pedum eius'.
Et post pauca: Converto me ad Christum, quia ipsum quaero hic, et invenio, quomodo sine impietate adoratur terra, sine impietate adoratur scabellum pedum eius. Suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est, et de carne Mariae carnem accepit. Quia in ipsa carne hic ambulavit, et ipsam carnem nobis manducandum ad salutem dedit; nemo autem illam carnem manducat, nisi prius adoraverit; inventum est, quemadmodum adoretur talem scabellum pedum Domini, et non solum non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Et post pauca: Ideo et terra[a] quamlibet, cum te inclinas atque[b] prosternis, non quasi terra[c] intuearis, sed illum sanctum, cuius pedum scabellum est,
ibid. quod adoras; propter ipsum enim adoras. Ideo et hic subiecit: 'Adorate scabellum[d] pedum eius,
quoniam sanctum est'. Quis sanctus est? In cuius honore adoras scabellum pedum eius[a] etc.

In eadem actione.

Capitulo XXXI. Quod nec de eo[e] imaginum adoratio adstrui potest,
Ps. 98, 9. ut illi putant, quod scriptum est: 'Adorate in monte sancto eius'[3].

Beati Augustini in psalmo sexto[f] expositio infra cetera[4]: Heretici non adorant in isto monte, quia mons iste implevit universa faciem terrae. Heserunt in partem, et totum amiserunt. Si agnoscant ecclesiam catholicam, adorabunt in isto monte nobiscum. Etenim lapis ille, qui precisus est de monte sine manibus, iam videmus quantum creverit et quante terre regiones occu-
cf. Dan. 2, 45. paverit et usque ad quas gentes pervenerit. Et post pauca: Videmus confracta ab illo lapide omnia regna terrae. Quae erant regna terrae? Regna idolorum, regna demonum fracta sunt. Regnabat Saturnus in multis hominibus; ubi est regnum eius? Regnabat Mercurius in multis hominibus; ubi est regnum eius? Fractum est, redacti sunt illi in regnum Christi. Et post pauca: Natus est ergo de monte sine manibus lapis ille; crevit et crescendo fregit omnia regna terrarum. Factus est autem mons magnus et implevit universam faciem terrae. Haec est ecclesia catholica, cui vos communicare gaudete: illi autem, qui non ei communicant, qui preter ipsum montem adorant et laudant Deum, non exaudiuntur ad vitam aeternam etc.

In eadem actione.

Capitulo XXXII. Quod non propter illos, qui imaginum adorationem
Ps. 124, 5. spernunt, ut illi delirant[g], per prophetam dicitur: 'Declinantes ad obligationem adducit Dominus cum operantibus iniquitatem'[5].

De heretici dixerunt. Sicut beatus Augustinus in eodem psalmo explanavit infra

a) terram *(sic)*—eius *leguntur etiam in B f. 102'.* b) ac *B.* c) terram *B.* d) scabelum *B.* e) dō *pro* de eo *V.* f) *sic V.* g) delerant *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 47, cf. XIII col. 310. Cf. Libri Carol. II, 5.* 2) *Augustini De psalmo 98 c. 9 (opp. IV col. 1065).* 3) *Hic versus neque in actione IV neque alibi in actis concilii Nic. II. laudatur. Cf. Libri Carol. II, 6.* 4) *Augustini De psalmo 98 c. 14 (opp. IV col. 1070).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 134. Cf. Libri Carol. II, 8.*

cetera[1]: Id est, quorum facta imitati sunt; qui eorum presentes letitias amaverunt, et futura supplicia non crediderunt. Et post pauca: Ergo quia Christus filius Dei pax est, ideo venit colligere suos et secernere ab iniquis. Quibus iniquis? Qui hoderunt Hierusalem, qui hoderunt pacem, qui volunt conscindere unitatem, qui non credunt paci et reliqua. c. 791 in.

In actione quinta.

Capitulo XXXIII. Absurdissime et incaute contra eos, qui imagines adorare contempnunt, ab his, qui eas adorant, praelatum testimonium sancti evangelii: 'Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio'[2]. Luc. 11, 33.

Valde nimis atque pulchre contra eos, qui imagines contempnunt, dixerunt poni lucernam sub modio, quia lucernam fides nostra est, videlicet sancte catholice et apostolice ecclesiae, de qua fide[a] sanctus Ambrosius[b] Mediolanensis episcopus super sanctum evangelium Lucam explanatione infra cetera testatur, dicens[3]: 'Nemo lucerna accendit et in abscondito ponit, neque sub modio, sed supra candelabrum'. Ergo[c] quia in superioribus eclesiam sinagoge pretulit, hortatur nos, ut fidem potius nostram ad eclesiam transferamus. Lucerna enim fides est, iuxta quod scriptum est: 'Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine'. Verbum enim Dei fides nostra est, verbum Dei lux est, lucerna est fides. Et post pauca: Nemo ergo fidem sub lege constituat. Lex enim intra mensura[d] est, ultra mensuram gratia. Lex obumbrat[e], gratia clarificat; et ideo nemo fidem suam intra mensura legis includat, sed ad ecclesiam conferat, in qua septiformis[f] spiritus relucet gratia, quam princeps ille sacerdos fulgore superne divinitatis inluminat, ne eam legis umbra restinguat. ibid. Ps. 118, 105. cf. Ioh. 1, 4.

Item sancti Iohannis Chrisostomi[g] de interpretatione evangelii secundum Matheum infra cetera[4]: 'Ego enimvero accendi', inquid, 'lumen; esse vero ardentem vestrae fiat celeritatis; non propter vos solum, [sed[h]] et propter eos, qui futuri sunt, huius splendoris laetificari et ad virtutem deduci etc.

In actione quarta.

Capitulo XXXIV. Quod non ita intellegenda sit sententia beati Athanasii Alexandrine urbis episcopi[i], ut illi eam intellegendam putant, qui in hanc adorationem accommodare nituntur[5].

Multas enim quippe sententias beati Athanasii in eadem feruntur synodo, et qualem ex ipsas singillatim sententiam dixerunt, minime in hoc capitulare exaraverunt; sed sicut in sacris conciliis[6] predictorum nostrorum predecessorum sanctissimorum pontificum eiusdem sancti Athanasii sententia inter cetera scripta sunt, fideliter proferimus[7]: Interrogatio Antiochi ad sanctum Athanasium pro imaginibus: 'Quomodo[k] lex et prophete dicentes: Statuas et similitudines non adoratis, quomodo vos facitis imagines et adoratis eas?' Respondit: 'Non sicut deos imagines adoramus nos fideles, absit, [sicut[l]] pagani, sed tantummodo affectu et caritati nostrae anime ad vultum faciei imaginis apparentes[m]. Unde multoties vultu deleto sicut lignum purum atque communem iam, qui dudum fuerat imago, conburimus. Sicut enim Iacob adproximans morti summitatem virge Ioseph adoravit, non virgam honorificans, sed qui eam tenebat, cf. Hebr. 11, 21.

---

a) fides *V.* b) Ambroisius *V.* c) ego *V.* d) menra *V.* e) obrumbrat *V.* f) septiformi *V.* g) Chrisotomi *V.* h) *om. V.* i) ep̄s *V.* k) *sic V; an* quoniam? l) *om. V, cf. Mansi XII, col. 720.* m) affectum et charitatem—aptamus *Mansi l. l.*

1) *Augustini De psalmo 124 c. 10 (opp. IV col. 1417).* 2) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 190, cf. XIII col. 130. 210. Cf. Libri Carol. II, 12.* 3) *Ambrosii Expos. evang. Lucae ad c. 11, 33 l. VII § 98 (opp. ed. Bened. I col. 1433. 1434).* 4) *Iohannis Chrysosostomi In Matthaeum hom. 15 (opp. ed. Montfaucon VII, 195);* celeritatis = σπουδῆς. 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 70, cf. Mansi XIII col. 23 sq. Cf. Libri Carol. II, 14.* 6) *Scilicet in concilio Romano sub Gregorio III. a. 731. acto et in concilio Lateranensi sub Stephano III. a. 769. celebrato, cf. supra p. 15.* 7) *Cf. Mansi XII col. 720, Deusdedit Coll. can. ed. Martinucci II, 131.*

c. 791 in. sic et fideles non pro aliquo alio modo imagines adoramus, nisi pro desiderio effigie declarata, et alia plura similia, ut sequitur.

In actione sexta.

Capitulo XXXV. **Quod non ad[a] adorationem imaginum pertineat testimonium, quod de sexta synodo protulerunt[1].**

Idcirco testimonium de sancta sexta synodo protulerunt, ut clarifice ostenderent, quod iam quando sancta sexta synodus acta est[2], a priscis temporibus sacras imagines et istorias pictore[b] venerabantur[c]. Unde ipse sancta[d] sexta[e] synodus fideliter per canones orthodoxe statuens, ita constituit, dicens[3]: In quibusdam venerabilium imaginum picture[f] agnus digito precursori[g] monstratus designatur, qui in signum relictus est gratie. Et post pauca: Secundum humanam figuram et in imaginibus a nunc[h] pro veteri agno retitulari decernimus[d] etc.

Unde et beatus Augustinus in XCIII.[i] psalmo explanavit[4]: Si autem non adoras in Christo ista terrena, quamvis de illis similitudo quedam data est ad significandos sanctos, de quacumque creatura ducta fuerit similitudo, tu intellege similitudinem creature et adora artificem creaturae etc.

In actione quarta.

Capitulo XXXVI. **Quod numquam ab apostolis exemplis aut verbis, ut illi garriunt, imagines adorare institutum sit[5].**

Sanctus Dyonisius Areopagita, qui et episcopus Athiniensis, valde nimirum laudatus est a sancto Gregorio papa, confirmans eum antiquum patrem et doctorem esse[6].
Act. 17, 34. Iste sub temporibus apostolorum fuit, ut[k] in actibus apostolorum monstratur. Unde et a[l] predictis sanctissimis predecessoribus nostris pontificibus in sacris conciliis eorum[7] eius confirmata sunt veridica testimonia pro sacris imaginibus veneratione inter cetera:

Amplectentes ista[m] ex epistola sancti Dyonisii episcopi Athiniensis, quae directa est ad sanctum Iohannem evangelista et infra[8]: 'Quid mirabile, si[n] Christus verax, et discipulos iniqui de civitatibus eiciunt, ipsi digne sibi iudicantes, et de sacro scelerati interdicunt et recidentes? In veritate et manifeste imagines sunt visibiles invisibilia. Nec enim in saeculis supervenientibus culpabilis erit ex eius iustitiae respectus Dei'.

Item eiusdem de caeleste militia et infra[9]: 'Predicta enim incorporea agmina diversis coloribus effigurantur, et conpositionibus variosas per colores tradidit, quatenus si tacite nosmetipsas per

a) *om. V.* b) = picture. c) vererabantur *V.* d) sancta—decernimus *leguntur etiam in B f. 102' et in Ivonis decr. IV, 126.* e) *om. B.* f) picturis *I.* g) precursoris *B, I.* h) attunc *pro* a nunc *B*; et nunc *I.* i) XCII *V.* k) et *V.* l) *om. V.* m) ita *V.* n) mirabiles *pro* mirabile si *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio VI t. I, Mansi XIII col. 219, cf. ib. col. 39 et XII col. 1086. Cf. Libri Carol. II, 18.* 2) *a. 680. 681.* 3) *Immo non sexta generalis synodus, sed synodus quinisexta sive Trullana, can. 82 (Mansi XI col. 978. 979). Cf. Hefele, Conciliengesch. III, 2. ed. p. 329.* 4) *Augustini De psalmo 93 c. 4 (opp. ed. Veneta IV col. 1001).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 74, cf. ibid. col. 267. 326. 327. 379. 398. Cf. Libri Carol. II, 25.* 6) *Gregorii I. Homeliarum in S. evangel. l. II, 34 § 12 (opp. ed. Bened. I col. 1607):* Fertur vero Dionysius Areopagita, antiquus videlicet et venerabilis pater, dicere. 7) *Cf. supra p. 31 n. 6.* 8) *Dionysii Areop. ep. ad Iohannem evang. (opp. ed. Corderii I, 616)*; verax = *ἀληθεύει*; ipsi — recidentes = *αὐτοὶ τὰ κατ' ἀξίαν ἑαυτοῖς ἀπονέμοντες, καὶ τῶν ἁγίων οἱ ἐναγεῖς ἀποδιαστελλόμενοι καὶ ἀποφοιτᾶντες*; visibiles invisibilia = *τὰ ὁρατὰ τῶν ἀοράτων*; Nec—Dei = *οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις αἴτιος ἔσται τῶν ἐξ αὐτοῦ δικαίων ἀφορισμῶν ὁ Θεὸς.* 9) *Dionys. Areop. De coelesti hierarchia c. I § 3 (opp. ed. Corderii, Migne, Patr. graec. III, col. 121)*; Predicta—transeamus = *καὶ τὰς εἰρημένας ἀΰλους ἱεραρχίας ὑλαίοις σχήμασι καὶ μορφωτικαῖς συνθέσεσι διαποικίλασα, παραδέδωκεν, ὅπως ἀναλόγως* (= tacite!) *ἡμῖν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν ἱερωτάτων πλάσεων ἐπὶ τὰς ἁπλᾶς καὶ ἀτυπώτους ἀναχθῶμεν ἀναγωγὰς καὶ ἀφομοιώσεις*; nisi—prefulgi = *εἰ μὴ τῇ κατ' αὐτὸν ὑλαίᾳ χειραγωγίᾳ χρήσαιτο, τὰ μὲν φαινόμενα κάλλη τῆς ἀφανοῦς εὐπρεπείας ἀπεικονίσματα λογιζόμενος· καὶ τὰς αἰσθητὰς εὐωδίας ἐκτυπώματα τῆς νοητῆς διαδόσεως.*

sacratissimas effigies ad simplices et incorporales pia mente transeamus; etenim inpossibile est nostra mente ad incorporea illa pertingere caelestis militiae imitatione visionemque, nisi per elementorum poterimus per visibilem ad invisibilem pulcherrimamque attingi effigiem et visibiles odoriferasque imagines rationali traditione invisibiles prefulgi' etc. c. 791 in.

In eadem actione[1].

Capitulo XXXVII. Quod non ad[a] adorationem imaginum pertineat, ut illi[b] asserunt, sententia beati Cyrilli in expositione evangelii saecundum Matheum[2].

Sanctus Cyrillus Alexandrinus[3] et sanctus Gregorius Nisenus uno tenore in istoria Abrahae[4] pro sacris imaginibus veneratione dixerunt. Nam et in sacris conciliis praedictorum nostrorum sanctissimorum pontificum[5] ita fertur de sermone sancti Cyrilli Alexandrini episcopi[6]: Quemadmodum imaginem quis designata iucunda respexit, mirabitur quidem regis figura, et quae illo apparet: haec et eius noscens conscriptionem pariter cernens delectabitur, ut ipsum regem aspiciat etc.

In actione sexta.

Capitulo XXXVIII. Quod magne sit temeritatis ingentisque absurditatis, sepe memoratas imagines corpori et sanguini dominico aequipreperare[c] velle[7].

Non aequipreparaverunt, sed magis scripturaliter dixerunt[8]: Nullus enim aliquando tubarum spiritui, sanctorum apostolorum aut probabilium patrum nostrorum, qui sine sanguine nostram libationem, quae ad memoriam passionis Christi dei nostri et omnis eius dispensationis facta dixit imaginem corporis eius nec[d] susceperunt a Domino sic dici aut confiteri, sed audiunt dicente eum evangelicae: 'Nisi comederitis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non intrabitis in Ioh. 6, 54.
regnum caelorum'. Et alia plurima Domini doctrina et beati Pauli apostoli pro huiusmodi, quibus exarari noluimus, quia in eadem per ordinem scribitur synodo; nam aequipreparare, ut dicunt, iconocauste heretici in eorum pseudosyllogum venerandas imagines corpori et sanguini dominico insensabiliter aequipreparaverunt[9].

In eadem actione.

Capitulo XXXIX. Quod presumptive et indocte [eas[e]] Tharasius cum conplicibus suis sacratis[f] vasibus[g] aequiperare non formidet[10].

Pro hoc in synodo dictum est a Tharasio patriarcha Constantinopolitano[11]: Quia et sacra diversa vasa habentes, has osculamus et amplectimus et sanctificationem quandam accipere

---

a) *om. V.* b) ulli *V.* c) *sic corr. ex* aequiprepartire *m. 1 V.; legas* aequiperare. d) *om. V. (οὐδὲ).* e) *om. V; cf. Lib. Carol. II, 29.* f) sacratibus *V.* g) vasabus *V.*

1) *Immo in actione II.* 2) *Cf. epistolam Hadriani (Mansi XII col. 1068) actis concilii Nic. II. insertam. Libri Carol. II, 20.* 3) *Cyrilli ep. ad Acacium (opp. X, Migne, Patr. gr. LXXVII col. 219), cf. acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 11.* 4) *Gregorii Nysseni sermo de deitate Filii et Spiritus et in Abraham (opp. III, Migne, Patr. gr. XLVI col. 571). Cf. acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 10. 118, XII col. 1065.* 5) *Cf. supra p. 31 n. 6.* 6) *Hunc locum in Cyrilli operibus non inveni.* 7) *Reprehenduntur verba haec, quae in actis concilii Nic. II. in actione VI non inveni:* Sicut dominicum sanguis a fructibus terrae ad insigne mysterium transit, ita et imagines — ad earum personarum, in quarum similitudinem compaginantur, transeunt venerationem. *Cf. Libri Carol. II, 27.* 8) *Mansi XIII col. 263;* qui—sanguine = τὴν ἀναίμακτον ἡμῶν θυσίαν, τὴν εἰς ἀνάμνησιν. 9) *Cf. supra p. 24 n. 2; Mansi XIII col. 262. 263, ubi iconoclastae illi imagines corpori et sanguini Domini non aequiparaverunt, sed corpus et sanguinem veram esse Christi imaginem omnesque alias imagines esse reiciendas dixerunt.* 10) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 270. 302. 310; actio IV ibid. col. 39; Libri Carol. II, 29.* 11) *Mansi XIII col. 270, cf. supra p. 25 n. 2.*

c. 791 in. ab eis speramus, eo quod heretici in eorum pseudosyllogum[1] oblatrantes delirabant neque orationem sacram sanctificantem eam, ut ex hoc ad sanctam a communi[a] transferatur, sed manet communis et inhonorata[b], sicut operavit eam pictor. Nos vero in his fideliter et veraciter dicimus et probamus, quia usus[c] recte[d] sanctae[e] nostrae catholicae et apostolicae Romane ecclesiae[e] fuit et est, quando sacras imagines vel istorias pinguntur[f], prius a sacro crismate unguntur et tunc[g] a fidelibus venerantur: instar
Exod. 30, 25—29. facientes, ut locutus est Dominus ad Mosen[h], dicens et post pauca: 'Faciesque[i] unctionis oleum sanctum unguentum, conpositum opere unguentarii, et unges ex eo tabernaculum testimonii et arcam testamenti mensamque cum vasis suis, candelabrum et utensilia eius, altaria thymiamatis[k] et holocausti[l] et universam superlectilem[m], que ad cultum eorum[n] pertinent, sanctificabisque omnia, et[o] erunt sancta sanctorum: qui tetigerit, sanctificabitur[c] et cetera.

In actione sexta. In tomo secundo Epiphanius legit.

Capitulo XL. Quod non ad eorum [parentes[p]] pertineat, sicut illi di-
Ps. 11, 4. cunt: 'Disperdat Dominus universa labia dolosa et lingua magniloqua[q][2].

Bene pro hereticis dixerunt, cum[r] psalmista canentes, sicut beatus Augustinus
ibid. in eodem explanavit psalmo, dicens[3]: 'Disperdat Dominus universa labia dolosa'. 'Universa'
Rom. 2, 9. dixit, quis se exceptum putet? sicut apostolus dicit: 'In omnem animam hominis operantis malum, Iudaei primum et Greci'. Et linguam magniloquam: id est linguam superbam et cetera.

In eadem actione.

Capitulo XLI. Quod [non[s]] in eorum parentibus, ut illi dicunt, im-
Ps. 9, 7. pletum sit, quod scriptum est: 'Inimici defecerunt framea in finem, et civitates eorum destruxisti'[4].

Hi versus[t] semper cum propheta pro hereticis psalmifice dixerunt. Unde et
ibid. beatus Augustinus in eodem psalmo explanavit, dicens[5]: 'Inimici defecerunt framea in finem'. Non pluraliter inimici, sed singulariter huius inimici. Cuius autem nisi diaboli frameae defecerunt?
ibid. Haec intelleguntur diverse oppiniones erroris. Et post pauca: 'Et civitates destruxisti'. Civitates autem, in quibus diabolus regnat, ubi dolosa et fraudulenta consilia tamquam curiae locum optinent et cetera. Et ideo adimpletum est in ipsis hereticis, quando sacras imagines temerantes procaciter deposuerunt.

In actione quarta.

Ps. 72, 20. Capitulo XLII. Quomodo intellegendum est: 'Domine, in civitate tua imaginem eorum ad nichilum rediges', quod quidem capitulum, sicut et cetera illi aliter, quam dictum sit, intellegunt[6].

Pro divitibus huius mundi in errore existentibus atque et aliis modis intellegitur. Nam et ipse sanctus Iohannis Crisostomus[u], ubi se ostendit pictura sacrorum ima-

---

a) communii *V.* b) inhonoratas *V.* c) usus — sanctificabitur *leguntur etiam in B fol. 102'.* d) secte *V.* e) sancte nostre catholice et apostolicę aecclesię Romane *B.* f) sanctę imagines vel historie scribuntur (*ead. man. superscripsit* vel pinguntur) *B.* g) sic *pro* tunc *B.* h) Moysen *B.* i) faciensque *V, B.* k) timiamatis *B.* l) olocausti *B.* m) suppectilem *B.* n) earum *B.* o) *om. B.* p) *om. V; cf. Lib. Car. I, 27.* q) maliloqua *corr. ex* malaloqua *V; cf. Lib. Car. et supra v. 18.* r) nam *V.* s) *om. V.* t) *sic V; legas* Hunc versum. u) Crisostomis *V.*

1) *Cf. supra p. 24 n. 2.* 2) *Acta conc. Nic. II. actio VI t. 2, Mansi XIII col. 227. Libri Carol. I, 27.* 3) *Augustini De psalmo 11 c. 4 (opp. ed. Veneta IV col. 65).* 4) *Acta conc. Nic. II. actio VI t. 2, Mansi XIII col. 227. Libri Carol. I, 28.* 5) *Augustini De psalmo 9 v. 7 (opp. ed. Veneta IV col. 49).* 6) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 94. Libri Carol. II, 3.*

ginum diligi, explanavit, dicens[1]: Ego et cerae profusa dilexi scriptura pietatis repleta. Vidi c. 791 in.
enim angelum imaginem persequentem multitudo barbarorum, ... tribus et David vere dicante: 'Domine, in civitate tua imagines eorum ad nichilum rediges'. Ps. 72, 20.
Ecce lucidissime ostendit pater, quomodo intellegendum est.

Item sancti Athanasii de interpretatione[a] psalmorum inter cetera[2]: Civitas enim Domini: que sursum Hierusalem; imago autem eorum: terrestris. Quod enim dicit, tale est: Quoniam terrestris, inquid, induti sunt imaginem, et non caelestis, propter hoc ad nichilum rediguntur. Audient enim in illud tempus: 'Nescio vos', utpote non induti eidem Domini imagine etc. Matth. 25, 12.

Item sancti Augustini in eodem psalmo explanatione infra cetera inquit[3]: Non cupiatis[b]; quicumque habetis, non in eis presumatis. Ecce dixi vobis, non dico: Dampnemini, quia[c] habetis; sed dampnemini, si de talibus presumatis, si de talibus inflemini, si[d] propter talia magni vobis videamini, si propter talia pauperes non agnoscatis, si generis humani conditione communem propter excellentem vanitatem[e] obliviscamini. Tunc enim Deus necesse est retribuat in novissimo et de civitate sua imaginem talium ad nichilum rediget et cetera.

In eadem actione.

Capitulo XLIII. Quomodo, ut illi gloriantur, propter illos dictum est, qui imagines adorant: 'Quoniam non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas'[4]. Ps. 124, 3.

Recte cum propheta dixerunt, quia virga peccatorum heretici sunt, et sortem iustorum ortodoxi, quemadmodum sanctus Augustinus in eodem psalmo explanavit, dicens[5]: Sentitur ad tempus virga peccatorum super sortem iustorum, sed non ibi relinquitur, non erit in aeternum. Veniet tempus, quando Christus in claritate sua apparens congreget ante se omnes cf. Matth. 25, 31—33.
gentes et dividat eas, sicut dividit pastor aedos[f] ab ovibus. Oves ponet ad dexteram, aedos[f] ad sinistram etc.

In actione quarta.

Capitulo XLIV. De eo, quod Iohannes presbiter, Theodosio abbate monasterii[g] sancti Andreae[6] recitante[h] verba Iohannis Crisostomi[7] et dicente: 'Vidi angelum in imagine persequentem barbarorum multitudinem', dixit: 'Quis est iste angelus, nisi de quo scriptum est, quoniam angelus Domini percussit centum octoginta quinque milia Assyriorum in cf. 4. Reg. 19, 35.
una nocte in circuitu Hierusalem exercitantium'[8]?

Iam superius[9] vobis exaravimus, pro quid sanctus Iohannis Crisostomus proferuit ipsum aspectum, sed ipsa barbarorum[i] multitudinem unde fuisset, transiit. Idcirco Iohannis presbyter ex proprio arbitrio dixit, secundum divinam scripturam

---

a) interpratatione *V.* b) cupidatis *V.* c) qui *V.* d) nisi *V.* e) unitatem *V.* f) = haedos. g) monasterio *V.* h) recitate *V.* i) variarum *V.*

1) *Chrysostomi homilia de legislatore (opp. ed. Montfaucon VI, 413. 414); cf. Mansi XII col. 1020, XIII col. 10. 299. 323;* scriptura = *γραφὴν.* Vidi — dicante = *εἶδον ἐν εἰκόνι ἄγγελον ἐλαύνοντα νέφη βαρβάρων, [εἶδον πατούμενα βαρβάρων] φύλα καὶ τὸν Δαυὶδ ἀληθεύοντα.* 2) *Athanasii Alexandr. Expositio in psalmum 72 v. 20 (opp. ed. Bened. I, 2, 1131);* quae sursum Hier. = *ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ;* utpote — imagine = *ἅτε μὴ φοροῦντες τὴν αὐτοῦ τοῦ ἐπουρανίου (scil. Ἱερουσαλὴμ, supra* = Domini*!) εἰκόνα.* 3) *Augustini De psalmo 72 c. 26 (opp. ed. Veneta IV col. 764). Incipit sententia:* Quicumque ista non habetis | non cupiatis *etc.* 4) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 134. Libri Carol. II, 7.* 5) *Augustini De psalmo 124 c. 8 (opp. IV col. 1416).* 6) *Immo Antonio monacho recitante librum a Theodosio allatum.* 7) *Cf. supra n. 1.* 8) *Acta concil. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 10. Libri Carol. III, 20.* 9) *Cf. supra n. 1.*

c. 791 in. existimans esse, quando angelus Domini percussit centum octoginta quinque milia Assyriorum in una nocte, in circuitu Hierusalem exercitantium. Nam utrum sic esset, an non, minime confirmavit, sed interrogative taliter memoravit.

In eadem actione.

Capitulo XLV. Dementissimum et rationem carens dictum Iohannis presbyteri Orientalium, in eo quod ait, quoniam non adsistente imperatore imago eius honoratur, non enim inhonoratur: quatenus et nunc dominatori omnium Iesu Christo visibiliter nobis[a] non apparente invisibilis enim est carnalibus nostris[b] oculis; sicut enim Deus, ubique inest, honorandam in eius imaginem sicuti et in imperatore, pater sensit[1].

Non ex se haec dixit Iohannes presbyter Orientalium, sed de libro sancti Anastasii episcopi Theopoleos[2], quod in eadem synodo lectum est, et ideo dixit: Ostendit pater, quod non adsistente imperatorem imago eius honoratur, non enim inhonoratur, et quod sequitur, ut supra.

In actione quarta.

Capitulo XLVI. De eo, quod Iohannes presbyter et legatus Orientalium incaute imaginum adorationem [stabilire nitens[c]] dixisse legitur: Gen. 35, 15. 'Erexit Iacob titulum Deo. Quatenus et benedixit eum'[3].

In similitudine hoc dixit, quia cum evigilasset, tunc ille erexit titulum lapideum in loco, quo locutus fuerat illi Deus, libans super eum libamina et effundens oleum, vocansque nomen loci Bethel. Et ideo pluras similitudines interpretationum habere videtur. De libro beati Augustini de tractatu Esau et Iacob[4]: Intellegat sanctitas vestra; multis enim modis significatur una res, id est ecclesia. Et post pauca: Quia una res multis modis significatur, quae nichil horum est per evidentiam, omnia est per figura etc.

In eadem actione.

Capitulo XLVII. Quam absurde agunt, qui ad confirmandas imagines exemplum divine legis proferunt, dicentes[d] propitiatorium et duos cherubim aureos et arcam testamenti, praecipiente Domino, Mosen fecisse[5].

Iam superius nitissime[e] exaravimus, qualiter predecessores nostri sanctissimi pontifices ad confirmandas imagines divine legis exemplum in eorum posuerunt sacris conciliis[6]. Unde sanctus Gregorius theologus in sermone de pascha infra cetera ait[7]:
Exod. 25, 40. Et qui loquebatur ante ipsum ad Mosen Deus, tunc, cum de istis legem daret: 'Vide enim', inquit, 'omnia facies secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte', adumbratione quandam descriptionem invisibilium ostendens esse visibilia. Et suadeor nichil horum sine causa, neque inrationabiliter nec humi repens hordinatum esse, nec quod indignum esset et Dei constitutionibus et Mosen ministerio etc.

Item beati Augustini de libro Exodi infra cetera[8]: Facta credimus, quemadmodum

---

a) vobis *V.* b) nris *V.* c) *haec om. V, sed ex Lib. Carol. I, 10 supplenda esse videntur.* d) *sequ.* per *V.* e) *sic V; utrum* mitissime, *sicut in prioribus edd., legendum sit, an* nitidissime, *in dubio pono.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 58;* non enim inhonoratur = *οὐ μὴν παρόντος ἀτιμάζεται. Libri Carol. III, 29. Cf. N. Arch. XXI, 88 n. 1.* 2) *Mansi XIII col. 55, de sermone de sabbato.* 3) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 7;* quatenus = *ὅθεν; cf. saepe laudatam epistolam Hadriani, Mansi XII col. 1064. Libri Carol. I, 10.* 4) *Augustini sermo IV De Iacob et Esau c. 25 (opp. ed. Veneta V col. 22).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 6, cf. epistolam Hadriani Mansi XII col. 1064; cf. Lib. Carol. I, 15.* 6) *Cf. supra p. 19.* 7) *Gregorii Naz. oratio 45 In sanctum pascha II, § 11 (opp. ed. Bened. I, 853).* 8) *Hunc locum frustra quaesivi.*

facta legimus, et tamen ipsa facta umbras fuisse futurorum apostolica doctrina cognoscimus. Putamus ergo spiritaliter esse investiganda, quae facta sunt, facta tamen esse negare non possumus etc. c. 791 in.

Reprehensio. Capitulo XLVIII. Quod non parvi sit piaculi scripturas sanctas aliter intellegere, quam intellegende sunt, et ad hos sensus usurpatas accommodare[a], quos ille non continent, sicut in eronea synodo, quod in Thracea, regnante Constantino, mediante Herena[b] matre[c] eius, residente Tharasio Constantinopolitano neophito[1] episcopo, gestum est[2].

He subiecte reprehensiones non ex synodo, sed de sensu tracte sunt. In libro beati Augustini de eo, quod apparuit Deus Mosi, ad finem eidem libri ita explanatum est[3]: Omnia ergo futuri populi signa sunt et mysteria de domino nostro Iesu Christo, et si qua alia sunt in libris veteribus sacramenta, sive illa intellegamus, sive non intellegamus, quaerentem desiderant, non reprehendentem. Petamus ergo, quaeramus et pulsemus, ut aperiatur nobis. Illi futura praedicta sunt sacramenta, nos presentia videmus in ecclesia.

Capitulo XLIX. Quae sit differentia imaginis et similitudinis sibe[d] aequalitatis[4].

Quis de fidelibus[e] ignorare se putat aliquando, quae sit imago aut similitudo vel aequalitas? In sancta vero catholica et apostolica ecclesia humilibus datur gratia. cf. 1. Petr. 5, 5.
Nam differentia mathematicorum exterioris arte discipline fideles conservare dispiciunt, beato Ambrosio docente in libro primo de fide, ubi inter cetera inquid[5]: Dicendum est nobis, quod scriptum est: 'Cavete, ne quis vos depraehendetur per filosofiam et inanem seductionem, Col. 2, 8.
secundum traditionem hominum et secundum elementa huius mundi, et non secundum Deum'. Omnem[f] enim[g] vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt[h], quae filosoforum[i] sententia definitur[k], non adstruendi[l] vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica conplacuit[m] Deo salvum facere populum suum. Regnum enim Dei in[n] simplicitate fidei est, non in contencione sermonis[f n].

Capitulo L. Quod contra beati Gregorii instituta sit imagines adorare seu frangere[6], et quia vetus et novum testamentum et poene omnes precipui doctores ecclesiae consentiunt[o] beato Gregorio in non adorandis imaginibus, nec ut aliquid preter Deum omnipotentem adorare debeamus, in multis locis confirmat sanctus Gregorius papa.

Nequaquam sacras contempsit imagines aliquando, sed magis constantissime observavit et eorum veneravit figuras. Illud autem quo poene omnes praecipui doctores ecclesiae consentiunt beato Gregorio, inrationabiliter fuit inscribendum, quia sanctus Gregorius ad predecessores suos patres atque precipuos doctores sancte catholice ecclesiae oboediens et consentiens fuit. Nam illi beatum Gregorium in hoc existente mundo nescierunt, nisi solus ille, qui 'quos prescivit et praedestinavit' etc. Nam Rom. 8, 29.
qualiter sanctos predecessores suos veneravit, proferimus epistolam eidem sancti Gregorii ad Eulogium patriarcham Alexandrinum directa infra cetera[p 7]: Preterea de

---

a) accommodaret *V.* b) Helena *V.* c) mater *V.* d) = sive; *corr. in* sive *m. 2 V.* e) fide fidelibus *V.* f) Omnem — sermonis *leguntur etiam in B fol. 103 et in Ivonis decr. IV, 229; cf. decr. Gratiani I dist. 37 c. 6.* g) *om. I.* h) heretici *suppleverunt B, I.* i) que philosophorum *B.* k) diffinitur *B, I.* l) astruendi *B.* m) placuit *I.* n) in — sermonis *desunt in V.* o) constituunt *V.* p) infra cetr̄ directa *V.*

1) *Ex laico enim patriarcha factus est, cf. Neues Arch. XXI, 95 n. 7.* 2) *Cf. Libri Carol. I, 5.* 3) *Augustini sermo 6 De eo, quod apparuit Deus Moysi c. 8. (opp. ed. Veneta V col. 37).* 4) *Cf. Libri Carol. I, 8.* 5) *Ambrosii De fide l. I c. 5 § 41. 42 (opp. ed. Bened. II col. 451).* 6) *Cf. Libri Carol. II, 23.* 7) *Gregorii I. Registr. ed. Hartmann VIII, 29 (EE. II, 31).*

c. 791 in. Eudoxii heretici persona, de cuius errore in Latina lingua nil repperi, michi a vestra beatitudine largissime gaudeo satisfactum. Virorum quippe fortissimorum Basilii, Gregorii atque Epiphanii testimonia protulistis, et manifeste peremptum cognoscimus eum, in quo errores[a] nostri tot iacula dederunt etc. De vero veneratione sacris imaginibus, sicut in ceteris epistolis suis sanctus Gregorius docuit, ita et in praesente epistola sua ad Ianuarium episcopum Calaritanum sic incipit[1]: Iudaei de civitate vestra hic venientes questi nobis sunt, quod sinagogam eorum, quae Caralis sita est, Petrus, qui ex eorum superstitionem ad cristiane fidei cultum Deo volente perductus est, adiuuetis[b] sibi quibusdam indisciplinatis sequenti die baptismatis sui, hoc est dominico[c], in ipsa festivitate paschali, cum gravi scandalo sine vestra occupaverit voluntate atque imaginem illic genitricis Dei Dominique nostri et venerandam crucem vel virum[d] album, quo de fonte surgens indutus fuerat, posuisset[e]. Et post pauca: Considerantes hac de re vestrae voluntatis intentum ac magis iudicium, his ortamur affatibus, ut, sublata exinde cum ea, qua dignum est, veneratione imagine atque cruce, debeatis, quod violenter ablatum est, reformare. Et post pauca: Ne ergo suprascriptus Petrus vel alii, qui ei in hac indisciplinationis pravitatem praebuere solacium sive consensum, hoc zelo fidei se fecisse respondeant, ut per hoc quasi eis necessitas fieret convertendi, ammonendi sunt atque scire debent, quia hac circa eos temperantia magis utenda est, ut trahantur
Ps. 53, 8. habere[f] velle, non[g] ut adducantur inviti, quia scriptum est: 'Voluntarie sacrificabo tibi' etc. Ecce sanctus Gregorius non est ausus contradicere talem fidem pro sacris imaginibus, sed magis eam confirmavit, ubi dixit: 'Non adducantur inviti'.

Capitulo LI. Quod contra dominice vocis imperium faciunt hii, qui parentes eorum anathematizant; et si secundum eorum opinionem predecessores eorum heretici fuere, isti ab hereticis geniti, docti et consecrati sunt; sive de non iudicandis his, qui de seculo recesserunt, vel quantum istorum error a[h] parentum errore dissentiat, cum videlicet illi imagines frangere, isti adorare censuerint[2].

Isti, qui haec ex sensu scripserunt vel ad magnisonem Iezechielum prophetam
Ezech. 18, 3. 4. attendere debebant, dicente: 'Vivo ego, dicit Dominus, si erit vobis ultra parabola haec in proverbium in Israhel. Ecce omnes anime meae sunt: ut anima patris, ita et anima fili[i] mea est.
ib. 18, 21. Anima, quae peccaverit, ipsa punietur'. Et infra: 'Et cum averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, et fecerit iudicium et iustitiam, ipse animam suam liberavit'. Et post plura:
ib. 33, 11. 12. 'Nolo morte impii, sed ut revertatur impius a via sua et vivat. Convertimini a viis vestris pessimis, et quare moriemini, domus Israel? Tu itaque, fili hominis, dic ad filios populi tui: Iustitia iusti non liberavit[k] eum, in quacumque die peccaverit, et impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua' etc. Nam, ut sanctus Gregorius in dialogis suis meminit[3] Erminigildum regem ab Arriana heresi ad catholicam fidem conversum, quid nocuit illi pater suus Arrianus Liuvigildus Ubisigotharum[l] rex? Prorsus credimus, quia nichil, sed magis cum in perdictione animae suae ipse pater eius Arrianus [pro[m]] vera et ortodoxa fide eum occidi faciens, constantissimus Dei confessor et martyr effectus est; pater vero eius Arrianus in igne aeternum pro Arriana fide sua deductus est. Et quid potuit fidelem filium suum in quocumque ledi capitulo? Tunc namque gaudet sancta catholica et apostolica ecclesia, quando inimicos suos, videlicet hereticos, vide-
cf. Luc. 15, 10. rit in veram confessionem ad eam reverti, Domino dicente: 'Gaudeo super unum

---

a) *legas* heroes, *cf. EE. II, 31 n. p.* b) *i. e.* adhibetis = adhibitis. c) dominici *V.* d) = birrum. e) posuisse *V.* f) *cf. EE. II, 183 n. o.* g) *bis scr. V.* h) errore *pro* error a *V.* i) filia *V.* k) = liberabit. l) = Uuisigotharum. m) *om. V.*

1) *Gregorii I. Registr. ed. Hartmann IX, 195 (EE. II, 183).* 2) *Cf. Acta conc. Nic. II. act. VII, VIII, Mansi XIII col. 398. 415. Libri Carol. II, 31.* 3) *Gregorii Dialog. l. III c. 31 (opp. ed. Bened. II col. 345).*

peccatorem' etc. Et si de uno gaudio sit, quanto magis de tot milia hominum reversione? quis audebit de fidelibus tandem aliquando resistere? c. 791 in.

Item ex libro sancti Augustini de psalmo octuagesimo quarto infra cetera[1]: Peccata parentum non pertinent ad filios, quae faciunt parentes[a] iam natis filiis. Iam enim filii nati ad se pertinent et parentes ad se pertinent. Itaque illi, qui nati sunt, si tenuerint vias parentum suorum malas, necesse est, portent et merita ipsorum. Si autem mutaverint se et non fuerint imitati parentes malos, incipiunt habere meritum suum, non meritum parentum suorum. Usque adeo autem non tibi obest peccatum patris tui, si te mutaveris, ut nec ipsi patri tuo obsit, si se mutaverit etc.

Capitulo LII. Quod inutiliter et incaute Greci ecclesiam catholicam anathematizare conati sunt in eorum[b] synodo, eo quod imagines non adoret, cum utique prius debuerint omnino scrutari, quid uniuscuiusque partis ecclesia de hac causa sentire vellet[2].

Illi non anathematizaverunt catholicam ecclesiam, sed magis ad eam reversi, anathematizaverunt pseudosillogum illud[3] una cum conplicibus eius hereticis, qui sacras imagines in sancta ecclesia a priscis temporibus constitutas inverecunde et incaute non solum deposuerunt, sed insuper[c] incenderunt. Et ideo secundum traditionem sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae ab ipsa reversi heresi, specialiter eam contempnentes anathematizaverunt.

Item epistola[d] sancti Gregorii ad Eusebium archiepiscopum Thessalonicensem directa et infra[4]: Hortamur, ut cum omni vivacitate hac[e] sollicitudine fraternitatis hoc vestra[f] rimari cura non desinat, et si ab hac eos insontes pravitate reppererit, scandalum de filiorum suorum mentibus habitatorum satisfactione removeat, atque inter omnes hereses specialiter Severum ac Nestorium anathematizent etc. Sicut et isti fecerunt, de propria eorum heresim revertentes.

Capitulo LIII. Quia mulier in synodo docere non debet, sicut Herena in eorum[g] synodo fecisse[h] legitur[5].

In ipsis enim exordiis cristianorum, cum ad fidem converteretur imperator Constantinus, mater sua Helena Augusta ad eum cum duodecim scribis et Fariseis ac magistris et principibus Iudeorum in urbe venit Roma, et ipsa una cum filio suo Constantino Augusto concilium Iudaeos cum cristianis facere censuerunt[6]. In quo presedente sanctus papa Silvester compluribus[i] sanctissimis episcopis, in ampliore statu dilatantes christianorum fides, tam per sacra scriptura, quamque per miracula Domino protegente victores effecti sunt. Sed et sanctus[k] Leo papa egregius doctor, pro sacrosancto quarto concilio ad Pulcheriam[l] Augustam emisit[m] epistolas suas[7]. Unde et ipsa per semetipsa[n] in sancta quarta synodo[o] sedit, una cum fidelissimo Marciano imperatore[k] [8].

Item ex libro sancti Augustini de eo, quod in Genesi sexto die factum legitur, infra cetera[9]: Produxit terra erbam pabuli et ligna fructifera: producunt et homines in ecclesia opera misericordiae, post ipsa opera, que etiam Domino exhibita sunt, cum esset in carne,

---

a) patenter *V.* b) earum *V.* c) hisuper *V.* d) epla *V.* e) = ac. f) vestre *V.* g) earum *V.* h) fecisset *V.* i) *sic V; an* cum pluribus? k) sanctus — imperatore *leguntur etiam in B fol. 103.* l) pulcherrimam *V.* m) misit *B.* n) semetipsam *B.* o) sinodo *B.*

1) *Augustini De psalmo 84 c. 7 (opp. IV col. 893).* 2) *Cf. Acta conc. Nic. II. act. VII, VIII, Mansi XIII col. 379. 415. Libri Carol. III, 11.* 3) *Cf. supra p. 24 n. 2.* 4) *Gregorii I. Registr. ed. Hartm. IX, 196 (EE. II, 184).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio VIII, Mansi XIII col. 414, cf. actio I, Mansi XII col. 1001. Libri Carol. III, 13.* 6) *Cf. Mansi II, 35 sq., Hauck, Kirchengesch. Deutschlands II, 295 n. 4.* 7) *Cf. epp. Leonis I. papae (440—461) ad Pulcheriam de concilio Chalcedonensi missas, Jaffé Reg. 448. 453. 475. 482.* 8) *In actione VI, Mansi VII col. 128. Cf. Lib. pont. ed. Duchesne I, 238.* 9) *Hunc locum non inveni, cf. supra p. 25 n. 4.*

c. 791 in. non solum a viris, sicut fuit Zaccheus, sed etiam a mulieribus, quae ei ministrabant de substantia sua etc.

Capitulo LIV. Quod non ideo adorande sunt imagines, quod per eas, ut illi dicunt, nonnulla[a] signa demonstrata fuisse videntur[b], cum tamen non omnes res adorentur, per quas vel in quibus miracula apparent[1].

Iam superius[2] exaravimus pro adorandis imaginibus, qualiter in eorum explanaverunt definitione, demonstrantes eas osculum et honorabilem salutationem reddere, nequaquam secundum fidem nostram veram culturam, quae decet sole divine naturae.
cf. Ps. 76, 15. Ex libro sancti Augustini de psalmo septuagesimo sexto infra cetera[3]: Tu vere magnus Deus, faciens mirabilia in corpore, in anima solus faciens. Et post pauca: Fecit et Moses, sed non solus, fecit Helias, fecit Heliseus, fecerunt apostoli, sed nullus eorum solus. Illi ut facerent, tu cum eis; tu quando fecisti, illi non tecum. Non enim tecum fuerunt, cum fecisti, quando et ipsos
ibid. tu fecisti. Tu es Deus, qui facis mirabilia solus etc.

Capitulo LV. De eo, quod apocrifas et omne dirisione dignas nenias suis locutionibus interposuerunt[4].

Ad dirisionem et obproprium hereticorum, qui seudosillogum illum[5] fecerunt, eorum apocrifas nenias, quas deliraverunt, in medio deduxerunt, demonstrantes eos qualem errorem conabantur in sanctam catholicam et apostolicam infraducere[c] ecclesiam. Et idcirco qui ex ipsa reversi sunt heresi, cum propheta canebant pro ipsis
Ps. 9, 7. hereticis[6]: 'Inimici defecerunt' etc. alia plura.

Item sancti Gregorii theologi de sermone Epiphaniis inter cetera[7]: Accedamus ad lucem et efficiamur etiam ipsi lux participationis lucis aeternae. Et post pauca: Numquid tale aliquid in misteriis suis habent paganorum delira commenta et mysteria obscura, adinventiones daemonum aut furiose mentis vesana figmenta, tempore confirmata et fabulis commendata? Etenim que tamquam vera adorant, rursum ficta esse et composita per fabulas docent. Quod si essent vera, utique fabulosa non essent, cum sint omni genere contrarium sibi veritas et figmentum. Sed agunt omnia, tamquam vere pueri in plateis ludentes ac sibi invicem inludentes. Nulla ibi virilis sensus et perfecte rationis adsertio, nichil quod perferre[d] valeant adversus cultores verbi Dei et alia similia plura.

Capitulo LVI. De eo, quod quanto[e] plura exempla[f] hereticorum et imagines[g] spernentium vel disspicientium trahunt, tanto parentes suos maioribus convitiis[h] et iniuriis inhonorant, quos procul dubio eorum sequaces in hac parte fuisse profitentur[8].

Ecce ipsum unum tenorem in hoc capitulare sepius referuerunt[9], quia parentes eorum dispicierunt atque iniuriantes inhonoraverunt. Et ideo et nos, ut superius exaravimus, pro huiusmodi breviter addentes dicimus, quia nec parentes boni[i] possunt filiis malis prodesse[k], neque filii boni possunt parentibus malis auxilium ferre, sed unusquisque[l] pro se reddet ratione Deo. Magis autem multum laudabiles sunt, qui parentes eorum non secuntur in sevissimo errore, reversi ad veram fidem orthodoxam

a) nulla *V.* b) fuissent vetentur *V, Libr. Carol. III, 25:* fuisse putentur. c) infradocere *V; an* introducere? d) *sic V; an* proferre? e) quanta *V.* f) exemplo *V.* g) imaginum *V.* h) cūvitiis *V.* i) uim *V.* k) prodere *V.* l) unusquis *V.*

1) *Cf. Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 23. 47. Libri Carol. III, 25.* 2) *Cf. supra c. 9. 10.* 3) *Augustini De psalmo 76 c. 15 (opp. ed. Veneta IV col. 812).* 4) *Significari videntur scripta quaedam in actione IV et V conc. Nic. II. recitata, ut Mansi XIII col. 87. 167 etc. Cf. Libri Carol. III, 30.* 5) *Cf. p. 24 n. 2 et n. c.* 6) *Acta conc. Nic. II. actio VI, Mansi XIII col. 227.* 7) *Gregorii Naz. oratio 39 In sancta lumina § 2. 3 (opp. ed. Bened. I, 678).* 8) *Cf. Libri Carol. IV, 7.* 9) *Cf. supra c. 17. 51.*

sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae. Ex libro sancti Augustini de prophetia[a], c. 791 in. ubi ad oves loquitur Deus, infra cetera[1]: Ergo quicumque ab hereticis transierint ad catholicam, non habebunt hoc obprobrium gentium, nec portant maledictum dissensionis, quia permanent in radice unitatis, in plantatione caritatis: 'Non portabunt[b] maledictum et scient, quoniam Ezech. 34, 29. 30. ego sum Dominus Deus eorum, et ipsi populus meus domus Israel, dicit Dominus Deus.'

Capitulo LVII. Quod non sit contra religionem cristianam, ut illi dicunt, non colere et non adorare imagines[2].

Ex libro beati Augustini de tractatu Proverbii Salomonis infra cetera[3]: Invenis hominem porrigente manu eleemosinas pauperum, nec tamen de Deo ibi cogitante, sed hominibus placere cupiente. Lanea vestis videri potest, interiorem lineam non habet. Invenis alium dicentem tibi: 'Sufficit michi in conscientia Deum colere, Deum adorare: quid mihi opus est aut in ecclesia ire aut visibiliter misceri cristianis?' Linea vult habere sine tunica; non novit, non commendat talia opera mulier ista. Dicenda sunt quidem et docenda[c] spiritalia sine carnalibus, sed illi, qui accipiunt, debent tenere spiritalia et non carnaliter operari carnalia etc.

Capitulo LVIII. Quod non parvi sit erroris, manufactas imagines arce testamenti Domini quoequari[d] conari, ut illi in sua synodo facere conati sunt[4].

Item ex tractato sancti Augustini de Esau et Iacob et infra[5]: Duo testamenta dicuntur in lege, unum vetus, alterum novum. Vetus promissiones habebat temporales, sed significationes spiritales. Intendat caritas vestra. Si promissa est Iudaeis terra promissionis, significat aliquid spiritaliter terra promissionis. Si promissa est Iudaeis civitas pacis Ierusalem, significat aliquid nomen civitatis Ierusalem et similia alia plura. Unde, ut superius[6] exaravimus de eodem libro sancti Augustini: Quia una res multis modis significatur, quae nichil orum[e] est per evidentiam, omnia est per figuram etc.

Capitulo LIX. Quod non sint quoequande[d] imagines reliquiis sanctorum martyrum et confessorum, ut illi in sua erronea synodo facere nituntur, eo quod reliquie aut de corpore sunt aut de his, quae in corpore, aut de his, quae circa corpus cuiusdam sancti fuerunt[f]; imagines vero nec in corpore, nec circa corpus fuisse vel fore credunt illis, quibus adscribuntur[7].

In sacris predictis conciliis[8] praedecessorum meorum sanctissimorum pontificum haec offerta sunt testimonia, id est sancti Gennadii Massiliensis episcopi, qualiter veneranda sunt corpora vel reliquias sanctorum capitulo XL[9]: Sacrorum corpora et precipue beatorum reliquias ac si Christi membra sincerissime honoranda, et basilicas eorum nomine appellatas, velut loca divino cultui mancipata, affectu piissimo et devotione fidelissima adeundas. Si quis contra hanc sententiam venit, non cristianus credatur, sed Eunomianus.

Item de petitione clericorum et monachorum sanctae Antiochene ecclesiae ad-

---

a) propheti *V.* b) portavit *V.* c) dacenda *V.* d) = coaequ. e) = horum. f) fuerint *V.*

1) *Augustini sermo 47 De ovibus c. 27. 28 (opp. ed. Veneta V col. 266).* 2) *Quae saepe in actis concil. Nic. II. occurrunt, cf. Mansi XIII col. 379. 398. 415. Libri Carol. II, 21.* 3) *Augustini sermo 37 De Proverb. Sal. c. 6 (opp. V col. 184).* 4) *Compluries talia in actis conc. Nic. II. occurrunt, cf. Mansi XII col. 1145, XIII col. 363, ep. Hadriani Mansi XII col. 1069 etc. Cf. Libri Carol. II, 26.* 5) *Augustini sermo IV De Iacob et Esau c. 8 (opp. V col. 14).* 6) *Cf. supra p. 36.* 7) *Acta conc. Nic. II. actio VII, Mansi XIII col. 379. Libri Carol. III, 24.* 8) *Cf. supra p. 31 n. 6.* 9) *De ecclesiasticis dogmatibus liber, saepe Augustino ascriptus, in S. Isidori opp. ed. Arevalus VII, app. col. 334 cap. 73.*

c. 791 in. versus Severum hereticum in sancta quinta synodo[1]: Neque enim de sanctis altaribus pepercit, sacratissima vestimenta vasaque nonnulla discerpens ceteraque fundens distribuit consentientibus sibi. Ausus[a] fuit enim ille, beatissimi[b], que in tipum Spiritus[c] sancti aureae argenteeque columbe[d] pendebantur supra sacratissimos fontes et altaria cum reliquiis usurpare, dicens: 'Non est necesse in speciem columbe Spiritum sanctum nominare' etc.

Capitulo LX. Quod haec synodus, qui nec synodos quidem dicenda est, nullatenus aequiperari possit Nicene[e] synodo, quamquam in eodem sit agitata [loco[f]], sicut Iohannes presbyter adulanter dixisse perhibetur, quippe cum ab ea non solum in ceteris, sed in symbolo discrepare noscatur[2].

Iam superius[g] [3] exaravimus huius synodi[h] divina dogmata[i] inrepraehensibiles existentes[k], sicut precipuorum sanctorum patrum mirifice demonstrant opuscula. Nam si quis praedicte synodi symbolo[l] discrepare se dixerit, discrepare videtur sanctarum sex synodarum[m] symbolo[g], eo quod isti non ex se, sed per sanctorum dogmatum constitutiones locuti sunt. Ex libro sanctae sexte synodo infra cetera[4]: Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxe fidei cognitionem atque confirmationem pium atque orthodoxum hoc divine gratie symbolum[n]: Sed quoniam [non[o]] destitit ab exordio adinventor malitie, quooperatorem sibi serpentem inveniens et per eum venenosam humane nature adferens mortem, ita et nunc organa ad propriam sui voluntate[p] apta repperiens etc.

Item ex libro sancti Augustini de prophetia, ubi ad oves loquitur infra cetera[5]: Lateribus et umeris vestris inpellebatis et cornibus vestris percutiebatis et omne, quod deficiebat, comprimebatis, quousque dispergeretis eas foras; et salvabo oves meas. Sicut detestanda eorum iniquitas et crudelitas, ita laudanda pastoris nostri et Dei nostri misericordia. Et post pauca sequitur: Et super omnem terram gloria tua. Sponsus in caelo est, sponsa in terra est. Ille super omnes caelos, illa super omnem terram. O heretice, credis, quod in caelo non vides; negas, quod in terra vides? Dicat ergo haec, dicat et audiatur, salvet oves suas. Et salvabo, inquid, oves meas, et iam non erunt in devastationem; et iudicabo inter ovem et ovem. Et excitabo super eas pastorem unum et reliqua.

Capitulo I[q]. Contra eos, qui dicunt: 'Sicut divine scripture libros, ita imagines ob memoriam venerationis habemus, nostrae fidei puritatem observantes[6].

Sancti Gregorii pape ex epistola ad Serenum episcopum Masiliense directa infra cetera[7]: Dic, frater, a quo factum[r] sacerdote aliquando auditum est, quod fecisti? Si non aliud vel illud te non debuit revocare, ut dispectis aliis fratribus solum te sanctum et esse crederes sapientem? Aliud est enim pictura adorare, aliud per picturam istoriam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident, quid sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Unde et precipue

---

a) ausu *V.* b) beatissime *V.* c) spiritu *V.* d) columne *V.* e) Nicese *V.* f) *om. V.* g) superius — symbolo *leguntur etiam in B fol. 103 et in Ivonis decr. IV, 127.* h) huius VII sinodi *B.* i) septem divina dogmata synodi *I.* k) inreprehensibilia existentia *B, I.* l) predicti sinodi simbolo *B.* m) synodorum *I.* n) sybolum *V.* o) *om. V.* p) *cf.* πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτοῦ βούλησιν. q) *Hic incipit nova series capitulorum, quod, qua de causa factum sit, nescio. Pro* I *librarius neglegenter scripsit* LXI *in V; cf. Neues Arch. XX, 92.* r) facto *V.*

1) *Acta conc. Constantinopolitani a. 536 celebrati Mansi VIII col. 1040; cf. ibid. XIII col. 183.* 2) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 202, cf. col. 453. Libri Carol. IV, 13.* 3) *Cf. cap. 1—4.* 4) *Acta concil. Constant. III. actio XVIII, Mansi XI col. 635.* 5) *Augustini sermo 47 De ovibus c. 18. 19 (opp. ed. Veneta V col. 259).* 6) *Acta conc. Nic. II. actio VII, Mansi XIII col. 379. Libri Carol. II, 30.* 7) *Gregorii ep. ad Serenum l. XI ep. 10 (EE. II, 270. 271).*

gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, adtendi debuerat. Et post pauca: Quia in locis venerabilibus sanctorum depingi istorias non sine ratione vetustas admisit. Et rursus: Quia picturas imaginum, que ad aedificationem inperiti populi fuerunt facte, ut nescientes litteras, ipsam istoriam intendentes, quid actum sit, discerent etc. c. 791 in.

De be[a]ro[b] veneratione sacris imaginibus in epistola sancti Gregorii pape ad Ianuarium episcopum Calaritanum directa vobis demonstrantes iam superius[1] exaravimus.

In actione secunda.

Capitulo II. Inutile et dementia prelatum et risu dignum dictum Agapii Cesareae Cappadocie episcopi reprehenditur in eo, quod dixit: 'Scriptum est in nostris divinis scripturis'[2].

Divina scribtura pro salute hominum praedicari a fidelibus videtur. Et ideo extimamus, quod dixisset: 'In nostris divinis scripturis', gloriam et decorem fideliter ex ipsis se habere desiderans simulque ab eadem sacra scriptura se docente dicere, quemadmodum in sanctis patribus opusculis scriptum est. Ex[c] sancti Augustini de Proverbia Salomonis tractatu infra cetera[3]: Habent et ipse sacramenta nostra, habent scripturas nostras, habent Amen et Alleluia nostrum, habent plereque symbolum nostrum etc.

In actione quarta.

Capitulo III. Inutile et demens, errore plenum dictum, quod dicunt: 'Qui Deum timet, honorat omnino, adorat et venerat sicut filium Dei Christum dominum nostrum et signum crucis eius et figuram sanctorum eius'[4].

Ex libro beati Augustini de filio Abraham ducto ad sacrificium inter cetera[5]: Non enim frustra moti estis, cum hoc dicerem: 'Crux cornua habet'. Sic enim duo ligna conpinguntur in se, ut speciem crucis reddant. Sicut ergo imagine crucis multis locis videmus, ut fiant duo cornua, quibus infigantur manus, cornibus herentem arietem crucifixum Dominum video etc.

In eadem actione.

Capitulo IV. De eo, quod idem Iohannes non recte dixit: 'Per imagine, quae per colores apparet, adoratur fortitudo eius et glorificatur, et ad memoriam veniemus de eius[d] in terra presentia'[6].

Item ex epistola[e] sancti Gregorii pape Secundino servo Dei inclauso directa inter cetera[7]: Imagines enim, quas nobis tibi dirigendas per Dulcitium diaconem tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quaeris, cuius imaginem pre oculis habere desideras, ut visio corporalis cottidiana semper reddat exortum, ut, dum pictura vides, ad illum animo ardescas, cuius te imaginem videre consideras habere[f] etc.

---

a) *Hic in V (et in omnibus editionibus) errore librarii secuntur, quae supra leguntur inde a verbis (p. 13 v. 16):* ista sic explanavit *usque ad verba p. 21 v. 8):* Oportebat enim eum non iura-(ri). *Cf. supra p. 13 n. c et p. 21 n. c. Neues Archiv XXI, 91. 92.* b) = vero. c) etc. *V.* d) cuius *V; cf. Lib. Carol. IV, 2.* e) *sequ.* nostra *V.* f) habere *corruptum esse videtur ex verbis* Ab re, *quibus proxima sententia incipit; cf. eundem locum infra cap. 25.*

1) *Cf. supra cap. 50.* 2) *Acta conc. Nic. II. actio II, Mansi XII col. 1088. Libri Carol. III, 19.* 3) *Augustini sermo 37 De Proverb. cap. 31, c. 27 (opp. ed. Veneta V col. 192).* 4) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 54. Libri Carol. III, 28.* 5) *Hunc locum frustra quaesivi, cf. supra p. 26 n. 2.* 6) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 71; cf.* adoratur = προςκυνεῖται. *Libri Carol. IV, 2.* 7) *Gregorii I. Registr. ed. Hartm. IX, 147 ep. interpol. (EE. II, 147. 148).*

c. 791 in.

In actione quinta.

Capitulo[a] V. De eo, quod dicunt: 'Eiusdem criminis est, qui imagines spernit, cuius et Nabuchodonosor[b], qui ossa Iuda regum protulit[c] e sepulchris et Iudaici regis oculos occisis filiis eruit et cherubin de templo abstulit[1].

Iam per epistolam sancti Gregorii pape superius[2] exaravimus, qualiter imagines non sunt spernende, sed venerande. Unde praedecessoribus[d] nostris sepius dictis sanctissimis pontificibus[e] sacris[f] conciliis talem dederunt sententiam[3]: Si quis sanctas imagines domini nostri Iesu Christi et eius genetricis[g] atque omnium sanctorum secundum sanctorum patrum statuta[h] venerari noluerit, anathema sit[d].

In actione quinta.

Capitulo VI. De eo, quod secundum Demetrii diaconi dictum incaute et inordinate parentes eorum egerunt, duos libros inargentatos, eo quod quiddam[i] de imaginibus continebatur, conburentes et alterius libri duo folia precisserunt[4].

Hoc proprium hereticorum factum demonstratur, quemadmodum in eorum pseudosillogum, quod sub quondam[k] Constantino heretico imperatore[5], deliraverunt.

Sancti Cyrilli ex epistola ad Successum episcopum Neocesareae[6] inter cetera[7]: Deficientes adversus has increpationes machinati sunt aliquid amarum et heretice impietatis dignum. Conrumpentes enim epistolam et quaedam auferentes et quaedam addentes, ediderunt, ut putabatur, memorialem illum similia sentire Nestorii et qui cum eo etc.

Item sanctae sexte synodi de tertia actione infra cetera[8]: Sermo sanctae memorie Menne archiepiscopi Constantinopoleos ad Vigilium beatissimum papam Romanum de eo, quod una sit Christi voluntas. Et exurgentes legati apostolice sedis Rome exclamaverunt: 'Piissime domine, falsatum est presens liber quinte synodi' etc.

Item fertur in ipsa sancta sexta synodo[9]: Sancta sexta synodus dixit: 'Ecce et hoc testimonium sancti patris peremisti. Non congruit orthodoxis ita circumtruncatas sanctorum patrum voces deflorare; hereticorum potius proprium hoc est'. Macharius hereticus dixit: 'Et iam dixi, quia quaerens stabilire intentionem meam, hoc modo defloravi'. Sancta synodus exclamavit: 'Hereticum seipsum manifeste demonstravit' etc.

In eadem actione.

Capitulo VII. De eo, quod in eodem libro in tabulis argenteis Leontius asecrata[l] imagines cernens[m], acutissimum et ingeniosissimum sui[n][10] erroris emolumentum se invenisse glorificatus est[11].

Item ex eodem sancto sexto concilio inter cetera[12]: Constantinus piissimus imperator et sancta synodus dixerunt: 'Edicat Macharius, ut quid haec, que necessaria sunt, circum-

---

a) capitula *V.* b) Nabuchodosor *V.* c) pertulit *V.* d) predecessores — sit *leguntur etiam in B f. 103.* e) predecessores nostri sepius dicti sanctissimi pontifices *B.* f) in sacris *B.* g) genitricis *B.* h) *om. V.* i) quidam *V; cf. Lib. Carol. IV, 8.* k) quod *V.* l) = ἀσηκρήτης. m) carnens *V.* n) suis *V.*

1) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 159; cf. ibid. col. 174. Libri Carol. IV, 4.* 2) *Cf. supra p. 20 vel p. 38 vel p. 43.* 3) *Cf. supra p. 31 n. 6; inveniuntur haec inter fragmenta conc. Lateranensis, Mansi XII col. 720.* 4) *Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 183. Libri Carol. IV, 8.* 5) *Cf. supra p. 24 n. 2.* 6) *Immo Diocaesareae.* 7) *Cyrilli ep. ad Successum (opp. X, Migne, Patr. gr. LXXVII col. 238).* 8) *Acta conc. Constantin. III. actio III, Mansi XI col. 226.* 9) *Ibid. actio VIII, Mansi XI col. 366.* 10) *Scilicet haereticorum.* 11) *Cf. Acta conc. Nic. II. actio V, Mansi XIII col. 183. Libri Carol. IV, 9.* 12) *Acta conc. Constant. III. actio VIII, Mansi XI col. 363. 366.*

recidit de testimonia sanctis et probabilibus patribus?' Macharius hereticus dixit: 'Ego testimonia, c. 791 in. quae defloravi, secundum proprium intentum defloravi'. Et post pauca: Sancta synodus dixit: 'Ecce, benignissime domine, et hoc testimonium abscidit. Nam que post testimonia per iussionem vestrae fortitudinis relegantur, ostendunt deflorationem eius obumbrata' etc.

In epistola imperatoris.

Capitulo VIII. De eo, quod Constantinus et Herena in epistola sua venerabili pape[1] urbis Rome scribserunt: 'Rogamus tuam paternitatem, et maxime Deus rogat, qui nullum hominem vult perire[2]. cf. 2. Petr. 3, 9. 1. Tim. 2, 4.

In sancto evangelio ita ait Dominus: 'Simon, Simon, ecce satanas expetivit vos, ut Luc. 22, 31. 32. cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; et tu aliquando conversus confirma fratres tuos' etc.

Item in epistola beati Pauli apostoli ad Corhintios infra cetera: 'Quoniam quidem 2. Cor. 5, 19. 20. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legationem fungimur, tamquam Deo exortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo' et cetera[a].

Item sancti Iohannis Crisostomi de sermone in ascensione Domini inter cetera[3]: Disce, quod non nostra deprecatione, qui eum offenderamus, sed postulatu eius, qui iuste fuerat nobis iratus, pax facta est. 'Pro Christo namque', ait apostolus, 'legationem fungimur, ibid. tamquam Deo rogante per[b] nos'. Quid hoc est? Ipse rogat, qui iniuriam passus est? Valde, inquid. Nam Deus clemens et ipse tamquam misericors pater deprecatur. Et vide, qui medius est, qui reconciliator accessit, non angelus, non archangelus, sed ipse filius deprecantis etc.

Item eiusdem sancti Iohannis Chrysostomi de interpretatione epistole ad Romanos infra cetera[4]: Quid enim post horum? Iam non prophetas, iam non angelos, iam non patriarchas, sed ipsum misit Filium; et occisus est et ipse veniens, et nec sic stinxit amorem, sed accendit amplius et manet rogans. Et infra: Et clamat Paulus, dicens: 'Pro Christo enim ibid. legationem fungimur, tamquam Deo exortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo'. Et post pauca: Consideremus, quantotius eum iniuriamus cum milia bona, ipse enim stetit rogans, multodiens[c] eum transgrediamur, ipse enim non negligit etc.

In actione quarta.

Capitulo IX. De eo, quod prefatus Iohannes dixit: 'In hominis forma luctatus est cum ipso et vocavit eum Israel, quod est interpretatum: mens videns Dominum'[5].

Ex libro sancti Gregorii theologi de deitate infra cetera[6]: Iacob enim scalam excelsam vidit quadam. Et post pauca: Et quasi cum homine, Deo colluctabatur. Et post cetera: Et certamen pietatis translationem vocationis accepit, transnominatus pro Iacob Israel etc.

Item sancti Augustini de luctatione Iacob cum angelo inter cetera[7]: Tenebat ergo et luctabatur, quasi eum[d] carnali habitu Iacob amplecti volens, ille autem dicebat: 'Dimitte me cf. Gen. 32, 26. carnaliter, quia ecce iam mane est, ut spiritaliter inlumineris' etc.

---

a) cetr̅ *V.* b) pro *V, cf.* δι' ἡμῶν. c) multo dicens *V (=* ὁσάκις*); cf. infra p. 47 v. 29.* d) cum *V; cf. August. opp. V col. 33.*

1) *Ipsi Hadriano I.* 2) *Acta conc. Nic. II. actio I, Mansi XII col. 985. Libri Carol. I, 4.* 3) *Ioh. Chrysostomi homilia In ascensionem Domini § 2 (opp. ed. Montfaucon II, 449).* Valde, inquid = *ναί.* 4) *Chrysost. In ep. ad Rom. hom. 5 § 6. 7. (opp. IX, 470. 471);* post horum = *ἀντὶ τούτων;* cum milia bona = *μετὰ μυρία ἀγαθά!* 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 7. Libri Carol. I, 11.* 6) *Gregorii Naz. oratio 28 theologica II § 18 (opp. ed. Bened. I, 509);* certamen = *ἆθλον.* 7) *Augustini sermo V De luctatione etc. c. 7 (opp. V col. 33).*

c. 791 in.

In eadem actione.

Capitulo X. Quod non recte sentiant, qui dicunt: Si secundum Mosi legitimam traditionem praecipitur populo purpura iacincthina[a] in fimbriis[b] in extremis vestimentis poni ad memoriam et[c] custodiam praeceptorum[d], multo magis nobis est per adsimilatam picturam sanctorum viro- cf. Hebr. 13, 7. rum videre exitum conversationis[e] eorum, et horum imitari fidem secundum apostolicam traditionem[1].

Credimus, quia incognitum non habetis illud, quod sanctus Gregorius papa, ut superius[2] exaravimus, in epistolam suam dixit[3]: Et quia[f] in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit; quatenus iterum, dum super Iezechielum prophetam tractaretur, de distinctione sacri eloquii adiunctum est[4]: Scriptura sacra cibus noster est et potus. Et post pauca: In rebus enim obscurioribus, quae intellegi nequeunt, nisi exponantur, cibus est, quia quicquid exponitur, ut intellegatur, quasi manditur, ut glutiatur. In rebus vero apertioribus potus est. Potum enim non mandendo glutimus[g]. Apertiora ergo mandata bibimus, quia etiam non exposita intellegere valemus etc. Unde et praedecessoribus meis sanctissimis pontificibus in eorum sacris conciliis[5] expositum est, de veteribus historiis infra plura promulgantes[6]: Si vero illa suscepta sunt, et he imagines oportune suscipiuntur, quoniam secundum Deum fiunt. Unde et operantur etc.

In actione quarta.

Capitulo XI. Quod non bene Iohannes presbyter senserit, qui, ut cf. Ios. 4, 7. imaginum adorationem adstrueret, dixit: 'Et Iesu Nave duodecim lapides statuit [in[h]] Dei memoria'[7].

Ios. 7, 6. In libro Iosue scriptum est: Iosue vero scidit vestimenta sua et cecidit pronus in terram [coram[i]] archa Domini usque ad vesperum, tam ipse quam omnis Israel. [Et[k] post pauca: ib. 7, 10. 11. Dixitque Dominus ad Iosue: 'Surge, cur iaces pronus in terra? Peccavit Israel[k],] et prevaricatus ib. 7, 13. est pactum meum'. Et iterum post pauca: 'Surge, sanctifica populum et dic eis: 'Sanctificamini in crastinum' etc. Ecce prostratus ante arca foederis Iosue exauditus est.

Unde mellifluus doctor sanctus Gregorius papa in epistola sua, in qua superius exaravimus, Secundino servo Dei inclauso Gallias directa inter cetera monuit dicens[8]: Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimus, sed illum adoramus, per quem[l] imaginem aut natum aut passum aut in thronum sedentem recordamus etc.

Capitulo XII. Quod non sit equalis adoratio, ut illi dicunt, Nathan prophete[m] erga David regem, adoratione imaginum[9].

Ex libro[n] sancti Gregorii pape super Iob inter cetera[10]: Ita cum in sacro eloquio sola historia aspicitur, nichil aliud quam facies videtur; sed si huic assiduo usu coniungimur, eius nimirum mentem quasi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex aliis colligimus, facile in eius verbis agnoscimus aliud esse quod intimant, aliud quod sonant. Tanto autem quisque notitie illius extraneus redditur, quanto in sola eius superficie ligatur etc.

---

a) Iacincthina *V* = hyacinthina. b) fimbreis *V*. c) ex *V*. d) praeceptum *V*. e) conversationes *V*. f) quae *V*. g) glutimur *V*. h) *om. V*. i) *om. V*. k) Et—Israel *om. V, sed haec supplenda esse apparet*. l) *cf. p. 20 n. c*. m) propheta *V*. n) libri *V*.

1) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 114. Libri Carol. I, 17.* 2) *Cf. supra p. 43.* 3) *Gregorii ep. ad Serenum l. XI ep. 10 (EE. II, 270).* 4) *Gregorii homiliarum in Ezech. l. I, 10 § 3 (opp. I col. 1263. 1264).* 5) *Cf. supra p. 31 n. 6.* 6) *Cf. supra p. 19, ubi verba haec:* Quanto — efficiuntur *(v. 30—41) rectius typis minoribus exprimenda erant.* 7) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 51. Haec non ab Iohanne presbytero dicta, sed ex sermone Leontii episcopi Neapolis Cypri in synodo recitato sumpta sunt. Cf. Libri Carol. I, 21.* 8) *Cf. supra p. 20 n. 2, p. 43 n. 7.* 9) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 99. Libri Carol. I, 22.* 10) *Gregorii Moralia in Iob, lib. IV c. 1 (opp. ed. Bened. I col. 101).*

Item in eodem libro inquid[1]: Quid per David, qui manu fortis vel desiderabilis interpretatur, nisi redemptor noster accipitur? Quid per eius domum, nisi ecclesia designatur? Et post pauca: Inquisitio etenim divinitatis in Deum fons occultus est; apparitio vero incarnationis ipsius fons patens. Quid autem per Ierusalem, que visio pacis accipitur, nisi idem sancta ecclesia demonstratur? In ipsa enim mundi corde Dominum contemplantur, de quo scriptum est: 'Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum' etc. c. 791 in. Ephes. 2, 14.

Capitulo XIII. Quod sententia Iohannis Constantinopolitani, quam illi in testimonio adorandarum imaginum trahunt, non ad id, quod illi putant, pertinere dinoscitur[2].

Multas sententias sancti Iohannis Constantinopolitani in sepius nominata referuntur synodo, et qualis ex ipsa[a] sit, quod non putaverunt pertinere, siluerunt[b]. Nam in praedecessoribus nostris sanctis pontificibus conciliis[3] sancti Iohannis Chrysostomi ita fertur sententiam inter cetera[4]: Omnia tibi ministrant homini, magis autem[c] imagini [Dei[d]]; quia nec quando[e] imperiales vultus et imagines in civitatem introibunt et obviant iudices et senatus, cum laude et honore[f], non tabulam honorantes[g], neque effuse cere scripturam, sed vultum imperatoris, sic et mundus hominum non terrenam speciem honorantes, sed caelestem vultum venerentur[e] etc.

In actione quarta.

Capitulo XIV. Quod iudices[5], qui in praefata synodo fuerunt, insolenter et incongrue artem pictoriam extollere conati sunt, dicentes: 'Pia enim est ars pictoris, et non recte eam quidam[h] insipienter detrahunt. Ipse enim pater[6] pictorem pie agentem commendat'[7].

Beatum Asterium tota Oriente sanctum habent, et dum de gesta sanctae Euphimiae[i] sermone fecisset[8], laudavit eius martyrium, sicut per ordinem viderat eum liquidius pictum. Et ideo similiter et illi ipsam laudaverunt picturam, adversus hereticos dicentes, quia insipienter eam detrahunt.

Sancti Gregorii theologi de sermone in beato Gregorio episcopo Niseno infra cetera[9]: Putas ergo, sufficiunt haec, aut et breviter virum nobis sermo descripsit? Si oportet, quemadmodum studiosos[k] pictores multodiens committentes colores, ut perfectiorem[l] vobis[m] sermonis formam addam? Et describam vobis purissimum et manifestissimum etc.

Item sancti Iohannis Chrisostomi de sermone in cena Domini infra cetera[10]: Nam sicut pictores pinguendam tabulam vestigiis quibusdam adumbrare consuerunt et sic colorum varietate perficere, ita et Christus fecit. In mensa et typi pascha[n] describit et pascham veritatis ostendit etc.

---

a) *sic V; an* ipsas *vel* ipsis? b) soluerunt *V.* c) aut *V.* d) *om. V; cf. ep. Hadriani Mansi XII col. 1068.* e) quando — celestem venerentur vultum *leguntur etiam in B. f. 103.* f) timore *V.* g) adorantes *B.* h) quiddam *V.* i) eūphimiae *V.* k) studioses *V.* l) perfectionem *V.* m) nobis *V.* n) *cf.* τὸ τυπικὸν πάσχα.

1) *Hunc locum in eodem libro frustra quaesivi.* 2) *Cf. ep. Hadriani Mansi XII col. 1068. Libri Carol. II, 19.* 3) *Cf. supra p. 31 n. 6.* 4) *Cf. ep. Hadriani Mansi XII col. 1068 ex Iohannis Chrysostomi sermone habito in quinta feria paschae, quem sermonem in eiusdem operibus non inveni; cf. etiam Mansi XII col. 1013.* 5) *Scilicet Petrona exconsul, patricius, comes et Iohannes ostiarius et logotheta cf. Mansi XII col. 1113.* 6) *Asterius.* 7) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 18. Libri Carol. III, 22.* 8) *Asterii Amasiae episcopi enarratio in martyrium — Euphemiae, homiliae ed. Raynaudus p. 854, Mansi XIII col. 15 sq. cf. ibid. col. 307.* 9) *Gregorii Naz. oratio XI ad Gregorium Nyssenum § 2 (opp. ed. Bened. I, 242).* Si oportet — manifestissimum = *ἢ δεῖ, καθάπερ τοὺς ἐπιμελεῖς τῶν ζωγράφων πολλάκις ἐπιβάλλειν τὰ χρώματα ἵνα τελεωτέραν ὑμῖν τὴν τοῦ λόγου γραφὴν παραστήσωμεν; καὶ δὴ γράψομεν ὑμῖν τελεώτερόν τε καὶ σαφέστερον.* 10) *Ioh. Chrysostomi De proditione Iudae hom. 1 § 4 (opp. ed. Montfaucon II, 383).*

c. 791 in. Item ex libro sancti Augustini de Proverbia[b] Salomonis infra cetera[1]: 'Os nostrum patet ad[a] vos, o Corhintii'. Os suum aperuit adtente[b] et ordinem posuit lingue sue, laudans creaturam tamquam creaturam, creatorem tamquam creatorem, angelos tamquam angelos, caelestia tamquam caelestia, terrestria tamquam terrestria etc.

In eadem actione.

Capitulo XV. Inutile et mendatium[c] plenum dictum Iohannis presbyteri et legati Orientalium, dicentis: 'Non contraeunt[d] pictores scribturis, sed quicquid scriptura dicit, haec demonstrant, quatenus concordes sunt scripturarum'[e][2].

Iam sepius superius exaravimus, qualiter per sacram epistolam suam Sereno episcopo Maxiliense directa sanctus Gregorius eximius[f] doctor et papa inter cetera docuit[3]: Ac deinde subiungendum, quia picturas imaginum, quae ad aedificationem imperiti populi facte fuerant, ut nescientes litteras ipsam historiam intendentes, quod actum sit, discerent etc.

Item sancti Iohannis Chrisostomi in interpretatione psalmi L, cuius initium[4]: Pictores imitantur arte naturam et colores coloribus permiscentes visibiles corporum depingunt imagines. Et post pauca: Et imperatorem sedentem et barbarum[g] subditum et gladium acutum et fluvios decurrentes et campos variis coloribus adornatos et omnia, que videntur, per artem imitantes, mirabilem historiam videntibus prestant etc.

In actione quinta. Et inventum est in quarta[5].

Capitulo XVI. Falsissimum et omni ridiculum[h] dignum [dictum[i]] Iohannis presbyteri[k], qui non minus ceteris imaginum adorationem[l] insanisse dinoscitur. Ait enim: 'Qui adorat imaginem et dicit, quoniam hic est Christus filius Dei, non peccat'[6].

Sancti Augustini de psalmo LXXXVI explanatione inter cetera[7]: Angustias enim omnia poene[m] corpora patiuntur, nec ubique esse possunt, nec semper. Divinitas autem, quae ubique presto est, undique ad eam potest duci similitudo, et totum potest esse in similitudinibus, quia nichil horum est in[n] proprietatibus. Numquid Christus ianua est, quemadmodum videmus ianuas factas a
Ioh. 10, 9. fabro? non utique, et tamen dixit: 'Ego sum ianua'. Aut numquid sic est pastor, quomodo videmus pastores istos etc.

Ex sensu.

Capitulo XVII. Quod illi libri vitas patrum, quorum auctores ignorantur, non prorsus idonei sint ad testimonia danda et ad haec, quae in contentione veniunt, confirmanda[8].

Item ex libro sancti Augustini de questionibus in evangelio secundum Lucam infra cetera[9]: Vasa eius in domo sunt sensus carnales, quibus ad investigandam veritatem, que

---

a) pateat *pro* patet ad *V.* b) adtende *V.* c) *sic V; an* mendacio? *cf. Lib. Carol. III, 23.* d) conorant *V (= ἐναντιοῦνται); cf. Lib. Carol. III, 23.* e) *cf. συνηγοροί εἰσι τῶν γεγραμμένων.* f) eximus *V.* g) barbarorum *V (= βάρβαρον).* h) *sic V.* i) *om. V; cf. Libr. Car. IV, 1.* k) prbt *V.* l) in imaginum adoratione *leguntur in Lib. Carol. IV, 1.* m) omnipotentie *pro* omnia poene *V.* n) im *V.*

1) *Augustini sermo 37 De Proverb. c. 31 § 23 (opp. ed. Veneta V, 190).* 2) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 19. Libri Carol. III, 23.* 3) *Cf. supra p. 42 n. 7, 46 n. 3.* 4) *Ioh. Chrysostomi homilia spuria I in psalm. 50 § 1 (opp. ed. Montfaucon V, 572).* 5) *Quae secuntur, non nisi in actione quarta reperiuntur. Cf. supra cap. 25 et 27.* 6) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 71. Libri Carol. IV, 1.* 7) *Augustini De psalmo 86 c. 3 (opp. ed. Veneta IV, 920).* 8) *Cf. vitas S. Sabbae; b. Mariae Aegyptiae; S. Theodori archimandritae Sicensium etc. Mansi XII col. 1037. 1041; XIII col. 182. 86. 90. Libri Carol. IV, 11.* 9) *Augustini Quaestionum evangel. II, 41 (opp. III, 2, 269).*

intellectu capitur, multi utentes penitus erraverunt etc. Vitas[a] enim[b] patrum sine probabilibus auctoribus minime in ecclesia leguntur[c]. Nam ab orthodoxis titulatas[d] et suscipiuntur et leguntur. Magis enim passiones sanctorum martyrum[e] sacri canones censuentes[f], ut liceat etiam eas[g] legi[h], cum anniversarii dies eorum celebrantur[a]. c. 791.

Reprehensio.

Capitulo XVIII. Quod non bona habeant memoriam, qui, [ut[i]] non obliviscantur sanctorum vel certe ipsius Domini, idcirco imagines erigunt[1].

De commentario sancti Ieronimi in Matheum evangelistam infra cetera[2]: Istius[modi[k]] homines, dum volunt alterius imperitiam reprehendere, ostendunt suam. Quamvis enim tenuis humor et liquens esca, cum in venis et[l] artibus concocta fuerit et digesta, per occultos meatus corporis, quos Greci πόρους[m] vocant, ad inferiora delabitur et in secessum vadit etc.

Item sancti Augustini ex interpretatione de psalmo nonagesimo octavo inter cetera[3]: Sion dicta est civitas, quae est Ierusalem; dicta autem ex interpretatione quadam nomen accipiens, quia Sion speculatio dicitur, id est visio et contemplatio. Speculari enim prospicere est vel conspicere vel intendere, ut videas. Est autem Sion omnis anima, si intendit videre, quod videndum est. Nam si ad suam adtenderit, tenebratur; si ad lucem illius adtenderit, inluminatur. Quia tamen manifestum est Sion civitatem Dei esse, quae est civitas Dei, nisi sancta ecclesia? etc.

Interrogatio.

Capitulo XIX. Ut scientes nos faciant, ubi in veteri vel novo testamento aut in sex synodalibus conciliis iubeatur[n] imagines facere vel factas adorare[4].

Responsio. Nos quidem infra scientes facimus, sicuti iam fecimus, quia et in veteri et in novo testamento sive in sex synodalibus conciliis semper venerandas fuerunt sacras imagines et factas inter sancta sanctorum titulabantur. Nam illi nobis dicere debebant, in quale de ipsis sex synodalibus conciliis reprehensas[o] sint sacras imagines. Enimvero in primo sancto concilio[5] sepius ostensum est, quia sanctus Silvester papa et Constantinus christianissimus imperator veneraverunt sacras imagines et cum nomine christianitatis palam coram omnibus fideliter atque mirabiliter eas ostenderunt[6], et a tunc usque actenus sanctorum pontificum, videlicet Silvestri[7], Marci[8] et Iulii[9], mire magnitudinis sanctas eorum ecclesias apud nos sunt depictas, tam in musivo quamque in ceteris historiis cum sacris imaginibus ornatas[p]. Item in

---

a) Vitas — celebrantur *leguntur etiam in B f. 103' et in Ivonis decr. IV, 141 et in eiusdem pan. II, 126* (vitae — celebrantur *decr.;* vitae — celebrentur *pan.*). b) *om. I.* c) leguntur *corr. alia manus contemp. in* legantur *B.* d) titulatatas *V;* titulata suscip. *B;* titulatae *I.* e) martirum *B.* f) *sic V;* censent *B, I (decr.);* censentur *I (pan.).* g) eas etiam *I (decr.);* eas et *I (pan.).* h) in ecclesia legi *I.* i) *om. V; cf. Lib. Car. II, 22.* k) modi *om. V.* l) invenisset *pro* in venis et *V.* m) *NOPOYO V.* n) *sic scripsi pro* iubeat *V.* o) reprehensa *V.* p) ornatus *V.*

1) *Similia saepe occurrunt in actis conc. Nic. II., cf. Mansi XIII col. 114. 122. 167. 187. 219. 362. 473. Cf. Libri Carol. II, 22.* 2) *Hieronymi In Matthaeum comment. l. II c. 15 § 17. 18 (opp. ed. Vallarsius VII, 114).* 3) *Augustini De psalmo 98 c. 4 (opp. IV, 1062).* 4) *Hoc capitulum deest in Libris Carol.* 5) In concilio *et infra* de concilio *nihil aliud significare videntur nisi* tempore concilii. 6) *Cf. supra p. 39 n. 6; cf. acta concilii Nic. II. act. IV, Mansi XIII col. 38:* Tale quid et divae memoriae Constantinus magnus imperator olim fecit, aedificato enim templo Salvatoris Romae in duobus parietibus templi historias veteres et novas designavit, hinc Adam de paradiso exeuntem et inde latronem in paradisum intrantem figurans. 7) *Cf. Lib. pont. ed. Duchesne I, 170—187.* 8) *a. 336; cf. Lib. pont. I, 202.* 9) *I. (337—352); cf. Lib. pont. I, 205.*

c. 791 in. sancto secundo concilio sanctus Damasus[1] elegantissimus papa propriam suam fecit ecclesiam, cuius sanctus Gregorius papa meminit in dialogis[2], quae ex nomine conditoris Damasi vocatur; similiter a tunc usque actenus in historiis sacris et imaginibus picta habemus. Iterum et de sancto tertio concilio sanctus Celestinus[3] papa proprio suo cimiterio picturis decoravit. Magis enim successor eius beatus Xystus[4] papa fecit basilicam sanctae Dei genetricis Mariae cognomento Maiore, quae et Presepe dicitur, simili modo et ipse[a] tam in metallis aureis quamque in diversis historiis cum sacris decoravit imaginibus. Sed et per rogatum[b] eius Valentinianus Augustus[5] fecit imaginem auream cum duodecim portas et salvatorem, in gemmis pretiosis ornatam, quam voto gratie super confessionem beati Petri apostoli posuit, et a tunc usque actenus apud nos ab omnibus fidelibus venerantur. Itemque et de sancto quarto concilio egregius atque mirificus praedicator sanctus Leo[6] papa et ipse fecit ecclesias, quas in musivo et diversis historiis seu imaginibus pingens[c] decorabit[d]. Magis autem in basilica beati Pauli apostoli, arcum ibidem maiorem faciens[7], et musivo depingens salvatorem dominum nostrum Iesum Christum seu viginti quatuor seniores nomini suo versibus decorabit[d]; et a tunc usque actenus fideliter a nobis venerantur. Et de sancto quinto concilio sanctissimus Vigilius[8] papa, in Lateranensi patriarchio basilicam faciens, pulchrissime eam decoravit in picturis, tam in historiis, quamque in sacris imaginibus; multo amplius vero eius sanctissimi successores, dominus Pelagius[9] atque dominus Iohannes[10], mire magnitudinis ecclesiam apostolorum[11] a solo aedificantes, historias diversas tam in musivo, quam in variis coloribus cum sacris pingentes imaginibus; a tunc usque actenus a nobis venerantur. Sed et sanctus Gregorius papa in monasterio suo pulchrum[e] fecit oratorium[12] et eum diversis historiis pingi fecit atque sacras ibidem erexit imagines; ubi et cum beato Eleutherio pro egritudine stomachi sui ingressus, in oratione pariter exauditi sunt[13]. Et ille vir sanctus Eleutherius, quem dicunt et mortuum suscitasse[14], ante ipsas sacras imagines prosternens, divinam exorare clementiam cum sancto Gregorio[f] non dubitavit, sed fidem ferentes perfectam, pariter exauditi sunt; et usque actenus apud nos venerantur. Sed et ecclesia Arrianorum, quam ipse sanctus Gregorius in dialogis suis meminit[15], placuit eidem sancto Gregorio[f], ut in fide catholica, introductis illic beati Sebastiani et sanctae Agathae martyrum reliquiis, dedicari debuisset, quod et factum est. Et post miraculum, quod in eadem ecclesia factum est[16], diversis historiis ipse beatus Gregorius pingi fecit eam, tam in musivo, quam in coloribus, et venerandas imagines ibidem erexit; et a tunc usque actenus venerantur. Si enim voluerimus enarrare per ordinem nostrorum praedecessorum pontificum, quantas ecclesias fecerunt usque nunc, mirifice in eas sacras imagines erigentes atque diversas historias pingentes nec non et venerantes, apostolice audemus dicere, deficeret nos tempus enumerandi atque eorum edificia cum sacris imaginibus et historiis explanandi.

cf. Hebr. 11, 32.

---

a) ipsi *V.* b) rogum *V.* c) pingues *V.* d) = decoravit. e) pulchram *V.* f) Gregio *V.*

1) *I. (366—384); cf. Lib. pont. I, 212.* 2) *Non inveni, ubi in Dialogorum libris Gregorius illam ecclesiam commemoraverit.* 3) *I. (422—432); cf. Lib. pont. I, 231 n. 6* 4) *Sixtus III. (432—440); cf. Lib. pont. I, 232. 235 n. 2.* 5) *Cf. Lib. pont. I, 233:* Ex huius supplicatione optulit Valentinianus Augustus imaginem auream cum XII portas et apostolos XII et salvatorem gemmis pretiosissimis ornatam, quem voti gratiae suae super confessionem beati Petri apostoli posuit. 6) *I. (440—461); cf. Lib. pont. I, 239.* 7) *Cf. Lib. pont. I, 240 n. 7.* 8) *a. 537—555. Haec in Lib. pont. non leguntur.* 9) *I. (556—560).* 10) *III. (560—573).* 11) *Philippi et Iacobi, cf. Lib. pont. I, 303. 305. 306 n. 2. Iaffé Reg. † 1043.* 12) *Cf. Lib. pont. I, 312.* 13) *Gregorii dial. l. III c. 33 (opp. ed. Bened. II, 349).* 14) *Ibid.* 15) *Ibid. l. III c. 30 (opp. II, 341).* 16) *Ibid.*

In vero sancto sexto concilio[1] non solum contempnere ausi [non[a]] sunt, sed c. 791 in. etiam easdem[b] sacras imagines venerantes statuerunt, ut agnum Christum deum nostrum secundum humanam figuram, et in imaginibus a nunc pro veteri agno retitulari decernentes. Quapropter sanctus Ambrosius Mediolanensis episcopus in libro tertio de fide infra cetera pro huiusmodi docuit[2]: Servemus igitur praecepta maiorum, nec hereditaria signacula ausi rudis temeritate violemus. Librum signatum illum propheticum non seniores, non potestates, non angeli, non archangeli aperire ausi sunt, soli Christo[c] explanandi eius prero- Apoc. 5, 1 sq. gativa servata est. Librum sacerdotalem quis nostrum designare audeat[d], signatum[e] a confessoribus et multorum iam martyrio consecratum? Quem qui dissignare coacti sunt, postea tamen dampnata fraude signarunt. Qui violare non ausi sunt, confessores et martyres extiterunt. Quomodo fidem eorum possumus denegare, quorum victoriam praedicamus? Nemo metuat, nemo formidet etc.

Si vero heretici sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam non expugnassent[f], sanctis sex synodalibus conciliis necesse fieri non fuisset. Similiter si a Leone[3] et Constantino[4] hereticis imperatoribus ipsam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam pro sacris imaginibus non fuisset expugnata, predecessores mei sanctissimi pontifices concilia[5] nequaquam fecissent, neque nos postmodum fieri annueremus, nisi pro tot milia animarum, quibus in heresim manentibus et cotidie in ea deficientibus in laqueo periclitabantur diaboli. Sicut enim in sancta quarta synodo definitum est, pro vera[g] fide dicente ita[6]: Quam nos a nostris maioribus traditam debemus cum omni conpetenti devotione defendere et dignitatem proprie venerationis beato apostolo Petro intemeratam et in nostris temporibus conservare; quatenus beatissimus Romane civitatis episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide et sacerdotibus iudicare, et ideo praedecessor noster sanctissimus Gregorius iunior papa[7], scribens ad Leonem et Constantinum hereticos imperatores infra cetera[h][8]: 'Pro sacris imaginibus', inquid, 'omnia ipsa nostra tradimus, si contigerit, corpora. Nam numquam novitatem recepimus aut a religione paterna ulla declinamus ratione. Divina enim vox interminatur, quae per omnia debet praecaveri: Si totum mundum quis lucretur et anime sue faciat detrimentum, lucratus est nihil'. Ita et Matth. 16, 26. in alia sua epistola pro ipsis sacris imaginibus, rationabiliter eos increpans, infra cetera dixit[9]: Legitur namque, dixisset quidam doctissimus ac venerabilis pater[10], quia 'duo sunt, quibus principaliter hic regitur mundus, auctoritas videlicet sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius pondus est sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem'.

Et idcirco nequaquam nobis quispiam terminos patrum nostrorum transgredi cf. Prov. 22, 28. facere valebit, neque novitates vocum inponere, sed in ea orthodoxam fidem, quam suscepimus, manentes et olitana traditione amplectentes, praedecessorum nostrorum sanctissimorum pontificum procul dubio veneramus et tenemus pro sacris imaginibus conciliis, nullum qualibet iam exinde contrarium sermonem suscipientes, neque ratione reddentes.

Nam sanctus Gregorius mellifluus doctor in omelia super Iezechielem prophetam,

---

a) *om. V.* b) eadem *V.* c) Christi *V.* d) audeant *V.* e) signum *V.* f) *corr. in* oppugnassent *m. 2 V.* g) vere *V.* h) cetr̄ *V.*

1) *Cf. supra p. 32 n. 3.* 2) *Ambrosii De fide l. III c. 15. 16 § 128. 129 (opp. ed. Bened. II, 519).* 3) *III. Isauro (716 vel 717—740 vel 741, cf. Hefele Conciliengesch. III 2. ed. 369 n. 4, Bury, A history of the later Roman empire p. 425 sq.).* 4) *V. Copronymo (740 vel 741—775).* 5) *Cf. supra p. 31 n. 6.* 6) *Hunc locum in actis concilii Chalcedonensis frustra quaesivi.* 7) *III. (731—741).* 8) *Quae ad unam ex epistolis perditis a Gregorio III. ad imperatores illos missis: Iaffé Reg. 2229. 2235. 2241 pertinere videntur; cf. Neues Arch. XXI, 107.* 9) *Quae ad aliam de epistolis sub n. 8 laudatis pertinere videntur.* 10) *Gelasii I. epistola ad Anastasium imperatorem missa in Leonis M. opp. ed. Ballerini III, 339.*

[c. 791 in.] dum de intellectu[a] sacri eloquii per temporum crementa pollenti tractaretur, adiunxit[1]: [Dan. 12, 4.] 'Pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia'. Sancti patres, quos per sacra scribtura cognoscimus, ante legem quidem in unius Dei cognitione salvati sunt, perfectam vite simplicis oboedientiam habentes et sepe videndo angelos iam aliquid de contemplatione tangentes. Data autem lege, sancti patres etiam in decem sunt mandatis eruditi, ut per cognitionem unius Dei, etiam in legis se operibus exercerent. Superveniente autem gratia per testamentum novum, omnis fidelis populus unum Deum Trinitatem esse cognovit et virtutem decalogi in eius agnitione complevit. Unde sciendum nobis est, quia et per incrementa temporum crevit scientia spiritalium patrum. Plus namque Moses quam Abraham, plus prophete quam Moses, plus apostoli quam prophete in omni- [ibid.] potentis Dei scientia eruditi sunt. Fallor, si haec ipsa scripture testimoniis non adfirmo. 'Pertransibunt', inquid, 'plurimi, et multiplex erit scientia'. Sed haec eadem, quae de Abraam, Mose, prophetis et apostolis diximus, ex eiusdem scripture verbis, si possumus, ostendamus. Quis enim nesciat, quia [Exod. 3, 6.] Abraam cum Deo locutus est? et tamen ad Mosen Dominus dicit: 'Ego sum deus Abraam et deus [Exod. 6, 3.] Isaac et deus Iacob'. 'Et nomen meum Adonai non indicavi eis'. Ecce plus Mosi quam Abrahe innotuerat, qui illud de se Mose indicat, quod se Abrahae non indicasse narrabat. Sed videamus, si [Ps. 118, 97.] prophete plus quam Moses divinam scientiam adprehendere potuerunt. Ecce psalmista dicit: 'Quo- [ib. 99.] modo dilexi legem tuam, Domine? tota [die[b]] meditatio mea est'. Atque subiungit: 'Super omnes [ib. 100.] docentes me intellexi, quia testimonia tua meditatio mea est'. Et iterum: 'Super seniores intellexi'. Qui ergo lege meditari se memorat et super omnes docentes se ac super seniores intellexisse testatur, quia divinam scientiam plus quam Moses acceperat, manifestat. Quomodo autem ostensuri sumus, [Luc. 10, 24.] quia plus sancti apostoli edocti sunt quam prophete? Certe veritas dicit: 'Multi reges et prophete voluerunt videre, quae videtis, et non viderunt'. Plus ergo quam prophete de divina scientia noverunt, qui, quod illi in solo spiritu audierant, ipsi etiam corporaliter videbant. Impleta itaque est ea, quam [Dan. 12, 4.] diximus, Danielis sententiam: 'Quia pertransibunt plurimi, et multiplex erit scientia'. Quanto enim mundus ad extremitatem ducitur, tanto nobis aeternae scientiae aditus largius[c] aperitur etc.

Item sancti Gregorii super Iob inter cetera[2]: Sancti doctores, qui ad virtutem et alios instruunt, hostes devorant, dum eos intra corpus suum per vim conversionis[d] inmutant; quos lapidibus funde subiciunt, quia dum fortes quosque in sancta ecclesia viros instituunt, per eos adversariorum superbientium[e] pectora dura confringunt. Quid namque per fundam, nisi sancta ecclesia figuratur? Funda namque dum in gyrum mittitur, sicut[f] de illa lapides exeunt, quibus adversariorum pectora feriantur et cetera.

In actione septima.

Capitulo XX. Quanta ratione misterium[g] dominice crucis ab imaginibus distet, quas quidem illi eidem equiperare contendunt[3].

Sancti Ambrosii Mediolanensis episcopi ex libro de incarnatione infra cetera[4]: Numquid cum et[h] divinitatem eius adoramus et carnem, Christum dividimus? Numquid cum in [2. Cor. 13, 4.] eo imaginem Dei crucemque veneramur, dividimus eum? Apostolus certe, qui de eo dixit: 'Quon- [1. Cor. 1, 13.] iam etsi crucifixus est ex infirmitate, vivit autem ex virtute Dei', ipse dixit: 'Quia non divisus est Christus' etc.

Item eidem sancti Ambrosii ex libro I. de fide infra cetera[5]: Imaginem apostolus dicit, et Arrius dicit esse dissimilem? Cur imago si[i] similitudinem non habet? In picturis ho-

---

a) intellectus *V.* b) *om. V.* c) largitus *V.* d) conversationis *V*; *cf. Greg. opp. I, 1125.* e) superbientum *V.* f) sic *V.* g) ministerii *V.* h) et cum *V.* i) *om. V.*

1) *Gregorii I. homiliarum in Ezechielem l. II, 4 § 12 (opp. ed. Bened. I, 1347).* 2) *Gregorii I. Moralia in Iob l. 34 c. 11 § 22 (opp. I, 1125).* 3) *Acta conc. Nic. II. actio VII, Mansi XIII col. 378, cf. ibid. XIII col. 39. 270. 302. 310 etc. Libri Carol. II, 28.* 4) *Ambrosii De incarnationis dominicae sacramento c. 7 § 75 (opp. II, 720); cf. ep. Hadriani Mansi XII col. 1068.* 5) *Ambrosii De fide l. I c. 7 § 48. 49 (opp. ed. Bened. II, 453).*

mines nolunt esse dissimiles, et Arrius dissimilem Patrem contendit in Filio. Et post pauca: c. 791 in. Prophete dicunt: 'Splendor est enim lucis aeterne et speculum sine macula Dei maiestatis et imago bonitatis illius' etc. Sap. 7, 26.

Item ex epistola sancti Gregorii pape Leontio exconsuli missa infra cetera[1]: Oleum quippe sanctae crucis et alois[a] lignum suscepimus: unum, quod tactum benedicat; aliud, quod per incensum bene redoleat. Decebat igitur, ut bonus vir ea transmitteret, que iram nobis Domini placare potuissent[b]. Et post pauca: Preterea benedictionem vobis sancti Petri apostolorum principis[c], clavim[d] sacratissimi sepulchri eius, in qua benedictio de catenis[e] illius est inserta, transmisimus; ut, quod eius collum ligavit ad martyrium, hoc vestrum ab omnibus peccatis solvat.

In finem libri.

Capitulo XXI. De eo, quod Constantinus et Herene in suis scriptis dicunt: 'Per eum, qui conregnat nobis Deus'[2].

De Proverbiis Salomonis, infra cetera: 'Meum est consilium et equitas, mea prudentia, Prov. 8, 14–17. mea est fortitudo. Per me reges regnant et legum conditores iusta decernunt. Per me principes imperant et potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me diligo'. Et post plurima: Misericordia et veritas custodiunt regem, et roboratur clementia thronus eius etc. ib. 20, 28.

In actione quarta.

Capitulo XXII. De eo, quod non bene intellegant hoc, quod dictum est: 'Dominum Deum tuum adorabis et illi soli servies', ut adorationem Matth. 4, 10; cf. Deut. 6, 13. quasi absolute diceret et servitium ipsi soli dixisset[3].

Sancti Ambrosii episcopi Mediolanensis ex libro de fide quinto infra cetera[4]: Cum legimus: 'Dominum Deum tuum adorabis et ipsi soli servies', utrum Christum non adorandum et Christo non existiment serviendum? Quod si illa, quae adoravit eum, Chananea, inpetrare cf. Matth. 15, 22–28. meruit, quod poposcit, et Paulus apostolus, qui servum se Christi prima scribtorum suorum pre- Rom. 1, 1; Gal. 1, 10. fatione profitetur, apostolus esse meruit, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, dicant, quid arbitrentur sequendum: utrum cum Arrio malint sibi societatem esse perfidie[f], ut solum et verum Deum Christum negando ostendant, quia nec adorandum eum, nec serviendum ei iudicent; an vero consortium malint habere cum Paulo, qui serviendo atque adorando etiam Christum, utique solum verum Deum voce affectuquae non defitebatur, quem pio servitio fatebatur? Quod si qui dicet, quoniam Deum Patrem adorat et Filius, quia scribtum est: 'Vos adoratis, quod nescitis, nos adoramus, quod scimus', consideret, quando et apud quem et[g] Ioh. 4, 22. cuius suscepto loquatur affectu etc.

In eadem actione.

Capitulo XXIII. Quod cum Deus inlocalis sit, illi minus docti dixerint: 'Veneramur et adoramus sicut locum Dei'[5].

Beati Augustini in explanatione de psalmo LXXXVI. infra cetera[6]: 'Fundamentum', 1. Cor. 3, 11. inquid apostolus, 'nemo potest ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus'. Quomodo ergo fundamenta prophete et apostoli? et quomodo fundamentum Christus Iesus, quo ulterius

---

a) alois *V.* b) potuisset *V.* c) principi *V.* d) clavi *V.* e) catenus *V.* f) perfidei *V.* g) ex *V.*

1) *Gregorii I. Registr. ed. Hartmann VII, 33 (EE. II, 36).* 2) *Inveniuntur haec in epistola non a Constantino et Irene scripta, sed ad eos a Tarasio totaque synodo missa; Acta conc. Nic. II. actio VII, Mansi XIII col. 407: ὁ δὲ πάντων ἡμῶν σωτὴρ καὶ συμβασιλεύων ὑμῖν. Cf. Libri Carol. I, 1.* 3) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 55; cf. XIII col. 286. 310. 406. Deest hoc capitulum in Libris Carol.; cf. Neues Arch. XXI, 98.* 4) *Ambrosii De fide l. V c. 3. 4 § 48. 49 (opp. ed. Bened. II, 560).* 5) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 46. Libri Carol. III, 27.* 6) *Augustini De psalmo 86 c. 3 (opp. ed. Veneta IV, 920).*

c. 791 in. nichil est? Quomodo putamus, nisi quemadmodum aperte dicitur sanctus sanctorum, sic figurate
cf. Dan. 9, 24. fundamentum fundamentorum? Si ergo sacramenta cogites, Christus sanctus sanctorum; si gregem subditum cogites, Christus pastor pastorum; si fabricam cogites, Christus fundamentum fundamentorum. Et post pauca[1]: Divinitas autem, quae ubique presto est, undique ad eam potest duci similitudo, et totum potest esse in similitudinibus, quia nichil horum est in proprietatibus et reliqua.

Item eiusdem sancti Augustini de libro secundo sanctae Trinitatis infra cetera[2]:
Exod. 33, 21. Quid enim sibi vult, quod ait Dominus: 'Ecce locus est penes me, et stabis super petram?' Quis locus terrenus[a] est penes Dominum, nisi hoc est penes eum, quod eum spiritaliter attingit? Nam quis locus
Sap. 8, 1. non est penes 'Dominum, qui[b] attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter?' etc.

Item sancti Iohannis Chrysostomi de sermone sancti Pauli apostoli in eo, quod
Rom. 7, 15. 19. dictum est: 'Non quod volo, hoc ago', et quoniam Iacob figuram[c] factus est Christi
Gen. 28, 17. infra cetera[3]: Venit in medio fluminum, et ut vidit somnium, dixit: 'Non est hic aliud, nisi domus Dei'. Etenim non vidisti aedifitium, sed scalam. Sed quoniam sciebat, quia scalam figura
ibid. est ecclesie, dicebat: 'Haec domus Dei, haec ecclesia est'. Et unde hoc[d] domus Dei ecclesia
1. Tim. 3, 14. 15. est, dicit Paulus, Timotheo haec scribens: 'Spero venire ad te cito. Si autem tardavero, ut scias, quomodo te oporteat in domo Dei conversari, quae est ecclesia Dei vivi' etc.

In eadem actione.

Capitulo XXIV. Quod non ab eo[e], quod Salomon dicitur in templo fecisse boves et leones, imaginum adoratio firmari possit, ut illi dicunt, qui in earum adorationem anelant; sive illud, quod in Ezechiel scri-
cf. Ezech. 41, 18 sq. ptum est: 'Facies et cherubin usque ad cameram'[4].

Iam sepius haec invenientes capitula exaravimus, qualiter ea predecessores nostri sanctissimi pontifices in eorum sacris referentes conciliis pro venerandis imaginibus constituerunt[5]; et nimirum constat eorum apostolicam censuram apud nos observanda ac veneranda existere.

Item ex libro sancti Augustini de psalmo LXXXIV. inter cetera[6]: In vetere testamento figurabatur testamentum novum, illa figura erat, haec expressio veritatis. In illa autem figura secundum quandam prenuntiationem futurorum data est illi populo terra quędam promissionis etc. Item[f] ex libro sancti Augustini de questionibus in evangelium secundum
Luc. 17, 31. Lucam, infra cetera[7]: Quid est, quod dicit Dominus: 'Qui fuerit in tecto, et vasa eius in domo, non descendat tollere illa'. In tecto est, qui excidens carnalia, tamquam in aura libera spiritaliter vivit. Et post pauca: Huius ergo spiritalis viri iam vasa ista vacant in domo, quia mente corpori supereminens, per aciem intelligentiae tamquam in tecto positus, perspicuitatem sapientiae veluti caelo apertissimo fruitur etc.

Capitulo XXV. Ultimum capitulum est, ut sciat domnus apostolicus et pater noster et cuncta simul Romanorum ecclesia, ut secundum quod continet in epistola beatissimi Gregorii, quam ad Serenum Masiliensem episcopum direxit[8], permittimus imagines sanctorum, quicumque eas for-

---

a) terrenum *V.* b) quia *V.* c) *corr. in* figura *m. 2 V.* d) *cf. καὶ πόθεν τοῦτο ὅτι οἶκος θεοῦ ἐκκλ. ἐστίν;* e) habeo *pro* ab eo *V; cf. Lib. Car. II, 9.* f) tecti *pro* item *V.*

1) *Cf. supra p. 48.* 2) *Augustini De Trinitate l. II c. 17 § 30 (opp. ed. Veneta VIII, 789).* 3) *Ioh. Chrysostomi homilia spuria in dictum apostoli etc. § 4 (opp. ed. Montfaucon VIII app. 194).* 4) *Acta conc. Nic. II. actio IV, Mansi XIII col. 43. Libri Carol. II, 9.* 5) *Cf. supra p. 19.* 6) *Augustini De psalmo 84 c. 4 (opp. IV, 891).* 7) *Augustini Quaestionum evang. l. II, 41 (opp. III, 2, 269. 270).* 8) *Cf. supra p. 42 n. 7, p. 46 n. 3, p. 48 n. 3.*

mare voluerint, tam in ecclesia, quamque extra ecclesia propter amorem Dei et sanctorum eius. Adorare vero eas nequaquam cogimus, qui noluerint. Frangere vel destruere eas, etiamsi quis voluerit, non permittimus; quia sensum sanctissimi Gregorii sequi in hanc epistolam universalem catholicam ecclesiam Deo placitam[a] indubitanter libere profitemur[1]. c. 791 in.

Hoc sacrum et venerandum capitulum multum distat a totis supradictis capitulis, et idcirco eum agnovimus vestrae a Deo servate orthodoxeque regalis excellentie esse proprium, in eo, ubi recte fidei plena penitus confessa est, sensum sanctissimi[b] Gregorii sequi. Meminit enim vestra prerectissima regalis precelsa[c] scientia, qualiter in ipsa sancti Gregorii pape epistola Sereno episcopo Maxiliensis directa fertur infra cetera contineri, ubi eundem episcopum increpans inquid[2]: Aliud enim est pictura adorare, aliud picture[d] historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scribtura, hoc idiotis praestat pictura cernentibus, quia in ipsa ignorantes vident, quod sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Unde praecipue gentibus pro lectione pictura est. Quod magnopere a te, qui inter gentes habitas, adtendi[e] decuerat[f]. Et post pauca: Et quia in locis venerabilibus sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit. Et intervallo: Quia picturas imaginum[g], quae ad aedificationem imperiti populi fuerant facte, ut nescientes litteras ipsa historia intendentes, quod actum sit, discerent[h]. Iterum post pauca: Sed hoc sollicite fraternitas tua ammoneat, ut ex visione rei geste ardore conpunctionis percipiant et in adorationem solius omnipotenti[i] sanctae Trinitatis humiliter prosternantur. Simili modo et de alia sua epistola Ianuario Calaritano episcopo directa[3] pro sacris imaginibus veneratione breviter superius exaravimus. Sed et de epistola Secundino servo Dei inclauso Gallias directa similiter intimavimus in eo, ubi ita fertur[4]: Imagines enim, quas nobis tibi dirigendas per Dulcitium diaconem tuum rogasti, valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione[k] quaeris, cuius imaginem pre oculis habere desideras, ut visio corporalis cotidiana semper reddat exortum[l], ut dum pictura vides, ad illum animo ardescas, cuius te imaginem videre consideras habere[m]. Et post pauca: Scimus, quia tu imaginem salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi deum colas, sed ad recordationem filii Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem videre desideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimus, sed illum adoramus, per quem[n] imaginem aut natum aut passum aut in thronum sedentem recordamus. Et dum nos ipsa pictura quasi scriptura ad memoriam filio Dei reducimus, animum nostrum aut de resurrectione laetificat aut de passione emulceat. Ideoque direximus tibi syrtaria dua, imaginem salvatoris, sanctae Dei genetricis Marie, beatorum Petri et Pauli apostolorum per supradictum filium nostrum diaconem et unam cruce, clavem pro benedictione, ut ab ipsa a maligno defensus, cuius sanctum lignum munitum esse te credis etc.

Et quoniam in his vestrum a Deo inspiratum regalem orthodoxum sensum memorandum est, non docendum: qualiter sanctus Gregorius papa Sereno episcopo docuit de sacris imaginibus[2]: ex visione rei geste ardorem conpunctionis percipiant, hoc est: easdem sacras imagines aspicientes, in adoratione solus[o] omnipotenti[p] sanctae Trinitatis humiliter prosternantur, eo ipso tenore Secundino servo Dei inclauso inquid[4]: ideo non[q] petis, ut quasi deum colas, sed ad recordationem filii Dei in eius amore recalescas, cuius te imaginem[r]

---

a) placite *V.* b) sanctissimum *V.* c) precessa *V.* d) *sic V; cf. p. 42* per picturam. e) adtende *V.* f) *sic V; an* debuerat? g) hominum *V; cf. p. 43. 48.* h) dicerent *V.* i) = omnipotentis. k) intectione *V.* l) exortu *V.* m) *Cf. supra p. 43 n. e.* n) *Cf. supra p. 20 n. c.* o) = solius *V; cf. infra p. 56 v. 4.* p) = omnipotentis *V; cf. supra et infra.* q) ñ *V.* r) imagines *V.*

1) *Quod capitulum, quamvis Carolus rex illa Gregorii verba nimis secundum Hadrianum papam moderatus esse videatur, tamen spurium vel dubium, sicut hucusque plerique docti viri censuerunt, minime esse ostendi in Neues Archiv XXI, 89. Deest in Libris Carolinis, cf. ibid. p. 96.* 2) *Cf. p. 54 n. 8.* 3) *Cf. supra p. 38 n. 1 et p. 43.* 4) *Cf. supra p. 20 n. 3, p. 43 n. 7, p. 46 n. 8.*

c. 791 in. videre consideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem ante ipsas prosternimus, sed illum adoramus, per[a] quem imaginem aut natum aut passum aut in thronum sedentem recordamus. Sicut vero innuit[b] Sereno episcopo, aspiciente sacras imagines in[c] adorationem humiliter se prosterni solus[d] omnipotenti[e] sanctae Trinitatis, sic et Secundino inclauso servo Dei docuit, non quasi deum colere, sed ante easdem sacras imagines se prosternens, non quasi ante divinitatem ante ipsas prosterni, sed prosternente illum adorare, per[a] quem imaginem aut natum aut passum aut in thronum sedentem recordat.

Ita vero et nos eundem ipsum inreprehensibilem et orthodoxum sensum sancti Gregorii pape sequentes et amplectentes[f], dudum Herene et Constantino imperatoribus pro sacris imaginibus erectione predicandum emisimus, dicentes[1]: Quia in universo mundo, ubi christianitas est, ipse sacre imagines permanentes ab omnibus fidelibus honorantur, ut per visibilem vultum ad invisibilem divinitatis maiestatem mens nostra rapiatur spiritali affectu per[g] contemplationem figurate imaginis secundum carnem, quam filius Dei pro nostra salute suscipere dignatus est. Eundem redemptorem nostrum, qui in caelis est, adoramus et in spiritu glori- Ioh. 4, 24. ficantes conlaudamus, quoniam, iuxta ut scriptum est, 'Deus spiritus est', et ob hoc spiritaliter divinitatem eius adoramus. Nam absit a nobis, ut ipsas imagines, sicut quidam garriunt[h], deificemus; sed affectum et dilectionem nostram, quam in Dei amore et sanctorum eius habemus, omni modo proferimus, et sicut divine scripture libros ipsas imagines ob memoriam venerationis habemus, nostrae fidei puritate observantes et reliqua. Quicquid namque de sanctis patribus opusculis aliquantula ibidem exaravimus testimonia, in eodem sensu atque tenore ut praesentem diximus, cum praedecessore nostro sancto Gregorio papa eundem sensum fidei tenentes, emisimus praedicantes. Illi vero, ut nobis missi nostri, videlicet Petrus archipresbyter sanctae nostre Romane ecclaesiae, Petrus religiosus presbyter et abbas venerabilis monasterii sancti Sabe[2], viva voce dixerunt, statim nostras apostolicas amplectentes syllabas, concilium fieri iusserunt. Sed ab hereticis seditione facta[3], in Sicilia insula missi nostri sine responso reversi sunt; et demum post eos mittentes, iterum Constantinopoli eos ascendi fecerunt. Et sic synodum istam[4] secundum nostram ordinationem fecerunt et in pristino statu sacras et venerandas imagines erexerunt. Et sicut pro eisdem[i] imaginibus sancti Gregorii sensum et nostrum continebatur, ita et ipsi in eadem synodo definitionem confessi sunt: has osculum et honorabilem salutationem reddere nequaquam secundum fidem nostram veram culturam, que decet sole divine nature[5]. Insuper et pseudosyllogum illud, quod ab hereticis factum est sub Constantino[k] heretico imperatore[6], anathematizantes, cum eorum sequacibus atque complicibus damnaverunt et ad fidem orthodoxam sanctae catholicae et apostolicae reversi ecclesiae, per libellos eorum fecerunt recte fidei confessionem.

Et ideo ipsam[l] suscepimus synodum[m]. Nam si eam minime recepissemus[n], et[o] ad suum pristinum vomitum erroris[p] fuissent reversi[q], quis pro tot milia anime Christianorum interitum habuit[r] reddere ratione[l] ante terribilem tremendum divinum iudi- cf. Luc. 15, 7. cium examinem[s], nisi nos solummodo? Si enim super unum peccatorem penitentiam

---

a) *Cf. p. 43 n. e.* b) minuit *V.* c) *om. V.* d) *cf. p. 55 n. o.* e) *cf. p. 55 n. p.* f) iamplectentes *V.* g) pro *V.* h) garriant *V.* i) eidem *V.* k) Constino *V.* l) ipsam — rationem *leguntur etiam in B fol. 103' et in Ivonis decr. IV, 128 et in eiusdem pan. II, 116.* m) ipsam VII. suscepimus sinodum *B;* ipsam septimam synodum suscepimus *I* (suscipimus *decr.*) n) recipissemus *V.* o) *om. I.* p) erroris vomitum *B.* q) Graeci reversi *I decr.;* reversi Graeci *I pan.* r) qui pro tot millibus animarum christianorum interitu habemus *I.* s) *sic V pro* divini iudicis examen.

1) *Cf. epistolam Hadriani saepe laudatam, Mansi XII col. 1061.* 2) *De quibus cf. ep. Hadriani Mansi XII col. 1076 et ibid. col. 989. 993. 1008 etc.* 3) *mense Augusto a. 786. Cf. Theophanis Chronographiam ed. de Boor I, 461; Mansi XII col. 989 sq. 1000. XIII col. 460; cf. Hefele, Conciliengesch. III, ed. 2. p. 456.* 4) *Nicaenam II.* 5) *Cf. supra p. 17 n. 7.* 6) *Cf. supra p. 24 n. 2. 3.*

agentem gaudium factum est in celis, quanto magis de tot milia christianorum ab errore reversi! Quis non gaudeat et cum psalmista canat: 'Accedite ad eum et inluminamini, et vultus vestri non erubescent[a]'? et reliqua. c. 791 in. Ps. 33, 6.

Nos vero adhuc pro eadem synodo nullum responsum usque actenus eidem imperatori[1] reddidimus, metuentes, ne ad eorum reverterentur errorem. Dudum quippe, quando eos pro sacris imaginibus erectione adortavimus, simili modo et de diocesi tam archiepiscoporum[b], quam et episcoporum sanctae catholice et apostolice Romane ecclesiae, quae tunc cum patrimoniis nostris abstulerunt[2], quando sacras imagines deposuerunt, commonentes, restituere eidem sanctae catholicae et apostolicae Romane ecclesiae quaesivimus[3], et nec responsum qualibet exinde dederunt. Et in hoc nimis palam ostenditur, quia ex uno capitulo ab errore reversi sunt, ex aliis duobus in eodem permanent errore. Si enim ubique christianorum ecclesiae canonice intactas suas possident dioceses, quanto amplius sancta catholica et apostolica Romana ecclesia, que[c] est caput omnium Dei ecclesiarum, sua diocesi, videlicet archiepiscoporum et episcoporum, immo et patrimonia pro luminariorum concinnatione atque alimoniis pauperum inrefragabili iure et tenere[d] et possidere modis omnibus debetur! Unde si vestra annuerit a Deo protecta regalis excellentia, eodem adortamur imperatore[e][1], pro sacris imaginibus in pristino statu erectione gratiam agentes et de diocesi sanctae nostre Romane ecclesie tam archiepiscoporum, quam episcoporum seu de patrimoniis iterum increpantes commonemus, ut, si noluerit ea sanctae nostrae Romane ecclesiae restituere, hereticum eum pro huiusmodi erroris perseverantia[f] esse decernimus. Plus enim cupimus salutem animarum et recte fidei stabilitatem conservare, quam huius ambitum mundi possidere[4].

De vero vestra praerectissima a Deo protecta excellentia orthodoxe fidei stabilitate roborata freti existimus, quia radix eius firmissima a pravis et infidelibus hominum[g] umquam concutitur vel movetur, sed in ea, qua cepit, recte fidei traditionis doctrine[h] spiritalis matris suae sanctae catholice et apostolice Romane ecclesie tenere et amplectere incunctanter usque in saeculum saeculi sine reprehensione manente credimus. Et ideo confidimus de Dei nostri potentia, quia, quantum erga beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli ecclesiam fidem geritis et amorem, semper pro eius profectu et exaltatione regali nisi, undique certantes habueritis, tanto brachii sui propitius in regalibus[i] triumphis ab adversis et iniquis hominibus vos defendi et circumtegi dignetur, ut una cum spiritale filia nostra domina regina[5] vestraque praecelsa nobilissima prole longiori evo in hoc regnantes mundo, in futuro sine fine vitam cum regno in arce poli habere mereamini.

Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat[6].

---

a) erubescet *V.* b) archiepiscopos *V.* c) qui *V.* d) tenore *V.* e) imp̄t *V.* f) perseverantem *V.* g) *sic V pro* hominibus nunquam. h) *sic V pro* traditione doctrinam. i) regalis *V.*

1) *Attendas hic scriptum esse* imperatori, imperatore, *non* imperatoribus *ut p. 56 v. 10 et supra v. 6:* eos; *inde a mense Octobri a. 790. usque ad Ian. 15 a. 792. Constantinus VI. sine matre regnavit; cf. Neues Arch. XXI, 100 n. 2.* 2) *Cf. Abel-Simson, Jahrbücher des fränkischen Reiches unter Karl d. Gr. II, 81 n. 3.* 3) *Cf. ep. Hadriani, Mansi XII col. 1073.* 4) *De hoc loco cf. Neues Arch. XXI, 93.* 5) *Fastrada.* 6) *Die 26. mensis Octobris a. 785. Hadrianus papa Constantino et Irenae Graecorum imperatoribus longas miserat litteras (J. 2448), huic epistolae multis in locis persimiles et supra saepius iam laudatas, quae cum ad Graecorum magis quam Francorum historiam spectent, collectioni nostrae totae non sunt inserendae. Unum tamen earum locum, qui ad Carolum Magnum refertur, non omittendum, sed huic epistolae annectendum esse duxi, codicem secutus Parisinum lat. 17339 s. X. f. 35', quem contulit v. cl. H. Lebègue Hadrianus, postquam imperatorum consilium cultus imaginum restituendi laudibus extulit, ita pergit:* Nam cum talis iniquum erroris scandalum, quod in ipsis Greciae partibus

798
c. April. 20.

3.

Leo III. papa Alim Sabionensi, Attoni Frisingensi, Adalwino Ratisbonensi, Waltrico Pataviensi, Sintperto Niwinburgensi, provinciae Baiuvariorum episcopis archiepiscopum petentibus praeficit, Carolo rege Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum approbante, Arnonem Salisburgensem, quem pallio impertit.

798 c. April. 20.

Codd. Rotulus tabularii Caes. Vindob., olim Salisburgens. n. 11, s. XI. ex. n. 2, quem contulerunt G. H. Pertz et O. Holder-Egger (= B); cod. tabularii Caes. Vindob. 359 s. XIII. ex. (librorum camerae Salisburgens. tom. I) fol. 1, quem contulit G. H. Pertz (= C).

Edd. Hund, Metropolis Salisburgensis, Ingolst. 1582, I, 4, (cf. infra p. 59 n. h) = Metzger, Hist. Salisb. 1009 = Hansiz, Germ. sacr. II, 106 = Migne, Patr. lat. CXXIX col. 970; Kleimayrn, Nachr. v. Iuvavia, append. p. 51 ex B et C; Zahn, Urk. des Herz. Steiermark I p. 3 ex B. — Jaffé Reg. 2495.

DILECTISSIMIS NOBIS ALIM ECCLESIAE[a] SABIONENSIS[b 1] SEU ATTONI ĘCCLESIAE FRIGISINGAE[c 2] AC SIMUL ADALWINO[d] ĘCCLESIAE REGINENSIS[3], NECNON WALTRICO ĘCCLESIAE PATAVIENSIS[4] ET SINTPERTO[e] ĘCCLESIAE NIWINBURCGENSIS[f 5], PROVINCIAE BAIOWARIORUM[g] EPISCOPIS, LEO SERVUS SERVORUM DEI.

Dilectionis vestrae, quas nobis petitorias emisistis, syllabas libenti suscepimus animo, in quibus ferebatur, ut in provincia vestra Baiowariorum[g] archiepiscopum ordinaremus. Quoniam provincia ipsa mirifice a filio nostro domno Carolo[h] excellentissimo rege Francorum et Langobardorum atque[i] patricio Romanorum penitus ex omni parte, sicut decuit, ordinata est, idcirco convenit nos ipso[k] nempe ecclesiastico moderamine in sacro ordine fideliter atque spiritaliter secundum canonicam censuram ipsam ordinare[l] Baiowariorum provinciam. Et quia[m] Deo auspice reperientes[n] virum almificum et in scripturis divinis peritissimum et in omnibus misericordissimum[o], spiritalibus moribus comprobatum, una cum consensu et voluntate praedicti filii nostri domni Caroli[p] praecellentissimi magni[q] regis[6] vobis ordinavimus secundum sanctiones patrum archiepiscopum, videlicet Arnonem[7] ecclesiae Iuvavensium, quę et Pętena[8]

3. a) ecclesie *semper C.* b) qui nunc Brixinensis *add. C.* c) Frisingie *C.* d) *deest C.* e) Sinberto *C.* f) Niwenburgensis *C.* g) Baioariorum *C.* h) Karolo *C.* i) et *C.* k) ipsos *C.* l) ordinaremus *B.* m) quia a *B.* n) repperientes *B.* o) misericordissimis *B.* p) Karoli *C.* q) *deest C.*

inrepsit, abolitum fuerit, et Deo annuente ipse venerandę imagines in pristino statu fuerint restitute, erit magna letitia dilatata per universum orbem terrarum, et tunc super omnes barbaras nationes, beato Petro principe apostolorum vobiscum comitante, eritis in triumphis imperantes victores, sicut filius et spiritalis noster cumpater dominus Karolus, rex Francorum et Longobardorum ac patricius Romanorum, nostris obtemperans monitis adque adimplens in omnibus voluntates, omnis Hesperiae occiduequae partis barbaras nationes sub suis prosternens conculcavit pedibus, omni potentatui illorum dominans, et suo subiciens regno adunavit. Unde per sua laboriosa certamina eidem Dei apostoli ecclesiae ob nimium amorem plura dona in perpetuo obtulit possidenda, tam provincias quamque civitates seu castra et cetera territoria, immo et patrimonia, quae a perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei apostolo restituit, cuius et iura esse dinoscebantur; sed et aurum atque argentum cotidie pro luminariorum concinnatione seu alimoniis pauperum non desinit offerendo, quatinus eius regalis memoria non derelinquatur in seculum seculi *etc.*

1) *sedes episcopalis exeunte s. X. Sabiona (Säben) Brixinam translata est.* 2) *784—811.* 3) *792—816 vel 817.* 4) *† 804 vel 805.* 5) *Sintpertus, sororis Caroli regis filius, annis 789–792. episcopus atque abbas Morbacensis, deinde episcopus Niwenburgensis (Neuburg ad Danuvium fl. e mer. Eichstädt), a. 800. (v. infra ep. 5) episcopus Stafnensis (Staffelsee, monast. Niwenburgensis dioec.) appellatus, cum paulo post episcopus Augustensis factus esset, dioecesin Niwenburgensem a provincia Bavariae separatam dioecesi Augustensi coniunxit.* 6) *Cf. infra ep. 4.* 7) *episcopum Salisburgensem (785—821), qui tunc legatus Caroli regis Romae versabatur; cf. Simson, Jahrb. des fränk. R. unter Karl d. Gr. II, 137 n. 4 et 6; EE. IV, 286.* 8) *De quo nomine cum alii docti viri, tum A. Huber in Arch. f. oest. Gesch. XXXVII, 6 sqq. et iterum in 'Geschichte der Einführung des Christ.' II, 132 sqq. longius disseruit, neque vero eius interpretatio probabilior quam ceterorum videtur; cf. Hauck, Kirchengesch. Deutschlands I, 327 n. 4, 341 n. 2.*

[798 c. April. 20.] nuncupatur, quę in honore beati Petri principis apostolorum venerabiliter est consecrata, ibique requiescit corpus sacri pontificis Hruodberti[a] unâ cum venerabilibus suis sodalibus, scilicet Chunialdo atque Kyslario[b], quorum corpora ibidem a fidelibus honorantur. Qui dudum vester fuit coepiscopus, nunc autem frater et coepiscopus noster, vester autem archiepiscopus. Et venerabilem sedem eius metropolitanam habentes adque[c] sancto Arnoni archiepiscopo vestro usum pallii tribuentes[1], dedimus in mandatis, ut secundum canonicas institutiones omnes ęcclesias superius nominatas vestras cum[d] diocesibus illi subiectas canonice valeat adminiculo[e] impertire[f], ut in futuro examine ante tribunal Christi liberaliter valeat dicere: 'Domine, ecce ego et pueri, quos dedisti [Ioh. 18, 9.] mihi; non perdidi ex eis quemquam', ut pro[g] hoc digne valeat ab ipso Domino audire: 'Euge serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; [Matth. 25, 21. 23.] intra in gaudium Domini tui'. Bene valetę[h].

4.

Leo III. papa Carolo regi Francorum et Langobardorum atque patricio Romanorum significat, sicut per missum Fardulfum abbatem mandasset, Arnonem episcopum Salisburgensem pallii iure donatum provinciaeque Baiuvariorum archiepiscopum ordinatum esse. *798 c. April. 20.*

Codd. Rotulus tabularii Caes. Vindob., olim Salisburgens. n. 11, s. XI. ex. n. 1 (= B); cod. tabularii Caes. Vindob. 359 s. XIII. ex. (librorum camerae Salisburgens. tom. I) fol. 3 (= C), quos ambos contulit M. Tangl.

Edd. Kleimayrn, Nachr. v. Iuvavia, append. p. 52 ex B et C, Zahn, Urk. des Herz. Steiermark I p. 4 ex C. Jaffé Reg. 2496.

DOMINO EXCELLENTISSIMO FILIO CAROLO[a] REGI FRANCORUM ET LANGOBARDORUM[b] ATQUE PATRICIO ROMANORUM LEO PAPA.

Dum per vestra laboriosa regalia certamina sancta catholica[c] et apostolica Romana ecclesia de omnibus bonis ditata exultat, convenit nos in omnibus adimplere vestris legalibus votis. Quapropter venientes ad nos per vestram regalem sanctionem prudentissimi atque fidelissimi missi vestri[2], unus ex ipsis eximiis, missus videlicet praecellentissimus Fardulfus, religiosus abbas[3], fidelissimus vester, familiariter[d] viva voce innotuit[e] nobis, quod vestra a Deo protecta regalis excellentia mandasset nobis

---

a) Rŏdberti *C.* b) et Gisilario *C.* c) *sic scripsi pro* ad quam *B, C.* d) *sic scripsi pro* in *B, C.* e) adminiculum *B, C.* f) inpertiri *C.* g) per *C.* h) *In Hundii editione ita continuatur:* Anno tertio, atque domini Caroli, excellentissimi domini regis Francorum et Longobardorum et patricii Romanorum, a quo cepit Italiam, anno 25., indictione sexta. *Quae in B et C desunt, sed ab Hundio, quamvis iam mutilata, ex alio exemplo hausta esse videntur, nisi forte ea ex privilegio J. 2498 in nostram epistolam transtulit. Aliud enim exemplum epistolae simile ei, quod in C continetur, Hundium vidisse elucet ex iis, quae ad inscriptionem in margine adnotavit:* ita *(scilicet additamentum:* qui nunc Brixinensis *et cetera, sicut in C leguntur)* habent exemplaria Saltzburgensia.

4. a) Karolo *C.* b) Long. *C.* c) kath. *C.* d) *deest C.* e) *sic scripsi pro* intonuit *B, C.*

1) *Cf. privilegium a Leone papa Arnoni concessum, datum XII. Kal. Mai. a. 798. (Kleimayrn, app. p. 53, Zahn p. 1. — Jaffé Reg. 2498). Quod privilegium fere totum sequitur formulam XLVI. libri diurni (ed. ab Sickel p. 35); sed quia ipse Arno Romae aderat, pro* transmisimus palleum *scriptum est* dedimus pallium, *atque verba haec:* fidem autem fraternitatis tuae, quamvis in epistola, quam direxisti, subtiliter debuisses exponere *commutata sunt in:* fidem autem fraternitatis tuae, quam breviter nobis edixisses (edixisti?), tamen subtiliter debuisses exponere. *Praeterea pauca addita sunt de usu pallii, scilicet:* ut a sacrario usque ad sacrum altare et ab altare usque ad sacrarium ipsum pallium uti debeas. *Quibus exceptis non nisi singula verba leviora in privilegio, vel mutata vel corrupta, ab illa formula discrepant.* 2) *Inter quos ipse Arno episcopus erat, cf. Simson, Jahrb. d. fr. R. unt. Karl d. Gr. II, 137 n. 4, cf. infra p. 60 n. 3, EE. IV, p. 246 n. 1.* 3) *Abbas S. Dionysii (792—806); de quo cf. Simson l. l. II, 45 n. 5, 48 n. 2.*

798 c. April. 20. per ipsum, quod Arnoni episcopo pallium tribueremus et in provincia Baiowariorum[a] archiepiscopum constitueremus. Et dum multum[b] ipsos[c] praefatos praecipuosque viros[d] sine reprehensione cognovissemus eos viros esse fideles, libenti secundum vestram regalem demandacionem accommodavimus[e] animo et praefato reverentissimo et sanctissimo Arnoni episcopo usum pallii concessimus utendi et in provincia Baiowariorum[a] eum canonice ordinavimus archiepiscopum[1] et eiusdem[f] provinciae Baiowariorum[a] episcopis nostrum apostolicum canonicumque[g] misimus sigillum[2], qualiter in eorum diocesibus archiepiscopatus iura in praelata[h] provincia Baiowariorum[a] habere[i] videtur, secundum instituta sanctorum patrum docere ac praedicare. Quibus dedimus in mandatis, ut, sicuti in proprium illi[k] eum[l] concessimus sacerdotale caput, penitus canonice obaudire et subiectos[m] esse ecclesiastico more festinent, quia, ut praefati sumus, valde nimisque eos apud[n] vestram regalem potentiam repperimus[o] fideles[3]. Et credere dignemini, quia, dum vestris nostrisque temporibus ipsa provincia proprium sumpsit archiepiscopum, fidelem vestrum existentem, magna vobis exinde mercis[p] crescit in cęlis et una cum vestra prole seu omnibus fidelibus vestris in aethereis arcibus per huiusmodi sine fine regnare meremini.

Incolomem excellentiam vestram superna gratia custodiat.

5.

Leo III. papa Alim Sabionensem, Waltricum Pataviensem, Attonem Frisingensem Adalwinum Ratisbonensem, Sintpertum Niwinburgensem episcopos, abbatesque et clerum plebemque provinciae Baiuvariorum hortatur, ut Arnoni, archiepiscopo Salisburgensi, oboediant maximeque 'secularia iudicia abicere et ad proprium archiepiscopum occurrere in canonicis iudiciis festinent'. De matrimoniis illicitis addit. *800 April. 11.*

Codd. Rotulus tabularii Caes. Vindob., olim Salisburgens. n. 11, s. XI. n. 4 (= B); cod. tabularii Caes. Vindob. 359 s. XIII. ex. (librorum camerae Salisburgens. tom. I) fol. 5' (= C), quos contulit M. Tangl. Edd. Kleimayrn, Nachr. v. Iuvavia, append. p. 57. — Jaffé Reg. 2503.

LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS EPISCOPIS, VIDELICET[a] ALIM SABIONENSIS ECCLESIAE, WALTRICO PATAVIENSIS ĘCCLESIAE, ATTONI FRIGISIENSIS[b] ECCLESIAE, ADALVINO RAGANENSIS[c] ECCLESIAE[4], SINTPERTO STAFNENSIS[d] AECCLESIĘ[5] SIMULQUE ABBATIBUS UNA CUM CUNCTO[e] CLERO SEU PLEBI PROVINTIAE[f] BAIUVARIORUM[g] COMMORANTIBUS.

Dum amore piae considerationis succendimur, debemus aliquid auxiliante Deo supra positum fundamentum boni operis aedificare et ea, quae contra statuta patrum
2. Tim. 2, 4. noscuntur, radicitus amputare. Unde et apostolus ait: 'Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus'. Quantum[h] enim nobis tradita est pastoralis cura animarum peragenda et principatus culmen habemus, si neglegenter[i] dominicum rexerimus[k] gregem, tanto acrius a nobis exquiritur a domino et salvatore nostro Iesu Christo,
Ioh. 10, 11. cuius praeceptis docemur: 'Pastor bonus animam suam ponit[l] pro ovibus suis'. Et idcirco convenit nos fratri nostro Arnoni archiepiscopo, cui vestri[m] curam commisimus[6],

---

a) Baioariorum *C.* b) multos *C.* c) *deest C.* d) *deest C.* e) accomodavimus *C.* f) eidem *B.* g) canoniumque *B.* h) prefata *C.* i) haberi *C.* k) *sc.* provinciae? *an* illis *legendum est?* l) *deest C.* m) *sic B, C.* n) aput *C.* o) reperimus *C.* p) merces *C.*

5. a) *deest C.* b) Frisingensis *C.* c) Adelwino Reganensis *C.* d) Sinberto Staphinensis *C.* e) coniuncto *C.* f) *sic B, C;* = in prov. g) Baioariorum *C.* h) *sic B, C.* i) negligenter *C.* k) rex. dom. *C.* l) dat *C.* m) nostri.

1) *Cf. supra ep. 3 p. 59 n. 1.* 2) *cf. supra ep. 3.* 3) *Quae cum supra non nisi de Caroli regis legatis dicta sint, inter legatos illos praeter Arnonem unum vel plures de Bavariae episcopis fuisse veri simile est.* 4) *Cf. supra p. 58 n. 1—4.* 5) *Cf. supra p. 58 n. 5.* 6) *Cf. supra p. 59 n. 1; Arno archiepiscopus tunc iterum Romae versatus certo papam, ut hanc epistolam ad Bavariae episcopos mitteret, commovit, cf. Zeissberg, Arno erster Erzb. v. Salzb. in Sitzungsber. d. Wien. Ak., phil.-hist. Kl. XLIII, 333.*

cum magna constantia animi canonicis censuris docentes[a] super vos vigilare, ut non lupinis morsibus, id est diaboli stimulis, laniemini[b], sed magis liberati a praelato sanctissimo atque reverentissimo fratre nostro Arnone archiepiscopo necnon edocati[c], directi[d] a diabolicis telis[e], vestras sacratissimas[f] animas lucrifaciente Deo, cum fructu boni operis pertingatis ad palmam. Quapropter ut secundum Dei timorem officium suum unusquisque[g] pleniter in Dei omnipotentis[h] servitio suo canonico disposito adimplere festinet[i] pro sanctae Dei ęcclesiae profectu et fidutia, quam decet in archiepiscopo habere, a quo et omnia recipiatis, ita etiam et in eo summam habeatis confidentiam, ut dignum et iustum est, ut digne et iuste ipse pleniter ac puriter una vobiscum in orationibus ante Deum certare studeat[k], quia iustum est omnes christianae plebis pro summo rectore sanctae Dei aecclesiae ritum devotissime adimplere. 800 April. 11.

Ideo ammonentes docemus, ut unianimiter in concordia pacis et caritate secundum ęcclesiasticum atque apostolicum perseverantes praeceptum, semper omnino in sancta conversatione de die in diem proficere contendatis et semper a sancta sede apostolica consultum et sanctę fidei documentum, sicut et praedecessores vestri, vos suscipere gaudeatis atque a vicario beati Petri sanctis orationibus fulciri confidite, ut quod auribus percipitis, operibus adimpleatis. Et Domino annuente secularia iuditia abicere festinate et ad proprium archiepiscopum, quem a sancta catholica[l] et apostolica Romana ęcclesia canonice suscepistis, occurrere in canonicis iuditiis festinate, ut et[m] ipse suae doctrinae mercedem mereatur a Domino accipere, et vos pro vestra oboedientia praemium vitae ęternę accipere mereamini. Sicut enim a sanctorum patrum[n] sancta catholica[l] et apostolica Romana ęcclesia auctoritatem suscepit, ut in provintia, quę Deo auspice in christianitatis more amplicata[o] et dilatata est, licentiam habeat[p] eiusdem ecclesiae apostolicus et vicarius beati Petri apostolorum principis constituere[q] metropolim et ordinare archiepiscopum, ita et in partibus fecimus vestris. Tamen a multis iam temporibus ab ista sancta sede fuit praeordinata[r], sed diversarum rerum eventu inpediebatur[s] usque temporibus nostris, quod[t] nos[u] Deo inspirante una cum consilio atque consensu excellentissimi filii nostri domni Karoli regis Francorum et Langobardorum[v] atque patricii Romanorum renovavimus statuta sanctorum patrum et secundum traditiones canonicas constituimus vobis metropolitanam sedem eiusque pastorem ordinavimus dignum et canonicum archiepiscopum, quemadmodum a sanctis patribus statutum est, ut unaquęque provintia suam habeat metropolim. Et nequaquam vobis vilis videatur institutio[w] a vicario sancti Petri apostoli, sed omni studio omnique devotione canonicas sanctiones observantes unianimiter[x] cum humilitate et mansuetudine concordiam pacis habentes, omnia cum consilio vestri metropolitani, scilicet Arnonis archiepiscopi, quę agenda atque tractanda sunt, cum timore et dilectione Dei facite, et[y] hi, qui volunt pie in Christo vivere, gaudeant sibi sui metropolitani archiepiscopi adesse consilium. Et ipse[z] una vobiscum omnia secundum dominicum praeceptum humiliter et cum caritate et observatione canonica, quę agenda sunt, pertractet, et hi[a], qui extra ordinem deviaverint, cum omni modestia corrigantur. Et ut impleatur inter eos[b] sancta illa et evangelica sententia[c]: 'Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum'[d]! Matth. 18, 20.

Prelatus vero frater noster reverentissimus et sanctissimus archiepiscopus[e] inter-

---

a) *sic B, C; intellegendum esse videtur:* convenit nos — Arnonem — docere. b) lanieretis *B.* c) educati *C.* d) *sic B, C; an* protecti? e) diabolica tela *B.* f) sanctissimas *C.* g) unusque *B.* h) *deest C.* i) festinent *B, C.* k) studeatis *B, C.* l) katholica *C.* m) et ut *B, C.* n) *sic B, C.* o) = ampliata, *cf. Du Cange, Glossarium.* p) habet *B, C.* q) construere *C.* r) *sc.* metropolis? *an* praeordinatum *legendum?* s) imped. *C.* t) *sic B, C; an* quibus? u) vos *B.* v) Longob. *C.* w) inst. vid. *C.* x) unanimiter *C.* y) facitis, ut *B.* z) ipsa *B.* a) hii *C.* b) *sic B, C; an* vos? c) illa sancta evang. sent. *C.* d) in med. eor. sum *C.* e) *deest C.*

800 April. 11. rogavit nos de incestis coniunctionibus, quę usque nunc multis in locis non canonice observabantur[a], quamquam[b] sunt[c], qui dicant[d] sanctum Gregorium scripsisse Augustino episcopo[1] ad[e] Anglorum gentem: tertia propinquitate[f] posse copulare, quod omnino in scrinio sancti[g] Petri non invenitur[2]. Nos quippe eidem venerabili archiepiscopo quicquam aliud constituere non valuimus, nisi quod a praedecessoribus nostris repperimus[h].

In concilio vero sanctae recordationis domnum[i] Zachariam papam[3] scripsisse[k] eius synodi invenimus ita[4]: Sed neque hoc silendum est, quod in Germanię partibus divulgatum est, quod quidem in archibo[l] sanctae ecclesiae scriptum non repperimus[h], ipsis tamen asserentibus hominibus de Germanię partibus didici[m], quod beatę recordationis sanctus Gregorius, quem vera religione christianitatis divina gratia illustrasset[n], licentiam illis dedisset[o] in quarta sese copulari[p] generatione. Quod quidem licitum christianis[q] non est, dum usque se generatio[r] cognoverit[s], sed dum rudes erant et invitandi ad fidem; quamquam[t] minime scriptum, ut dictum est[u], observabant. Nunc autem custodiri non ambigimus, sed pro hoc, sicut nos observamus. Ita et illi ediximus, nam plus, quam[v] praedecessores nostri canonice instituerunt, aliquid omnino dicere non valemus. Repperimus[h] quippe in beato Ysidoro Spaniensi episcopo[w] [5] usque in[x] septimam generationem observare et sic copulare, quia in
cf. Gen. 2, 2. septimo die quievit Deus[y] ex omnibus operibus suis, et in novellis Romanorum legibus[6] instar invenitur.

Propterea pro vestra sanctitate praefatum fratrem nostrum[z] reverentissimum et sanctissimum Arnonem archiepiscopum commonemus, ut ei[a] edicere[b] et praedicari[c] curetur, et cum apostolica auctoritate ille periculosissimus usus a christiana plebe avellatur[d]; et[e] instituere vobis[c] studeat, qualiter pie[f] et sapienter, quod malum est, devitetur et quod bonum est, adsumatur[g], ne[h] in[i] anathematis incidamus periculum, sed auctoritas semper, sanctae scilicet doctrinae nostrae, super vos per vestrum fulgeat archiepiscopum, quatenus et ipse sibi mercedem ante Deum pro vestra doctrina multiplicet,
cf. Iac. 1, 12. et vos desiderabilem a Deo vitam et coronam accipiatis. Similiter et omnes vos, episcopi, abbates, presbyteri, diaconi[k], monachi et[l] clerici, abbatissę, sanctimoniales[m] atque comites, iudices cunctique primates cum universa plebe, ammonere[n] et praedicare per apostolicam auctoritatem ediximus, ut unusquisque ordine suo pleniter cum timore et dilectione Dei evangelicis atque apostolicis praeceptis seu etiam statutis sanctorum patrum oboedientes existant, et unusquisque officium suum omni devotione secundum canonicam auctoritatem observet, et omnes concordiam pacis sanctamque caritatem in se invicem custodiant; episcopi ęcclesias atque dioceses[o] suas canonica regant auctoritate[p]; abbates, abbatissae, monachi vel sanctimoniales[m] regulariter vivant et subiecti episcopis suis[q] existant, quorum consilio et doctrinae omnino obediant, maxime tamen metropolitano archiepiscopo, quo[r] vestra almitas ornata in omnibus esse videtur; presbiteri atque diaconi[k] seu cunctus clerus, comites et iudices et

---

a) observantur *C.* b) quamque *B.* c) sint *B, C.* d) dicunt *B.* e) *deest C.* f) propinquantę *B.* g) beati *C.* h) reperimus *C.* i) domni *B, C.* k) *an supplendum* in actis? l) archivo *C.* m) didicimus *Mansi; sed cf. Ivonis decr. IX, 20.* n) *Cf. Mansi:* dum eos ad religionem chr. d. g. illustraret. o) dedisse *B, C.* p) *Cf. Iv. decr. l. l.* q) *pro* christ. *in B, C corrupte leguntur:* Hilarii scriptis (Hyl. scr. lic. *C*). r) gen. se *C.* s) *Mansi:* dum usque generationem cognoverint. t) quamq *B.* u) *Mansi pergit:* reperimus, credere non ambigamus. v) plusq *B.* w) ep. Span. *C.* x) sic usque ad *C.* y) Dominus *C.* z) fratrem nostrum *scripsi pro* facere vos *B, C.* a) *sc.* vestrae sanctitati? b) dicere *C.* c) *sic B, C.* d) avelletur *B.* e) ut *B, C.* f) et pie *C.* g) assumatur *C.* h) ut *B.* i) *deest C.* k) dyac. *C.* l) *deest C.* m) sanctaemoniales *B.* n) adm. *C.* o) dyoc. *C.* p) auct. reg. *C.* q) suis ep. *C.* r) q̄ *B.*

1) *archiepiscopo Brittanorum (Cantuariensi) 597—604.* 2) *V. Bedae hist. eccl. I, 27 (ed. Holder p. 39); cf. EE. III, 279. 284.* 3) *741—752.* 4) *Cf. Acta concilii Romae a. 744. (743?) habiti, Mansi XII col. 385.* 5) *Isid. Etym. l. IX c. VI, 29 (ed. Arev. III, 451).* 6) *Cf. Pauli sent. l. IV t. 10 c. 7 (lex Rom. Visig. ed. Haenel p. 408).*

omnes primates vobis episcopis suis humiliter oboedientes existant secundum timorem Dei et observationem mandatorum eius; comites quidem et iudices iuste iudicent in populis, pauperes enim[a] pupilli et viduae ne opprimantur[b], ecclesiae namque[c] Dei ne calumniam[d] patiantur, sed ipsi magis eorum in secularibus sint tutores, et omnes simul ante tribunal summi iudicis cum his[e], qui a dextris eius victuri sunt, desiderabilem illam vocem Domini audire mereantur: 'Venite, benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab[f] origine mundi'. 800 April. 11. Matth. 25, 34.

Deus vos incolumes[g] custodiat, reverentissimi et sanctissimi fratres[h].

Data III. Id.[i] April. Deo propitio pontificatus domni nostri in apostolica sede quinto[k] atque domni Caroli[l] excellentissimi regis Francorum et Langobardorum[m] atque patricii Romanorum, a quo coepit Italiam[n], anno XXVII. indictione VIII.

6.

Leo III. papa apud Carolum I. regem Francorum iureiurando se purgat[1].

800 Dec. 23.

Codd. Bibl. universitatis Wirziburgensis Th. fol. 46 s. IX. f. 149 (= W); Monacensis lat. 27246 (quondam tabularii regii Monacensis) s. X. f. 92, quem denuo contuli (= M); Vaticanus 1348 s. XII. fol. 63, quem contulit J. Tschiedel (= V)[2]*, cum cuius lectionibus paene omnibus conveniunt Burchardi Wormat. decret. (ed. Paris. 1549) l. I c. 198 (= B), Ivonis Carnot. decret. (ed. Fronto, Paris. 1647) p. V c. 313 (= I1), eiusdem panorm. (ed. de Vosmediano, Lovanii 1557) l. V c. 4 (= I2), Gerhohi De investig. Antichristi, Lib. de lite III, 370 (= G)*[3].

Edd. Eckhart, Comm. de rebus Franciae orientalis II, 2 ex W; Pertz, LL. II, 1, 15 ex W; Jaffé, Bibl. rer. Germ. IV, 378 ex W, M, B, I[4].

SACRAMENTUM, QUOD LEO PAPA[a] IURAVIT[b].

Auditum[c], fratres karissimi, et divulgatum est[d] per multa loca, qualiter homines mali adversus[e] me insurrexerunt[f] et debilitare voluerunt et miserunt[g] super me gravia

---

a) et *C.* b) obpr. *C.* c) *deest C.* d) calumpniam *C.* e) hiis *C.* f) ob *B.* g) incolomes *C.* h) ac sanct. patres *C.* i) *deest C.* k) $\overset{o}{V}$ *C.* l) Karoli *C.* m) ac Lombardorum *C.* n) cepit Yt. *C.*

6. a) quod domnus papa Leo *M.* b) De purgatione Leonis papae *B, I;* Leonis papae *et in marg. add.* al *V.* c) *sequ.* est *I, G.* d) *om. I1.* e) adversum *V, B, I2, G.* f) surrexere *I2.* g) posuerunt *I1.*

1) *Hoc sacramentum, Jaffei exemplum secuti, Leonis epistolis inseruimus.* 2) *Cf. Arch. XII, 226. Paulus Ewald, cum hoc codice Romae ipse usus non esset (cf. Neues Arch. III, 148), falso suspicatus est sacramentum illud esse epistolam Leonis IV. papae de adventu Caroli Calvi regis ad clerum Romanum missam. In secunda igitur editione Regestorum Pont. Roman. prorsus deleas n. 2634.* 3) *In Gratiani decreto p. II c. II qu. 5 c. 18 (ed. Friedberg) hoc sacramentum sub titulo:* De Leone, qualiter semet ipsum purgavit *invenitur ita contractum et commutatum:* Auditum est, fratres karissimi, qualiter mali homines gravia crimina in me confinxerunt. Quamobrem ego Leo, pontifex sanctae Romanae ecclesiae, purifico me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius, quia criminosas istas et sceleratas res, quas illi mihi obiciunt, nec perpetravi, nec perpetrare iussi. Hoc autem faciens, non legem prescribo ceteris, qua id facere cogantur. *Ex quodam ordine Romano Baronius (ad a. 800.) hausit alium textum commutatum, quem repetierunt Berardi, Gratiani canones, Venetiis 1777, II, 2, 203 et Hildenbrand, Die purgatio canonica und vulgaris, München 1841, p. 46:* Nota res est, fratres carissimi, malum adversum me homines insurrexisse, meque ac vitam meam gravissimis criminibus infamasse. Cuius rei cognoscendae gratia clementissimus hic ac serenissimus rex Carolus una cum sacerdotibus ac principibus suis in hanc urbem se contulit. Quamobrem *etc. ut in nostro textu* — sed mea voluntate impulsus, purgo me praesentibus vobis coram *etc.* — qui conscientiam novit *etc.* — apostolorum, in cuius conspectu consistimus, neque sceleratas res, quas mihi obiiciunt, perpetrasse neque perpetrari iussisse, Deum testans, in cuius *etc.* — consistimus. Et hoc facio non legibus ullis obstrictus neque hanc consuetudinem *etc.* — successoribus meis et fratribus coepiscopis imponere cupiens, sed ut certius iniquis vos suspicionibus liberem. 4) *Cf. Mühlbacher Reg. n. 361a; Simson, Jahrb. des fr. R. unter Karl d. Gr. II, 229 sq. Cf. Hinschius, Kirchenrecht I, 300.*

800 Dec. 23. crimina. Propter quam causam audiendam[a] iste clementissimus ac serenissimus[b] domnus[c] rex[d] Carolus[e] una cum sacerdotibus et optimatibus suis istam pervenit ad urbem. Quam ob rem ego Leo pontifex sanctae Romanae ecclesiae[f], a nemine iudicatus neque coactus, sed spontanea mea[g] voluntate purifico et purgo[h] me in conspectu vestro coram Deo et angelis eius, qui conscientiam meam[i] novit, et beato Petro principe apostolorum, in cuius basilica[k] consistimus[l]: quia istas criminosas et sceleratas res, quas illi mihi obiciunt[m], nec[n] perpetravi nec[n] perpetrare[o] iussi; testis mihi est Deus[p], in cuius iudicium venturi sumus et in cuius conspectu consistimus. Et[q] hoc propter suspitiones[r] tollendas mea spontanea voluntate facio; non quasi in[s] canonibus inventum sit, aut quasi[s] ego hanc consuetudinem aut decretum in sancta ecclesia[t] successoribus meis necnon[u] et fratribus[v] et coepiscopis nostris inponam[w].

7.

Congregatio montis Oliveti Hierosolymitani enarrat Leoni III. papae contentionem inter se et Iohannem S. Sabae monachum exortum. *809 in.*

Cod. Berol. Phill. 1664 s. XI. (ol. S. Martialis Lemovicensis[1]*, post collegii Claromontani n. 502*[2]*), ubi haec et Leonis papae, quae sequitur, epistola legebantur in folio iam deperdito ad finem codicis*[3]*.*

Edd. Baluze, Miscell. VII, 14—17 (ed. Mansi II, 84), quem ducem sequimur, ex cod. = Le Quien, Oriens christ. III, 347 sq. = Jaffé, Bibl. rer. Germ. IV, 382, cuius annotationes nonnullas repetimus.

SANCTISSIMO AC REVERENTISSIMO DOMINO IN CHRISTO PATRI LEONI SUMMO PONTIFICI ET UNIVERSALI PAPAE SEDIS SANCTAE APOSTOLICAE URBIS ROMAE CONGREGATIO MONTIS OLIVETI[4].

Domine pater, te dignatus est Dominus exaltare super omnes sacerdotes, et exaltata est sedes tua sancta super omnes sedes christianorum, quia suo ore dignatus
Matth. 16, 18. est Christus dicere: 'Tu es Petrus' et cetera. Benignissime pater, nos, qui sumus hic in sancta civitate Ierusalem peregrini, ullum hominem super terra non amamus plus quam vos, et in quantum valemus, in istis sanctis locis pro vobis die noctuque Domino fundimus preces, prostrati omnes servi tui super terram cum lacrimis.

Itaque notam tibi facimus tribulationem nostram, quam hic patimur. Iohannes, qui fuit de monasterio sancti Sabae, quem Theodulus iguminus[5] servus vester scit, ipse levatus est super nos dicendo, quod Franci, qui sunt in monte Oliveti, haeretici sunt[6]. Et dixit nobis: 'Quia omnes Franci haeretici estis'. Et reprobat fidem nostram dicendo: 'Quia non est maior haeresis'. Et nos ei dicimus: 'Frater, sile! Quodsi nos dicis haereticos, de sede sancta apostolica dicis haeresim'.

---

a) *om. V, B, I, G.* b) ac serenissimus *om. M.* c) dominus *M, B, I.* d) *om. I2, G.* e) Karolus *M, G* f) aecclesiae *M;* sanctę Romanae aecclesię *V.* g) *om. M.* h) et purgo *om. V, B, I, G.* i) *om. I2.* k) in cuius conspectu *pro* in cuius basilica *V, B, I, G.* l) assistimus *V.* m) obiiciunt *M, B, I;* obiciunt mihi *G.* n) neque *I1.* o) perpetrari *B.* p) mihi Deus est *M, V;* est mihi Deus *I, G.* q) de *G.* r) malas suspiciones *V;* susp. mal. *B, I, G.* s) in — quasi *om. G.* t) aecclesia *V;* ex clesi *M.* u) *om. G.* v) meis *add. M.* w) sed ut melius a vobis abscidatis (abscindatis *B, I2*) rebelles cogitationes *add. V, B, I, G.*

1) *Cf. Montfaucon, Bibl. bibl. II, 1039 n. 144:* 7. Epistola Leonis ad Carolum imperatorem. 2) *Cf. Catalogus mss. codicum collegii Claromontani n. 502.* 3) *Cf. V. Rose, Verzeichnis der Meerman-handschriften p. 202 col. 2. — Epistolas nostras ex hoc codice haustas esse nos docuit vir doctissimus Leopoldus Delisle.* 4) *prope Hierosolyma. J.* 5) *= hegumenus, abbas.* 6) *V. Annales regni Francorum a. 809. ed. Kurze p. 129:* imperator — Aquas reversus, mense Novembrio concilium habuit de processione Spiritus sancti, quam questionem Iohannes quidam monachus Hierosolimis primo commovit; cuius definiendae causa Bernharius episcopus Wormacensis et Adalhardus abbas monasterii Corbeiae Romam ad Leonem papam missi sunt; *cf. infra ep. 9.*

Et usque in tantum nos conturbavit, ut in die natalis Domini[1] in sanctam Beth- 809 in. leem in sancto praesepio, ubi noster Dominus, redemptor humani generis, pro mundi salute nasci dignatus est, submitteret laicos homines, qui nos foras proicere vellent, dicendo: 'Quod haeretici estis; et libri, quos habetis, haeretici sunt'. Sed per vestram sanctam orationem et fidem confortavit nos Dominus. Non enim potuerunt nos foras eicere. Diximus omnes: 'Hic volumus mori; nam foras nos non eicietis'.

Unde et fecimus vocem nostram, omnes nos servi vestri, pariter dicendo ad sacerdotes, qui sunt in sancta civitate: 'Videte, patres et fratres, de isto homine, qui contra nos tanta et talia loquitur et contra fidem sanctam Romanam. Quia talia verba nunquam audivimus de gente nostra'.

Et post haec die sancto dominico[2] congregati sunt sacerdotes cum clero et populo contra sanctum sepulchrum Domini et inter sanctum Calvariae locum; et interrogaverunt nos de fide nostra ipsi sacerdotes, qualiter crederemus symbolum. Nos autem dicendo, quod sic credimus sicut sancta ecclesia Romana, diximus: 'Et dicimus in nostra lingua, quae vos non dicitis in Graeca. Et in 'Gloria patri' non dicitis: 'sicut erat in principio'; et in 'Gloria in excelsis' non dicitis: 'tu solus altissimus'. Et 'Pater noster' alio modo dicitis. Et in symbolo nos dicimus plus quam vos: 'qui ex Patre Filioque procedit'; unde dicit iste Iohannes, inimicus animae suae, propter hunc sermonem, eo quod haeretici simus'. Quos Hierosolymitas rogavimus, dicentes: 'Nolite odire[a] hunc hominem, nec dicatis de nobis haereses. Quodsi nos dicitis haereticos, de throno beati Petri dicitis haeresim. Et si hoc dicitis, peccatum inducitis super vos'. Et sacerdotes scripserunt nobis cartam de fide nostra, qualiter[b] crederemus, dicendo nobis: 'Creditisne sicut sancta resurrectio Domini?[3]' Nos autem diximus: 'Quod sic credimus, quomodo sancta resurrectio Domini et sedes sancta apostolica Romana'. Post haec ipse archidiaconus in sancto Constantino una nobiscum ascendit in pergo[4] et legit ipsam cartam in populo. Et nos servi vestri anathematizavimus omnem haeresim et omnes, qui de sancta sede apostolica Romana dixerint haeresim.

Et nunc, domine pater benignissime, cogitare digneris de nobis servis tuis, qui, etsi de longinquo simus, oves tuae sumus. Et tibi commissus est omnis mundus, sicut vestra sanctitas scit; sicut ait Dominus Petro: 'Si diligis me, Petre, pasce oves Ioh. 21, 17. meas[5]'.

Benignissime pater, dum essem ego Leo servus vester ad sancta vestigia vestra et[c] ad pia vestigia domni Karoli piissimi imperatoris filiique vestri, audivimus in capella eius[6] dici in symbolo fidei: 'qui ex Patre Filioque procedit'. Et in homilia sancti Gregorii, quam nobis filius vester domnus Karolus imperator dedit, in parabola octavarum paschae, ubi dixit: 'Sed eius missio ipsa processio est, qui de Patre procedit et Filio'[7]. Et in regula sancti Benedicti, quam nobis dedit filius vester domnus Karolus, quae habet fidem scriptam de sancta et inseparabili Trinitate, dicit: 'Credo Spiritum sanctum deum verum, ex Patre procedentem et Filio'. Et in dialogo[8], quem

---

a) *sic pro* audire *C.* b) *sic scripsi pro* quam licet *C, cf. supra* qualiter crederemus; quam scilicet *emendavit J.* c) *om. J.*

1) *808 Dec. 25.* 2) *808 Dec. 31.* 3) Sancta resurrectio Domini = ecclesia Hierosolymitana, *cf. Hergenröther, Photius I, 697 n. 90.* 4) *pergus s. pyrgus est suggestum (ambo). J.* 5) *Cf. Sabatier, Bibliorum latinae versiones III p. 488 ad Ioh. 21, 17. J.* 6) *Fortasse a. 799., cf. Ann. regni Franc. ed. Kurze p. 108:* Eodem anno monachus quidam de Hierosolimis veniens benedictionem et reliquias — detulit. *Cf. ibid. p. 112, Simson, Jahrb. d. fr. Reiches unter Karl d. Gr. II, 405 n. 3, 232 n. 3. De capella cf. Waitz, Verfassungsgesch. III², 516 sq.* 7) *S. Gregorii homilia 26, habita in octavis paschae, opp. ed. Benedictini I, 1554. J.* 8) *Sc. in Dialogis S. Gregorii papae l. II c. 38, opp. ed. Ben. II, 276, cf. 118; cf. Hergenröther, Photius I, 697. 698.*

809 in. nobis vestra sanctitas dare dignata est, similiter dicit. Et in fide sancti Athanasii[1] eodem modo dicit.

Itaque per ipsum Iohannem facta est nobis grandis confusio in sancta civitate, quoniam dicit, quod Spiritus sanctus non procedit de Patre et Filio. Et de hoc misit grandem errorem per omnia monasteria. Et requirebat fidem nostram et libros nostros. Et de domino Gregorio dicit, quod non sint recipiendi eius libri.

Unde iterum atque iterum, sancte pater, in terram prostrati cum lacrimis postulamus et rogamus te per Patrem et Filium et Spiritum sanctum, qui trinitas inseparabilis unus dicitur, ut digneris inquirere tam in Graeco quam in Latino de sanctis patribus, qui symbolum composuerunt, istum sermonem, ubi dicitur: 'ex Patre Filioque procedit'. Et in Graeco non dicunt sicut nos, sed dicunt: 'qui ex Patre procedit' et vident istum sermonem gravem, quem nos dicimus in Latino. Et mandare digneris domno Karolo imperatori filio vestro, quod nos istum sermonem in eius capella audivimus: 'qui ex Patre Filioque procedit'. Et nos hic servos vestros certos facere digneris; quia nulla species huius sacramenti tam nobis amabilis videatur, quam sanctus vester vultus et sancta oratio et deprecatio seu memoria vestra[a].

Unde et poscimus[b], benignissime pater, vestram sanctissimam pietatem, ut hos servos vestros, Iohannem presbyterum[c], quando Deo gubernante ad sacrosanctam vestram gravitatem pervenerint, benigne suscipere dignemini, et nobis servis vestris certum mandatum dirigere.

Commendamus nos Dominicus[2], Theodorus, Arimundus, Gregorius[3], Iohannes, Leo[4] et omnis congregatio de monte sancto Oliveti, humiles[d] servi vestri, vestris sacris ac Deo dignis orationibus.

Deus et dominus noster te, sanctissime pater, cum omnibus tuis ad exaltationem sanctae suae ecclesiae et ad salutem animae tuae et ad gaudium nostrum regere, protegere et pia miseratione in omnibus et per omnia custodire dignetur, qui dicitur benedictus in secula.

8.

Leo III. papa Carolo I. imperatori mittit epistolas a congregatione montis Oliveti et a Thoma patriarcha Hierosolymitano ad se scriptas. *809.*

Cod. Berol. Phill. 1664, cf. epistolam praecedentem.

Edd. Baluze, Miscell. VII, 17 (ed. Mansi II, 85) ex cod. = Le Quien, Oriens christ. III, 350 = Jaffé, Bibl. rer. Germ. IV, 386.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI AC TRIUMPHATORI, FILIO, AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Omnia, quae de singulis partibus nobis accidunt, necesse est, ut vestrae intimemus imperiali potestati. Praesenti siquidem anno direxerunt nobis epistolam[5] monachi, qui in sancto monte Oliveti morantur, fidei —[a] contentionem continentem, quam inter se habebant. Nos vero symbolum orthodoxae fidei illis misimus, quatenus omnes secundum hanc nostram sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam rectam et in-

---

a) nostra *falso J.* b) petimus *falso J.* c) *sic, altero nomine, ut videtur, iam in cod. omisso, Bal.* d) humilis *Bal.*

8. a) *Hic Baluzius asterisco lacunam codicis vel verbum indistinctum significare videtur; an* quandam?

1) *Sc. in symbolo 'Quicunque' vel Athanasiano, S. Athanasio falso adscripto.* 2) *Abbas, cf. Ann. regn. Franc. ad a. 826. ed. Kurze p. 169.* 3) *Alius esse videtur ac Georgius vel Gregorius abbas, qui occurrit in ann. regni Fr. a. 807. p. 123.* 4) *Cf. supra p. 65 v. 32.* 5) *Ep. 7 supra p. 64.*

violatam teneant fidem[1]. Quam vero epistolam vestrae imperiali potentiae misimus relegendam. 809.

Interea revertentes praesentes fideles servientes vestri, Agamus videlicet et Roculphus[2], a Hierosolymis detulerunt nobis epistolam[3] Thomae Hierosolymorum patriarchae[4]. Quam relegentes reperimus, ut per nostram precatoriam epistolam vestrae pietati eos commendaremus. Qua de re precamur vestram imperialem potentiam, ut, sicut soliti estis super omnes fideles vestros impertire suffragium, ita cum eis misericordiam facere iubeatis. Ipsam vero epistolam, quam nobis praedicti fideles vestri detulerunt, vestrae serenitati misimus.

His praelibatis, omnipotens Deus sua vos protectione custodiat atque a perfidis omnibus regnum vestrum sui extensione brachii defendat vosque post longa annorum curricula ad gaudia aeterna perducat. Piissimum domini[a] imperium gratia superna custodiat, eique omnium gentium colla substernat.

9.

Leo III. papa Riculfo episcopo Moguntino de munere litterisque gratias agit expetitasque S. Caesarii reliquias mittit. 810.

Cod. Vindob. 751 (Theol. 259) s. IX., inter S. Bonifatii epp., fol. 49, quem contulit G. H. Pertz. Edd. Serarius, Epp. S. Bonif. n. 75 = de la Bigne, Bibl. max. patrum XIII, 103 = Würdtwein, Epp. S. Bonif. n. 135 = Gilesius, opp. S. Bonif. II, n. 126; Binius, Concil. III, 1, 445 ex cod. = Sirmond, Concilia antiqua Galliae II, 260 et aliae conciliorum collectiones = Mansi XIII col. 977 = Migne, Patrol. lat. CII col. 1030; Conring, Leonis epp. ed. 2. p. 108 (opp. V, 596) ex cod.; Jaffé, Bibl. rer. Germ. III, 317 ex cod., cuius editionem paene integram repetimus. — Jaffé Reg. 2522.

LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO RICULFO EPISCOPO[5].

Cum ad limina beatorum principum apostolorum Bernharius venerabilis episcopus[6] una cum Adalhardo[7] relegioso abbate, missi filii nostri domni Caroli serenissimi imperatoris, coniunxissent[8] et omnia prospera ac salubria de predicto filio nostro seu de eius sublimissima prole vel omnibus fidelibus suis nobis nuntiassent, inmensas omnipotenti Deo gratiarum actiones retulimus. Interea offeruit nobis praelatus Bernharius episcopus sanctitatis[a] vestrae pulcherimum[b] munus et litteras. Quas vero litteras relegentes[c], gratias reverendae almitati vestrae retulimus; quia nostri memores in vestris Deo acceptis orationibus[d] non pretermittitis. De tantis autem muneribus,

---

a) Karoli *sequitur ap. Baluzium.*

9. a) -ti *post corr.* -tis *C.* b) *sic C.* c) relegantes *C.* d) esse *excidisse videtur.*

1) *Quod symbolum edidit Baluzius, Misc. VII, 18 (ed. Mansi II, 85 = Mansi, Conc. XIII, 978 = Migne, Patr. lat. CII, 1030) ex eodem cod. S. Martialis Lemovicensis:* Leo episcopus servus servorum Dei omnibus orientalibus ecclesiis. Hoc symbolum orthodoxae fidei vobis mittimus, ut tam vos quam omnis mundus secundum Romanam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam rectam et inviolatam teneatis fidem. Credimus *etc.* — Spiritum sanctum a Patre et a Filio aequaliter procedentem *etc.* — Qui secundum hanc fidem rectam non crediderit, hunc damnat sancta catholica et apostolica ecclesia, quae fundata est ab ipso Iesu Christo domino nostro, cui est gloria in saecula. Amen. *Hoc symbolum Jaffei Regestis Pont. (ed. 2.) falso bis insertum est, sc. sub n. 2519 et n. 2534; mihi enim persuasum est tunc temporis a Leone papa hoc idem symbolum ut omnibus aliis orientalibus ecclesiis, ita monachis montis Oliveti missum esse. Cf. Simson l. l. 406 n. 2; Hauck, Kirchengesch. II, 303 n. 2.* 2) *De quibus cf. Simson l. l. 406 n. 3.* 3) *Iam deperditam.* 4) *c. 807 — c. 829, cf. Le Quien l. l. III, 342 sq. J.* 5) *786—813.* 6) *Wormatiensis (793—825).* 7) *I. abbate Corbeiensi (c. 780 vel antea — 826).* 8) *Cf. Ann. regni Franc. a. 809. ed. Kurze p. 129; cf. supra p. 64 n. 6.*

810. quibus[a] nos assiduae pro amore beati Petri apostoli ditatis, credimus in omnipotentem Deum, quia dignam retributionem hic et in futuro ab ipso clavigero regni caelestis percipietis. De reliquiis vero sancti Cesarii, sicut petistis, per eundem Bernharium venerabilem episcopum sanctitati vestrae direximus.

Leo episcopus servus servorum Dei reverentissimo et sanctissimo Riculfo episcopo.

10.

Paschalis I. papa Ludowicum I. imperatorem admonet, ut, memor votorum suorum, causas S. Petri in sua ditione defendat, eique Leonem exorcistam legatum suum commendat. c. 818.

Cod. Taurin. bibl. nat. E. V. 44 (coll. canonum) s. XII. f. 48, quem contulit E. Schaus[a]. *Edd. Mansi, Conc. coll. XIV col. 376 ex cod. = Migne, Patr. lat. CII col. 1088. — Jaffé Reg. 2550*[1].

Honor quidem sanctorum in hoc mundo principaliter est, quaelibet loca nominibus eorum sacrata divinitus venerari assidue. Sed hoc fieri pleniter nequit, nisi a deputatis cultoribus ibi[b], quia non homines pro locis, sed pro bonis hominibus loca venerantur. Quicumque itaque localiter cuiquam iurat sanctorum, constat procul dubio iurasse illorum[c] honestatem, qui proprie ibi deputantur ad divinum cultum utendum, necnon firmasse videtur pro suo posse tutelam, in eius[2] videlicet rebus bene adeptis, quia locorum cultores, honor et religio ex his continentur. Ideoque quilibet votor curiose debet eniti, quatenus cultores sacri loci illius, ubi sibi est votum, quantum in se est, quiete sine molestia quiescere quaeant, atque res ibi legitime pertinentes dampnose nec pereant nec auferantur. Propterea, reverende in Christo karissime fili Ludoice, memento votionum sanctarum, quas ad honorem sancti Petri coram sanctis reliquiis necnon clericis ac fidelibus tuis ante tempora pauca promisisti[3], et huius rei gratia causas sancti Petri sitas in vestra[d] dicione velud proprias defende; atque nostrum legatum Leonem exorcistam ibidem[4] commorantem sic ab iniuria conserva illesum, ut apud homines periurii famam, quod absit, non incurras, sed apud Deum factorum[e] sanctitatem obtineas.

11.

Paschalis I. papa omnibus christianis Ebonem archiepiscopum Remensem et eius socium Halitgarium commendat, ad partes aquilonis missos, ut fidem Christi propagarent. c. 822[5].

Codd. Guelferbytanus 35 (Helmst. 32) s. X. f. 194, quem contulerunt G. H. Pertz et A. Werming-

---

a) quibus *om. C.*

10. a) *Lemma:* Pascalis papa Ludoico imperatori. b) *sic C; an* ibi cultoribus? c) *sequitur* hone *delet. C.* d) *sic C.* e) *sic C; an* sanctorum?

1) *Epistolae nostrae praeter inscriptionem nihil deesse videtur; genuinam quidem eam esse censuerim, sed nescio, an textus a posteris librariis vel ab eo, qui canonum collectionem codicis Taurinensis congessit, aliquatenus sit commutatus.* 2) *sc. sancti cuiusdam.* 3) *Quae ad pactum illud inter Ludowicum imperatorem et Stephanum IV. papam a. 816. initum et a Paschale I. papa a. 817. renovatum spectare videntur; quare epistolam paulo post a. 817. scriptam esse oportet; cf. Simson Jahrb. des fr. R. unter Ludwig d. Fr. I, 213.* 4) *sc. in Francorum regno.* 5) *Conventu apud Attiniacum a. 822. mense Augusto (aut apud Theodonis villam a. 821. mense Octobri, cui Ebonem interfuisse compertum habemus, cf. Capit. I, 360) habito Ebo archiepiscopus Romam profectus est. Aestate a. 823. eum apud Danos versatum, mense Novembri in Franciam rediisse constat, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. d. Fr. I. 210. 211.*

hoff (= G)[1]; *codex quondam Hammaburgensis, deinde residentiae archiepiscopalis Bonnensis, nunc deperditus, cuius ex sola editione Caesaris notitiam habemus*[2]. c. 822.

Edd. Phil. C. Caesar, Triapostolatus septentrionis, Coloniae Agr. 1642, p. 170 ex cod. tunc Hammaburgensis ecclesiae (= C) = Staphorst, Hamburg. Kirchengesch. I, 21 = Spegelius, App. dipl. ad hist. eccl. p. 1 = Pontoppidanus, Hist. eccl. Dan. I, 19 = Celsius, Apparatus ad historiam Svevo-Gothicam p. 5 = Münter, Kirchengesch. v. Dänem. u. Norw. I, 244 = Acta SS. praef. ad vitam S. Anskarii § 15, III. Febr. ed. 2. IV, 409; Adami Bremensis Historia ecclesiastica ed. J. J. Mader, Helmstad. 1670, p. 246 ex G. = Lindenbrogius, Rer. Germ. septentrion. scriptores ed. A. Fabritio, Hamburgii 1706 p. 185 = Liljegren, Svenskt Diplomatarium I, 1 = Bullarium Romanum ed. Taur. I, 271 = Migne, Patr. lat. CXXIX col. 982; Lappenberg, Hamburg. Urkundenb. I, 9 ex G et C; Rydberg, Sverges Traktater I, 1 ex G et C. — Jaffé Reg. 2553.

PASCHALIS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI UNIVERSIS SANCTISSIMIS FRATRIBUS COEPISCOPIS, PRESBYTERIS SEU CETERIS ȨCCLESIASTICIS ORDINIBUS GLORIOSISSIMISQUE PRINCIPIBUS, DUCIBUS SIVE MAGNIFICIS COMITIBUS VEL CUNCTIS CHRISTIANIS DEI FIDELIBUS[3].

Cum religiosissimum constet curam ac sollicitudinem erga dominicum gregem gerere[b], quem divina dispensatione suscepimus gubernandum, atque caelestia pabula salubri communicatione subministrandum, maxime his, qui in competis[c] et pagis sub principe tenebrarum callida suasione[d] persistunt[4], et viam vitȩ ignorantes, devii, non quȩ sursum sunt, sed quȩ deorsum, stulta instigatione perquirunt. Sed quia in partibus aquilonis quasdam gentes consistere, quȩ necdum agnitionem Dei habent[e], nec sacra unda baptismatis sunt renatae[f], sub 'umbra mortis' existere, et magis creaturȩ, quam creatori ignava[g] mente servire cognovimus, idcirco prȩsentem reverentissimum fratrem ac coepiscopum nostrum[5] Ebonem, sanctȩ Remensis ȩcclesiȩ archiepiscopum[h], necessarium cum consensu fidelium Dei[6] duximus illis in partibus pro inluminatione veritatis dirigendum, quatinus auctoritate beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli nostra fraterna vice informatus[i] . . . . ante corpus et confessionem ipsius apostolorum cf. Luc. 1, 79.

---

a) Pascalis *C.* b) *om. C.* c) compitis *C.* d) persuasione *C.* e) habere *G, C;* habentes *EE. III, 266, 24.* f) renati *G, C.* g) ignavi *G.* h) *om. G.* i) *Hic in G et C quaedam omissa esse videntur. Cf. privilegium Gregorii IV. papae Anskario datum (J. 2574), secundum editionem Caesaris p. 180:*

1) *De quo codice (olim dioecesis Hildesheimensis, deinde Flacii Illyrici) cf. O. v. Heinemann, Die Hss. der herzogl. Bibl. zu Wolffenb. I, 1, 22. Litteris nostris in codice praecedunt haec:* Ex autenticis (autencis *cod.*) per ordinem succedentium trium apostolicorum roboratis privilegiis, Paschalis scilicet, Eugenii sive Gregorii, sanctae Romanae sedis praesulum, hoc legationis Christi exemplar editum, cunctis aecclesiae catholicae filiis porrectum atque praefixum, opem ferentibus felicitatis negotium, impedientibus autem terribile damnationis iudicium, si ligandi solvendique apostolicae dignitatis verum Dei esse potest testimonium, dicentis: 'quodcumque ligaveris super terram' et reliqua *(Matth. 16, 19);* insuper vero: 'quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis' *(ib. 25, 40),* et 'qui scandalizaverit unum de pusillis' *(ib. 18, 6)* vel caetera mundo superbientibus divinitus vulgata tormenta. Piis tamen benignisque mentibus haec ita conscripta per ordinem firmaverunt inviolabilia iura apostolica. 2) *Cuius ille cod. fuerit aetatis, ignoramus. Caesar eum dicit* 'antiquum et autenticum, in charta pergamenta'; *sed appendicem, (quae continebat Paschalis I. epistolam), manu posteriori scriptam esse censet. Cui cum G tot et tantae mendae communes sunt (cf. supra n. e et i), ut textus amborum codicum ex eodem fonte iam turbato, non ex originali epistola manasse videantur. Cum autem in C aut a librario, qui codicem Hammaburgensem scripsit, aut a Caesare, qui illa, quae* 'omnium iudicio et consensu necessario rectificanda erant', *se immutasse confitetur, multa falso correcta esse apparet, in nostra editione textum plerumque codicis G sequimur, easque Caesaris varias lectiones, quae ad orthographiam tantum spectant, omittimus. De Caesaris libro et codice illo Hammaburgensi, quem ultimus Bonnae vidit J. Mansi (cf. Conc. XXI, 399), cf. Koppmann, Die ältesten Urkk. des Erzb. Hamburg-Bremen p. 3 sq.; Rydberg l. l. p. 9; SS. II, 684.* 3) *Cf. inscriptionem epistolae Gregorii II. papae ad Bonifatium missae (EE. III, 266):* 'Universis reverentissimis et sanctissimis fratribus coepiscopis, relegiosis presbiteris seu diaconibus, gloriosis ducibus, magnificis castaldiis, comitibus etiam vel cunctis christianis Deum timentibus. *Quae supra ex hac Gregorii II. epistola hausta sunt, litteris minutis imprimi fecimus.* 4) *Cf. EE. III, 266, 22.* 5) *Cf. EE. III, 266 n. t.* 6) *Cf. Anskarii epist. (Lappenberg I, 28):* (Ebo) — temporibus domini Ludovici imperatoris cum consensu ipsius ac pene totius regni eius synodi congregatae Romam adiit.

c. 822. principis[a] evangelizandi publica auctoritate[b] liberam tradidimus in omnibus facultatem, ut verbum vitę viamque salutis ubique provideat et fidei normam caelesti educatione confirmet, atque apostolicae institutionis doctrinam, omni diabolico errore depulso, viva voce corroboret[1]. Et si fortasse ad hoc divinum pertinens[c] officium aliquid dubium emerserit, ad sanctam Dei catholicam atque apostolicam Romanam aecclesiam recurrendo, semper[d] ex eius hauriet[e] purissimo fonte latices, unde et a cordibus mortalium divina interveniente gratia noxios emundare possit errores. Collegam denique[f] huic divinę[g] administrationis legationi ei[h] providentes, Halitgarium[2] religiosum adicientes ministrum, constituimus, quatinus ad sedem apostolicam oportuno valeat tempore de credito negotio facilius[i] prestante Domino intimare et nunquam se in qualibet[k] parte huic nostrę auctoritatis ministerio commisso neglegere. Cui coram districto iudice inde rationem reddere et de destituto[l] ministerio pęnas recipere sempiternas non dubium esse prefigimus.

Pro quo omnes exortantes unanimiter commonemus ob[m] amorem omnipotentis Dei et domini nostri Iesu Christi atque apostolorum eius venerationem, ut in omnibus necessitatibus legationis huius totis viribus eis solatiari certetis, et in nomine domini nostri
Matth. 10, 40. Luc. 10, 16. Iesu Christi, sicut scriptum est, recipere debeatis: 'Qui vos', inquit, 'recipit, me recipit', et
Matth. 25, 40. 'qui vos spernit, me spernit'; et iterum: 'Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis'. Unde magis magisque commonemus, ut provida devotione et largo caritatis affectu puraque mente ac sincera intentione quęque itineri huius[n] necessaria[3] prospiciatis[o], pia benignitate pro viribus succurrere non[p] rennuatis, ut pro certo huius pietatis opere participes apud Deum dignę retributionis meritum percipiatis, sive[q] in[r] cęlesti descriptione huiusmodi pro conpensationis munere in consortio sanctorum connumerari valeatis. Si quis vero huic Dei officio ad inluminationem gentium a sancta catholica vel[s] apostolica ęcclesia[t] pio[u] consultu ęcclesiastico destinato adsensum vel auxilium prębuerit, per interventionem beatorum apostolorum, martyrum quoque atque sanctorum omnium in cęlestibus gaudiis talibus pro meritis mereatur ascribi. At vero si quis, quod non optamus, contrarius adversator huic divino cultui institerit, vel in quoquam prepedire conatus fuerit[v], his vel cooperatoribus eorum ad hoc peragendum ministerium temerator extiterit, ex divina iussione et apostolica auctoritate anathematis vinculo puniatur, et perpetua condemnatione reus diabolica sorte damnetur[4].

---

quatenus tanta auctoritate fundatus, praedictus filius noster eiusque successores lucrandis plebibus insistentes, adversus tentationes diaboli valediores existant, ipsumque filium nostrum, iam dictum Ansgarium, legatum in omnibus circumquaque gentibus Sueonum sive Danorum, necnon etiam Slavorum vel in caeteris, ubicunque illis in partibus constitutis divina pietas ostium aperuerit, una cum Ebone Remensi archiepiscopo statuentes, ante corpus et confessionem sancti Petri publicam evangelizandi tribuimus auctoritatem *etc. Cf. simile privilegium Nicolai I. papae (J. 2759) ib. p. 184; Koppmann, Die ält. Urkunden des Erzb. Hamburg-Bremen p. 12—16.*

a) principis apostolorum *C.* b) actoritate *C.* c) pertinentis *G.* d) *sequ.* et *G.* e) hauriat *C.* f) namque *C.* g) divinae huic *C.* h) *om. C.* i) facilio *G.* k) qulibet *G.* l) statuto *C.* m) per *C.* n) huic *C.* o) prospicitis *G.*; *sequitur* nec *C.* p) *om. C.* q) seu *C.* r) *om. C.* s) *om. C.* t) catholica apostolica vel ecclesia, vel *post deleto C.* u) pro *C.* v) et *supplevit C, cf. ib. p. 219.*

1) *Cf. EE. III, 266, 30 sq.* 2) *Hunc fuisse Halitgarium episcopum Cameracensem (817–831), Ebonis suffraganeum et familiarem, censuerim, quamquam in epistola Paschalis (vel potius in textu epistolae nobis tradito) titulo episcopali caret, neque nos de illo ad septentrionem misso aliud quidquam compertum habemus; cf. Simson l. l. I, 210. 211; Dümmler, Ostfränk. Reich I, 271 n. 5.* 3) *Cf. EE. III, 267, 2:* providentes insuper necessaria itineris eius. 4) *In G secuntur haec:* Et simili auctoritate huius apostolici privilegio adiunctus est huic legationi Anskarius episcopus cum sociis suis confirmatione Eugenii sequentis pape; quos succedens et Gregorius praesul eadem roboratione ausit (= auxit?), et Simonem archiepiscopum *(sc. Gauzbertum, postea episcopum Osnabrugensem)* cum An-

12. Epist. spur.

Paschalis I. papa Bernardo abbati Ambroniacensi praecipit, ne oblatum archiepiscopatum Viennensem aspernetur. Epistola spuria[1].

Edd. Mabillon, Acta SS. ord. Ben. saec. IV, 2, 562 in fragmento vitae S. Barnardi edito ex cod. Ambroniacensi (= M) = Migne, Patrol. lat. CXXIX col. 979; Estiennot, Vie de S. Barnard ed. Giraud, Essai sur l'abbaye de S. Barnard I p. XLV ex eodem cod. (= E). — Jaffé Reg. 2547.

PASCHALIS[a] EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI VENERABILI ABBATI AMBRONIACI[2] IN DOMINO SALUTEM.

Cum militiam et saecularem deposueris dignitatem, cur Deo militare vel principari fugias, admodum miramur. Neque enim sine reatu divino apparebit conspectui, qui multorum salute neglecta sibi tantum utilis esse quaerit. Quocirca fraternitatem tuam commonemus et commonentes obtestamur, ne divinae dispositioni rebellis esse contendas. Nemo enim secundum apostolum sibi sumit[b] honorem, sed qui vocatur a Hebr. 5, 4. Deo tamquam[c] Aaron. Cum igitur vocatum Viennensis ecclesia te in suum pastorem elegerit, apostolica vice, quam licet indigni tenemus, praecipimus[d], ut opus bonum[e] suscipias, quia de gloria tua ante Christi tribunal erunt hi[f], qui per te salvabuntur. Quod si renueris, quam sententiam notarius filius noster Gregorius, quem de latere nostro misimus, super inobedientia tua[g] dictaverit, validam ratamque censemus.

13.

Gregorius IV. papa Otgario archiepiscopo Moguntino de muneribus missis gratias agit. Quod petiisset, corpus sanctum nondum repertum esse nuntiat. 827—844.

Cod. Vindob. 751 (Theol. 259) s. IX., inter S. Bonifatii epp., fol. 75', quem contulit G. H. Pertz.

Edd. Serarius, Epp. S. Bonif. n. 116 ex cod. = de la Bigne, Bibl. max. patrum XIII, 103 = Würdtwein, Epp. S. Bonif. n. 137 = Gilesius, opp. S. Bonif. II, n. 127 = Mabillon, Veterum anal. nova ed. (Parisiis 1723) p. 570 = Migne, Patr. lat. CXXIX col. 998; Jaffé, Bibl. rer. Germ. III, 325 ex cod., cuius editionem integram repetimus. — Jaffé Reg. 2584.

---

a) Pascalis *E.* b) assumit *E.* c) sicut *E.* d) precepimus *E.* e) bonum opus *E.* f) quia erunt gloria tua ante Chr. tr. ii *E.* g) *om. E.*

skario pontificali pallio pariter decoratos *(an* decoravit, ut*?)* in archiepiscopali dignitate, si non temporaliter opulenti, spiritaliter tamen roborati, verbum Domini gentibus porrigentes, decus divinum in ipsis vigeret sublimiusque coruscaret in omnibus (porrigentes *neglegenter fortasse librarius scripsit pro* porrigerent et). *Cf. Simson l. l. I, 211. 265. 283, Jaffé Reg. 2564. 2574.*

1) *Bernardum iam per septem fere annos ante pontificatum Paschalis I.* (817—824) *ecclesiae Viennensi praefuisse constat. Ipse auctor illius vitae, quae epistolam nostram continet, eum imperante Carolo Magno ad archiepiscopalem dignitatem electum esse testatur. Cf. Adonis Viennensis chron. SS. II, 320. 322; Bernardi epitaphium ap. Mabillon l. l. saec. IV, 1, 586; Duchesne, Fastes episcopaux I, 150. In Ludowici imperatoris privilegiis Bernardus archiepiscopus Viennensis iam a. 815. saepius occurrit, cf. Mühlbacher Reg. n. 550. 563. 582. Quomodo ergo Paschalis papa, ne archiepiscopatum aspernaretur, ei praecipere potuit? Ceterum papam electo episcopo Franco sub poena talia mandasse, tunc temporis prorsus est inauditum. Forma denique epistolae magis ad saec. XII. vel XIII., quam ad nonum spectare videtur; de legatis a latere missis cf. Hinschius, Kirchenrecht I, 506. Ad illustrandam S. Bernardi humilitatem litterae nostrae sine dubio confictae sunt, fortasse ab eodem, qui vitam illius scripsit. Auctor chronicae antistitum Viennensium a. 1239. confectae (Docum. rel. au Dauphiné II, 5, 25) earum iam notitiam habuisse videtur; Bernardum enim 'iussu Paschalis papae fuisse consecratum episcopum Viennensem a. 817.' refert. Nos sane epistolam hanc spuriam ac nullius valoris in nostra editione non repetiissemus, nisi B. Simson (Jahrb. des fr. R. unter Ludw. d. Fr. I, 213; sed cf. ib. n. 3), A. Hauck (Kirchengesch. Deutschlands II, 443), alii docti viri ea, in Jaffei Regestis non prorsus reiecta, tamquam genuina usi essent.*

2) *Ambronay s. or. Lyon.*

827—844. GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO OTGARIO ARCHIEPISCOPO[a][1].

Quod nos tanto amore ac benignitate diligitis, plus hoc vestra sanctitas quam nostra merita faciunt. Quod tamen maxime muneribus directis agnovimus, pro quibus maximas vobis gratias agimus; quia totum erga sedis apostolicae praesulem, ut condecet, curatis inpendere, cuius nos vicissitudinem[b] Deo volente sanctitati vestrae supplere studemus.

De corpore vero sancto, quod nobis humiliter vestra quaesivit prudentia, quod dirigere non habuimus, quoniam cuncta sanctorum corpora[c] praedecessores nostri nobiscum communiter detulerunt et unumquodque eorum ecclesiis noviter dedicatis summa veneratione condidimus. Proinde benivolentiam vestram praecamur, ut nobis spatium inquirendi diligentius praebeatis, quatenus corpus sanctum invenire valeamus ad vestram conplendum petitionem. Et si inventum fuerit, vestra nobis credere dignetur industria, statim, quod petistis, perficiemus. Modo vero illud non misimus, quia inquirentes nequaquam invenire valuimus.

14.

Gregorius IV. papa universos episcopos se Aldricum episcopum Cenomanensem a quorumcumque aemulorum iniustis iudiciis apostolica auctoritate defensurum esse certiores facit. *(833. Iul. 8)*[2]. *Epistola spuria*[3].

E codicibus, qui totam praebent epistolam, solus antiquus est Parisinus lat. 1557 (Colb.) s. X. f. 7' (= C), quem H. Lebègue et nos contulimus. Textum similem, sed paulo mendosiorem olim praebuit codex quidam S. Mariae supra Minervam Romanus, quondam cardinalis de Turrecremata († 1468), nunc deperditus (= M), quem Baronius 'vetustissimum' dicit[4]. *Hic cum epistolam nostram ex eodem fonte atque C hausisse videatur, multa menda ambobus codicibus communia sunt. Tres enim codices moderni ex M exscripti sunt, ita ut ex eis textum codicis M magna ex parte restituere possimus, videlicet: cod. Parisinus lat. 3859 A (Mazarin.) s. XVII. f. 89 (= Maz.), quem contulit H. Lebègue, cod. Romanus bibliothecae Vallicellanae C 15 s. XVI. f. 262 (= Vall.) et cod. Vatic. 4898 s. XVI. f. 83' (= Vat.)*[5], *qui nunc iam nihil continet nisi initium epistolae; hos codices contulerunt R. Arnold et J. Kaufmann. Quorum trium codicum non omnes varias lectiones annotavimus, cum nullius pretii sit, mendis modernorum scribarum editionem nostram onerare; sed paucis locis exceptis eas tantum lectiones, quae illis codicibus communes et ideo ex M derivatae sunt, littera M significatas recepimus.*

Textum prorsus diversum et multis locis meliorem praebet cod. Parisinus lat. Baluze 45 s. XVII.

---

a) Otgarii archiepiscopi *C.* b) dicessitudinem *C.* c) corpara *C.*

1) 826—847. 2) *Cf. annotationem nostram extremae epistolae additam. Cum Aldricus episcopus Cenomanensis (22. Dec. 833—7. Ian. 856) secundum additamentum gestorum Aldrici (SS. XV, 325. 326) anno demum 840. a 'tyrannica quadam potestate' ex episcopatu suo pulsus sit, epistolam nostram post illud tempus scriptam esse verisimile est.* 3) *Hanc epistolam ex permultis decretalium aliorumque fontium locis consutam spuriam esse nemo est, quin censeat. De quibus fontibus investigandis P. Hinschius (Decretales Pseudoisidorianae p. CLXXXVIII sq.) optime meruit, paucos B. Simson (Die Entstehung der pseudoisidorischen Fälschungen in Le Mans, Leipzig 1886 p. 18 sq.) adiecit, nonnullos nos superaddimus; alios lector fortasse adinveniet. Qui scripserit epistolam Gregorio IV. papae falso addictam, eundem esse atque auctorem decretalium Pseudoisidorianarum, capitularium collectionis Benedicti Levitae, capitulorum Angilramni B. Simson (l. l.), qua est sagacitate, disputavit, cui equidem prorsus assentior. Quapropter annotationibus nostris contra usum alias adhibitum et fontes et similes Pseudoisidori, Benedicti Levitae, Angilramni locos plerumque in extenso inserendos esse censemus, ut ipse lector videat, quomodo et illi et noster falsarius iisdem fontibus usi sint. — B. Simson et ipse contendit eundem auctorem etiam 'Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium', quibus in cod. B epistola nostra adiuncta est, et 'Gesta Aldrici episcopi Cenomanensis' scripsisse. Sed alii docti viri in hac parte ab eo dissentiunt, cf. inprimis G. Waitz SS. XV, 304 sq. et J. Havet, Questions Mérovingiennes VII, Biblioth. de l'école des chartes t. 54 a. 1893; quae hic disserere longum est.* 4) *De quo codice cf. Nürnberger, Neues Archiv VII, 358, Dümmler EE. III, 222.* 5) *De quibus tribus codicibus cf. ibidem.*

f. 110' (= B), quem contulit H. Lebègue. Hic codex ab Andrea Duchesne ex codice Cenomanensi s. XII. nunc deperdito[1] *exscriptus et postea alia manu, ut videtur Mabillonis, emendatus, epistolam Gregorii IV. actibus pontificum Cenomanensium insertam nobis servavit*[2]. (833 Iul. 8).

Fragmentum denique epistolae legitur in Cod. Ambianensi 44 s. XI. ex. f. 56 (= A), quem ipse contuli[3].

Edd. Caraffa, Epistolarum decretalium summorum pontificum tom. II, Romae 1591 p. 765 sq. ex M, qua editione nos ad textum codicis M restituendum usi sumus (= Car.); Baronius, Ann. eccl. a. 839. n. 1 sq. ex M[4] *et ex codice nescio quo Vaticano, an codice Vaticano 4898?*[5]*; hanc editionem repetiverunt collectiones conciliorum Binii, Harduini etc. = Mansi, Conc. coll. XIV col. 513 (cum nonnullis variis lectionibus editionis Caraffae) = Migne, Patr. lat. CVI col. 853; Bull. Rom. E. T. I, 284 ex Car. et Baron.; Mabillon, Anal. vet. III, 277 (ed. nova p. 298) ex B = Hinschius, Decr. Pseudoisid. p. CLXXXVIII = Simson, Entstehung der pseudois. Fälschungen p. 18. Nonnulla epistolae fragmenta inveniuntur in Gratiani decreto (ed. Friedberg), ad quae emendanda correctores Romani usi sunt codice M, et in aliis canonum collectionibus, quas Friedberg annotavit; eadem et alia in Ivonis Carnotensis decreto (ed. Fronto, Parisiis 1647).*

DILECTISSIMIS FRATRIBUS UNIVERSIS COEPISCOPIS
PER GALLIAM, EOROPIAM[a], GERMANIAM ET PER UNIVERSAS PROVINTIAS CONSTITUTIS[6]
GREGORIUS EPISCOPUS[b] SERVUS SERVORUM DEI[7].

Divinis praeceptis et apostolicis saluberrimis incitamur monitis, ut pro omnium [ecclesiarum][c] statu inpigro vigilemus[d] effectu[8]. Et quia cunctarum divina dispensatione ecclesiarum curam gerimus[9], omnibus nostra poscentibus[e] suffragia apostolica auctoritate[f] subvenire obtamus[g]; quoniam divinae virtutis et infirmitatis humanę sanctio est, ut omnium ecclesiarum negotia ad nostrae reparationis tendant[h] effectum[10].

Quapropter has ad vos litteras destinamus, in quibus decreto[11] nostro vestram[i] rogantes caritatem mandamus[k], ut si aliquis, quod non optamus, suorum aemulorum Aldricum Caenomannicae[l] ecclesie episcopum[12] accusare dampnabiliter attemptaverit[m], ut honoretur beati principis apostolorum Petri[n] memoria ecclesieque Romane, cui

a) Europam *B, M.* b) *om. B, M.* c) *om. C, B, Vat., Car.; legitur in Vall., Maz.* d) vigilem *C.* e) poscentes *C.* f) *Hic explicit cod. Vat. 4898.* g) optamus *B, M.* h) tendat *M.* i) *corr. ex* nostram *C.* k) non damus *C.* l) Cenomanicae *B, M.* m) atemptaverint *corr.* -rit *C*; adtractaverit *B.* n) Petri apostolorum principis *M.*

1) *Cf. Havet l. l. p. 650.* 2) *Ibi legitur sub hac inscriptione:* Epistola Gregorii papae, qualiter, si aliquis Aldricum Cenomanicae urbis episcopum accusaverit, causa eius non ab alio quam Romano pontifice terminetur. Quae etiam in exemplum aliis episcopis prodesse poterit. 3) *Sub hac inscriptione:* Gregorius universis coepiscopis per Galliam, Europam, Germaniam et per universas provincias constitutis pro Aldrico Cenomannorum episcopo decretum apostolicę sedis mittens ait. 4) *Baronius codice Vallicellano, exemplo codicis M, usus esse mihi videtur.* 5) *Hunc codicem Vaticanum non magni fuisse valoris ex Baronii editione efficere possumus.* 6) *Falsarius in hac inscriptione vetustiorem cuiusdam papae epistolam imitatus esse videtur, cf. e. g. epistolam Leonis M. (ed. Ballerini I col. 611):* Leo — universis episcopis per Campaniam et Picenum vel Tusciam et per universas provincias constitutis *etc.* 7) *Inscriptio:* Dilectissimis — Dei *legitur etiam in Ivonis Carnotensis decreto V, 349.* 8) *Leonis Magni ep. 16 (ed. Ballerini I, 715):* Divinis praeceptis et apostolicis monitis incitamur, ut pro omnium ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. *Cf. Pseudoisid. Soth. 3 (ed. Hinschius p. 124):* Divinis praeceptis et apostolicis monitis informamur, ut — affectu; *Fab. 1 p. 156:* Divinis praeceptis et apostolicis monemur institutis, ut pro cunctarum aecclesiarum — affectu; *Zepph. 10 p. 133:* ut pro universali Christi sanguine redempta aecclesia inpigro laboremus effectu; *Iul. 11 p. 466:* ut nos divinis praeceptis et apostolicis monitis informati, qui pro omnium ecclesiarum statu inpigro vigilare debemus effectu. 9) *Cf. Leonis M. ep. 5 c. 2 (l. l. col. 617):* Et quia per omnes ecclesias cura nostra distenditur. 10) *Leonis M. ep. 16 c. 3 (l. l. col. 718):* — totumque quicquid in illo et virtutis divinae est et infirmitatis humanae, ad nostrae reparationis tendat effectum. 11) decreto nostro — fuerit praeceptum auctoritate *leguntur etiam in Gratiani decreto p. II c. 2 q. 6 c. 11 et in aliis canonum collectionibus, cf. ib. ed. Friedberg p. 469. 470 n. 73. In Ivonis decreto V, 349 pergitur usque ad verba haec:* quam hic insertum est, fiat ullo modo. 12) *832—856; de cuius vita cf. Gesta Aldrici ed. Charles et Froger, Mamers 1889 p. V sq.*

(833 Iul. 8). praesedit, privilegium nostrique[a] nominis auctoritas[b], liceat illi post auditionem primatum dioceseos, si necesse fuerit, nos appellare et nostra auctoritate, aut ante nos aut ante legatos nostros e latere missos iuxta patrum decreta suas exercere[c] atque finire actiones, nullusque illum ante haec[d] iudicet aut iudicare praesumat. Sed si quid, quod absit[e], grave intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, ut nihil prius de eo, qui ad sinum sanctae Romanę confugit ecclesiae eiusque inplorat auxilium, decernatur, quam[f] ab eiusdem[g] ecclesie fuerit praeceptum auctoritate, quae vices[1] suas ita aliis inpertivit ecclesiis, ut in partem sint vocate sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis[2].

Proinde[3] dilectio vestra, quorum[h] devotione gaudemus, iungat curam suam dispositionibus nostris et det operam, ut non cuiusquam[i] praesumptione circa memoratum fratrem[k] vestra provisione vel successorum vestrorum, si ipse superstes fuerit, aliter, quam hic insertum est, ullo modo fiat[l], sed haec, quae ad eius tuitionem atque defensionem praedicta hic auctoritate suggesta sunt atque salubriter ordinata, absque ulla apologia[m] pleniter inpleantur[3]. Si[4] autem, quod non arbitramur, a quoquam secus praesumptum[n] fuerit, et ab officio cleri summotus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur[5], ne lupi, qui sub
cf. Tob. 4, 16. specie[o] ovium subintrarunt[p], bestiali sevitia quosque audeant dilacerare[q 6], et quod sibi fieri nolunt, aliis inferre praesumant[4]. Nec quisquam[r] fribola[s] aut contentiosus sive contumax haec nos inrationabiliter praecipere[t] contendat, cum et auctoritate canonum et praedecessorum nostrorum decretis sancitum[u] sit[v], ut episcopus accusatus, si voluerit, appellet Romanum pontificem et ad eum, si libuerit, confugiat, ut ab eo eius audiatur causa aut ipse e latere suo legatos, qui eam audiant, mittat, qui iuste omnibus cum episcopis comprovincialibus[w] eius auctoritate iudicent[7]; que omnia hic necesse non est[x] inserere, ne proditores magis quam[y] praeceptores esse videamur. Et sanctae recordationis Innocentius antecessor noster inter cetera sic ait: Si maiores cause in medio

---

a) nostri *C, Maz., Car.* b) *sequ.* et *C, B, Maz.* c) exerere *C.* d) hoc *B.* e) abssit *C.* f) *sequ.* quod *B.* g) eius *M* (*sed Car.* eiusdem). h) *sequ.* dilectio *eras. C.* i) cuiusdam *C.* k) fratrum *C.* l) *om. M.* m) apollogia *C.* n) *corr. ex* praesumtum *C.* o) speciae *C.* p) subintraverunt *B.* q) delacerare *C.* r) quisq. *C.* s) *sic pro* frivolus *C;* frivola *corr.* frivolus *B;* frivola *M.* t) praecipi *B.* u) sanctitum *C.* v) est *C, M.* w) cum provincialibus *C.* x) non est necesse *B.* y) que *C.*

1) Romana ecclesia vices suas ita — dispositionibus nostris *leguntur etiam in Ivonis decr. V, 11.* 2) *Leonis M. ep. 14 c. 1 (l. l. col. 686):* Sed etiam si quid grave intolerandumque committeret, nostra erat expectanda censura, ut nihil prius ipse decerneres, quam quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuae credidimus caritati, ut in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. *Cf. Pseudoisid. Sixt. II, 8 p. 193:* ut si quicquid grave intolerandumque committerent, nostra prestolaretur censura, ut nihil prius aut aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognoveritis; *Iul. 19, p. 474:* si etiam quicquam grave intolerandumque committerent, nostra prestolaretur censura et nihil prius aut aliud decerneretis, quam quod nobis placere cognovissetis; *Damasus 18. 19 p. 505. 506:* nostrum fuerat expectandum examen — et si quid eis grave intolerandumque accideret, eius est semper expectanda censura; *Vigil. ep. ad Profut. c. 7:* Ipsa namque ecclesia, quae prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, ut in parte sint vocatae sollicitudinis, non in plenitudine potestatis. 3) Proinde — impleantur: *Leonis M. ep. 2 c. 2 (l. l. col. 595. 596); cf. ep. 18 col. 731.* 4) Si autem — praesumant *leguntur in Grat. decr. l. l.; cf. supra p. 73 n. 11.* 5) *Inn. I. ep. ad Vict. ep. Rotom. c. 3 (Collectio canon. Hispan. n. 7, Hinschius, Decret. Pseudoisid. p. 530):* Quod si quis forte praesumpserit, ab officio clericatus submotus et iniuriarum reus ab omnibus iudicetur. 6) *Leonis M. ep. 2 c. 2 col. 594 (cf. col. 730) = Pseudoisid. Marc. 1 p. 453.* 7) *Cf. concil. Sardic. c. 7, coll. can. Dionysio-Hadriana ed. Iustelli in Bibl. iuris can. vet. I, 138:* Placuit autem, ut si episcopus accusatus fuerit — si appellaverit — et confugerit ad episcopum Romanae ecclesiae et voluerit se audiri *etc.* — quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri — moverit episcopum Romanum, ut e latere suo presbyterum mittat, erit in potestate episcopi *etc.* — Et si decreverit mittendos esse, qui praesentes cum episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, a quo destinati sunt, erit in suo arbitrio *etc.*

fuerint devolute, ad sedem apostolicam, ut Nicęna sinodus definivit et beata[a] consuetudo exigit[b], referantur[c 1], et multa talia, quae in suis auctoribus[d] pleniter inveniuntur[2]. (833 Iul. 8).

Nec alicui fratri haec gravia aut inutilia videri debent[e], quoniam sicut praedicto fratri sancti Petri et nostrae sancte[f] sedis auctoritate succurrimus, ita omnibus, quibus necesse fuerit, et debemus subvenire et[g] inpigre volumus. Et sicut quisquam sibi subveniri cupit, ita alium adiuvare debet et non eius auxilium moleste ferre, cum apostolus moneat omnes gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Rom. 12, 15.

Nos vero ad hunc finem omnem nostrum affectum curamque dirigimus, ut quod ad exaltationem[h] sanctae Dei ecclesię et quod ad custodiam et profectum pertinet sacerdotum, nulla dissensione[i] violetur, nulla desidia neglegatur[3].

Super[4] quibus si quis nos arguere voluerit aut extra auctoritatem facere contenderit, veniat ad sedem apostolicam, quo omnia ecclesiastica negotia, de quibus questio habetur, confluere iussa sunt[k 5], ut ibi[l] ante confessionem sancti Petri mecum[m] iuste decertet, quatenus inibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam[4].

Vos, fratres, hortamur[n] et monemus, ut, quae a nobis pie vobis circa praedictum fratrem mandata sunt eiusque pro simplicitatis defensione salubriter ordinata atque iniuncta nulla concertatione turbentur, quoniam non intervenit temeritas praesumptionis, ubi est diligentia pietatis[o 6]. Nemo vestrum quod suum est quaerat, sed quod alterius, et quod apostolus inquid[p]: Unusquisque proximo suo placeat in bonum[7] et reliqua. Preceptis[8] ergo 1. Cor. 10, 24. Rom. 15, 2.

---

a) beata *corr.* inveterata *m. 2 B.* b) exegit *B.* c) referant *B.* d) auctoritatibus *C; cf. Pseudoisid. praef. p. 19 n. 1;* actoribus *B;* auctoribus *M.* e) *sic corr. ex* debere *vel* deberi *m. 2 B.* f) *om. M.* g) et subvenire *C;* et *om. B, M.* h) aexaltationem *C.* i) *corr. ex* dissentio *m. 2 B.* k) iussum est *B.* l) ubi *C.* m) nobiscum *B.* n) *corr. ex* ortamur *C.* o) *om. M.* p) inquit *B.*

1) *Innoc. I. ep. ad Vict. ep. Rotom. supra p. 74 n. 5 laud. c. 3:* Si — apostolicam, sicut vetus consuetudo exigit, *(Dionys. l. l. p. 197:* sicut synodus statuit; *recensio collectionis Hispanae, quae in cod. Vat. 1341 continetur et collectio can. codicis Monac. 5508 (Diess. 8):* sicut synodus statuit et beata consuetudo exigit; *cf. Maassen, Pseudoisidor. Studien, ed. sep. ex S.-B der Wiener Akad., ph.-hist. Kl. 1884 t. 108 p. 6. 24. 26. 27. 44 et eiusdem Gesch. der Quellen des canon. Rechts I, 624 sq.)* post iudicium episcopale referantur. *Cf. ibid. c. 1 p. 529:* hoc enim et synodus Nicaena constituit atque definivit. *Cf. Benedict. Levit. II, 381 (LL. II, 2, 94):* Si — apostolicam, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, per iudicium episcopale referatur. *Ibid. III, 260 p. 118:* Si — apostolicam, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, incunctanter referantur. *Pseudoisid. Pelag. II p. 724:* Maiores vero et difficiles quaestiones, ut sancta synodus statuit et beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur. *Verba haec:* per iudicium episcopale *hic et ap. Ben. Lev. III, 260, sicut in nostra epistola, omissa sunt. Cf. Anacl. 17 p. 74; 34 p. 84, Zepph. 6 p. 132, Gai. 7 p. 218 Marcelli 2 p. 224, Iul. 7 p. 460, Vigil. 7 p. 712.* 2) *Cf. Pseudoisid. praef. VI p. 18:* Si quis autem hoc plenius scire et legere voluerit, suis in auctoribus (*al.* auctoritatibus) invenire et legere pleniter poterit; *cf. Simson l. l. p. 58 sq.* 3) *Leonis M. ep. 14 c. 11 (l. l. col. 690):* Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut quod ad unitatem concordiae, et quod ad custodiam pertinet disciplinae, nulla dissensione violetur, nulla desidia negligatur. *Cf. Pseudoisid. Iul. 9 p. 461:* quatenus ea, quae sunt ab apostolis eorumque successoribus statuta, nulla desidia neglegantur, nulla dissensione violentur, nulla concertatione turbentur. 4) Super quibus — suscipiat suam *nonnullis verbis mutatis leguntur in Grat. decr. p. II c. 2 q. 7 c. 42 et in aliis canonum collectionibus, cf. ibid. ed. Friedb. p. 497. 498 n. 480.* 5) *Ibid. col. 692:* — per quos ad unam Petri sedem universalis ecclesiae cura confluеret. *Cf. Pseudoisid. Melch. 3 p. 243:* — semper maiores cause — ad unam beati principis apostolorum Petri sedem confluerent, ut inde suscipiant finem iuditiorum, unde acceperunt initium institutionum *etc. Cf. Iul. 9. 17 p. 461. 473.* 6) *Leonis M. ep. 167 c. 17 col. 1427:* quia non temeritas intervenit — pietatis. 7) *Eiusdem ep. 14 c. 11 (l. l. col. 690. 691):* hortor et moneo, ut quae pie sunt ordinata salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur. Nemo quod suum est quaerat, sed quod alterius, sicut apostolus ait: 'unusquisque' *etc. Cf. Pseudoisid. Iul. 9:* nulla concertatione turbentur *cf. supra n. 3. Anacl. 33 p. 84:* nemo tamen quod suum est querat, sed quod alterius, unde ait beatus apostolus Paulus: 'Unusquisque' *etc.* 8) Praeceptis — habere desideratis *leguntur in Grat. decr. p. I dist. 12 c. 2 et in aliis canonum collectionibus, cf. ib. ed. Friedb. p. 27. 28 n. 11.*

(833 Iul. 8). apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedientiam, quę a sancta Romana et apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere inpleantur [1], si eiusdem sanctae ecclesię, que est capud vestrum, communionem habere desideratis. Qui autem se sciunt quibusdam esse praepositos, non ferant moleste aliquem sibi esse praelatum, sed oboedientiam, quam exigunt, etiam ipsi dependant [2].

Unde liquet, quod omni studio devotionis unanimes divinis et apostolicis praeceptionibus parere [3] debeatis et in nullo inoboedientes, quod absit, effici. Nam licet [4] plerumque [a] accidant sacerdotibus, quae sunt reprehendenda, plus tamen erga corrigendos agat benivolentia quam severitas, plus cohortatio [b] quam commotio [c], plus caritas quam potestas [5], cum nemo nostrum sine reprehensione aut sine peccato vivat. Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum [d] praeceptorem nostrum apostolum Petrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi ergo magis sunt [e] atque corrigendi rectores ecclesię, quam statim et absque nostro consultu [f] iudicandi [4], cum maiora negotia et difficiliores causarum exitus [6] sanctorum patrum canones spiritu [g] Dei conditi et totius mundi reverentia consecrati [7] iubeant sub nostrae sententiae expectatione suspendere [6] nostroque [h] moderamine finire [i]. Unde necesse est haec et alia ecclesiastica quaeque negotia post multarum experimenta causarum sollicitius [k] prospici et diligentius praecaveri, quatenus per spiritum caritatis et pacis omnis materies scandalorum [l] et praesumptio iuditiorum [m] atque oppressio simplicium [n] fratrum de ecclesiis Domini auferantur [8]. Et sicut non vult
cf. Tob. 4, 16. quisquam fratrum se aliorum iuditio praegravari, ita non audeat alii inferre [o], quod sibi
Matth. 7, 1. 2. non vult fieri, reminiscens praecepti domini [p] salvatoris, quo ait: 'Nolite iudicare, ut non iudicemini [q]; in quo enim iuditio iudicaveritis, iudicabimini' et reliqua [r] [9]. Nihil

---

a) pleraque *B;* et plerumque *M.* b) quohortatio *C.* c) *corr. in* comminatio *m. 2 B.* d) *sequ.* Petrum, *quod verbum post* apostolum *iterum scriptum est C.* e) sunt ergo magis *M.* f) consulto *B, M.* g) canonis spiritum *C.* h) nostro *C, M.* i) finiri *M.* k) sollititius *C.* l) *corr. ex* scandalarum *C.* m) *corr. in* invidorum *m. 2 B;* Iudeorum *M.* n) simplicum *C.* o) inferri *C, Maz.* p) domini praecepti *C;* domini praeceptum *M.* q) et non iudicabimini *B.* r) et reliqua *om. B.*

1) *Anastasii II. ep. ad Anast. imper. c. 6 (Hispan. n. 84, Hinschius p. 656).* 2) *Leonis M. ep. 14 c. 11 (l. l. col. 692):* Qui ergo scit se quibusdam esse praepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse praelatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. *Cf. Pseudoisid. Iul. 9 p. 461:* qui ergo scit se quibusdam propositum (*al.* praepositum) *etc. Iul. 11 p. 466:* „Unde qui se scit aliis esse prepositum *etc. Vigil. 7 p. 712:* nam et qui se scit aliis esse prepositum *etc.* 3) *Leonis M. ep. 12 c. 9 col. 666:* ut concorditer salubres suscipiatis hortatus et nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus pareatis. *Cf. Pseudoisid. Vigin. 5 p. 115, Corn. 2 p. 172, Lib. 3 p. 497 = Leonis ep.; Greg. M. ad Fel. p. 750:* ut concorditer omnia statuta sanctorum patrum nostrorum teneamus, nihil videlicet per contentionem agentes, sed ad omne studium bone devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus auxiliante Domino pareamus. 4) Licet plerumque — quam statim iudicandi *leguntur in Grat. decret. p. 1 dist. 12 c. 4 et in aliis canonum collectionibus, cf. ib. ed. Friedberg p. 161. 162 n. 44. In Ivonis decr. V, 368 pergitur usque ad verba haec:* quod sibi non vult fieri. 5) *Leonis M. ep. 14 c. 1 col. 684:* ut licet nonnumquam accidant, quae in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis *etc. Cf. Ben. Lev. add. IV, 8, l. l. p. 147, 49—52:* — plus erga corrigendos agere debet benivolentia *etc.* 6) *Leonis M. ep. 14 c. 1 col. 683:* nam cum maiora negotia et difficiliores causarum exitus liberum tibi esset sub nostrae sententiae expectatione suspendere. *Cf. Pseudoisidori locos supra p. 75 n. 1 laudatos.* 7) *Ibid. c. 2 col. 687:* Igitur secundum sanctorum patrum canones spiritu Dei conditos et totius mundi reverentia consecratos. *Cf. Pseudoisid. Rescript. Dam. ad Aurel. p. 21:* Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu Dei conditi et totius mundi reverentia consecrati, fideliter a nobis est scienda *etc.* 8) *Ibid. c. 1 col. 686. Cf. Pseudoisid. Iul. 8. 9 p. 461* necesse est — precaveri. 9) *Cf. Pseudoisid. Melch. 2 p. 243:* Et quod vobis non vultis fieri, alteri facere nolite. Mementote sermonis Domini semper, qui ait: 'Nolite' *etc. Cf. Damas. 14 p. 504:* et quod sibi quis fieri iuxta dominicam vocem non vult, alii inferre non praesumat, et in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis *(Matth. 7, 2). Separatim duo illi sacrae scripturae loci a Pseudoisidoro saepius laudantur, cf. Hinschius p. CXVII et CXIX. Cf. etiam Ben. Lev. III, 198 l. l. p. 114.*

enim[a] per nostram[b] facilitatem[c] tribunalis excelsi iudicio[d] derogare[e] debemus, cui illa sunt rata, quae pia, quae vera, quae iusta sunt; et aliter necessitatis, aliter[f] tractanda est ratio voluntatis[g]. Nullum enim intemptatum[h] reliquit[i] inimicus; idcirco succurrendum est inretitis. Conterendus est ergo venantis laqueus[k], ut fugatis lamentationibus tam iustitiae moderatione[l], quam compunctione pietatis apostolica auctoritate sol laetitiae[m] in oculis splendeat corruentium. Nec[1] pigeat forsitan aut pudeat nostris oboedire mandatis aut apostolice sedis[n] obsecundare[o] preceptis, quia humilibus datur gratia, non superbis[1]. Nam[p] nulli[q] [2] fas est vel velle vel posse transgredi apostolicae sedis praecepta[r] nec nostrae[s] dispositionis ministerium, quod vestram[t] sequi oportet caritatem[u]. (833 Iul. 8). Cf. Ps. 123, 7. 1. Petr. 5, 5.

Sit ergo ruine suae dolore prostratus, quisquis[v] [3] apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat ministerio[w]; non[x] de eius iuditio quisquam postea curam habeat[y], quoniam iam dampnatus a sancta et[z] apostolica ecclesia ac[a] auctoritate suaque[b] inobedientia atque presumptione a quoquam esse non dubitatur: quia[c] maioris excommunicationis deiectione est exigendus[d], cui sanctae ecclesie commissa fuerit[e] disciplina[4], qui non solum praelate[f] sanctae[g] ecclesie iussionibus parere debuit, sed etiam aliis[h] ne praeterirent insinuare, sitque[i] alienus a divinis et pontificalibus[k] officiis, qui noluit praeceptis obtemperare apostolicis[l] [2]; maneatque[m] memoratus Aldricus[n] hac apostolica auctoritate usque ad praesentiam sedis apostolicae semper episcopus, nec antequam huc veniat, talium aut aliquorum[o] verbis intendat nocuis[p] neque eorum subcumbat iuditio, aut ullam nevam[q] suscipiat sententiam nec[r] nobis sicut illi[s], quod minime arbitramur, inhobediens existat, prędictęque apostolicę, si voluerit, sanctae sedis[t], et necesse fuerit[u], appellet[v] antistitem[5] et ad eum libere absque ullius pergat[w] impedimento nec conligari nec iudicari vel

---

a) ergo, rgo *corr. m. 2 B.* b) nostri *C.* c) fallicitatem *C; sed super* fa *ead. m. superscripsit* ci. d) excelso iudici *C, M.* e) *corr. ex* derogari *m. 2 B.* f) *om. B.* g) *sequ.* aliter *B.* h) *Sic scripsi pro* intemeratum *C, M;* intentatum *B, ubi in margine:* al. intemeratum *add. m. 2. Cf. infra n. 3.* i) relinquid *C.* k) laquaeus *C.* l) moderamine *B.* m) solertiae *pro* sol laetitiae *C.* n) *add. m. 2 B.* o) observare *C, M.* p) *Hic incipit fragmentum codicis Ambianensis:* Nulli fas *etc.* q) nullis *C.* r) decreta *A;* sedis praecepta *om. B.* s) eius *A.* t) omnium *A.* u) karitatem *A.* v) quisq̄ *C;* quisque *M.* w) mynisterio fiat *A.* x) nec *A.* y) -at *abscis. in A.* z) *om. M.* a) hac *B,* eiusque *pro* ac *A.* b) et propria *pro* suaque *A.* c) qui *A.* d) -dus *abscis. in A.* e) fuerat *A.* f) p̄libatę *A.* g) Romanae *add. B.* h) alios *C.* i) sit quae *C;* sit ergo *A.* k) -libus *abscis. in A.* l) pręceptis obędire apostolicis *A, qui hic explicit.* m) maneatque *corr.* maneat itaque *m. 2 B.* n) Aldricius *M.* o) aliquorum *corr.* aliorum *m. 2 B.* p) verborum curet nocivis *B.* q) *sic C, M; corr.* saevam *m. 2 B; intellegendum esse videtur: sententiam, quae ei naevam, i. e. labem, inferat.* r) ne *C.* s) illis *B.* t) sedis sanctae *M.* u) *sic C, B, M; an legendum:* apostolicę sanctae sedis, si voluerit et necesse fuerit? v) apellet *C.* w) *add. m. 2 B.*

1) Nec pigeat — superbis *leguntur etiam in Ivonis decr. V, 11.* 2) Nulli fas — praeceptis obtemperare apostolicis *leguntur in Grat. decr. p. I dist. 19 c. 5 et in aliis canonum collectionibus, (ut in Ivonis decr. V, 11 et 349), cf. ib. ed. Friedberg p. 61. 62 n. 81.* 3) *Felicis III. papae ep. ad episcop. per Sicil. etc. c. 1 (Hispan. n. 79, Hinschius p. 633):* nihilque per nostram facilitatem tribunalis excelsi iudicio derogari, cui — voluntatis. — Nihil enim intentatum reliquit inimicus, cui ne de sua liceat gaudere captura, succurrendum est irretitis et conterendus est venantis laqueus, ut infucatum lamentationibus lapsum tam iustitiae moderatione, quam compunctione pietatis ad aulam, quam reliquerat, sit regressus. Nec pudeat forsitan aut pigeat indictis ieiuniorum gemituumque temporibus obedire, quia humilibus datur gratia, non superbis. Sit ergo ruina sua prostratus, si quis in Christo fieri quaerit erectus, et per dispositionis nostrae ministerium, quod vestram sequi convenit caritatem, nec alicui fas est velle vel posse transcendere causas eius, qui contra apostolicam doctrinam ad iterationem se baptismi dedit. *Cf. Hilarii syn. decr. c. 1 (Hispan. n. 74, Hinschius p. 630):* — ut nulli fas sit — vel divinas constitutiones vel apostolicae sedis decreta temerare. 4) *Ibid.:* quoniam maioris castigationis est exigendus usura, cui domus Domini commissa fuerit disciplina. 5) *Cf. Pseudoisid. Marcelli 2 p. 224:* Romanae — sedi, — ad quam omnes quasi ad capud — episcopi, qui voluerint vel quibus necesse fuerit, suffugere eamque appellare debent *etc.*

(833 Iul. 8). dampnari a quibusdam possit episcopis, qui apostolicis fuerit fultus[a] auctoritatibus, quanto minus[b] ab illis, si factum, quod fieri non credimus, fuerit, qui eorum inobedientia atque protervia praefata iam sunt damnati auctoritate! Quia non aliter persecutores fratrum neque sancte sedis[b*] iussionibus, cui omnis orbis capud inclinat, inoboedientes corrigere seu[c] regere iuxta praecedentium patrum exempla possumus, nisi eos zelo fidei dominicae persequamur[d] et a sanis mentibus, ne pestis[e] haec latius divulgetur, severitate qua possumus abscindamus[f 1]. Quisquis[2] namque conatus fuerit temptare prohibita[g], sentiet censuram sedis apostolicae minime defuturam, et qui monitis noluerit[h] oboedire apostolicis, necesse est, ut severitatis regula vindicetur[2], ne[h*] aliquis aut[i] faciat[k] aut fieri sinat[l], unde alium capiat vel capiendo decipiat sibique causas generet, quibus reus constitutis[m] decretalibus[n] fiat.

Cavete, fratres, neglegere praefata, cavete temptare[o] prohibita, ne praedictis[p] involvamini[q] retiaculis[r]. Nolite sepedictum fratrem absque nostra, ut dictum est, praesentia aut auctoritate iudicare vel condempnare aut gravare; sed, sicut apostolicis[s] est munitus praesidiis, ita vestris fulciatur auxiliis, sitque ab omni sacerdotalis catalogi[t 3] laqueo aut oppressione vel iuditio humano intactus et liber usque ad nostrum, ut praefatum est, iuditium, qui beati principis apostolorum Petri meruit adipisci auxilium. Contra caput ergo nolite extollere[u], nolite beati clavigeri Petri, cuius vice pro
cf. 2. Cor. 5, 20. Christo legatione fungimur[4], sedem eiusque sedis auctoritatem spernere nec[v] eius paciamini offensionem[w] aut scandalum ecclesie generetis, sed magis solliciti pro fratrum salute et liberatione estote et pro sanctae Dei ecclesie salute sumopere[x] laborate. Armamini caritate, non severitate; omnibus vobis ac singillatim[y] occurrat[z] caritas, et vinculis, quae nullis[a] modis a Christo solvuntur, vobiscum pariter in perpetuum connexa[b] laetetur in Domino[5].

Ceterum insectatores fratrum ecclesiastica disciplina comprimere et erudire debetis, qui statuta maiorum[c] non[d] tenentes, Dei sacerdotes atque sanctam ecclesiam, quae in sacerdotibus maxime constat[6], principum[e] ac[f] populorum favorem sequentes et Dei iuditium non timentes sua violare persepe[g] nitantur praesumptione. His ergo nec factis nec consiliis, nec manifesto nec silentio[h] vos oportet praebere consensum, dicente Domino:

---

a) fuerint fulti *M.* b) magis *B; in marg. add. m. 2:* al. minus. b*) sedis sanctae *M.* c) nec *B.* d) *corr. ex* prosequamur *m. 2 B;* prosequamur *M.* e) pestes *C.* f) abscidamus *C, M; cf. infra n. 1.* g) p̄hibita *C; cf. supra v. 12* prohibita. h) *om. C, M.* h*) nec *M.* i) ut *M.* k) fatiat *C.* l) sinet *M.* m) constitutus *M.* n) decretalibus constitutis *B.* o) temerare *C;* temere *M;* tentare *B; cf. supra.* p) *corr. ex* praeductis *C.* q) involvam̄ in *pro* involvamini *C, M.* r) reciaculis *C.* s) apl̄iscis *C.* t) cartologi *B;* cathalogi *M.* u) *sic C, M, B, ubi m. 2 corr.* vos extollere. v) ne *C.* w) offensione *C, M.* x) summopere *B, M.* y) singulatim *B,* sigillatim *M.* z) occurret *M.* a) *corr. in* mille *m. 2 B.* b) conexa *C, M.* c) malorum *B,* maiora *M.* d) *om. C, M.* e) principium *C.* f) et *B.* g) persaepe violare *B.* h) occultis *C, M.*

1) *Leonis M. ep. 7 c. 2 col. 625:* Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores et perditi, zelo fidei dominicae persequamur et a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur, severitate qua possumus abscindamus. *Cf. Pseudoisid. Luc. 8, Fel. I, 18, Marc. 3 p. 180. 206. 454:* et a sanis — qua potestis pro viribus expurgetis (extirpetis). 2) *Coelest. I. ep. ad episc. per Apul. et Calabr. c. 3 (Hispan. n. 35, Hinschius p. 561):* Quisquis vero — defuturam. Quae enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicemus. 3) *Similes locos B. Simson l. l. p. 32 n. 1 adnotavit: Gesta Aldrici 50 (additamentum in SS. XV omissum; cf. Gesta Aldrici ed. Charles et Froger, Mamers 1889 p. 153):* exclusi sunt ab omni sacerdotali catalogo; *Bened. Lev. I, 392 l. l. p. 69:* nullus ex sacerdotali catalogo; *Pseudoisid. Damas. p. 512:* et ideo nec in sacerdotali catalogo habeantur. 4) *Idem locus a Bened. Lev. et Pseudoisid. persaepe laudatur, cf. Hinschius p. CXX.* 5) *Ep. Innocentii I. ad Rufum et Eusebium c. 7 (Hispan. n. 26, Hinschius p. 552).* 6) *Sirmond. append. cod. Theodos. 20, Haenel, Corpus legum p. 241:* quoniam in sacerdotibus ecclesia constat. *Cf. Bened. Lev. II, 99 l. l. p. 78:* Sancta vero ecclesia in sacerdotibus constat. *Pseudoisid. Pius I, 8 p. 118:* non intelligentes, quod aecclesia Dei in sacerdotibus consistit.

'Videbas furem et currebas cum eo[a] [1], et[b] 'non tantum qui faciunt, sed qui facientibus (833 Iul. 8). consentiunt, rei tenentur[c] [2]. Illud[d] dumtaxat vestram debet mentem vehementius exci- Ps. 49, 18. Rom. 1, 32. tare, ut ab omni labe saeculi istius inmunes ante Dei conspectum et securi inveniamini[3], ut caritatem non amittentes[e], adiutores[f] et sustentatores fratrum existatis, quatenus iuxta apostolum unanimes, unum sentientes permaneatis in Christo, nihil per contentionem Phil. 2, 2. 3. neque per inanem gloriam vindicantes[g], non hominibus, sed Deo salvatori[h] nostro per omnia placentes[4].

Hac ergo caritatis conglutinatione compescite, quaeso, a memorato fratre, si quorumcumque[i] cognoveritis animi insidias ac[k] aemulationes[l] [5], eisque dare quoquomodo nolite consensum, quod omnibus duris rebus durius arbitramur[6]. Si quo pacto conversationes non habet amabiles, habendus[m] est[n] tamen pro reverentia[o] sancti Petri, cuius munitur[p] auctoritate, dilectus[7].

Non[8] novum aliquid praesenti iussione praecipimus, sed illa, quae olim videntur indulta, firmamus[9], cum nulli dubium sit, quod non solum pontificalis causatio, sed omnis sanctae religionis relatio ad sedem apostolicam, quasi ad capud ecclesiarum debet referri[10] et inde normam sumere, unde sumsit exordium[11], ne capud institutionis videatur omittere, cuius auctoritatis sanctionem[q] omnes teneant[r] sacerdotes, qui nolunt ab apostolicae petre, super[s]

a) cum eo currebas *M.* b) *om. M.* c) rei tenentur *om. m. 1, add. m. 2 B.* d) *sequ.* ergo *B.* e) admittentes *M.* f) *om. C, M.* g) iudicantes *B.* h) salutori *B.* i) quorum quoque *C.* k) *om. C.* l) aemulationem *M.* m) habenđ *C.* n) *om. B, M.* o) venerantia *B.* p) munitus *C.* q) auctoritate sanctificationem *B;* auctoris sanctionem *M.* r) tenent *B.* s) supra *B.*

1) *Innoc. I. ep. ad. Vict. ep. Rotom. supra p. 74 n. 5 laudat., Hinschius p. 529:* Quosdam enim adseris extitisse, qui statuta maiorum non tuentes, castitatem ecclesiae sua praesumptione violarint, populi favorem sequentes et Dei iudicium non timentes. Ergo ne silentio nostro existimemur his praebere consensum, dicente Domino per prophetam: 'Videbas — eo'. 2) *Cf. Bened. Lev. add. IV, 88 l. l. p. 152, ubi iidem ambo sacrae scripturae loci coniuncti inveniuntur:* De talibus namque ... quia non solum qui faciunt, sed etiam qui facientibus consentiunt, rei sunt, Dominus per eundem prophetam David loquitur dicens: 'Videbas — eo'. *Cf. Ben. Lev. III, 141. 261. 386* (— rei sunt), *l. l. p. 110. 119. 126, et Pseudoisid. Alex. 6 p. 97 et Telesf. 3 p. 111 et Pelag. II p. 723:* quia non — facientibus, rei sunt; *Pius I, 8 p. 119:* quoniam non solum, qui talia agunt, sunt huius criminis rei *etc. Luc. 7 p. 179:* quia non solum qui fatiunt, rei iudicantur *etc. Iul. 10 p. 463:* Non solum qui faciunt, culpabiles existunt *etc. Cf. Anacl. 19 p. 77, Fabian. 6 p. 159. — In sacra scriptura Rom. 1, 32 leguntur haec:* — quoniam, qui talia agunt, digni sunt morte, et non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. 3) *Innoc. I. ep. ad Vict. ep. Rotom. supra p. 74 n. 5 laudat., Hinschius p. 529:* Illud certe tuam debet mentem vehementius excitare, ut ab omni labe seculi istius ante Dei conspectum securus inveniaris. 4) *Cf. eandem epistolam in fine, Hinschius p. 530.* 5) *Eiusdem ep. ad Rufum etc. supra p. 78 n. 5 laud. c. 7, Hinschius p. 552:* Compescite, quaeso, ab illo praedictisque, quorumcumque videtis animos ac non iustas aemulationes *etc.* 6) *Ibid. p. 553:* — vobisque — non dare consensum, omnibus durius rebus arbitramur. 7) *Ibid.:* si — habendus est, ut minus pro tempore dilectus. 8) Non novum — esse non dubitetur *leguntur in Grat. decr. p. I dist. 12 c. 2 et in aliis canonum collectionibus, cf. ib. ed. Friedb. p. 27. 28 n. 11.* 9) *Cod. Theodos. l. XVI tit. 2 c. 30:* Non novum aliquid praesenti sanctione praecipimus, quam illa, quae olim videntur indulta, firmamus. *Cf. Ben. Lev. II, 368 l. l. p. 91:* Non — praecipimus, sed illa — firmamus. 10) *Innoc. I. ep. ad Rufum etc. supra p. 78 n. 5 laud., in initio, Hinschius p. 549:* — sedi apostolicae, ad quam relatio quasi ad caput ecclesiarum missa currebat *etc. Cf. etiam eiusdem ep. ad Felicem ep. Nuc. (Hispan. n. 9, Hinschius p. 533):* omniaque, quae possunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput atque ad apicem episcopatus referre. 11) *Cf. eiusdem ep. ad Vict. Rot. ep. supra p. 74 n. 5 laud., in initio, Hinschius p. 529:* — Petro apostolo, per quem et apostolatus et episcopatus in Christo coepit exordium. *Cf. Pseudoisid. Fel. IV p. 698:* Scripta — quae ad sedem apostolicam misistis super quibusdam consultis, quasi ad capud, ut inde acciperetis responsa, unde omnis ecclesia totius religionis sumpsit exordium. *Cf. Marcelli 2 p. 224:* Romanae — sedi, ad quam omnes quasi ad capud — episcopi — suffugere eamque appellare debent, ut inde accipiant tuitionem et liberationem, unde acceperunt informationem atque consecrationem.

(833 Iul. 8). quam Christus universalem fundavit ecclesiam, soliditate divelli [1]. Si quis haec apostolicae sedis praecepta non observaverit, percepti honoris hostis esse non dubitetur.

Sed forte vos vestrique praecessores [a] in odierno [b] non reluctati sunt, et ne quando contingat, ut reluctentur [2], idcirco denuo repetentes sepius ammonemus, ut vitentur, qui huiusmodi fratres turbare nituntur, et prohibeantur aliud, quam ille noster iussit agricola, seminare [3]. Nam qualiter nos, qui neminem volumus perire, hi [c] contristent [d], qui electorum [e] per- Matth. 18, 6. cellunt animos, dominicus in evangelio sermo testatur; ait enim salvator ipse, quod expediat scandalizanti unum [f] de pusillis [g] in maris profunda demergi [4] et cetera, quae ad hunc sensum pertinent. A quibus non solum [h] sacerdotes, sed et [i] omnes christiani [5] se cavere omnino debent, quoniam sacerdotes, qui throni Dei vocantur, quieti ab omnibus [k] per- Cf. Matth. 21, 12; Marc. 11, 15. turbationibus [l] esse debent [6]. Nec ab [m] re [7] ipse salvator vendentes columbas et nummulariorum [m*] mensas proprio flagello evertit et proiecit e [n] templo; unde liquet summos sacerdotes ipsius expectare iuditium. Ad cuius rei confirmationem [o] plurimum valet [8], quod Ps. 81, 1. alibi inquit: 'Deus stetit in sinagoga deorum, in medio autem deos [p] discernit [q] [9] et reliqua talia, quae in suis inveniuntur auctoribus [r] [10]. Illi ergo, qui nos speculatores esse voluit [s], excusare [t] non possumus si fratres, quos tueri et adiuvare pro viribus debemus, inproba fedari contagione permittimus [11]. Unde hortamur dilectionem vestram, testamur [u] et monemus, ut qua debetis [v] et potestis sollicitudine, super his vigiletis [12], quia in specula [w] esse debetis, ne qua infestantium prorumpat audatia [13]. His ergo pro viribus resistite, quia nefas

---

a) *corr. ex* praecessoris *C.* b) hodierno *B, M.* c) hic *C, M.* d) *corr. ex* contristentur (?) *m. 2 B.* e) doctorum *C.* f) *om. C, M.* g) *sequ.* istud *B, quod om. C, M; an* istis *legendum, ut Matth. 18, 6.?* h) *om. B, M.* i) *om. C, M.* k) hominum *pro* omnibus *B.* l) turbationibus *M.* m) abs *B.* m*) numul. *M.* n) a *C.* o) conformationem *C, M.* p) *corr. ex* dios *C;* ds̄ *vel* dn̄s *M.* q) diiudicat *B.* r) actoribus *B.* s) volunt *C, M.* t) *corr. in* excusari *m. 2 B.* u) *sic C, M; corr. in* obtestamur *m. 2 B.* v) debitis *C.* w) speculo *C, M.*

1) *Ep. Siricii papae ad Eumerium c. 2 (Hispan. n. 3, Hinschius p. 521):* nunc praefatam regulam omnes iam teneant *etc.* — petrae soliditate divelli, super quam Christus universalem construxit ecclesiam. *Cf. Pseudoisid. Dam. 18 p. 505:* A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerint ab apostolice petre, super quam Christus — universalem construxit ecclesiam, — soliditate atque sacerdotali honore secludi. 2) *Conc. Afric. c. 22, coll. can. Dionys.-Hadr. ed. Iustelli in Bibl. iuris can. vet. I, 153 c. 55.* 3) *Coelest. papae ep. ad episc. Gall. c. 1 (Hispan. n. 33, Hinschius p. 557):* Nunc tamen repetentes saepius admonemus: vetentur (*al.* vitentur) huiusmodi laborare per terras aliud, quam ille noster iussit agricola seminare. 4) *Ibid. in initio p. 556:* Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contristent, quae auctoribus christianis percellunt animos christianos, dominicus *etc.* = *Pseudoisid. Melch. 1 p. 243. Cf. Pseudoisid. Excerpta Silvestri 8 p. 450:* qualiter enim Deum contristent, qui haec agere praesumunt *etc. Cf. Sixt. I, 6 p. 109.* 5) *Cf. Innoc. I. ep. ad Decentium c. 8 (Hispan. n. 6, Hinschius p. 528):* non solum sacerdotibus, sed et omnibus christianis. 6) *Conc. Tolet. XI c. 5 (Hinschius p. 408):* Nullis vita praesulum perturbari debet excessibus motionum, quia valde indignum est, ut qui thronus (*al.* throni) Dei vocantur, levi motione turbentur. *Cf. Ben. Lev. II, 104. 357. III, 156* (perturbentur), *l. l. p. 79. 90. 112; Pseudoisid. Steph. 12 p. 186* (perturbari), *Exc. Silvestri 8 p. 450, Fel. II, 12 XVIII p. 488, Greg. M. ad Fel. p. 750.* 7) *Cf. Pseudoisid. Damas. de corep. p. 511:* Nec ab re dictum perpendo. 8) *Leonis M. ep. 6 c. 3 col. 719:* Ad — valet. 9) *Cf. Pseudoisid. Anacl. 19 p. 76:* quia Dominus ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit, unde liquet, quod summi sacerdotes, id est episcopi, a Deo sunt iudicandi — exemplo ipso Domino dante, quando — vendentes et ementes eiecit de templo et mensas numulariorum et cathedras vendentium proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: Deus stetit — discernit. *Cf. similes locos: Pius I, 4 p. 117, Euseb. 9 p. 234, Iul. 16 p. 472. Cf. Bened. Lev. III, 441 l. l. p. 130 ut ap. Pseudois. Anacl. 19:* episcopi a Deo *etc.* — discernit; *ib. I, 315 l. l. p. 63; Capp. Angilr. 51, Hinschius p. 766.* 10) *Cf. supra p. 75 n. 2. Cf. Capp. Angilr. 51 p. 766:* deos discernit — et reliqua talia et his similia. 11) *Leonis M. ep. 4 in initio col. 612:* Illi, qui — possumus *(non* possemus *sicut ap. Simson p. 38),* permittentes sincerum corpus ecclesiae, quod ab omni macula purum custodire debemus, ambientium improba contagione foedari. *Cf. Pseudoisid. Damas. de corep. p. 514:* illos, qui nos speculatores esse volunt *etc. cf. supra n. s.* 12) *Leonis M. ep. 7 c. 2 col. 625:* Unde — vigiletis = *Pseudoisid. Luc. 8, Fel. I, 18, Marc. 3 (p. 180. 206. 454).* 13) *Zosimi papae*

est, praedicta[a] religiosos pati fratres, quorum afflictione quia membra sunt nostra, nos quoque convenit macerari crucemque iuxta domini salvatoris vocem ferre, qui ait: 'Qui vult venire post[b] me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me'[1]; quamquam maneat his beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter iustitiam sustinere. Quibus quid promittat ipse salvator in futurum, sequens sermo declarat. Intellegamus haec ipsa vobis, quae nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si[2] quibus manum porrigimus[c], vos nobiscum porrigitis, ut, cui et vos manum porrigitis[d], vobiscum porrigamus[3], quia non aliter unus grex et unus pastor sumus, nisi, quemadmodum apostolus docet[e], dicens: 'id[f] ipsum dicamus omnes simusque perfecti in eodem sensu et in eadem sapientia[g][4].

(833 Iul. 8) — Matth. 16, 24; Luc. 9, 23. — 1. Cor. 1, 10.

Deus vos incolomes memores nostri custodiat, fratres karissimi[5].

Data[h] Cohlambur VIII. Idus Iulii indict. XI. feliciter in Domino. Amen[h][6].

15.

Gregorius IV. papa omnibus christianis nuntiat se Ebonem archiepiscopum Remensem immerito depositum in pristinum gradum restituisse atque ei permisisse, ut in alio episcopatu proficeret, donec ad propriam sedem sine periculo reverti posset.

Epistola spuria[7].

Cod. Laudun. 407 s. IX. ex. vel s. X. in. f. 161[8], *quem ipse contuli*[9].

---

a) praedicare *M.* b) pos *C.* c) *corr. ex* porrigamus *m. 2 B.* d) porrigetis *M;* porrigitis *corr.* porrigetis *m. 2 B.* e) *corr. ex* docens *C.* f) et *C.* g) *sic C, M;* scientia *B.* h) Data — Amen *non leguntur nisi in B, ubi post* Amen *secuntur verba haec:* Quodsi David, regum iustissimus *etc.* — pauperis, *quae quam sint similia quibusdam Benedicti Levitae et Pseudoisidori locis, B. Simson l. l. p. 42. 43 ostendit.*

ep. ad cler. Rav. (Hispan. n. 29, Hinschius p. 554): Vos autem monemus in speculis esse debere, ne qua eorum prorumpat audacia.

1) *Cf. Pseudoisid. Damas. 8 p. 502* — et cum eis crucem Domini deferre, qui ait: Qui vult venire *etc. Anacl. 8 p. 70:* atque cum fratribus crucem portemus —, ut Christi veri discipuli inveniamur, qui dixit: Qui vult venire *etc.* 2) *Coelest. I. ep. supra p. 80 n. 3 laud. c. 2 (Hinschius p. 557):* — unde resistatur talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hoc pati religiosas animas quarum afflictione *etc.* — macerari, quamvis maneat hos beatitudo — pro iustitia sustinere, quibus quid promittat Dominus in futurum, sequens sermo declarat. . . . . Intelligamus — poterimus, si *etc.* 3) *Innoc. I. ep. ad Rufum supra p. 78 n. 5 laud. c. 7 (Hinschius p. 551):* cui manum porrigitis, vobiscum porrigo; cui porrigo, mecum porrigite. 4) *Leonis M. ep. 16 c. 2 col. 718:* quia non aliter — in eadem sententia (*al.* sapientia) = *Dam. de corep. p. 514:* quia — in eadem sapientia. 5) Deus — karissimi *ex vetustiore quadam epistola papali desumpta esse videntur, cf. e. g. Leonis M. epp. col. 641. 891—894. 1284 etc.* 6) *Diem et locum falsarius satis sollerter epistolae ascripsit; nam usque ad finem mensis Iunii a. 833. Gregorium IV. iuxta Columbariam (Colmar) versatum esse constat, cf. Jaffé, Reg. Pont. I, p. 325. Cf. Simson l. l. p. 50 sq. Animadvertas ipsum Aldricum episcopum Cenomanensem tunc temporis rebus iuxta Columbariam gestis interfuisse, cf. Dümmler, Ostfränk. Reich I, 79, Hinschius l. l. p. CXCV, Mühlbacher Reg. n. 896 c, Simson l. l. 107 sq.* 7) *Hanc epistolam ab Ebone archiepiscopo circa annum 845. confictam esse, ut per eam transmigrationem suam in episcopatum Hildesheimensem contra canones factam confirmaret, ostendimus Neues Arch. XXIII, 180 sq. Totam enim epistolam stilum Ebonis redolere multis similibus locis demonstravimus, quos in hac quoque editione ad textum illustrandum repetendos esse censuimus. Littera igitur A significavimus 'Apologeticum Ebonis archiepiscopi Remensis', quod in Dacherii Spicilegio, t. VII, 175 sq. typis expressum est, littera E epistolam ab Ebone ad Halitgarium episcopum Cameracensem missam, quam gestis episcoporum Cameracensium insertam invenies in SS. VII, 416. Praeterea in quibusdam locis Ebo epistolam illam imitatus est, quam ei Paschalis I. quondam papa tradiderat, quamque successores eius Eugenius II. et Gregorius IV., ut videtur, confirmaverant, cf. Neues Arch. XXIII, 187 n. 1; cf. supra p. 69 n. 1.* 8) *In extrema epistola eadem manus addidit, quae secuntur:* Haec compilata epistola ex parte Gregorii quam sit mendax, ipsa evidens ratio monstrat, quia tempore Gregorii, ex cuius nomine ista conscribitur, imperator Hludowicus ab imperio est depulsus, et Ebo post restitutionem ipsius imperatoris suo et episcopali iudicio est depositus, et a Sergio successore Gregorii sub laica tantum communione est condemnatus. *Quae, nisi aliae rationes accederent, ad epistolam reprobandam non sufficerent. Cf. Dümmler, Ostfränk. Reich I, 254.* 9) *Exemplum epistolae nostrae, quod*

Epist. spur. *Edd. Sirmond, Concilia Galliae III, 609 ex cod., quam editionem repetiverunt nonnullae collectiones conciliorum, ut coll. Parisiensis et coll. Harduini = Mansi, Conc. coll. XIV col. 518 = Le Cointe, Ann. eccl. Franc. VIII, 636 = Migne, Patr. lat. CVI col. 858. — Jaffé Reg. 2583 et 2585*[1].

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMIS IN CHRISTO SANCTISSIMISQUE FRATRIBUS COEPISCOPIS, CUNCTIS QUOQUE PRINCIPIBUS ORTHODOXIS ET UNIVERSIS CATHOLICĘ ECCLESIAE FIDELIBUS[2].

Cum divina instigatione solliciti circa gregem dominicum diligenti cura semper invigilare debeamus[3] in prosperis, quanto magis in adversis nimiis[4], quae pro peccatis contigerunt nunc in diebus nostris! Sicut dolendi sunt illi, qui inter flagella Dei[5] maligna semper intentione perseverando pereunt, ita et congratulandi, non abiciendi sunt, qui correpti tanta castigatione[6] corde contrito[7] et humiliato se corrigibiles reddunt; super omnia etiam magnificandi sunt, qui in pressuris[8] corde perfecto et optimo probati, salutaribus exemplis fructum vitę invicti minoribus conferunt. Gratias igitur inmensas domino Deo nostro merito agimus, carissimi, pro tanto triumpho vestro, qui inter medias mundanas acies et nimias temptationes diabolicas vos examinando probavit atque sibi servavit inlaesos; ita ut neque[a] in dexteram neque sinistram declinantes, offensionem Dei[9] vitando, cautissima subtilitate mundana pericula superastis; sicut et inter multa alia magna certamina vestra non fuisse[b] minima fratris nostri Ebonis archiepiscopi[10] causa, ut et per multos relatores fideles saepe comperimus, quod nec[c] canonice vocatus[11], sed violenter[12] ab ecclesia raptus[13], diversaque exilia passus[14], arta quoque sub custodia trusus[15], nullo certo crimine[16] convictus[17], nec sponte confessus, quia absente ecclesia sua alterius sub potestate[18] erat constrictus[17], et sic a mundana potentia vobis adductus[19] est discutiendus[20] vel deponendus[21].

cf. Ps. 50, 19.

cf. Num. 20, 17 et saepius.

Quam ergo vulgo notam[22] inrationabilem vim compatiendo[23] mirabili circumspectione placastis, cum furores persequentium humili satisfactione eius[d] sic mitigastis[e][24],

a) *om. C.* b) *sic C; an* fuit? c) *sic C.* d) eI *C.* e) -tione eius sic mitigas- *in ras. ead. man.*

codex Romanus bibl. Alexandrinae (Sapientiae) 98 s. XVII. tom. II fol. 573 praebet, Roberto Arnold me docente, nullius pretii est, cum ne ex cod. Laud. quidem, sed ex editione Sirmondiana haustum sit.

1) *Cf. Neues Arch. XXIII, 180 n. 5.* 2) *Cf. inscriptionem supra p. 69:* Paschalis — sanctissimis fratribus coepiscopis — gloriosissimisque principibus — vel cunctis christianis Dei fidelibus. 3) *Cf. initium epistolae Paschalis I. (supra p. 69):* Cum religiosissimum constet curam ac sollicitudinem erga dominicum gregem gerere *etc.* 4) *Cf. A 177:* — cuius prima tempora regni quanquam valde coruscarent prospera, ultima tamen eius concussa nimia adversitate *etc.*; *ibid.* prosperitas — adversitas; in prosperis — in adversis. 5) *Cf. A 177:* divinis flagellis moniti; his flagellis compuncti. 6) *Cf. A 179:* celeri castigatione compuncti. 7) *Cf. A 179:* contritos corde; *ib. 182, 19:* contritione cordis. 8) *Cf. A 180:* in pressuris; *ib. 177:* tribus afflictus pressuris. 9) *Cf. A 179:* offenditur Deus. 10) *Ebo a. 834. tempore veris captus atque in monasterio Fuldensi detentus, deinde in synodo Theodonis-villae a. 835. mense Martio habita depositus et Fuldam reductus, postea Freculfo episcopo Lexoviensi et Bosoni abbati Floriacensi traditus est.* 11) *Cf. A 178:* canonice convocari episcopum. 12) *Cf. A 178:* violenter — trahi. 13) *Cf. A 176:* raptus a propria sede. 14) *Cf. A 175:* exsilia passorum; *177:* exilia passi. 15) *Cf. A 175:* custodia pressus; *176:* reductus sub custodia; *177:* custodia obpressus. 16) *Cf. A 180:* dum nullum ibi certum damnationis prefigitur crimen; *181:* certo crimine invento; *ib.* sine certo crimine. 17) *Cf. A 178:* non convictus, sed valde constrictus. 18) *Cf. A 181:* ita nec absolutione spontanea, quanto minus violenta alterius sub custodia non licet recedere episcopum. 19) *Cf. A 178:* ductus eodem mundano impetu. 20) *Cf. A 180:* discutiatur ab omnibus. 21) *Hic locus mirum in modum convenit cum nonnullis capitulis decretalium Pseudo-Isidorianarum; cf. Alex. c. 7, Fel. I. c. 10 ed. Hinschius p. 97. 201. Cf. Capp. Angilrammi 5, ibid. p. 758. Cf. Neues Arch. XXIII, 190 n. 2.* 22) *Cf. A 182:* ad iam dictam vulgo notam satisfactionem. 23) *Cf. A 176:* compatiendo dolui. 24) *Cf. A 177:* Sicque humili satisfactione — furores persequentium mitigare — decrevi; *180:* quae furores persequentium mitigavit; *176:* ut — furores persequentium mitigaret; humilis satisfactio *saepius occurrit in A.*

quatenus divinam vel humanam offensionem pariter evaderetis[1], sicque fratrem in- Epist. spur. laesum aptiori tempore provida industria reparandum servastis[2]; sicut et de veris Christi membris legitur: 'Cum patitur unum membrum, compatiuntur et caetera membra'[3]. cf. 1. Cor. 12, 26. Claruit etiam haec benigna intentio vestra, dum quantulacumque vobis ecclesiastica reddita pace[4] mox imperiali episcopalique auctoritate in sede restitutus[5] debita[6], cui facta fuerat direptio violenta, ibique publico ex consensu pontificale, ut debuit, recepit[7] et gessit solitum officium, donec succensis iterum[a] litibus principum[8], pro pacificanda dira seditione cum caeteris regni fidelibus se obtulit[9]. Qua mitigata[10], protinus repentina imperiali iussione pro concordia et unitate Christiani populi partibus orientis directus, praeceptoribus suis libenter pro viribus oboedivit[11]. Quibus autem omnibus sic laudabiliter actis, votum visitationis, quem[b] in angustiis[12] suis Domino vel beato principi apostolorum vovit, multis laboribus fessus[13] ad sedem apostolicam tendens, promissa[c] fideliter implevit[14]; qui et sancti principis apostolorum suffragiis fidus[d][15], cui ligandi solvendique divinitus erat data potestas[16], sicut eum a corporalibus eripuit periculis, ita et propitius a cunctis peccatorum absolveret vinculis. Quapropter et nos haec omnia diligenter considerata[e], ipsam confessionem, quam secrete vobiscum egit[17], nobiscum et per omnia contulit[18]. Subscriptionem etiam[19], quam perterritus, ut evaderet[20], composuit, similiter et sanctae Romanę ecclesiae ostendendo satisfecit. In quibus vero omnibus, quia certum depositionis aut legitimę absolutionis crimen nullum repperimus[21], ideo inviolabili caritati vestrae fidenter[22] ipsum committimus, quia, si absque crudeli persecutione eius possibile est, una vobiscum illum debite sedi restituendum cupimus[23]; alioquin tamen non oportet episcopos divinitus sibi consortem neglegere episcopum, cui[f] non solum similiter[g], sed etiam per paenitentiam innovatum sanctum ipsius dignitatis cognovimus spiritum, Davitica recuperatione[24], qui paenitens Spiritu sancto vel recto sive principali innovatus atque confirmatus, cf. Ps. 50, 12 sq. summa cum fiducia etiam et impios postea docendos et revocandos pio domino Deo suo spopondit perpetuisque benignitatis exemplis exsolvere fideliter procuravit. Nam et summus apostolorum, cuius vicem indigni gerimus, si discipulatum in periculis negavit[25], non tamen abiectus, sed pie revocatus, pristinam dignitatem[26] obtinuit, et cf. Matth. 14, 70 etc.

---

a) item *C.* b) *sic C.* c) *Auctor epistolae oblitus esse videtur* votum visitationis *praecedere.* d) *intellegas:* qui etiam confidebat, quatenus — absolveret. e) *sic C; sententia corrupta esse videtur.* f) *sic C; an* cuius? g) *sic C.*

1) *Cf. A 176:* ut periculum evaderet. 2) *Cf. A 176:* ut meliori se tempori reservaret. 3) *Eundem locum praebet A 178.* 4) *Cf. A 182:* pace reddita. 5) *Cf. A 175:* publicaque ac auctoritate ecclesiastica restitutus. 6) *A Lothario I. imperatore in Ingilinheim palatio mense Iunio a. 840.; cf. Mühlbacher, Reg. n. 1038.* 7) *Die 6. mensis Decembris in Remorum civitatem reversus est, cf. A 175, Narratio clericorum Remens. ap. Bouquet, Recueil VII, 282.* 8) *Cf. A 176:* discordiis principum. 9) *Anno 841. mense Augusto Ebo de civitate Remorum ad Lotharium confugit.* 10) *Anno exeunte 842.* 11) *Quae omnino falsa sunt; Ebo enim, cum a. 844., post obitum certe Gregorii IV. papae, ab imperatore Constantinopolim ire iussus, legationem exsequi detrectaret, Lotharii gratiam amisit; fortasse in epistola nostra ab illo opprobrio se purgare voluit; cf. Neues Arch. XXIII, 189, n. 3.* 12) *Cf. A 179 et 182:* in angustiis. 13) *Cf. A 177:* fessus aegritudine corporis. 14) *Hoc iter Romanum Ebo finxisse videtur; nisi aestate a. 844. ad Sergium papam, eum illis temporibus Romam profectum esse cognitum non habemus.* 15) *Cf. A 181:* Fidissimus denique tot talibusque praesidiis aecclesiasticis. 16) *Cf. A 182*: procurandum sanctis stabulariis ligandi solvendique potestatem habentibus. 17) *Cf. A 180:* secrete ipsis confessus sum. 18) *Cf. A 179:* cum quibus — contuli; *E:* ut tecum contuli. 19) *Cf. A 179:* Subscriptionem ergo mihi in angustiis — edidi. *Cf. Ebonis resignationem LL. Capit. reg. Franc. II, 57.* 20) *Cf. A 176:* ut periculum imminens evaderet. 21) *Cf. supra p. 82 n. 16.* 22) *Cf. E:* fidenter accede. 23) *Cf. Neues Arch. XXIII, 189.* 24) *Cf. A 182:* Davitica quippe conpunctio momentanea non deiectionem, sed recuperationem meruit. 25) *Cf. A 182*: Petri etiam negatio contritione cordis purgata. 26) *Cf. A 182:* pristinisque dignitatibus restitutos.

Epist. spur. quomodo aliis miserendum esset, in semetipso didicit. Pater insuper ille evangelicus cf. Luc. 15, 11 sq. larga pietate prodigum filium non reppulit, sed perditum gavisus recepit, honoratumque statui pristino reparavit[1]. Ipse etiam [Dominus][a] veris sectatoribus suis instituit[2] Luc. 6, 36. Matth. 5, 7. dicens: 'Estote misericordes, sicut et pater vester misericors est'. Quia et beatos esse misericordes in cunctis mundi partibus copiosus in misericordiis idem dominus dominantium declaravit.

His etenim multiplicibusque aliis veteris ac novi testamenti documentis[3] instructi, evangelicam atque ecclesiasticam dispositionem fidenter[4] agimus, si persecutionem passis et ad aliam civitatem confugientibus episcopis[5] proficiendi in locis vacantibus liberam annuimus facultatem[6]. Quanto magis huic praefato fratri nostro[7], qui quondam ex gloriosi caesaris totiusque imperii eius[b] consensu[8] nobis coniunctus et apostolicis privilegiis insolubili caritatis vinculo sanctae Romane ecclesię confirmatus[c][9]! Ubi[10] et evangelizandi legatione percepta, quocumque melius poterit[d] proficere loco, pro viribus ita semper insistat, ut a divino cepto negotio lucrandique talento nequaquam deficiat, quia sicut de neglecto tanto officio illi divinam offensionem, ita et impedientibus caelestem indicimus ultionem; et sicut adiutoribus eius divinam imploramus gratiam, ita et nocentibus, quam non optamus, terribilem damnationis denuntiamus vindictam[10]. Qua denique summa auctoritate undique munitum[11] more praedecessorum nostrorum[12] ipsum sacro ordini nostro merito adscribimus vel omni pristino episcopali officio decoratum esse pręfigimus, sive scriptis his publicis[13] digne permanendum[e] inviolabili confirmatione, sicut in privilegiis eius prioribus[12] continetur, iure apostolico roboramus.

---

a) Dominus *supplevi.* b) ei *C.* c) *suppleas* est. d) -rit *in ras. C.* e) *sic C.*

1) *Cf. A 182:* ad statum saeculi pristinum; *ib:* de reparatione lapsorum. 2) *Cf. A 178:* de salvatoris nostri institutione. 3) *Cf. A 182:* Igitur tam manifestis novi ac veteris testamenti divinis nobis ostensis beneficiorum exemplis. 4) *Cf. supra p. 83 n. 22.* 5) *Cf. A 177:* episcopi — exilia passi. 6) *Hic quoque locus cum quibusdam Pseudoisidori falsis decretalibus convenit, cf. Anter. c. 2 ed. Hinschius p. 152:* translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset *(cf. Leonis M. opp. ed. Ballerini III, 24); Pelag. II ep. 2 p. 725 sq. cf. 728:* episcopum eiectum et persecutionem patientem *etc.* — de una civitate ad alteram migrabat episcopus; *Calixt. c. 15 p. 140; Evarist. c. 4 p. 90.* 7) *Cf. A 178:* quia frater, quanto magis princeps meus. 8) *Cf. A 175:* ex consensu Hludovici caesaris totiusque palatinae dignitatis eius. 9) *Cf. epistolam Paschalis I. papae supra p. 69 sq.* 10) *Haec verba:* Ubi — vindictam *Ebo, epistola Paschalis I. supra memorata usus, scripsisse videtur, cf. supra p. 70, inde a versu 10 usque ad v. 31. Cf. Neues Arch. XXIII, 88.* 11) *Cf. A 181:* auctoritate canonica undique fulta; *E:* nullius auctoritate suffulta. 12) *Cf. Neues Arch. XXIII, 187 n. 1.* 13) *Cf. A 183:* scriptis his memorabilibus.

II.

LEONIS III. PAPAE EPISTOLAE X.

Leonis III. papae decem epistolas ad Carolum Magnum imperatorem missas a ceteris eiusdem papae epistolis secrevimus, quia in unico codice membranaceo Guelferbytano 287 (inter Helmstadenses 254)[1] *in unum congregatae traduntur. Quas ultimus Philippus Jaffé codice ipso adhibito in Bibliotheca sua rerum Germanicarum t. IV, p. 307 sq. solita cum diligentia edidit, cuius nos editionem perpaucis verbis mutatis, compluribus tamen notis additis repetendam curavimus*[2]. *Codicem iam dictum Jaffeus censet aeque atque archetypum codicis Carolini (in EE. t. III. editi) et iussu imperatoris Caroli Magni formatum esse et res ad ipsum tantummodo imperatorem pertinentes continuisse. 'Nec quidquam codicis illius', inquit idem in praefatione sua, cuius verbis etiam infra ex parte usi sumus, 'superest praeter duos foliorum octonorum quaterniones una manu ineuntis saeculi IX. pulcherrime scriptos, eosque tantae tenuitatis, ut duplo et dimidio longiores sint, quam latiores; quorum alter in extremo denotatus est numero XII, alter numero XIII. In priore autem quaternione inveniuntur fragmentum breviarii imperatoris Caroli M. et eiusdem Capitulare de villis (a Boretio Capit. t. I, p. 250 sq. et p. 82 sq. edita); quaternio posterior complectitur epistolas nostras, quarum novissima sextam decimam quaternionis paginam ita prorsus explet, ut alias epistolas in integro quondam codice adhaesisse neque affirmare nec negare liceat'.*

Accuratius etiam codicem nostrum descripsit O. ab Heinemann in libro suo: Die Handschriften der Herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel p. I: Die Helmstedter Handschriften I p. 214 n. 287 atque specimen dedit chirographi in tabula libro inserta, quae praebet codicis fol. 3', id est epistolam 8 usque ad verba: imperatorem multos annos.

Duos illos quaterniones olim extitisse Coloniae et una cum codice Carolino (EE. t. III p. 469) atque codice Caes. bibl. Vindob. 751 Bonifatii epistolas continente (ibid. p. 221) Williberti quondam archiepiscopi Coloniensis (870—889) fuisse A. Nürnberger (Neues Archiv XI, 34) suspicatur; pro certo nihil tenendum est, nisi anno 1562. eos ad manum fuisse Mathiae Flacii Illyrici (v. Catalogus testium veritatis, Argent. 1562 p. 73),

---

1) *Inde exscriptae inveniuntur in codice chartaceo Guelferbytano 2271 (August. 27. 9) s. XVI. diversis in locis disiectae, cf. Nürnberger, Neues Archiv XI, 27.* 2) *Cum in quibusdam locis cum codice iterum collatis menda in Jaffei editione nulla inveniremus, omnes epistolas denuo conferre necessarium esse non videbatur.*

posteaque collocatos esse in academiae Helmstadensis bibliotheca, unde decem illae epistolae in lucem primum prodierunt anno 1647. edente Hermanno Conring (Leonis III. papae epistolae, Helmestadii), qui et ipse alteram editionem paulo emendatiorem paravit anno 1655. (cf. etiam Conringii opera t. V, Brunsvigae 1730 p. 589 sq.). Cuius editionem identidem repetiverunt Labbeus et Cossartius (Sacrosancta concilia t. VII col. 1113—1127 ex 2. ed. Conringii), Bouquet (Recucil des historiens des Gaules et de la France t. V, 597—604 ex Labbeo, quatuor epistolis omissis), Mansi (Sacrorum conciliorum amplissima collectio t. XIII col. 963—977 ex Labbeo), Cenni (Monumenta dominationis pontificiae t. II, 47—80 ex ambabus edd. Conringii), Migne (Patrologia latina t. XCVIII col. 517—550 ex Cennio), singulis epistolis aliis in libris recusis.

Quemadmodum vero ordo epistolarum in codice traditus a Jaffeo, cui nos assentimur, temporis observandi causa sit commutatus, haec comparatio declarat:

Ordo codicis:	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10.
Ordo Jaffei et noster:	10	7	6	8	2	1	4	3	5	9.

Berolini mense Novembri 1897.

Karolus Hampe.

1.

Leo III. papa Carolo I. imperatori de muneribus missis gratias agit. De Pippini regis Italiae Romam veniendi consilio. De pace inter eum et papam confirmanda. De Corsica insula. *808 Martio exeunte.* 808 Martio ex.

Cod. fol. 5[a].

Edd. Conring n. 6 ex cod. = Labbe col. 1120 = Bouquet p. 598 = Mansi col. 971 = Cenni n. 4 = Migne col. 527; Jaffé p. 308 ex cod. — Jaffé Reg. 2515.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI[b] AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI[1].

Magno munere misericordiae Dei totius mundi multiplicata sunt gaudia, cum pio et glorioso clementiae vestrae studio[2] erga sanctam Dei ecclesiam nostraeque pusillitati geritis.

Largifluae itaque munificentiae vestrae susceptis pulcherrimis munusculis, relectisque scriptis serenitatis[c] vestrae, quae in nostro corde melle condita sapuerunt, ilico, ut decuit, gratiarum actiones tripudiantes gratulantesque Deo rettulimus. Quia non solum laetitiae verba in ea repperimus, verum etiam et nostrae prosperitatis sollertissimam curam agnovimus. Sed[3] de tantis inmensis beneficiis et muneribus, quibus iugiter nos ditatis, optamus, ut ab ipso clavigero regni caelorum, cuius vicem Deo miserante gerimus, dignam retributionem suscipiatis[3], cui tantum honorem assidue exhibetis. Scimus namque, et fideliter scimus, quia per omnia et in omnibus vobis pertinentibus nostrum gaudium vos esse facturos. Sed commutatio [dexterae][d] Excelsi, Ps. 76, 11.
quae pia facta probat et benigna solita pietate repensat, ipsa pro nobis digna praemia vestrae pietati retribuat.

Post vero muneribus offensionem[e] insinuaverunt nobis fidelissimi missi vestri, Helmengaudus[4] videlicet atque Hunfridus[5], gloriosi comites[f], quod filius noster domnus[g] Pippinus rex[6] ad limina apostolorum per vestram largitatem media quadragensima[7] cupit venire atque conloquium nobiscum habere. Unde in magnum gaudium cor nostrum relevatum est, quod ipsi fidelissimi missi vestri viva voce vobis insinuare possunt. Et continuo omnia cum ipsis disposuimus de praedicti[h] dulcissimi filii nostri itinere. Missumque statim nostrum direximus, qui omnem praeparationem facere deberet, quatinus cum laetitia ad limina apostolorum nostraeque pusillitati[i] coniungeret.

Igitur post modicos, octabo scilicet Kal. Aprilis, coniunxerunt ad nos missi praefati filii nostri domni Pippini regis et obtulerunt nobis honorabilem epistolam vestram.

---

1. a) *Lemma:* Item epistola gratiarum actionis de beneficiis acceptis. b) et reliqua ut supra *C pro* victori — servorum Dei. c) serenitati *C.* d) *sic supplendum esse videtur.* e) *sic C,* offertionem *pro* oblationem? f) com̄. *C.* g) dom̄. *C.* h) praedicto dulcissimo filio nostro *correcta sunt in* praedicti dulcissimi filii nostri *C.* i) pusillatati *corr. in* pusillitati *C.*

1) *Ad hanc et sequentes superscriptiones cf. librum diurnum ed. ab Sickel p. 1.* 2) *Quae typis minoribus expressa sunt, hausta sunt ex Leonis I. papae epistola 104 (opp. ed. Ballerini I, 1143).* 3) *Cf. similia verba supra p. 67, 31—68, 3.* 4) *Helmengaudus, qui videtur fuisse comes palatinus, etiam annis 799. et 802. legatus occurrit Caroli Magni, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl d. Gr. II, 187 n. 1 et 552, 553.* 5) *Comes Rhaetiae Curiensis, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfr. Reiches, 2. ed., III, 569 n. 1, Simson l. l. 391 n. 6.* 6) *Italiae, filius Caroli M. et Hildigardae. J.* 7) *d. 26. Mart. 808. J.*

808 Martio ex. Quam relegentes, repperimus vestrae prosperitatis salutem atque sollertissimam curam, quam erga tranquillitatem sanctae Dei ecclesiae vestra serenitas semper gerit, atque de adventu filii nostri domni Pippini: ut non antea esset venturus, nisi post diem sanctum paschae[1], apto videlicet tempore. Credat enim nobis vestra clementia, quia, quocunque tempore ad nos coniunxerit, cum tanto gaudio tantaque laetitia eum suscipiemus, quantum condecet filio tam magni defensoris sanctae Dei ecclesiae. Quia scimus, Domino opitulante, eo quod et nobis et illi profectum erit, si nos coniunxerimus.

Iterum, postquam coniunxerunt ad nos ipsi praedicti missi filii nostri domni Pippini regis et dixerunt nobis, quod in media quadragensima[2] minime coniungere potest, porrexerunt nobis praefati missi vestri, videlicet Helmengaudus et Hunfridus gloriosi comites[a 3], aliam epistolam serenitatis vestrae. Ubi continebat, ut ipsi fidelissimi missi vestri apud filium nostrum domnum Pippinum prius adirent et de vestro verbo ei praeciperent, ut, ubi ambobus placuisset, nobis obviam occurrisset, ut, quod vos omnimodis optatis, cum Dei adiutorio veniat ad perfectionem, id est ut pax et concordia inter nos firma et stabilis Deo mediante constituatur. In veritate enim dicimus, quia donavit nobis Dominus pacificum imperatorem[4], de quo apostolus dicit: Rom. 10, 15. 'Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona'. Nam omnipotens Deus vestrum potest cor satisfacere, quia nullam discordiam nullamque iniquitatem circa eum habemus, sed sic eum diligimus et illius profectum cupimus, sicut de carissimo filio. Sed qui zizania portant in conspectu vestro vel filii nostri domni Pippini regis, quod nos nec in corde habemus, omnipotens Deus, qui iustus iudex est, ante cuius conspectu[b] omnia occulta patefiunt, ipse iudicet inter nos et ipsos.

De vero ecclesiis Dei, ut suas habeant iustitias, atque litoraria nostra ac vestra ab infestatione paganorum et inimicorum nostrorum tuta reddantur atque defensa[5], nos, quantum Dominus virtutem donaverit, cum ipso praedicto filio nostro studium ponimus[6]. Sed vestrum consilium et vestrum solatium et nobis et illi necesse est.

De autem insula Corsica[7], unde et in scriptis et per missos vestros nobis emisistis, in vestrum arbitrium et dispositum committimus. Atque in ore posuimus Helmengaudi comitis[a], ut vestra donatio semper firma et stabilis permaneat[8] et ab insidiis inimicorum tuta persistat per[9] intercessionem sanctae Dei genetricis et beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli[9] et vestrum fortissimum brachium. Et Domino miserante tempore apto, quantum plus celerius valuerimus, per fidelem missum nostrum omni utilitate sanctae Dei ecclesiae vestrae imperiali[c] potentiae liquidius innotescimus

Omnipotens igitur et omnium futurorum praescius Deus ipse vos faciat prosperis exaltari triumphis et post longevam vitae aetatem gaudia tribuat sempiterna. Piissimum domini imperium gratia[d] superna custodiat eique omnium gentium colla substernat[10].

---

a) com̄ *C.* b) *sic C.* c) imperialis *C.* d) et reliqua ut supra *C pró* gratia — substernat.

1) *post d. 16. Apr. 808. J.* 2) *d. 26. Mart. 808. J.* 3) *quos post paulo Roma profectos, iam die 9. Aprilis 808. Ravennae fuisse cognoscimus ex ep. 2. J.* 4) *In intitulatione inde ab anno 800. usitata Carolus appellabatur* pacificus imperator, *cf. Sickel, Acta Karolinorum I, 263.* 5) *Cf. infra ep. 6.* 6) *Illarum igitur duarum causarum papae controversia fuisse videtur cum Pippino rege.* 7) *De Corsica insula a. 807. per Burchardum comitem stabuli Caroli imperatoris a Mauris defensa v. Ann. regni Franc. ed. Kurze p. 124 a. 807. J. Non de totius insulae donatione agi videtur, sed de quibusdam patrimoniis vel iustitiis ecclesiae restituendis et contra Mauros defendendis, cf. Simson l. l. II, 376.* 8) *Cf. infra epp. 9. 10.* 9) per intercessionem — Pauli *cf. infra epp. 5. 6. 10.* 10) *Ad hanc formulam finalem cf. librum diurnum ed. ab Sickel p. 1.*

2. 808 post Apr.

Leo III. papa Carolo I. imperatori de litteris consolationis plenis gratias agit. De nuntiis eius queritur. Eardulfum regem Northanhumbrorum, iniuste pulsum, apud eum esse gaudet. Eanbaldo II. archiepiscopo Eboracensi litteras postulatas mittit. Addit de Iesse episcopo Ambianensi legationibus gerendis non idoneo et de pravis archiepiscopi Ravennatis moribus. 808 post Apr.

Cod. fol. 4'[a].

Edd. Conring n. 5 ex cod. = Labbe col. 1118 = Bouquet p. 601 = Mansi col. 969 = Cenni n. 5 = Migne col. 531; Jaffé p. 311 ex cod. = Haddan and Stubbs, Councils III, 562. — Jaffé Reg. 2516.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO[b], VICTORI AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Explere verbis, clementissime fili, non valeo, quantum[c] vestro opere vestraque vita delector. Magnas igitur omnipotenti Deo gratias reddimus. Quia in ore cordis experimento dulcis fit sapor caritatis, cum impleatur, quod scriptum sit: 'Sicut aqua Prov. 25, 25. frigida sitienti, sic nuntius bonus de terra longinqua.'

Serenitatis itaque vestrae suscepti plenam consolationis epistolam, continuo, ut decuit, gratiarum actiones omnipotenti Deo rettulimus, qui vestram imperialem potentiam pacis ecclesiastice fecit esse custodem. Ipsa namque fides vos servat, quam erga sanctam Dei catholicam et apostolicam ecclesiam, fautricem et auxiliatricem in omnibus petitionibus[d] vestris, atque in sacerdotali unitate servatis. Cumque vos iugo pietatis cor vestrum humiliter nostrae pusillanimitati subditis, caelesti gratia agitur, ut omnia, quae circa Deum et vestrae piissimae voluntati agere cupitis, divino adiutorio suffragati ad perfectionem secundum vestrum benivolum desiderium deducitis et vestrum brachium forte contra inimicos sanctae Dei ecclesiae et vestros extenditis. Dilectionem igitur atque firmam caritatem, quam erga serenitatem vestram gerimus, est Deus in caelis scrutator corda et renes, qui scit, qualem amorem et sollicitudinem cf. Ps. 7, 10. de vestra diutissima prosperitate cottidie habemus. Quia post Deum et sanctos suos nullum consolatorem habemus, nisi solam vestram a Deo protectam imperialem potentiam[1], unde semper exspectamus defensionem et consolationem.

Relectis itaque vestris imperialibus syllabis, repperimus in eis, quatinus Helmengaudus comes[2], vester nosterque fidelis, omnia, quicquid a nobis audivit, vobis per singula nuntiavit. Sed si omnia, quae cotidie patimur, vobis insinuasset, tam ipse quam etiam ceteri missi vestri, qui istis partibus veniunt, fastidium eos auribus vestris facere credimus. Nescimus enim, si vestra fuit demandatio, quod missi vestri, qui venerunt ad iustitiam faciendam, detulerunt secum homines plures et per singulas civitates constituerunt. Quia omnia, secundum quod solebat dux, qui a nobis erat constitutus, per districtionem diversarum causarum tollere[e] et nobis more solito annue tribuere, ipsi eorum homines peregerunt. Et multam collectionem fecerunt de ipso populo. Unde ipsi duces minime possunt suffragium nobis plenissime praesentare[3]. Sed valde nobis gravis esse videtur, si vobis fastidium facimus. Confidimus enim in Dei misericordia, quia in vestris temporibus sancta Dei ecclesia tranquilla atque pacifica persistere habebit.

---

2. a) *Lemma:* Epistola gratiarum actionis. b) et cetera ut supra *C pro* victori — servorum Dei. c) quanto *corr. in* quantum *C.* d) petititionibus *C.* e) tollerent *C.*

1) *Cf. EE. III, 577 v. 7 in ep. Hadriani I. papae:* quia post Deum et beatum Petrum alibi nostra spes et fiducia non est, nisi in vestra a Deo protecta excellentia, *et similia cf. p. 516 n. 7.* 2) *Cf. supra ep. 1.* 3) *Cf. infra epp. 9. 10. De ducibus illis et de suffragio cf. C. Hegel, Gesch. d. Städteverf. v. Italien I, 241 sq. et 140 sq.; sed cf. Civiltà cattolica ser. V t. 11, 153 n. 2.*

808 post Apr.

De autem omnibus bonis et prosperis, quae circa missum nostrum, quem in partibus Brittaniae ad Anglorum gentem direximus[1], omnia pro amore beati[a] Petri apostoli fautoris vestri operati estis, sicut solita est vestra clementia, magnas gratias vestrae pietati exinde agimus; quia semper in solatio sanctae Dei ecclesiae et adiutorio orthodoxae fidei decertatis. Sed sicut nobis per vestram honorabilem epistolam insinuastis, quod Eardulfus[b] rex[2] de regno suo eiectus fuisset[3], iam hoc per Saxones[4] agnoveramus. Unde maxime ipsum missum nostrum pro ipsa nequitia illic direximus. Magnum enim gaudium et magna laetitia in corde nostro ascendit pro eo, quod vestra pietas misit missos suos, et vivum eum ad vos usque perduxistis[5]. Et valde de vita eius delector; quia et vester semper fidelis extitit et ad nos missos suos dirigebat. Pro qua re vestra imperialis defensio ubique multipliciter resonat.

De vero epistolis, quibus vobis Eanbaldus[c] archiepiscopus[6] et Coenulfus rex[7] atque Wado[8] emiserunt, relegentes, repperimus eorum dolositatem, quam inter se habent. Unde valde contristamur. Quia ipse praedictus Coenulfus rex nec suum archiepiscopum[9] pacificatum habet[10] nec istum Eanbaldum[d] idem archiepiscopum. Nam et de eorum divisione cotidie in confessionem beati Petri apostoli, licet velut inmeriti, pręces fundimus, ut eos omnipotens Deus pacificet et discordiam, quam inter se habent, absolvat. Et sicut coepit vestra serenitas in ipsam pacem nobiscum decertare, sic incessanter elaborare dignemini, quatinus vestra mercis copiosa accrescat in caelis.

Misistis siquidem nobis, ut nostrae apostolicae auctoritatis adhortatoriam epistolam saepe fato Eanbaldo archiepiscopo cum idoneum missum nostrum mitteremus, ut ad hanc sanctam apostolicam sedem cum suis consentaneis venire debuissent aut in vestra praesentia rationes deducendum. Nos vero statim ipsam epistolam dictavimus et vobis emisimus. Sed si placet serenitati vestrae, quod ipsam nostram epistolam per vestrum idoneum missum ipsis in partibus ad missum, quem ibidem direximus, misissetis, ut una cum praedicto misso nostro ipsum archiepiscopum adhortasset, quatinus aut hic in nostra praesentia aut ibidem in vestra una cum sociis suis coniunxisset, valde nobis recte visum fuerat. Quia missum nostrum nondum suscepimus; et ipsi homines dolosi sunt, ut ne, missos super missos suscipientes, in dolositate eveniant. Verumtamen nos missum nostrum praeparamus, donec secundum vestrum placitum demandetis. Et si placet vestrae imperiali[e] potentiae, ut missum nostrum ibidem dirigamus, vos nobis per vestram insinuationem significare iubeamini; et nos statim ipsum missum nostrum dirigemus secundum vestram voluntatem[11].

---

a) beatr *C.* b) Earbulfus *C.* c) Eambaldus *corr. in* Eanbaldus *C.* d) Eambaldum *corr. in* Eanbaldum *C.* e) imperialis *C.*

1) *Quem legatum fuisse Hadulfum sive Aldulfum diaconum, in epp. 3 et 4 commemoratum, pro certo minime habemus, cf. Deutsche Zeitschr. f. Geschichtswiss. t. XI p. 355 n. 2.* 2) *Eardulfus rex Northanhumbrorum (796—809?).* 3) *Quem iam anno 806. regno expulsum esse veteres auctores Northanhumbri produnt, sed exeunte a. 807. vel ineunte a. 808. eum esse eiectum veri similius censuerimus; cf. Zeitschr. f. Gesch. l. l. p. 353. 354.* 4) *id est Anglosaxones, v. Simson l. l. II, 381 n. 8.* 5) *Eardulfum scimus spatio mensium Martii et Aprilis a. 808. Noviomagum ad Carolum imperatorem pervenisse. Cf. Ann. regni Franc. ed. Kurze p. 125. 126 a. 808:* vereque inchoante imperator Noviomagum profectus, transacto ibi quadragesimali ieiunio, celebrato etiam sancto pascha *(April. 16.)*, iterum Aquas regressus est . . . Interea rex Nordanhumbrorum de Brittania insula, nomine Eardulf, regno et patria pulsus, ad imperatorem, dum adhuc Noviomagi moraretur, venit. *J; cf. Simson l. l. II, 380 n. 3.* 6) *Eanbaldus II. archiep. Eboracensis; de eius cum Eardulfo rege controversiis cf. Alcvini epp. 232 et 233, EE. IV, 376—379.* 7) *Merciorum (796—819).* 8) *Idem fuisse videtur atque dux ille Wada, qui teste Simeone Dunelm. (ed. Arnold p. 59) a. 798. seditione contra Eardulfum regem mota proelio victus fugit et fortasse a Coenulfo rege receptus est; cf. Zeitschr. f. Gesch. l. l. p. 356 n. 3.* 9) *Wulfredum archiepiscopum Cantuariensem (805—832). J.* 10) *Cf. Haddan and Stubbs, Councils III, 587.* 11) *Cf. Zeitschr. f. Gesch. l. l. p. 356. 357.*

Omnipotens enim et misericors Deus sua vos protectione longa per tempora conservare dignetur atque aeterna gaudia cum sanctis omnibus faciat possidere. Piissimum domini imperium gratia[a] superna custodiat eique omnium gentium colla substernat. 808 post Apr.

EMBOLIM.

Pro tanto amore tantaque dilectione atque fide, quam erga vestram serenitatem gerimus, ea, quae agnoscere valemus, silere non possumus[1].

Iesse vero episcopus[2], serviens vester, aliud servitium vobis facere potest. Nam missaticum per patrias deportare, non nobis videtur, quod idoneus sit, neque ad secretum consilium provocandus[3]. Sed rogamus vestram clementiam, ut de hac re clementer considerare debeatis; quia nos omnes in vestro servitio salvi existere cupimus.

De autem sacerdotalibus causis, unde nobis[b] ad detrimentum venire speramus, quae nos non sic possumus emendare, vobis insinuamus, ut interrogetis Helmengaudum et Hunfridum fideles vestros[4], quando a nobis absoluti sunt et in Ravenna coniunxerunt, et ab archiepiscopo[5] ad prandium invitati, id est dominico die ad palmas[6]: quales lectiones et quales ammonitiones ante ipsa mensa recitatas audierunt, sicut decet in sancto quadragesimali tempore, quando omnes de suis facinoribus Deum deprecantur, ut mereantur emendare. Sed et ea, quae ibidem audierunt, nobis turpitudo est vobis in scriptis insinuare.

3.

Leo III. papa Carolo I. imperatori excusat Hadulfum nuntium suum, qui cum Eanbaldi II. archiepiscopi Eboracensis legato, aula non visa, in Italiam properaverit. Ambos evocatos mittit cum litteris ex Anglia allatis. *808 Dec. 31.*

Cod. fol. 7[a].

Edd. Conring n. 8 ex cod. = Labbe col. 1123 = Bouquet p. 603 = Mansi col. 974 = Cenni n. 6 = Migne col. 535; Jaffé p. 315 ex cod. = Haddan and Stubbs, Councils III, 565. — Jaffé Reg. 2517.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI[b] AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Omnes enim, qui se nobis fideles asserunt[c], si vestrae imperiali[d] potentiae sic fideles non extiterint, ita ut omnes pacem atque dilectionem, quam Deo miserante erga sanctam Dei catholicam et apostolicam Romanam ecclesiam matrem vestram et nos geritis, cognoscere valeant, vacua est spes eorum, et labor eorum sine fructu, Sap. 3, 11.
et inutilia sunt opera illorum; exceptis his, qui per ignorantiam in aliquod, ut homo, fefellerint. Verumtamen et ipsi corrigendi esse iudicamus.

Misit siquidem nobis vestra serenitas, eo quod Hadulfus diaconus, missus nostrae apostolicae sedis[7], cum a vobis more solito benigne et honorifice susceptus esset et usque ad portum maris deductus atque exinde ad navigationem commode absolutus, et — cum verteretur — ad vos primum se velle venire profiteretur, noluit missum vestrum exspectare, qui eum usque ad vos deduceret; sed arrepto itinere quasi

---

a) et reliqua ut supra *C pro* gratia — substernat. b) unde nobis *bis script., semel delet. C.*
3. a) *Lemma:* Epistola intercessionis et cetera. b) et reliqua *C pro* victori — servorum Dei. c) asserint *C;* asseruerint *J.* d) imperial̄ *C.*

1) *Cf. infra epp. 5. 10.* 2) *Ambianensis (799—830, † 836 vel 837).* 3) *Similiter multos Caroli legatos papa reprehendisse videtur, cf. infra ep. 10.* 4) *Cf. supra ep. 1.* 5) *Martino?* 6) *d. 9. Apr. 808; de inimicitiis, quae ecclesiae Romanae cum archiepiscopis Ravennatibus erant, cf. Simson l. l. p. 393, P. Luther, Rom u. Ravenna bis zum 9. Jahrh.* 7) *Cf. Annales regni Franc. ed. Kurze p. 126 a. 808:* ... legatus ad Brittaniam directus est Aldulfus diaconus de ipsa Brittania, natione Saxo.

808 Dec. 31. fugiens, cum vos illum per dies aliquot exspectaretis, ad vos venturum sperantes, spem vestram delusit. Et quoniam missum Eanbaldi archiepiscopi[a 1], qui et ipse litteras suas ad vos misit, petens, ut praedictum legatum eius ad vos venientem bene susciperetis et eum ad nos venire permitteretis[b], — sed neque ille secundum domini sui praeceptum peragere studuit.

Quamobrem credat nobis vestra serenitas, karissime ac dulcissime fili, quia per nullum iniquum quodlibet consilium hoc facere perpessi sunt, sed ignorantes saeculi huius solertia, hanc stolidam occursionem perfecerunt.

Nos vero, apostolica suffulti auctoritate, secundum vestram voluntatem vestrae imperiali[c] potentiae eos dirigere non omittimus. Sed precamur clementiam vestram, ut pro amore beati Petri apostoli fautoris vestri — in cuius servitio praedictum Hadulfum diaconum sub iuramento emisimus, immo etiam in ipsum, quod nobis sub iusiurando pollicitus est, ut ad profectum sanctae Dei ecclesiae et vestrum atque nostrum decertare debuisset et pacem in ipsa insula[2] seminare studuisset, iterum ipsis in partibus remittimus — nullam pro hac re sustineat tribulationem, ut cum propheta dicere
Ps. 140, 5. valeat: 'Corripiet me iustus in misericordia.' Quis enim vestram a Deo datam sapientiam inludere valebit, cum superna gratia sicut vos procul dubio credimus ut habeatis? Sed quia homines sumus et fallimur, petimus pietatem vestram, ut hanc eorum noxam beato Petro apostolo concedere non dedignemini, ut ab ipso clavigero regni caelestis premium mercedis suscipere mereatis.

De autem quod nobis emisit vestra serenitas: fraudulentam eos habere legationem, quam vobis[d] ostendere timuerunt, et quia propter[e] hoc tam festinanter profecti sunt, ut Ardulfi regis[3] iter Romam[4] praevenire potuissent, omnes epistolae, quae de partibus illis nobis perlatae sunt, pro vestra satisfactione vobis emisimus legendas.

Praedictum vero missum Eanbaldi archiepiscopi, in quantum Deo auspice agnoscere valuimus, in omnibus Dei famulum eum comperimus. Unde obnixe quaesumus vestram imperialem potentiam, ut pro eo, quod ad fautorem vestrum beatum Petrum apostolum directus est, melius illi sit, et non deterius; sicut modis omnibus esse cre-
cf. 1. Petr. 2, 9. dimus, quamquam ignoranter fefellit. Quia valde pertimescimus, ne ipse populus adquisitionis sanctae Romanae ecclesiae per quamlibet occansionem[f] certamen praedecessoris mei domni Gregorii[5] beatissimi papae, quod ipsis in partibus posuit, meis temporibus infructuosum existere[g] videatur, nec mihi in iudicio eveniat. Quid plura dicimus? Sicut per eorum stultitiam agnovimus in aliquod vestrum furorem, ita per infusionem sancti Spiritus velocius a vobis vestram sentiamus misericordiam.

His praemissis, omnipotens et misericors Deus sua vos a malis omnibus protectione custodiat et, quoniam vita vestra bonis omnibus valde est necessaria, post longa adhuc tempora vos ad caelestis patriae gaudia perducat. Piissimum domini imperium gratia[h] superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

Praedictae vero epistolae, quae de Saxoniae partibus nobis missae sunt, magnopere precamur clementiam vestram, ut eas nobis remittere iubeatis. Quia eorum verba pro pignore retinemus.

Absoluta pridie Kal. Ianuar.[6].

---

a) *Corr. ex* archiepiscopo *C.* b) *an exciderunt quaedam?* c) imperialis *C.* d) nobis *C.* e) p̄p̄ *C.* f) *sic C; hic Jaffeo quaedam excidisse videntur.* g) *an* exibere *legendum?* h) et reliqua ut supra *C pro* gratia — substernat.

1) *II. Eboracensis, cf. supra ep. 2.* 2) *Britannia.* 3) *Northanhumbrorum; cf. supra ep. 2.* 4) *Annales regni Franc. ed. Kurze p. 126 a. 808.:* Interea rex Nordanhumbrorum — Eardulf — ad imperatorem venit *(m. Martio — Aprili, v. supra p. 90 n. 5)* et Romam proficiscitur, Romaque rediens, per legatos Romani pontificis et domni imperatoris in regnum suum reducitur. *J. Anno ineunte 809. reductus esse videtur, cf. Simson l. l. p. 381 n. 7, p. 398 n. 5, Zeitschr. f. Gesch. l. l. p. 357 sq.* 5) *I. (590 —604).* 6) *Quod tempus in Reg. Jaffean. ab Ewaldo immerito in dubium vocari videtur.*

4. 809

Leo III. papa Carolo I. imperatori per Sabinum episcopum de huius legatione ac de Aldulfi diaconi captivitate et redemptione significanti, simulque tres quaestiones proponenti respondet. *809.*

Cod. fol. 7' [a].

Edd. Conring n. 9 ex cod. = Labbe col. 1125 = Bouquet p. 597 = Mansi col. 975 = Cenni n. 1 = Migne col. 517; Jaffé p. 320 ex cod. – Jaffé Reg. 2521.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI [b] AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Remeante ad nos Deo annuente Sabino religioso episcopo de partibus transmarinis, obtulit nobis serenitatis vestrae epistolam, continentem de iniuncta sibi legatione vel captu atque redemptione Aldulfi diaconi, missi nostri [1]. De quo in magno merore manemus, quousque omnipotens Deus illum ad nos usque per vestrum deducat solatium.

Repperimus etiam in ipsa honorabili vestra epistola tres quaestiones subiunctas. Una quidem de eo, quod scriptum est in evangelio secundum Matheum, ubi dicitur de domino nostro Iesu Christo: 'Et veniens Nazareth habitavit ibi, ut adimpleretur, *Matth. 2, 23.* quod dictum est per prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur'. Alteram de eo, quod in principio evangelii secundum Marcum testimonium propheticum ita positum est: 'Initium evangelii Iesu Christi, filii Dei; sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce *Marc. 1, 1. 2.* mitto angelum meum, qui praeparabit viam tuam ante te'. Tertiam de epistola egregii doctoris beati Pauli apostoli priore ad Corinthios, ubi dicit: 'Si enim cognovissent, *1. Cor. 2, 8. 9.* numquam dominum gloriae cruci fixissent; sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris [c] audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus diligentibus se'.

Scribit enim beatus Hieronimus de questione prima, id est secundum Matheum, quod hoc in Isaia scriptum habeatur; sed id magis iuxta sensum usum beatum fuisse evangelistam, quam iuxta sermonis proprietatem. Scriptum namque est in commentario ipsius evangelistae ab eodem beato Hieronimo [2]: 'Et veniens habitavit in civitate, quae vocatur Nazareth, ut adimpleretur, quod dictum est per prophetas: 'Quoniam Nazareus vocabitur'. Si fixum de scripturis posuisset exemplum, numquam diceret: 'Quod dictum est per prophetas', sed simpliciter: 'Quod dictum est per prophetam'. Nunc autem pluraliter prophetas vocans, ostendit se non verba de scripturis sumpsisse, sed sensum. 'Nazareus' enim 'sanctus' interpretatur; sanctum autem dominum futurum omnis scriptura commemorat. Possumus et aliter dicere, quod etiam eisdem verbis iuxta Hebraicam veritatem in Isaia scriptum sit: 'Exiet virga de radice Iesse et Nazareus de radice conscendet'.'

De testimonio vero beati Marci evangelistae, quod in principio sui profert evangelii, dicens: 'Initium evangelii Iesu Christi, filii Dei; sicut scriptum est in Isaia pro- *Marc. 1, 1. 2.* pheta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te', et iterum: 'Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas *Marc. 1, 3.*

---

4. a) *Lemma:* Questiones solvendae. b) et reliqua ut supra *C pro* victori — servorum Dei. c) auris *om. C.*

1) *Annales regni Franc. ed. Kurze p. 128 a. 809:* Postquam Ardulfus rex Nordanhumbrorum reductus est in regnum suum, et legati imperatoris atque pontificis reversi sunt, unus ex eis, Aldulfus diaconus, a piratis captus est — ductusque ab eis in Brittaniam, a quodam Coenulfi regis homine redemptus est Romamque reversus. *J.* 2) *Hieronymi Commentarii in Matthaeum l. I c. 3 (opp. ed. Vallarsius, Veronae 1737 t. VII col. 17). J.*

809 eius', sciendum est, quod e duorum testimoniis prophetarum unum contexuit corpus,
Malachiae videlicet et Isaiae, quorum unius edixit, alterius vero tacuit nomen. Quod
Malach. 3, 1. enim ait: 'Ecce mitto angelum meum' et cetera, de Malachia protulit; quod vero adie-
Isai. 40, 3. cit: 'Vox clamantis in deserto' et cetera, Isaiae vaticinium est; sicut in ipsius Malachiae expositione beatus profert Hieronimus[1], dicens: 'Marcus evangelista duo testimonia, Malachiae et Isaiae, sub unius prophetae sermone contexens, ita exorsus est: 'Initium evangelii Iesu Christi, sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce mitto angelum meum ante te, qui praeparabit[a] viam tuam'. Hoc, licet verbis aliis, in Malachia legimus. Quod autem sequitur: 'Vox clamantis in deserto' et cetera, ab Isaia propheta dicitur'. Item vero in commentario Mathei idem beatus dicit Hieronimus[2]: 'Cum enim testimonium de Malachia Isaiaque contextum sit, quaeritur, quomodo velut ab uno Isaia exemplum putemus adsumptum. De quo ecclesiastici viri plenissime responderunt'.

At vero testimonium beati Pauli apostoli, quod in epistola ad Corinthios protulit,
1. Cor. 2, 9. dicens: 'Quod oculus non vidit nec auris audivit' et cetera, in Isaia propheta scriptum habetur, aliis[b] quidem verbis, eodem tamen sensu. Sic namque scriptum est ibidem:
Isai. 64, 4. 'A saeculo non audierunt neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus, absque te, quae praeparasti exspectantibus te'. Requirat prudentissima vestra imperialis potentia in capitulo centesimo septuagesimo[3], et ita inveniet. Quamquam beatus Ambrosius hunc sermonem in expositione eiusdem epistolae iuxta scriptum apostoli, in apocalipsi Heliae in apocriphis scriptum esse adfirmet[4].

His praemissis, omnipotens et misericors Deus sua vos protectione custodiat atque post multorum curricula annorum vitam tribuat sempiternam. Piissimum domini[c] imperium gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

5.

Leo III. papa Carolo I. imperatori assentitur, ut Fortunato archiepiscopo Gradensi, a Graecis Venetisque pulso, ecclesia Polana tribuatur. De ecclesia Aquileiensi. De pravis quibusdam Fortunati factis. *806—810.*

Cod. fol. 7'[a].

Edd. Conring n. 9 ex cod. = Labbe col. 1125 = Bouquet p. 597 = Mansi col. 975 = Cenni n. 1 = Migne col. 517; Jaffé p. 320 ex cod. — Jaffé Reg. 2521.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI[b] AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Dum vestrae imperiales syllabae de civitate in civitatem ad nos pervenissent, quae et a nobis susceptae ac relectae fuissent, repperimus in eis, quatenus a Gradense insula, ubi Fortunatus archiepiscopus suam propriam sedem habere videbatur, propter persecutionem Grecorum seu Veneticorum exsul esse dinoscitur[5], et si con-

---

a) p̄pār *C.* b) aliī *C.* c) et cetera ut supra *C pro* domini — substernat.

5. a) *Lemma:* Epistola, qualiter quidam episcopus exsul inventus est. b) et reliqua ut supra *C pro* victori — servorum Dei.

1) *Hieronymi comm. in Malachiam 3, 1 (opp. ed. Vallarsius, Veronae 1736 t. VI col. 969). J.* 2) *Cf. supra p. 93 n. 2.* 3) *Esaiae enim prophetia, quae in vulgata editione capita 66 exhibet, secundum veterem Latinam editionem ex LXX (cod. Vatic. n. 4220) in capita 181 divisa est (v. Sabatier, Bibliorum latinae versiones t. II, 512—514). Neque vero ibidem versus ille ad caput 170 pertinet, sed ad cap. 172. J.* 4) *V. commentaria in epistolam ad Corinthios primam Ambrosio perperam addicta, in S. Ambrosii opp. edd. Benedictini, Parisiis 1690 t. II append. p. 118, ubi haec leguntur:* 'Sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit — diligentibus te'. Hoc est scriptum in apocalypsi Heliae, in apocryphis. *J.* 5) *Fortunatum amissa sede Gradensi in Galliam anno 806. se contulisse annoque 810. sedem illam recuperavisse cognoscimus ex Iohannis chronico Veneto, SS. VII p. 14. 15. J.*

grue nobis apparuisset, pro causa necessitatis in Pola, ubi iam dudum Emilianus quidam[1] episcopus praefuit, quae et diocesis praedicti Fortunati archiepiscopi exsistit[2], illic suam sedem haberet; et qualiter vestra a Deo protecta imperialis potentia sine consultu apostolatus nostri nequaquam eum aliubi conlocare voluit. 806—810

Nos vero de hac re pertractantes praevidimus, ut, secundum qualiter vestrae imperiali clementiae complacuit, ut in Polana ecclesia persisteret, ita maneat, sub eo prorsus tenore, ut, si Domino annuente et beato Petro apostolo protegente per vestram in triumphis victoriam ipsa sua sedis illi restituta fuerit, secundum qualiter praedicta Polana ecclesia integra cum omnia sibi pertinentia susceperit, sic iterum ea restituatur, et non de rebus eius aut pecunia ad suam debeat subtrahere sedem, sed neque cuiquam ex ipsis rebus seu pecuniis atque speciebus dare quoquo modo praesumat, ut ipsa ecclesia semper inrefragabiliter cum suo antistite salva existere possit.

Reservatur siquidem in ipsis vestris imperialibus apicibus, quomodo in Aquis palatio nobiscum praevidistis[3] de Aquileiense ecclesia, velut una, quae suam sedem haberet[4]. Credat enim nobis vestra clementia, eo quod, quicquid ibidem una vobiscum vel cum fratribus et coepiscopis nostris oratores vestri pertractavimus, omnia ad mercedem animae vestrae seu filiorum vestrorum esse conspicitur.

Omnipotens et misericors Deus per intercessionem sanctae suae genetricis sanctorumque apostolorum Petri ac Pauli[5] diu vos in hoc mundo conservare dignetur et post multorum annorum curricula caelestia regna cum sanctis omnibus faciat adipisci. Piissimum domini imperium[a] gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

EMBOLIM.

Et hoc vestrae serenitati intimare curavimus de praefato Fortunato, ut, sicut semper pro illius honore temporale laboratis[6], ita et de anima eius curam ponatis, ut per vestrum pavorem suum ministerium melius expleat. Quia non audivimus de eo, sicut decet de archiepiscopo, neque de partibus istis, neque de partibus Franciae, ubi eum beneficiastis[7]. Tamen gratias agimus Deo, quia omnia vobis incognita non erunt. Interrogate quidem fideles vestros, et omnia vobis nota fiant; eo quod illi, qui vobis eum conlaudant, hoc per munera et calciaria faciunt. Quid nobis plus amabile est, quam vestra dulcissima anima?[8] Et Deus cognitor est, quia post salutem animae vestrae haec omnia vobis insinuamus, eo quod de tanto amore, quem erga vestram serenitatem gerimus, ideo silere non possumus[9].

Potestis interrogare fratrem nostrum Hildibaldum archiepiscopum[10] et Ercanbaldum cancellarium[11]. Fortasse aliquid exinde cognoverunt. Quia cognovimus eos animae vestrae fideles in omnibus.

---

a) et reliqua ut supra *C pro* imperium — substernat.

1) *Aemiliani, quondam patriarche Gradensis (749—757, de quo v. chron. Gradense, SS. VII p. 47) mentio inferri videtur. J.* 2) *Quibus ex verbis elucet episcopatus Istriae eo tempore patriarchatui Gradensi suppositos fuisse; cf. Harnack, Die Beziehungen des fränkisch-ital. zu dem byzant. Reiche p. 45 n. 2.* 3) *anno 805., circiter die 6. Ianuarii. V. Jaffé Reg. I p. 311; cf. Böhmer-Mühlb. Reg. 401 f, Simson l. l. II, 319 n. 5.* 4) *Ergo provisum esse videtur, ut patriarchatus Gradensis atque episcopatus Istrici ecclesiae Aquileiensi, a qua olim divisi erant, rursus supponerentur; cf. Simson l. l. II, 319, eiusdem Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. d. Frommen I, 281 sq.* 5) per intercessionem — Pauli *cf. epp. 1. 6. 10.* 6) *V. chronicon Gradense (SS. VII, 47):* Hic *(Fortunatus)* tantae famositatis fuit, ut dive memoriae Karolus imperator spiritalem patrem eum habere optaret. Cuius ad augmentum aecclesiae idem reverentissimus augustus quam plurima contulit praecepta. *J.* 7) *Abbatiam Medianensem (Moyen-Moutier) beneficium illud fuisse verisimile est, id quod Simson, Jahrb. des fr. R. unter Karl d. Gr. II, 360 n. 6 non satis constare censet; sed cf. Pfister, Annales de l'Est 1890 p. 287 n. 4, Neues Archiv XXI, 757.* 8) *Cf. ep. 10.* 9) *Cf. supra p. 91 n. 1, infra ep. 10.* 10) *Coloniensem c. 791—818 (sive 819); cf. Simson, Jahrb. d. fr. R. unt. Ludw. d. Fr. II, 232 n. 2.* 11) *De quo cf. Simson l. l. II, 546. 547.*

812 Aug. 26.

6.

Leo III. papa Carolo I. imperatori nuntiat Lampadusam, Pontias, Isclam-maiorem insulas a Mauris direptas esse. Michaelis I. imperatoris patricium et spadarios duos non esse ab Anthimo duce Beneventano adiutos; sed Caietanos et Amalphitanos opem iis tulisse. Maritimas suae ditionis oras non accepisse impetum. 812 Aug. 26.

Cod. fol. 2' [a].

Edd. Conring n. 3 ex cod. = Labbe col. 1116 = Mansi col. 966 = Cenni n. 8 = Migne col. 540; Jaffé p. 322 ex cod. = Capasso, Società Napoletana di storia patria. Monumenti storici. Serie I[a] *Cronache t. I p. 248. — Jaffé Reg. 2524.*

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Scimus igitur vestram a Deo protectam imperialem potentiam semper de integritate et exaltatione atque custodia matris suae sanctae Romanae ecclesiae eiusque finibus sollertissimam habere sollicitudinem. Et ideo notum facimus serenitati vestrae ea, quae nuper audivimus et ex parte certi sumus.

Vestrae siquidem a Deo datae sapientiae incognitum non est, quod illa nefandissima Agarinorum gens partibus Siciliae anno praesente venire consiliaverunt [1]. Nunc autem, sicut audivimus, in quibusdam Grecorum insulis coniunxerunt [2].

Pro quibus vero misit Michahel [3] imperator patricium et spadarios cum stolo, ut contra eos Christo adiuvante dimicare debuissent.

Cumque ipse patricius in Siciliam coniunxisset, direxit missos suos per Beneventum ad Anthimum Neapolitanum ducem [4], ut cum toto ipso Neapolitano ducatu [b], qui illi oboedire voluisset [c] [5], navale auxilium ei praebere studuisset. Qui vero dux occasiones proponens, in adiutorio eius ire contempsit. Kaietani autem et Amalfitani [d] aliquanta congregantes navigia, in auxilio illius abierunt.

Postmodum vero, ut audivimus, ingressi sunt ipsi nefandissimi Mauri, tredecim scilicet navigia, in insulam, quae dicitur Lampadusa [6], partibus Siciliae constituta, et praedaverunt eam. Cumque de praedicto Grecorum stolo septem navigia ibidem explorando perrexissent, ut se [e] veritatem cognoscere potuissent, conprehendentes eos Deo odibiles Mauri occiderunt illos. Et dum exspectassent eos Greci, qui miserunt illos ad explorandum et minime essent [f] reversi, abierunt generaliter super eos. Et Christo miserante totos illos iniquos Mauros occiderunt, ita ut nec unum ex eis vivum reliquerunt.

Porro et hoc relatum est nobis, quod quadraginta naves de ipsis Mauris venerunt in insulam, quae Pontias [7] vocitatur, ubi monachi residebant, et praedaverunt eam. Postmodum vero egredientes ex ea, ingressi sunt in insulam, quae dicitur Iscla maiore,

---

6. a) *Lemma:* Epistola de occisione Maurorum in Grecos. b) ducato *corr. in* ducatu *C.* c) voluissent *C.* d) Amalfritani *C.* e) *sic C; an* rei? f) essent *in litura.*

1) *Ann. regni Franc. ed. Kurze p. 136. 137 a. 812.:* imperator — Bernhardum filium Pippini, nepotem suum, in Italiam misit; et propter famam classis, quae et de Africa et de Hispania ad vastandam Italiam ventura dicebatur, Walanem filium Bernhardi patruelis sui cum illo esse iussit, quoad usque rerum eventus securitatem nostris adferret. Haec classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam venit; et ea quidem, quae ad Sardiniam est delata, pene tota deleta est. *J; cf. infra p. 98 n. 11.* 2) *Quos Sarracenos venisse de Africa recte conicit Jacobs, Das Jahr 813 n. Chr. p. 35.* 3) *I. (a d. 2. Oct. 811 ad d. 10. Iul. 813). J.* 4) *801—818 (?); de quo cf. Simson l. l. p. 489 n. 4, Capasso l. l. p. 8 et 69.* 5) *Quibus ex verbis conici potest non totum ducatum Neapolitanum eo tempore Anthimo oboedivisse; cf. Capasso l. l. p. 69, qui ducem censet auxilium negasse, 'vel quia Beneventanorum hostiles aggressiones timeret vel quia ducatus intestinis discordiis agitaretur.'* 6) *Inter Siciliam et Africam sita, e mer. et occ. Melitae.* 7) *Ponza e mer. C. Circello.*

non longe a Neapolitana urbe miliaria XXX, in qua familia et peculia Neapolitanorum 812
non parva invenerunt; et fuerunt inibi a XV. usque XII. Kal. Septembris, et num- Aug. 26.
quam ipsi Neapolitani super eos exierunt. Cumque totam ipsam insulam depredassent, implentes navigia sua de hominibus et escis necessariis, reversi sunt post se. Kaietani autem, qui post desolationem iam dictae insulae ibidem fuerunt, dixerunt, quod invenissent homines occisos iacere, et granum et scirpha, quae ipsi Mauri portare secum non potuerunt; sed et caballos Mauriscos, quos in suis ducebant navigiis, occisos ibidem dimiserunt.

Ecce, quaecunque audire potuimus de Grecorum partibus, serenitati vestrae intimare curavimus.

De nostris autem terminibus insinuamus vestrae tranquillissimae imperiali[a] potentiae, quia per intercessionem[1] sanctae Dei genetricis semperque virginis Mariae dominae nostrae et beatorum apostolorum Petri ac Pauli[1] et per vestram prudentissimam ordinationem omnia salva et inlaesa existunt. A quo enim de illorum adventu vestra nos exhortavit serenitas[2], semper postera et litoraria nostra ordinata habuimus et habemus custodias.

Nosque cum[b] nostris sacerdotibus in ecclesia fautoris vestri beati Petri apostoli Dei omnipotentis exoramus clementiam, ut suam sanctam ecclesiam ab insidiis inimicorum custodire et defendere dignetur, vosque ad exaltationem et defensionem eius per longa annorum curricula conservare et protegere iubeat atque ad gaudia aeterna post multa temporum spatia cum sanctis perducat omnibus.

Piissimum domini imperium gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

Absoluta VII. Kal. Septembris[3].

7.

Leo III. papa Carolo I. imperatori mittit Gregorii patricii Siciliensis litteras. De pace in decem annos inter eundem Gregorium et Sarracenorum legatos confecta; de centum Sarracenorum navibus ad Sardiniam insulam mari mersis atque de quibusdam aliis rebus a Mauris gestis; de Michaele I. imperatore monacho facto. *813 Nov. 11.*

Cod. fol. 1'[a].

Edd. Conring n. 2 ex cod. = Labbe col. 1114 = Mansi col. 965 = Cenni n. 9 = Migne col. 544; Jaffé p. 325 ex cod. — Jaffé Reg. 2526.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Tertio igitur Idus Novembris suscepimus epistolam Gregorii patricii Siciliensis, responsum scilicet serenitatis vestrae epistolae, quam illi per hominem nostrum emisimus. Vobis siquidem, pro qua causa ignoramus, epistolam, nomini vestro titulatam, non emisit[4]. Illam tamen, quam nobis direxit, epistolam — de qua vobis exemplar aut, postquam eam legeremus, a nostro sigillo[b] sigillatam vestrae imperiali potentiae dirigere petiit — nos pro vestra satisfactione neque eam ad legendum aperuimus, neque quid in ea continetur, cognovimus; nisi quod per illum missum nostrum nobis in verbis direxit, id est de illis Sarracenorum missis, cum quibus pactum confirmavit ipse patricius in annos decem.

---

a) imperialis *corr. in* imperiali *C.* b) nosque cum *in litura.*

7. a) *Lemma:* Epistola, qualiter Sicilienses cum Sarracenis pactum fecerunt et captivi redditi sunt. b) a nostro sigillo *in litura.*

1) per intercessionem — Pauli *cf. epp. 1. 5. 10.* 2) *V. supra p. 96 n. 1. J; cf. p. 88 v. 23 sq., Simson l. l. p. 427 n. 3.* 3) *Cf. p. 92 n. 6.* 4) *Cf. infra p. 99 v. 3.*

813 Nov. 11. Dicebat enim ad praedictos missos Sarracenorum: 'Quale nobiscum pactum facere vultis? cum ecce iam anni sunt octuaginta quinque[1], quod pactum nobiscum fecistis, et firmum non fuit. Immo et Constantinus patricius, qui ante me praefuit, in decem annos[2] vobiscum pactum firmavit usque ad futuram octavam indictionem[3]; sed neque ipsum pactum firmum tenuistis. Nunc autem quale vobis pactum faciamus, nobis incognitum est'. Ad haec respondebant ipsi Sarracenorum missi, dicentes: 'Pater[4] istius amiralmuminin[5], qui nunc apud nos regnare videtur[6], defunctus est, et iste relictus est parvulus[7]. Et qui fuit servus, factus est liber; et qui liber fuit, effectus est dominus; et nullum se regem habere putabant. Sed ecce nunc, postquam omnia, quae pater suus habuit, sibi subiecit, vult firma stabilitate hoc, quod petimus, pactum servare. De Spanis autem non spondimus; quia non sunt sub dicione regni nostri. Sed in quantum valemus eos superare, sicut vos, ita et nos contra illos in mare dimicare promittimus; etsi soli nos non valemus. Nos a parte nostra, et vos a vestra, a christianorum finibus eos abiciamus'.

Post haec vero convenit illis; et confirmaverunt in scriptis inter se pactum in annos X[8]. Et dedit eis missum nomine[a] Theopistum notarium. Et reddidit illis, quantos habuit conprehensos de ipsis Sarracenis, ut illos christianos, quos de suis finibus praedaverunt, reddidissent.

Et postquam iam dictum pactum inter se firmaverunt, et missus noster ab ipso patricio absolutus est, invenit in Catena unum hominem, sub nimia velocitate ad patricium nuntiare festinans, quod septem navigia Maurorum praedaverunt unum vicum in Rigio; et duas naves ex eis post eos ad litus exierunt vacuae[9].

Nam et hoc nuntiavit nobis ipse missus noster, quod audisset ab hominibus Sarracenorum missis, quod isto Iunio mense transactae sextae indictionis[10] voluissent cum aliis centum navibus ad Sardiniam peragrare; et dum venissent prope Sardiniam, subito aperta est maris[b] et subgluttivit illa centum navigia; et postmodum sic cum magno timore reversi sunt ipsi Sarraceni; qui hoc dicebant in Africa et nuntiaverunt ad familiam de illis, qui submersi sunt, et talem luctum fecerunt, qualem nunquam ibidem fuit. Cumque ipse missus noster talia audisset, interrogavit illum notarium, qui eum custodiebat, si veritas esset, quae ab illis Sarracenis audierat. Et dixit ipse notarius, quod ita esset, et ipse ore proprio legisset ad patricium illam epistolam, quam ei unus christianus amicus suus ab Africa direxit, in qua de submersione de praedictis centum navigiis continebat. Et hoc factum est in mense Iunio, quando illud signum igneum tamquam lampadam in caelo multi viderunt[11].

Ipsi vero missi Sarracenorum in navigiis Beneticorum[c] venerunt, et sic veniendo combusserunt igne duo navigia, quae de Spania veniebant.

Ecce, quod per hominem nostrum audivimus, serenitati vestrae intimare curavimus.

---

a) nom̄ *C.* b) *sic C.* c) beneticoram *C.*

1) *ab a. 728. J.* 2) *804—814. J.* 3) *a d. 1. Sept. 814 ad d. 31. Aug. 815 decurrentem. J.* 4) *Harun Arraschid chalifus, qui obiit d. 23. Mart. 809. Cf. Weil, Geschichte der Chalifen II, 165. J.* 5) *Arabice* amiru-l-muminina *idem declarat, quod Latine* imperator fidelium. *J.* 6) *Mohammed Alemin (filius Haruni Arraschid), qui regnavit ab obitu patris sui ad d. 25. Sept. 813; cf. Weil l. l. p. 194 n. 2. Itaque de eius morte Sarraceni illi ineunte mense Novembri nondum certiores facti erant. J.* 7) *Cum Harun moreretur, fuit Mohammed Alemin 23 annos natus; cf. Weil l. l. p. 163. J.* 8) *ab a. 813. ad a. 823. J.* 9) *Intellego: post Maurorum discessum duas ex iisdem navibus ab ipsis Mauris desertas tempestate ad litus appulsas esse; cf. Simson l. l. p. 524 n. 4.* 10) *m. Iunio a. 813. J.* 11) *Quae maxime conveniunt cum illis, quae Ann. regni Franc. ed. Kurze p. 137 iam sub a. 812. referunt, scilicet partem Sarracenorum classis 'ad Sardiniam delatam paene totam deletam esse'. Sub a. 813. p. 139 iidem annales narrant Mauros, — ut videtur, Hispanienses neque Africanos, — Sardiniam aggressos commisso cum Sardis proelio pulsos ac victos multis amissis recessisse; cf. supra p. 96 n. 1; Simson l. l. p. 488 n. 3, 523.*

Sed precamur serenitatem vestram, ut, postquam ipsa epistola Gregorii patricii relecta fuerit a vobis, nobis eam dirigere non dedignemini. 813 Nov. 11.

Quod autem minime vobis epistolam ipse patricius misit, et in illam, quam nobis direxit, nomen vestrum non exaravit, cum a vobis perlecta fuerit, statim vestra a Deo data sapientia cognoscere poterit, cur vobis epistolam ut decuit non emisit. Tamen — si praesumptio non nobis imputatur, quod amando ea, quae de hac re sentimus, serenitati vestrae insinuamus — videtur nobis, quia sine consultu Leonis [1] imperatoris sui non ausus est vobis adhuc epistolam suam dirigere.

His praemissis, omnipotens et misericors Deus sua vos protectione custodiat atque post multorum tempora annorum ad gaudia aeterna perducat. Piissimum domini imperium gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

Absoluta III. Idus Novembris [2].

Dixit Gregorius patricius ad missum nostrum, quod Michahel [3] imperator monachus effectus est cum uxore [4] et filiis suis.

8.

Leo III. papa Carolo I. imperatori nuntiat, quos rumores de Leone V. imperatore quidam Graeci ad se pertulerint. *813 Nov. 25.*

Cod. fol. 3' [a].

Edd. Conring n. 4 ex cod. = Labbe col. 1117 = Mansi col. 967 = Cenni n. 10 = Migne col. 548; Jaffé p. 328 ex cod. — Jaffé Reg. 2527.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Postquam enim epistolam Gregorii patricii Siciliensis simul cum nostra [5] emisimus serenitati vestrae, coniunxit ad nos unum navigium nostrum cum aliquibus Grecis hominibus. Ex quibus unus dixit nobis, quod, dum esset Leo [6], qui nunc effectus est imperator [7], contra Vulgaros ad pugnandum, Procopia uxor Michahelis [8] imperatoris habuisset quendam amicum nomine Constantinum patricium et exhortasset eum, ut sibi eam in coniugium copulasset; promittens ei thesaurum absconditum multum, quod se abditum a patre suo [9] habere dicebat, per quod populum erogare debuisset, quatinus imperatorem eum sibi elegissent. Tunc re ..... ductus [b] sermonibus eius iniquo illius consilio, et pacavit sibi multos, dans largiflua dona. Post haec vero intromiserunt eum in palatium [c] imperialem, laudem canentes ei. Ipse autem Constantinus fecit ad se accersire Niciforum patriarcham [10] et dixit se coronari, sicut mos est imperatorum. Ille igitur patriarcha nolens coronare eum, ... manibus [d] propriis [11]; uxorem [12] vero Leonis imperatoris exorbavit [13] et filium eius parvulum interemit. Hoc cum audisset

---

8. a) *Lemma:* Epistola de iniquo consilio facto. b) *desinit in C versus in* re, *et sequens versus a* ductus *orditur.* c) palatio *corr. in* palatium *C.* d) *in C versus a* manibus *exorditur.*

1) *V. (813—820). J.* 2) *Quae dies num recta esset, cum eadem inveniretur in epistola ineunte, dubitavit Simson, Jahrb. d. fr. R. unter Ludw. d. Fr. I, p. 8 n. 5, id quod ipse postea in Jahrb. d. fr. R. unter Karl d. Gr. II, p. 523 n. 6 merito revocavit.* 3) *I. (811—813); Michael apud Bersiniciam a Bulgaris devictus cum d. 10. Iulii 813 imperio se abdicasset, mox a Leone imperatore monachus in insulam Proten, in mari Propontiaco sitam, missus est.* 4) *Procopia. J.* 5) *ep. 7 supra p. 97.* 6) *V. (813—820). J.* 7) *d. 10. Iulii 813. J.* 8) *v. supra n. 3.* 9) *Nicephoro imperatore (802—811). J.* 10) *Constantinopolitanum (806—815, † 829).* 11) *Supplendum est* occidit ipsum *vel similia, cf. infra p. 100 v. 24.* 12) *Theodosiam. J.* 13) *Cum infra Leo imperator uxorem suam occisam lugeat,* exorbare *hoc loco non potest idem esse atque* excaecare, *ut P. Jaffé recte monuit, sed potius significat idem ac* detruncare; *Procopiam quoque eodem modo Leo ulciscitur, cf. infra p. 100 v. 19.*

813 Nov. 25. Leo imperator, ubi erat in finibus Vulgarorum ad pugnam, coepit afflictis sermonibus increpare patricios et optimates, qui cum illo erant, dicens: 'Boni et christianissimi viri, cur talem iniquitatem in me facere voluistis, quod elegistis me vobis imperatorem? Et ecce nunc et uxorem meam et filium meum occiderunt et levaverunt sibi alium imperatorem'. Tunc omnes, stupore magno repleti, dixerunt ei: 'Benignissime domine, nullam perturbationem ante faciamus, donec infra[a] civitatem ingredi valeamus'. Et inito consilio deposuit imperialem vestem et induit militarem; et tollens secum quinque milia viros armatos electos ad proelium, reversus est ad murum civitatis Constantinopolitanae et coepit cum eis Constantinum imperatorem foris muros vocibus magnis laudare ac dicere: 'Constantinum magnum imperatorem multos annos!' Cumque nuntiatum fuisset, quod multi milites fugissent a Leone et venissent ad eum, laudantes illum, fecit eis aperire portas civitatis, ut rogam[1] eis dare debuisset. Illis autem ingredientibus, non pepercerunt neque viris neque mulieribus sed neque parvulis, quibus invenire potuerunt. Et mortui sunt, ut fertur, XVI milia inter viros et mulieres. Tunc ipse Leo imperator misertus est populo suo et petiit cum Constantino bellum committere, ne pro duobus viris tantorum christianorum sanguis effunderetur. Post hanc vero petitionem ingressi sunt ambo in locum, qui dicitur ippodromio; et occisus est Constantinus a Leone imperatore. In eadem hora interfecit Theodorum patricium et omnes, qui in ipso consilio fuerunt. Procopiam autem, uxorem Michahelis imperatoris[b], occidit et membra eius abscidens distribuit per murum civitatis. Cumque sibi vindictam taliter perfecisset et ordinasset congrue civitatem, reversus est ad exercitum suum in finibus Vulgarorum[2].

Postmodum vero coniunxit ad nos unum hominem Gregorii patricii, qui dixit nobis, quod neque patriarcham occiderunt, neque uxorem Leonis imperatoris[b] exorbaverunt, sed neque filius eius interfectus est; nisi unam parvulam filiam suam fecit Procopia, uxor Michahelis imperatoris, interficere.

Haec vero a Graecis hominibus audientes, serenitati vestrae intimare curavimus.

His praemissis, omnipotens et misericors Deus sua vos protectione custodiat atque post multorum curricula annorum ad gaudia aeterna perducat. Piissimum domini imperium gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

Absoluta VII. Kal. Decembris.

9.

Leo III. papa Carolo I. imperatori per legatos suos munuscula mittit. Nuntios eius queritur non potius usui quam noxae sibi fuisse omniaque ad palatium Ravennas pertinentia abstulisse. *808(?)—814*[3].

Cod. fol. 8[a].

Edd. Conring n. 10 ex cod. = Labbe col. 1126 = Bouquet p. 599 = Mansi col. 976 = Cenni n. 2 = Migne col. 520; Jaffé p. 330 ex cod. — Jaffé Reg. 2528.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI[b] AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad hoc omnipotens et invisibilis Deus noster vestram a Deo protectam imperialem potentiam sanctae suae ecclesiae fecit esse custodem, ut ubique gubernatione

---

a) *sic C.* b) impr̄ *C.*

9. a) *Lemma:* Epistola, qualiter missi, iustitiam facturi, damnum fe(c)erunt. b) et reliqua ut supra *C pro* victori — servorum Dei.

1) *aes militare. J.* 2) *Tota haec Graeci illius narratio conficta est. J.* 3) *Epistola 10 non multo post ep. 9 scripta esse videtur, cf. p. 101 n. 4. 6. 9, p. 103 n. 5. 6. 8; epistolam autem 10 non ante ep. 2, id est ante a. 808. ad Carolum missam esse censuerim, cf. p. 102 n. 4. In modo scribendi quaedam*

laudabili ad augmentum gloriae vestrae vigilantior existeret, et quos consilio exterius 808(?)
regitis, perire interius non permittatis, quatinus per fructum piae sollicitudinis vestrae —814
ad aeterna, quae sanctis suis daturus est, gaudia pertingere mereatis atque ex bonorum vestrorum actibus dignam retributionem multipliciter percipiatis.

Misimus itaque praesentes oratores vestros, Iohannem videlicet reverentissimum episcopum[1] et Basilium religiosum egumenum, visitationis causa ad vestram imperialem clementiam cum benedictione[2] beati Petri apostoli fautoris vestri. Sed petimus serenitatem vestram, ut ne iniuriosum ducatis, quod non aliquid dignum munificentiae vestrae vobis dirigere valuimus. Verumtamen de beati Petri apostoli rebus, quamvis parva sint, quae offeruntur, pro magna semper benedictione suscipienda sunt. Quoniam et hic vobis valebit maiora impendere et apud omnipotentem Deum beneficia aeterna praesentare.

Dum enim in hominibus — post Deum et sanctos suos — non nisi in vestram imperialem potentiam fiduciam habemus, iustum prospeximus, ut et gaudium nostrum et angustias, quae assidue patimur, vestris piis intimaremus auribus, ut oblatio[a], quam vestri dulcissimi parentes[3] et vos ipsi beato Petro apostolo obtulistis, accepta atque secura sit in conspectu eius[4]: quatinus ab ipso clavigero regni caelorum, qui vos in suis utilitatibus defensores constituit, dignam retributionem percipere mereamini, et vestra opinatissima imperialis munificentia in universo fideli populo laudabiliter diffametur, et nos pro causa neglegentiae ante tribunal Dei cum ipso domino et nutritore nostro beato Petro apostolo in iudicio minime provocemur pro eo, quod oppressiones populi Dei vestrae non nuntiassemus clementiae.

Misit igitur pia serenitas vestra missos suos[5], ut iustitiam nobis facere debuissent. Sed magis damnum quam profectum nobis fecerunt[6]. Verumtamen missos vestros[7], qui ad nos venerunt, interrogare dignemini, et ipsi vobis viva voce insinuare possunt ea, quae in nostris hominibus audierunt vel viderunt peracta. Sed et praesens Iohannes episcopus, missus noster, per singula vestrae potest innotescere imperiali potentiae, quia omnia, quicquid per vestrum pium ac legale iudicium, de causa videlicet palatii Ravennatis, recolleximus — unde et iussistis, ut nullus quilibet homo in posterum conquassare aut in iudicio promovere praesumeret — tam de vulgaria, quam etiam de mansis[8], quas per vestrum dispositum Herminus fidelis vester nobis reconsignavit, omnia cum casis, vineis seu laboribus atque peculiis abstulerunt. Et nihil exinde nobis remansit[9].

Quamobrem quesumus vestram imperialem clementiam, ut sic de vestra a Deo accepta donatione, quam praedicto Dei apostolo obtulistis, peragere iubeatis, quatinus in nulla minuatur parte, sed maxime per vestrum laboriosum certamen firma atque stabilis et inconcussa perennis temporibus persistere valeat; et nos, licet impares, tamen Deo miserante vicem eiusdem Dei apostoli tenentes, securiter ac patienter Dei omnipotentis possimus exorare clementiam, ut vestrum robustissimum brachium forte

---

a) oblationem *C.*

similitudo exstat inter ep. 10 et ep. 5 (cf. p. 102 n. 6, p. 103 n. 1. 7; cf. etiam embolim epistolae 5 et p. 102 n. 5); neque vero quicquam certi ex ea de tempore epistolarum 9 et 10 effici posse videtur.

1) *Fortasse eundem atque Iohannem episcopum Silvae Candidae, qui in annalibus regni Franc. a. 815. et 823. ed. Kurze p. 142. 161. 162 legatus papae occurrit.* 2) *i. e. munere.* 3) *In similibus locis epistolarum paparum non parentes laudati sunt, sed solus genitor Caroli imperatoris.* 4) *Cf. infra, atque epp. 1 et 10.* 5) *scilicet missos, qui ius dicerent.* 6) *Cf. infra p. 103 v. 32:* qualem profectum exinde sancta Dei ecclesia mater vestra habet. 7) *scilicet legatos.* 8) *id est: de agro communi atque de singulis fundis.* 9) *Cf. similes querelas supra p. 89, infra p. 103; de controversiis, quae iam inter Hadrianum papam et Carolum regem de iurisdictione in exarchatu Ravennae atque Pentapoli exercenda intercedebant, cf. EE. III, p. 606. 622. 635; P. Luther, Rom und Ravenna bis z. 9. Jahrh. p. 56 sq.*

808 (?) —814 contra inimicos sanctae Dei ecclesiae extendat, et omnes barbaras nationes pede fortitudinis opprimatis.

Piissimum domini imperium[a] gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

10.

Leo III. papa Carolo I. imperatori respondet falso se insimulari contumeliis affecisse legatos eius. Mitti cupit, qui nuntiorum acta exquirat. *808(?)—814*[1].

Cod. fol. 1[a].

Edd. Conring n. 1 ex cod. = Labbe col. 1113 = Bouquet p. 600 = Mansi col. 963 = Cenni n. 3 = Migne col. 523; Jaffé p. 332 ex cod. — Jaffé Reg. 2529.

DOMINO PIISSIMO ET SERENISSIMO, VICTORI AC TRIUMPHATORI, FILIO AMATORI DEI ET DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI, KAROLO AUGUSTO LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Remeantes ad nos fidelissimi missi nostri[2], qui[b] ad vestram imperialem potentiam dreximus, retulerunt nobis de vestra benignissima bonitate, quam erga beatum Petrum apostolum et eius vicarium geritis ex intimo cordis amore.

Inter ea optulerunt nobis honorabiles vestras epistolas et capitularem. Quod vero capitularem post relectionem duarum epistolarum reserantes, inter cetera gaudia, quae praelatae epistolae cordi nostro effuderunt, sic primum capitulum eiusdem capitu-
Ps. 19, 10. laris cor nostrum relevavit, ita ut cum propheta dicere cupimus: 'Domine, salvum fac regem; et exaudi nos in die, qua invocaverimus te'.

Cumque per ordinem ad sextum coniungeremus capitulum, quantum gaudium et laetitiam praedictae epistolae atque cetera capitula nobis ingesserunt, tantum merore et tristitia postmodum sumus repleti. Continebat enim in ipso praefato sexto capitulo, quod missos[3] iam invenire non valetis, qui nobis placeant[4]; de qua re valde tristatur vestra serenitas; et nullus de ipsis, qui iam ad nos fuit directus, per suam voluntatem amplius missus erit, excepto quod oboedientiam vestram voluntarie unusquisque adimplere cupit; et non solum missi vestri timent vestram portare legationem ad nostram pusillanimitatem, verum etiam alii iam non sunt ausi quaerere a vobis auxilium, quia nullus est, qui vestram quaesivit clementiam, ut dicunt, qui postmodum ad plenam potuisset pervenire gratiam nostram[5], et quia plures directos habuistis missos fideles, ex quibus iam alii mortui sunt, et ipsi blasfemati fuerunt, et de ipsis, qui vivunt, nullus iam sine blasfemio esse videtur.

Unde nobis, fili dulcissime, quid aliud agendum est, nisi preces pro his, qui talia
Cf. Matth. 5, 44. Luc. 6, 28. vobis mentiti sunt, ad Deum fundamus, sicut scriptum est: ‚Orate pro inimicis vestris'. Credat enim nobis vestra serenitas, quia ea, quae ad animae vestrae salutem cognoverimus, nullo modo tacemus[6]; et si antea tacuimus, nunc autem non cessamus sive de bonis sive de malis vestrae intimare potentiae. Nam qui per mendatium et malas machinationes vult filium separare a matre, iudicium habebit cum ipso clavigero regni

---

a) ut supra *C pro* imperium — substernat.
10. a) *Lemma:* Prima de accussatoribus. b) *sic C.*

1) *Cf. p. 100 n. 3.* 2) *Fortasse iidem, qui in ep. 9 p. 101 commemorantur; nam quae infra p. 103, vers. 28 Carolum imperatorem de accusatoribus missorum scripsisse apparet, ad papae querelas in ep. 9 prolatas referri videntur.* 3) *scilicet legatos.* 4) *Cf. embolim epistolae 2, ubi Iesse episcopum non esse idoneum ad legationes obeundas papa censet.* 5) *Quae inter alios ad Fortunatum referenda esse videntur, quem, cum Caroli clementiam quaesiisset et ab eo beneficium accepisset, Leo papa imperatori suspectum reddidit, cf. supra embolim epistolae 5.* 6) *Cf. p. 91 vers. 5, p. 95 v. 32, infra p. 103 v. 5.*

caelorum beato Petro apostolo. Quia mihi in hoc mundo nihil pretiosior est, quam animae vestrae salus[1]. Sed quia omnia, quae de vestra prosperitate atque exaltatione in corde nostro gerimus, per singula exarare non valemus, sic nobis omnipotens Deus retribuat, sicut de vestro honore et sospitate cupimus. Verumtamen, cum multo amore multaque fide erga vos constringimur, tacere nullo modo possumus[2], ut vos ipsi pro anima vestra vigiletis, scientes, quia ista misera et caduca vita in modicum exterminatur et finem habet, et omnes rationem reddituri sumus Deo de[a] vaniloquiis[b]. 808(?) —814

Igitur hominibus non citius credatis ante satisfactionem. Sed tamen, si eos[c] bene suscepimus et honoravimus pro vestro amore, Deus nobis retribuat bona et vos satisfaciat, ut in causis beati Petri apostoli amplius et amplius decertetis. Et si non vobis nuntiaverunt, quomodo eos honorifice suscepimus, quid aliud dicamus, nisi ut Deus illis indulgeat.

Verumtamen, si prope fuissemus, adiuvante Dei omnipotentis misericordia, vos habuissetis inter veritatem et mendacium discernere. Quia talem vobis a Deo datam esse sapientiam credimus, ut tale[d] improperium atque confusionem non habuissemus in faciem nostram.

Recordari credimus vestram serenitatem, quia vicibus nobis misistis, quod neminem de nobis mala loqui permitteretis, neque locum illi tribueretis[3].

Sed quid igitur restat, nisi ut inter tantas accussationes, quae de nobis et fidelibus nostris, qui aliquod profectum sanctae nostrae ecclesiae faciebant, vobis dictae sunt, cum lacrimis gratias agamus Deo omnipotenti. Nam de illo amore, quem erga vos gerimus, nullus in hac vita nos separare potest, nisi sola mors quandoque nobis obvenerit.

Sed quid tantum fastidium facimus auribus vestris? Certissime, in quantum nobis Deus largire dignatus est, sic in nostro sensu cogitamus, quod nullus de antecessoribus nostris partibus ipsis[4] cum tanto amore servierunt, quantum nos servivimus. Sed nostrum servitium, ut videmus, nemini aptum fuit.

De autem accussatoribus missorum vestrorum[5], de quibus nobis emisistis, ut aut in nostram aut in vestram praesentiam ad discutiendum veniant, si placet pietati vestrae, missum vestrum dirigite absque illis, qui omnia liquidius inquirat et vestrae imperiali potentiae fideliter nuntiet, quid aut quomodo istis in partibus egerunt, et qualem profectum exinde sancta Dei ecclesia mater vestra habet[6]. Verumtamen omnia in vestro committimus sagacissimo arbitrio.

His praemissis, omnipotens et misericors Deus per intercessionem sanctae suae genetricis semper virginis Mariae dominae nostrae et beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli[7] tale[e] cordi vestro salubre consilium inspiret, ut oblatio, quam dulcissimus genitor vester domnus Pippinus rex beato Petro apostolo obtulit et vos confirmastis[8], — ipse claviger regni caelestis ante conspectum Dei cum ipsa donatione vos praesentetur[f], quatinus gaudia aeterna percipere mereatis.

---

a) de *addidit Conringius.* b) vaniloquis *corr. in* vaniloquiis *C.* c) nos *C.* d) talem *C, ubi littera* m *erasa est.* e) talem *corr. in* tale *C.* f) *an legendum* praesentet?

1) *Cf. p. 95 vers. 30:* Quid nobis plus amabile est, quam vestra dulcissima anima. 2) *Cf. p. 102 n. 6.* 3) *Cf. Hadriani I. ep. ad Carolum regem missam, EE. III, 635:* Interea repperimus in ipsis regales apicibus vestris exaratum .... neque eis neque quolibet homini nullatenus in nostra adversitate praeberemini consensum, sed statim, si tales repperissetis, et hominem et causam ad nostrum iudicium mitteremini. 4) *scilicet vobis vel Franciae; cf. quae Martens, D. röm. Frage p. 218 falso annotat.* 5) *Cf. supra p. 101 et 102 n. 2.* 6) *Cf. supra p. 101 v. 24:* Sed magis damnum quam profectum nobis fecerunt. 7) per intercessionem — Pauli *cf. epp. 1. 5. 6.* 8) *Sententia corrupta esse videtur; Martens l. l. p. 221 emendari vult:* .. confirmastis, inconcussa maneat, et ipse claviger .. vos praesen-

808(?) —814

Piissimum domini imperium gratia superna custodiat eique omnium gentium colla substernat.

---

tet. *Cf. supra p. 101 v. 16sq.:* obtulistis, accepta atque secura sit in conspectu eius, quatinus ab ipso clavigero *etc. Cf. EE. III, p. 607:* · · quatenus · · · oblatio, quae a sanctae recordationis genitoris vestri, domni Pippini · · allata et vestris praefulgidis regales manibus in confessione beati Petri, clavigeri regni celorum, offerta atque nimirum confirmata sunt, inconcussa et inmacula in eternum permaneant, ut ante tribunal Christi ipse protector vester, beatus Petrus apostolus, dignus retributor vobis appareat et · · · in etheris arcibus cum sanctis omnibus faciat sine fine regnare. *Tamen fieri potest, ut sententia tam confusa in originali iam epistola extiterit.*

III.

EINHARTI EPISTOLAE.

Einharti egregii illius auctoris atque ingeniosi artificis epistolae exstant in uno tantummodo codice Parisiensi Lat. 11379 (antea Suppl. lat. 334, olim Laudunensi)[1], *quem accuratius descripsit Karolus Zeumer in sua Formularum editione p. 512. Hic codex nunc est, ut Jaffei*[2] *verbis utamur, 'multis locis et laceratus et obscuratus omninoque diversis ex libris librorumque reliquiis constitutus. Et in foliis tredecim (fol. 3—15) leguntur septuaginta epistolae Einhartanae*[3] *cum hac inscriptione: LIBELLUS EPISTOLARUM cumque clausula hac: EXPLICIT DEO GRATIAS AMHN; quas quidem omnes exaravit una manus saec. IX., hic illic notis Tironianis*[4] *saepiusque Anglosaxonico verbi 'autem' compendio*[5] *usa. Alius deperditi codicis est folium 20, ubi omnis epistola 10 atque initium epistolae 11 reperiuntur tam emendate scripta, ut, qui interiit liber, quam nobilis fuerit, ex hoc eius fragmento acerbe sentiamus'.*

Non sine causa et Alexander Teulet[6] *et Philippus Jaffé suspicati sunt hanc epistolarum collectionem in monasterio S. Bavonis Gandensi, cui Einhartus abbas praefuerat, confectam 'iam*[7] *medio saeculo nono propter Nortmannorum incursus ex coenobio fugientibus monachis Laudunum pervenisse',*[8] *praesertim cum epistolae 67 (66?)—71, ceteris epistolis adiectae, ad Einhartum ipsum non pertineant, ad res vero monasterii S. Bavonis ex parte spectare videantur. Nos quidem codicem secundum modum scribendi potius exeunti quam medio saeculo nono addixerimus.*[9]

Lauduni codicem nostrum primus repperit et tam septuaginta Einharti aliorumque epistolas[10], *quam epistolam cuiusdam ad Hermengardam imperatricem missam, quae in codicis fol. 17 legitur,*[11] *diligenter descripsit Iacobus Sirmond, qui et ipse in opere suo: Caroli Calvi Capitula (a. 1623.) epistolam 12 publici iuris fecit*[12] *ceterisque hic illic in annotationibus ad capitula Caroli Calvi illustranda usus est.*

---

1) *Sola ep. 40 legitur etiam in cod. Vatic. Palat. 487 s. IX. p. 40—41.* 2) *Bibliotheca rer. Germanicarum IV, 438.* 3) *omnes praeter ep. 10.* 4) *V. notas epistolis 40, 68, 69 insertas, quarum partem mihi benigne interpretatus est Willelmus Schmitz professor Coloniensis, cui gratias maximas ago.* 5) *isto:* ħ *et:* ħ. 6) *Einhardi opera I p. LXXI.* 7) *Verba signis his ' ' inclusa hic et infra ex Jaffei praefatione hausta sunt.* 8) *V. Annales Gandenses a. 844. et 853., SS. I, 187.* 9) *Cum hoc anno in bibliotheca municipali Laudunensi codicibus quibusdam conferendis operam darem, codex Laudun. 6 s. IX., qui Hrabani in librum Exodi commentarium continet et secundum notam coaevam a Didone episcopo Laudunensi (883—893) ecclesiae sanctae Mariae Laudunensi datus est, ab eodem librario atque epistolae nostrae scriptus esse mihi videbatur; sed cum duos illos codices nisi ex memoria comparare mihi non licuerit, pro certo id contendere non possum.* 10) *Omisit ep. 10, quae in fol. 20 codicis legitur.* 11) *In Jaffei et nostra editionibus haec ep. alii loco reservanda omissa est.* 12) *Cf. Sirmondi opera III, 404.*

*Cuius apographum totum praesto fuit Andreae Duchesne, qui, cum principem epistolarum editionem in Historiae Francorum Scriptoribus II, 695—711 faceret, novem epistolis nimis mutilis omissis contextum a Sirmondo descriptum — aliis verbis emendatis, aliis perperam mutatis — typis expressit (= **D**). Hanc editionem repetierunt Iohannes Weinckens, Eginhartus illustratus, Francofurti ad M. 1714 p. 83—99 (= **W**); Martinus Bouquet, Recueil des historiens des Gaules et de la France VI p. 369—385 (= **B**); J. P. Migne, Patrologia latina CIV col. 509—535 (= **M**).*

Servabatur adhuc codex Lauduni, cum anno 1827. Georgius H. Pertz epistolas a Chesnio editas cum codice conferret et omissas describeret[1]*; 'paulo post in bibliothecam tum regiam, hodie nationalem Parisiensem translatus est. Ibi Alexander Teulet ex eo hausit anno 1840. novam suam eamque plenam epistolarum editionem in Einhardi opp. II, 1—174' (= **T**), ibidemque Philippus Jaffé codice a. 1866. usus in tomo IV. Bibliothecae rerum Germanicarum a. 1867. epistolas emendatas multisque notis illustratas iterum typis expressit (= **J**).*

Attamen nostram, quam hic praebemus, editionem epistolas Einharti et pleniores et emendatiores oblaturam esse speramus, hisce potissimum causis ad eam spem adducti:

Ac primum quidem praesto nobis erant Pertzii schedae, quae ideo magni sunt pretii, quia codex anno 1827. non tam lacer obscuratusque erat quam hodie. Itaque Pertzius multa verba singulasque litteras legit, quae postea iam A. Teulet et Ph. Jaffé vel desiderabant vel omnino legere non poterant. Postquam enim codex noster Parisios pervenit, novo involucro est indutus et in multis foliis mutilis, ne plura defringerentur, membrana sive charta oleata margini agglutinatae sunt, quo factum est, ut verba sic operta paene prorsus evanescerent. Imprimis novem illae epistolae, quas Chesnius in editione sua omisit, nunc magna ex parte suppleri possunt. — Ea, quae Pertzius distincte legit, sine ulla dubitatione, quamquam iam in codice desiderantur, textui inserenda esse censuimus, sed omnibus locis verba illa in codice evanuisse et a Pertzio tantum lecta esse annotavimus (= leg. P). Quae vero non clare legit vel ex parte coniecit, — id quod ipse in manuscripto indicavit, — ea et ipsa in textu posita uncis quadratis [ ] inclusimus.

Deinde apographum ante a. 1623. a Sirmondo confectum atque adhuc in codice Berolinensi Phill. 1717 f. 68 sq. asservatum in rem nostram convertimus. Sirmondus, cum ea tantum, quae sine ulla difficultate legere poterat, descripserit, multo minora praebet, quam Pertzius, et perpauca, quae ille non vidit; tamen in iis potissimum, quas Chesnius omisit, epistolis, cum eadem atque Pertzius legerit, eiusdem lectiones nobis comprobare potest. Itaque illum quoque in annotationibus saepe testem laudavimus (= leg. S).[2]

Tum anno 1884. Carolus Rodenberg, quondam socius noster, nunc iam professor Kiloniensis, Jaffei editionem cum codice Berolinum misso diligenter contulit nonnullisque mendis, parvis quidem, sed tamen vitandis, purgavit et Pertzii schedis adhibitis saepius in codice recognovit, quae sine illis Jaffeus legere non potuerat.

Nos denique, cum hoc anno vere ineunte Parisiis versaremur, totam nostram epistolarum editionem iterum cum codice collatam clarissimo sole nobis per omnes dies favente multis in locis emendavimus; nam non solum de Pertzii dubiis lectionibus alias confirmare, alias reprobare potuimus, sed etiam pauca verba vel singulas litteras, quae ne Pertzius quidem dinoverat, legere nobis contigit.

Epistolae Einharti abbatis, cuius de vita nobis hic disserendum non esse censemus,[3] *in codice nostro more epistolarum formatarum scriptae sunt; 'quas qui connexuit, quamvis*

---

1) *Cf. Archiv der Gesellsch. VII, 12.* 2) *Cf. Val. Rose, Verzeichn. der Meermanhandschriften des Sir Th. Phillipps p. 468.* 3) *Cf. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen i. M. 6. ed. I, 178 sq.*

nimium multa nomina extinxerit, non tamen eo processit, ut omnia eiusmodi rerum cognoscendarum vestigia dissiparentur. Exploratissimum est enim et in universo ad Einhartum spectare istas epistolas, et ubicumque librarius singulares litteras has: e. *et* e. p. *posuerit, intellegendum esse:* Einhartus *et* Einhartus peccator'.[1]

Quamvis non omnes 71 epistolae ab ipso Einharto scriptae sint, tamen exceptis epistolis 66 vel 67—71[2] *reliquae omnes ad eum spectare mihi videntur, sive ad eum missae, sive alio modo in manus eius allatae. Ex nominibus a librario omissis multa restituerunt A. Teulet et Ph. Jaffé; nonnulla addidimus, ceteris in dubio relictis.*

Parvam tantummodo partem omnium epistolarum ab Einharto scriptarum in codice nostro contineri elucet[3]*; quae cum omnes temporum notis carerent, ab A. Duchesne et A. Teulet secundum codicis ordinem editae sunt. Jaffeus vero 'digestionem, quoad facultas tulit, temporum cursui accommodavit'; quam digestionem cum nos ob multas causas probare non possemus, epistolas temporum cursui et ipsas accommodatas, codicis tamen ordine non prorsus neglecto, denuo disposuimus; cur autem aliae epistolae aliis temporibus in nostra editione ascriptae sint, — quoad a Jaffei opinione discessimus, — in commentariolo nostro, cui inscribitur: 'Zur Lebensgeschichte Einharts' (Neues Archiv XXI, 601—631) disseruimus. Ut priorum editionum et codicis ordo cum nostrae editionis dispositione facilius comparetur, istos praebemus indiculos:*

Numeri			Numeri			Numeri			Numeri		
Chesniani	Teuletani et codicis	nostri	Chesniani	Teuletani et codicis	nostri	Chesniani	Teuletani et codicis	nostri	Chesniani	Teuletani et codicis	nostri
1	1	1	19	19	20	37	37	9	53	55	60
2	2	39	20	20	21	38	38	59	—	56	61
3	3	4	21	21	22	39	39	12	—	57	38
4	4	43	22	22	23	40	40	13	54	58	62
5	5	54	23	23	5	41	41	14	—	59	63
6	6	24	24	24	56	42	42	15	55	60	64
7	7	47	25	25	49	43	43	16	56	61	40
8	8	44	26	26	27	44	44	17	—	62	65
9	9	6	27	27	28	45	45	18	57	63	41
10	10	45	28	28	29	46	46	36	—	64	53
11	11	7	29	29	31	47	47	35	—	65	66
12	12	55	30	30	57	48	48	30	58	66	67
13	13	8	31	31	2	49	49	19	—	67	68
14	14	52	32	32	3	—	50	50	59	68	69
15	15	37	33	33	51	50	51	33	60	69	70
16	16	46	34	34	11	51	52	34	61	70	71
17	17	42	35	35	32	—	53	25	—	71	10
18	18	48	36	36	58	52	54	26	62	—	—

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri
1	27	4	2	7	11	10	15	13	17	16	32
2	28	5	12	8	13	11	16	14	10	17	24
3	3	6	4	9	14	12	18	15	31	18	23

1) *Cf. prologum Translationis SS. Marcellini et Petri (SS. XV, 239):* Veris veri Dei cultoribus et Iesu Christi domini nostri sanctorumque eius non fictis amatoribus Einhardus peccator. 2) *Cf. supra.* 3) *Annis c. 825.—840. omnes scriptae esse videntur. Aliam Einharti epistolam invenies inter Servati Lupi epistolas et ibidem quattuor epistolas a Lupo ad Einhartum missas; cf. etiam inter Frotharii epistolas litteras a Senonensis ecclesiae congregatione ad Einhartum missas.*

Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri		Numeri	
Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri	Jaffeani	nostri
19	25	28	56	37	47	46	36	55	8	64	65
20	1	29	61	38	44	47	50	56	57	65	38
21	26	30	6	39	52	48	53	57	51	66	66
22	39	31	7	40	37	49	19	58	58	67	67
23	45	32	21	41	46	50	35	59	59	68	68
24	40	33	22	42	42	51	33	60	60	69	69
25	41	34	30	43	48	52	34	61	62	70	70
26	20	35	29	44	49	53	54	62	63	71	71
27	5	36	43	45	9	54	55	63	64		

Annexuimus Einharti epistolis eiusdem auctoris 'Quaestionem de adoranda cruce' in modum epistolae confectam.

Berolini mense Decembri 1897.

Karolus Hampe.

1.

Einhartus Ansgisum abbatem Fontanellensem rogat, ut cuidam beneficium a sese datum ad tempus concedat. 823—825 *post Apr. 2. 823.*

Edd. D 1 (W p. 83, B p. 369, M col. 509), T 1, J 20.

DILECTISSIMO IN CHRISTO FRATRI ANSGISO VENERABILI[1] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Obsecro dilectionem tuam, ut non graviter, sed potius misericorditer et amicabiliter accipere digneris, quod apud te pro necessitate N.[a], quondam hominis nostri, nunc autem hominis domni Lotharii[b], intercedo, ut eum beneficium, quod ego illi dedi[2], sub qualicumque censu tibi placuerit, habere permittas, usque dum nos illi de altero beneficio ex largitate dominorum nostrorum[3] aliquam consolationem Domino adiuvante facere potuerimus. Habebitis me magis promtum atque devotum ad vestram voluntatem atque utilitatem perficiendam, si meas petitiones in hac causa adimplere dignamini. Opto, ut[c] semper bene valeatis in Domino.

2.

Einhartus Bernharium episcopum Wormatiensem aegrotantem consolatur. *c. 825 ex.*

Edd. D 31 (W p. 89, B p. 376, M col. 520), T 31, J 4.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] N. EPISCOPO[4] E[INHARTUS] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Quamvis me multum contristet, quod te, amantissime domine, per litteras in hoc molestissimo corporis vestri labore[b] positum audio, tamen non minimam capio[c] consolationem, quod hunc laborem tibi proficere et ad purgationem anime pertinere non ignoro. Credo enim, quod ideo te divina misericordia tam diu in hoc morbo corporali macerari permittat, quod te de[d] hoc corpore migrantem emendatum[e] recipiat. De orationibus vero pro te faciendis certam facio caritatem tuam, quod, in quantum mihi

1. a) N. *leg. P.* b) *sequitur iterum* apud te *in C.* c) *superscriptum fuisse mihi videtur, sed paene prorsus evanuit.*

2. a) veñ *C.* b) laboris *C.* c) capie *C.* d) te de *scripsi pro* te *C.* e) *sic leg. S, P;* [a peccatis mun]datum *scripsit J, sed in C ante* -ndatum *spatium non nisi trium fere litterarum exstat.*

1) *abbati Flaviacensi inde ab a. 807., Luxoviensi inde ab a. 817., Fontanellensi 823. Apr. 2.—833. Iul. 20., cf. Gesta abbat. Fontanell. ed. Löwenfeld c. 17 p. 49. 50. 60; cuius capitularium collectionem v. Capitularia reg. Franc. I, 382 sq.* 2) *Einhartus enim ante Ansgisum coenobio Fontanellensi 'per septem ferme annos' (816—823) praefuerat, v. Gesta abb. Font. c. 17 p. 50. J. — Epistolam nostram non multo post Apr. 2. a. 823. scriptam esse verisimile est, cf. N. Arch. XXI, 628.* 3) *Ludowici I. et Lotharii I. imperatorum.* 4) *Bernhario ep. Wormatiensi et abbati Weissenburgensi; cf. epistolam sequentem, quam non ante nostram scriptam esse E. Bacha (Étude biographique sur Eginhard. Liège 1888. p. 75) recte adnotavit, cf. N. Arch. XXI, 628. Bernharii mortem titulus supremus ap. Schannat Hist. Worm. I, 313 ad d. 21. Mart. 823. refert. Sed ex tabulis ap. Zeuss, Traditiones Wizenburgenses p. 350 et ex diplomate d. d. 31. Oct. 826. ap. Schannat l. l. II, 4 (Sickel L 246, Mühlbacher Reg. 808) Bernharium a. 826. obiisse intellegimus; et die quidem 21. Mart., ut docet Necrol. Weissenburgense (Ztschr. f. Gesch. d. Oberrheins XIII, 492).*

825. 826. Deus vires et possibilitatem concedere dignatus[a] fuerit, per eos, quos auditione[b] dignos[c] aestimare possum, certare curabo, quemadmodum et te erga meam pusillanimitatem fiduciam habere cognosco. De recuperanda corporis salute licet nunquam sit desperandum, quia[d] potens est Deus de creatura sua facere, quicquid voluerit, tamen melius est unicuique nostrum ad certa se preparare[e], quam propter incerta[f] quod necessarium est, velut meliora sperando[g], neglegere. Opto, ut semper bene valeas in Domino[h].

3.

Bernharius episcopus Wormatiensis et abbas Weissenburgensis gravi morbo implicitus Einhartum rogat, ut et Deum pro se precetur et de suo in episcopatu et in abbatia successore curet. Munera mittit. *c. 826 in.*

Edd. D 32 (W p. 89, B p. 376, M col. 520), T 32, J 3.

KARISSIMO MEO E[INHARTO] B[ERNHARIUS][1] IAM IN EXTREMO POSITUS, TUUS[a] TAMEN TUORUMQUE, DONEC SUPEREST FLATUS, DEO TESTE FIDELIS.

Commendo, dilectissime mi, tuae caritati animam e corpore subdito peccatis egressam, ut eam in tuo[b] tuorumque fidelium consortio adscribi digneris, quatenus sanctarum studiis orationum piorumque precibus fratrum misera adiuvata[c] anima locum quoddam refrigerii accipere mereatur.

His itaque propter nimiam magnamque angustiam carnis vel spiritus breviter prelibatis deprecor, dilectissime mi[d], ut summam pro amore Dei ac meae[e] vilitatis amicitia[f] ecclesiarum meae parvitati commissarum adhibeas curam, ne post obitum meum lupi locum sanctitatis invadant rapaces gregemque humillimum dispergant, sed potius eis talis concedatur rector, qui Deum amare noverit vel timere et his, qui subditi sunt, misericorditer[g] subvenire.

Fratres vero nostri tuique fidelissimi ex monasterio N.[2] Folquicum[h][3], inter eos proximum mihi, sibi preesse optaverunt, iuvenem quidem aetate, sed moribus ut puto senem. Cuius progeniem bene nosti: filius N., frater N., et multorum nobilium proximus. Quem Wormaciam direxerunt et adhuc vivente[i] me, dum N.[4] me visitare dignatus est, presentem commendaverunt. Qui[5] valde et cum multis lacrimis mihi vel propinquis meis adstante N. comite promisit, do[mnu]s[k] quoque[l] N. precibus con-

---

a) dignatus sum fuerit *C.* b) auditionē *C.* c) *leg. S, P;* -ignos *non iam legitur in C.* d) q. *C.* e) pparare *C.* f) incerto *C.* g) speranda *C.* h) ut s. b. u. l. s. i. d. *C.*

3. a) tuos *C.* b) tuos *C.* c) adiuvate *C.* d) enī *C.* e) mea *C.* f) amititiā *C.* g) mediocriter *C.* h) fr̄ quidā *C.* i) uiuentē *C.* k) s *clare legitur;* do *ipse satis distincte legi.* l) *sic scripsi pro* q̄q *C; quam ligaturam pro* quoque *in codd. s. IX. et X. saepius inveni.*

1) *ep. Wormatiensis et abbas Weissenburgensis, cf. supra ep. 2.* 2) *Weissenburgensi.* 3) *Pro* fr̄quidā *codicis Jaffeus scribendum duxit* folquicū; *quem quidem scimus post Bernharium fuisse et episcopum Wormatiensem et abbatem Weissenburgensem.* 4) *Quem fuisse Ludowicum I. imperatorem Jaffeus censet, cui veri simile videtur illum medio anno 825. Wormatiae fuisse, cum annales regni Francorum (ed. Kurze p. 167) a. 825. referant:* (imperator) in Vosegum ad Rumerici montem venandi gratia profectus filium suum — suscepit; ac peracta venatione Aquasgrani rediens generalem populi sui conventum — mense Augusto habuit. *Cf. Mühlb. Reg. 773 b. Cui opinioni contradicere nolim, quamquam eam pro certa habere non possum; nam praeter imperatorem, ut mihi videtur, aliae quoque personae, e. g. Hilduinus archicapellanus, electioni faciendae annuere poterant.* 5) *imperator, ut Jaffeo quidem videtur; ego potius* qui *ad fratrem commendatum referendum esse censeam. Sententia, quae sequitur, propter nomina omissa valde obscurata, difficilis est intellectu. Verba haec:* quod — optassent *tam ad* promisit, *quam ad* annuit *pertinere, sed cum hoc aptius quam cum illo congruere mihi videntur. Intellego sic: Folquicus* cum lacrimis, *quas in tali occasione effundere tunc temporis mos erat,* promisit, quod ipsum *fratres Bernharii* loco optassent, *i. e. consensit se eligi,* domnus quoque N., *sive imperator sive alia persona, eius electionem fieri* annuit.

pulsus annuit, quod, si apud Deum factum sit, ipsum loco meo optassent[a]. Unde 826—830 memento, dulcissime, ut hoc non differatur, sed ut fiat, maxime adhibe certamen.

Mitto pallium unum, quem rogo fratribus ad Sanctum Servatium[1] dare iubeas, ut mei mentionem faciant[b]. Tuae caritati mulum meum dare precepi. Imma, soror dilectissima[2], his esto adiutrix; tibique animam commendo. Iam plura loqui angustia non permittit; attamen animam meam iterum precibus vestris commendo.

4.

Einhartus Amalhario presbytero Mettensi scribit de obeunda legatione imperatoria. *c. Mart. 828 vel 829.*

Edd. D 3 (W p. 83, B p. 369, M col. 509), T 3, J 6.

REVERENTISSIMO CHRISTI FAMULO AMALHARIO[3] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Nescio quis prevenit adventum pueri vestri, qui mihi litteras vestras attulit et effecit, ut tibi mandaretur, quatinus proximo palmarum die ad imperatorem venisses. Sed postquam ego litteras vestras accepi et imperatorem[a] de his, quae voluisti, interrogavi, precepit mihi vobis scribere, ut sanctum pasche diem domi celebrassetis[b] et ceterum comitatum vestrum post vos venire iuberetis, eo modo ut, quando ille ad vos in palatio venisset, mandatis acceptis et ratione legationis vestrae vobis insinuata, sine mora iter vestrum adgredi valeatis. Opto, ut semper bene valeatis in Domino.

5.

Einhartus vicedomino suo (S. Servatii ad Mosam Traiectensis) mandat, ut sibi Aquisgranum venturo res ad victum necessarias paret. *ante 830?*

Edd. D 23 (W p. 87, B p. 374, M col. 517), T 23, J 27.

IN CHRISTI[a] NOMINE. ABBAS E[INHARTUS] VICEDOMNO[4] ET FIDELI NOSTRO SALUTEM.

Notum sit[b], quia volumus, ut homines aliquos mittas ad Aquis, qui mansiones nostras emendent atque restaurent, et ea, quę nobis ibi necessaria sunt ad habendum[c], id est farinam, bracem, vinum, formatem[d][5] et cetera, secundum consuetudinem tempore oportuno illuc venire facias. Boves vero, qui occidendi sunt, volumus ut facias ad Ludinacam[6] venire et ibi occidere. Unum ex his volumus ut dari facias Hruotlouge; et illa minutalia atque interanea[e], que ad nostrum opus servari non possunt, volumus ut dentur ad illam familiam, que ibidem est. Nos vero Domino adiuvante, si vita comes fuerit, volumus circa missam sancti Martini[7] ad palatium venire. Et ideo volumus, ut haec omnia iunioribus ecclesiae[f] nota facias eisque ex verbo nostro precipias, ut similiter de expensa nostra faciant, sicut te facere praecipimus. Bene vale.

---

a) *pro* optassent *(cf. supra* sibi praeesse optaverunt*) nimis arbitrario scripsit J* aptasset. b) faciant' *C.*
4. a) impērm *C.* b) celebrasetis *C.*
5. a) xp̄o *C.* b) tibi *excidisse videtur.* c) hebendum *C.* d) formā tc̄ *C.* e) iteranta *C.* f) ·e· *C.*

1) *Traiecti ad Mosam; cuius monasterii abbas Einhartus fuit.* 2) *Hinc non apparet Immam, Einharti uxorem, fuisse sororem Bernharii episcopi Wormatiensis, id quod Jaffeus opinatus est; v. Simson, Jahrbücher d. fränk. Reiches unter Ludw. d. Fr. II, 160 n. 2.* 3) *presbytero Mettensi, qui in prologo libri de ordine antiphonarii (ap. Migne, Patr. lat. CV col. 1243) de legatione sua haec retulit:* Nam quando fui missus Romam a sancto et christianissimo imperatore Ludovico ad sanctum et reverentissimum papam Gregorium *(IV. 827—844) etc. (J); cf. Simson l. l. I, 294 n. 5.* 4) *fortasse eidem Bonotto, qui in ep. 52 commemoratur.* 5) *caseum.* 6) *Lanaeken a Traiecto ad Mosam ad septentrionem et occidentem, cf. N. A. XXI, 609. 610.* 7) *fortasse anno 828., cf. Simson l. l. I, 301; quo anno Ludowicus imperator et ipse* circa missam S. Martini *(Nov. 11) Aquisgranum reversus est, cf. Mühlb. Reg. 826 g.*

6.

ante 830? *Einhartus Geboinum comitem palatii rogat, ut Ludowici I. imperatoris adeundi facultatem Davidi cuidam faciat.* *ante 830?*

Edd. D 9 (W p. 84, B p. 371, M col. 512), T 9, J 30.

DILECTISSIMO FRATRI GEBOINO GLORIOSO COMITI[a] PALATII E[INHARTUS] IN DOMINO SALUTEM.

Rogo dilectionem tuam[b], ut hunc pagensem nostrum nomine David necessitates suas tibi referre volentem exaudire digneris, et si causam eius rationabilem esse cognoveris, locum ei facias ad domnum imperatorem[1] se reclamare. Est enim idem homo domni Hluthariі, et ideo non tantum propter petitionem meam, sed propter honorem et amorem senioris sui debes illum adiuvare. Opto, ut te sanum et incolomem cito videre merear.

7.

Einhartus Hruotberto comiti de Alahfridi hominis sui causa scribit. ante 830?

Edd. D 11 (W p. 85, B p. 371, M col. 513), T 11, J 31.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI VIRO HRUOTBERTO GLORIOSO[a] COMITI[2] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Rogo benignitatem vestram, ut mihi mandare dignemini, quid vobis placeat, ut modo fieri debeat de causa Alahfridi hominis nostri: utrum ex toto dimittenda sit, an ille adhuc sperare debeat et[b] ad suam iustitiam per vestrum adiutorium pervenire mereatur? Nam ego totam causam[c], qualiter a vobis apud[d] veraces homines inquisita est, simul cum Adalhardo[3] et Gebuino[4] comitibus palatii domno imperatori[5] indicavi[e], et ille respondit mihi: mirum sibi videri, cur illa causa iam finita[f] non fuisset[6]. Ideo precor dilectionem vestram, ut nunc[g] mihi mandare dignemini, quid predictus homo noster de ipsa sua causa facere debeat. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[h].

8.

Einhartus Popponi comiti scribit de matrimonio, de dispensa, de Iopila. *ante 830?*

Edd. D 13 (W p. 85, B p. 372, M col. 513), T 13, J 55.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI VIRO POPPONI GLORIOSO[a] COMITI[7] E[INHARTUS] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM[b].

Dictum est mihi, quod me rogasses, ut de tribus capitulis te certum facerem. Quod utique mihi ad faciendum de uno illorum difficile est, id est femina, quam tu melius quam ego nosti, si a te sine culpa in coniugium possit adsumi. Nam de dispensa, quam in Aquis accepistis, nullam volo aliam retributionem, nisi amiciciam tuam.

---

6. a) głor cōmī *C.* b) tuam *addidit J.*
7. a) głr *C.* b) *supplevi* et, *quod falso in sequenti versu post* causam *positum esse mihi videtur.* c) *sequ.* et *C; cf. n. b.* d) apud *addidit J.* e) indicavit *C.* f) situta *C.* g) nō *C.* h) Opto ut s. p. b. n. u. l. at. s. i. d. *C.*
8. a) głr *C.* b) semp i. d. s. *C.*

1) *Ludowicum I.* 2) *Cf. infra epp. 21. 22.* 3) *Cf. Simson l. l. II, 243 n. 8.* 4) *Cf. supra ep. 6.* 5) *Ludowico I.* 6) *Cf. Brunner, Deutsche Rechtsgeschichte II, 525.* 7) *Poppo comes pagorum Tullifeld et Buchoniae in diplomatibus Fuldensibus occurrit inde a Nov. 4. 819. usque ad Iul. 8. 839; cf. Stein, Forsch. z. d. G. XXIV, 139; Dümmler, Gesch. des ostfränk. Reiches, ed. 2, III, 168. V. infra epp. 41. 47.*

De Iopila[1] vero, quando insimul fuerimus locuti, iuxta quod tunc inter nos convenerit, facere paratus sum; et ideo tibi modo plura per litteras meas indicare non possum. Opto, ut semper bene valeas in Domino[a]. ante 830?

9.

Einhartus vicedominum Frideslariensem de neglegentia reprehendit. *828—830?*[2]
Edd. D 37 (W p. 91, B p. 378, M col. 524), T 37, J 45.

IN CHRISTI NOMINE E[INHARTUS] N. VICEDOMINO.

Miramur valde propter hoc, quod[a] omnia sic remanere potuissent, sicut remanserunt, que tibi facienda commisimus[b]. Nam, sicut audivimus, de illa annona sive ad farinam[c] sive ad bracem faciendam, quam ad Mulinheim[3] mittere debuisti, nihil misisti; nec aliud aliquid nisi triginta porcos et illos ipsos non bonos, sed mediocres, et tres modios de legumine; de cetero nihhil. Et non solum hoc, sed etiam illut, quod in toto hiberno isto nec te nec missum tuum aliquem videre potuimus, qui nobis aliquid de istis partibus adnuntiaret. Quodsi maiorem utilitatem de Frideslare habere non possumus, nisi quantum tu nos inde habere [efficis[d]], nescimus, cur illut beneficium habere debemus? Nunc ergo, si tibi de gratia nostra ulla cura sit, rogamus, ut neglegentiam tuam emendare studeas et nos cito certos efficias, quid de te sperare debemus.

10.

Einhartus Ludowicum I. imperatorem rogat, ut ecclesiam SS. Marcellini et Petri bonis augeat sibique rerum publicarum vacationem concedat. *830 in.?*
Edd. T 71 (M col. 534), J 14.

Quamvis certissime credam, piissimum dominum meum semper memorem esse patronorum suorum, beatissimorum Christi martyrum M[arcellini] et P[etri], qui occulto Dei iudicio Roma relicta ad exaltationem et protectionem regni vestri in Franciam venerunt et pro qua nescio causa apud me peccatorem hospitari dignati sunt, mihi tamen magna incumbit necessitas, ut vos de causis ad eorum honorem pertinentibus crebro commoneam, ne forte periculum ac detrimentum animae meae incurram, si de illa ammonitione neglegentior quam oportet extitero. Et licet illi sint misericordissimi, qui etiam percussori suo pepercerunt, regem tamen eorum dominum nostrum Iesum Christum, pro cuius amore mori non dubitaverunt, offendere timeo, si in exhibendis eorum cultui congruis honoribus me segniter agentem invenerit.

Proinde, piissime domine, excellentiam vestram humiliter ammoneo et peto, ut recordari dignemini de illa commutatione loci, in quo veneranda martyrum corpora requiescunt[4], quae cum Otgario episcopo[5] facta est, et eum[6] illis proprium efficiatis, pro quo liberando proprium vestrum Sancto Martino[7] tradidistis.

---

a) semp b. v. as. i. d. *C.*

9. a) hoc, quod *scripsi pro* quod quod *C.* b) commissimus *C.* c) ferinam *C.* d) *sic ego legerim;* facis *non certe leg. P.*

1) *Jupille or. Lüttich ad Mosam flumen.* 2) *De tempore epistolae cf. N. Arch. XXI, 610.* 3) *postea Seligenstadt ad Moenum fl.* 4) *in ecclesia parrochiali Seligenstadensi ab Einharto ante a. 827. aedificata, quae iam non exstat, cf. N. Arch. l. l. 613 sq.* 5) *archiepiscopo Moguntino (826—847).* 6) *locum.* 7) *Moguntino.*

830 in. Item ammonere praesumo misericordiam vestram de illis meis petitionibus, quibus tunc, quando infirmatus[a] viciniam mortis exhorrui[1], vobis suggessi: ut aliquid de vestris[b] beneficiis ad sustentationem eorum, qui iuxta sacratissima sanctorum martyrum corpora[c] Deo deservituri sunt, eisdem mitissimis patronis vestris dare dignaremini, qualiter tunc vestris benignissimis promissionibus spem mihi fecistis, quod desiderio meo fraudari non deberem, et non solum in hac causa, sed etiam in eo, ut his, quos ad servitium vestrum enutrivi, misericordiam vestram inpendere et eos de ipsis beneficiis adiuvare deberetis. Certissime confido, quod in hoc et Deum et sanctos eius promereri debeatis, si me voti mei compotem in hac causa efficere dignamini.

Item rogo, ut cogitare atque pensare dignemini, quae merces vos apud Deum maneat et laus coram saeculo vobis adcrescat, si per vos in diebus vestris locus requietionis sanctorum martyrum tam in aedificiis quam in aliis necessariis rebus fuerit auctus, ornatus et excultus, ut etiam exstructio eius nomini vestro adscribatur simulque et vestra et martyrum memoria ore omnium populorum perpetua mentione celebretur.

Ad extremum rogo et obnixe deprecor magnam mansuetudinem vestram, ut super me miserum et peccatorem, iam senem et valde infirmum[2], misericorditer ac pie respicere dignemini et a curis saecularibus absolutum ac liberum fieri faciatis meque permittatis in pace et tranquillitate iuxta sepulchra beatorum Christi martyrum, patronorum videlicet vestrorum, sub defensione vestra in eorundem sanctorum obsequio et dei ac domini nostri Iesu Christi servitio consistere, ut me illa inevitabilis atque ultima dies, quae huic aetati, in qua modo constitutus sum, succedere solet, non transitoriis ac supervacuis curis occupatum, sed potius orationi ac lectioni vacantem atque in divinae legis meditatione cogitationes meas exercentem inveniat.

11.

Einhartus (ut videtur) Lotharium I. imperatorem admonet, ne ad invitum patrem Ludowicum I. imperatorem accedat.[3] *830 in.*

Edd. D 34 (W p. 90, B p. 377, M col. 522), T 34, J 7.

VIVAT[a] DOMINUS[b] MEUS PIISSIMUS AUGUSTUS IN PERPETUUM.

Quantam curam et sollicitudinem[c] erga magnitudinem vestram mea pusillitas gerat, non facile verbis explicare valeo, quoniam[d] aeque vos atque piissimum dominum meum, patrem vestrum, semper dilexi et aequaliter[e] ambos salvos esse volui, postquam vos in societatem nominis et regni consensu totius populi[f] adsumpsit[g][4] meaeque[h] parvitati precepit[i], ut vestri curam gererem ac vos de moribus corrigendis et honestis atque utilibus sectandis sedulo commonerem[5]. Sed licet in his meam operam minus quam debuit utilem vobis sitis experti, tamen voluntas fidelis[k] non defuit nec adhuc quidem deest; quae me tacere non permittit[l], quin potius cogit, ut vos de vestra salute[m] commoneam, et in quibus periculum vestrum cavere debeatis, breviter aperiam.

---

10) a) *non distincte leg. in C; leg. P;* imminentis *leg. T.* b) *sic leg. P;* nostris *leg. T; in C non distincte legitur.* c) martyrum corpo- *evanuerunt in C; leg. P, T.*

11. a) *Initium huius epistolae* Vivat — sua potius quam vestra *iterum legitur (2) in cod. fol. 20'.* b) *sic C 2;* domnus *C.* c) *sic C 2;* solic. *C.* d) quō *C;* qm̄ *C 2.* e) *sic C 2;* equ. *C.* f) *sequ.* sui *in C, quod deest C 2.* g) *sic C 2;* adsumsit *C.* h) *sic C 2;* meaque *C.* i) *sic C 2;* praecipit *C.* k) *sic C 2;* fidelu *C.* l) *sic C 2;* permittat *C.* m) salute — magnitudo vestra *om. C.*

1) *anno 829. Cf. infra ep. 14. De tempore epistolae huic ascribendo cf. N. Arch. XXI, 605.* 2) *Cf. infra epp. 13—15. 25. 27.* 3) *Quam epistolam num Einhartus sua sponte scripserit, dubito, cf. N. Arch. XXI, 619 sq.* 4) *a. 817. mense Iulio, cf. Mühlbacher Reg. 627 a.* 5) *Cf. Simson l. l. I, 103, Mühlb. Reg. 982 e.*

Pervenisse ad parvitatis meae notitiam magnitudo vestra cognoscat, quod quidam homines[1], sua potius quam vestra[a] commoda querentes, mansuetudinem vestram sollicitent vobisque persuadere conentur, ut postposito paterno consilio et oboedientia debita derelicta locum vobis ad regendum atque custodiendum a piissimo genitore vestro commissum[2] dimittatis, et ad illum ipso invito et neque volente neque iubente veniatis, et apud eum, quamvis illi non placeat, permaneatis. Quo quid perversius vel indecentius[b] excogitari potest? Videte, qualis sit et quantum mali habeat ista persuasio. In primis siquidem, ut meae pusillitati videtur, hortatur vos, ut Dei preceptum, quo parentibus honor exhiberi iubetur, parvi pendatis, et longevitatem, que pro remuneratione conservati mandati promittitur, pro nihilo habeatis; deinde, ut abiecta oboedientia inoboedientiam pro illa adsumatis et contra eum, sub quo subiectionem humiliter vos agere debueratis, per elationem contumaciter erigatis; tum, ut[c] per contemptum et inoboedientiam caritate[d] depulsa discordia, quae nunquam inter vos vel nominari[e] debuit, in tantum excrescat, ut, inter quos amor esse debuit, odium enascatur. Quod ne eveniat[f], summopere cavendum est. Credo enim prudentiam vestram minime[g] latere, quanta abominatio[h] sit[i] aput Deum filius contumax et parentibus inobediens, cum eum Deus, sicut in Deuteronomio legere potestis, per Moysen ab omni populo lapidari precepit. Quapropter admonendam[k] censui [esse] pietatem[l] vestram, ut per prudentiam a Deo vobis concessam caveatis periculum vestrum neque arbitremini hanc divinam sententiam posse[m] a quolibet contempni[n], licet in veteri lege conscripta sit. Est enim una de multis, quas maiores ac doctores[o] nostri, sancti[p] videlicet patres, tam presentibus quam priscis temporibus, tam christianis quam Iudeis observandas esse censuerunt. Amo vos, Deus scit, et ideo tam fiducialiter ammoneo; nec vos vilitatem[q] personae ammonentis, sed salubritatem consilii considerare debetis. Opto ...[r]

830 in.

Deut. 21, 21.

12.

Ludowicus I. imperator Emeritanos cohortatur, ut Abdiraman II. regi Cordubae repugnare pergant. Auxilium offert. *830 in.?*[3]

Edd. Sirmond Opera III, 404, D 39 (Le Cointe, Ann. eccl. Franc. VII, 791, W p. 92, B p. 379, M col. 524), T 39, J 5. — Mühlb. Reg. 887.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI. N. DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS OMNIBUS PRIMATIBUS ET CUNCTO POPULO EMERITANO[4] IN DOMINO SALUTEM.

Audivimus tribulationem vestram et multimodas angustias, quas patimini per crudelitatem regis Abdiraman[a][5], qui vos per nimiam cupiditatem rerum vestrarum, quas[b] vobis auferre conatus est, sepissime violenter oppressit. Sicut et patrem eius Abolaz[6] fecisse conperimus, qui iniustis superpositionibus censum[7], cuius debitores non eratis, sibi vos solvere[c] cogebat et propter hoc de amicis inimicos et de obedientibus sibi

---

a) ur̄a *C 2,* ur̄am *C. Hic desinit huius epistolae fragmentum in C 2.* b) indecontius *C.* c) tit *C.* d) caritatē *C.* e) nominat *C.* f) veniat *C.* g) minimus *C.* h) abiornatio *C.* i) sit *evanuit in C, leg. S;* sit et *leg. P.* k) admonendum *C.* l) ēē pietatem *conieci pro* neptitatem *C; pro quo J scripsit* ne (= nae) pietatem. m) possit *C.* n) contempti *C.* o) actoctores *pro* ac doctores *C.* p) *sic scripsi pro* n̄r.. cū *C, ubi 2—3 litt. evan.;* nostrum omnium *coniecit J.* q) *sic scripsi pro* utilitatem *C; J scripsit* inutilitatem *et verba supra memorata:* Sed licet in his meam operam minus quam debuit utilem vobis sitis experti *allegavit.* r) opt̄ *C, reliquis omissis.*

12. a) abdiranā *C.* b) quas *evanuit in C; leg. S, P.* c) vos solvere *scripsit J pro* volvere *C.*

1) *optimates seditiosi.* 2) *Italiam.* 3) *De tempore, quo haec epistola scripta esse videtur, cf. N. Arch. XXI, 606. 607.* 4) *Civitatis Merida ad Guadianam fl.* 5) *II. regis Cordubae (822—852).* 6) *Al. Hakem I. regem Cordubae (796—822).* 7) *Cf. Schäfer, Gesch. v. Spanien II, 5. 159.*

830 in. contrarios atque inobedientes effecerat[a]; quia et libertatem vobis tollere et iniustis censibus ac tributis vos honerare[b] atque humiliare molitus est. Sed, ut audivimus, vos semper sicut viri fortes iniurias ab iniquis regibus vobis inlatas fortiter reppulistis[c] et crudelitati atque aviditati[d] eorum viriliter restitistis[1]. Quod et vos modo facere multorum relatione didicimus[e].

Quapropter complacuit nobis ad vos has litteras dirigere vosque consolari atque exhortari[f], ut in ea, qua cepistis, libertatis vestre defensione contra crudelissimum[g] regem perseveretis et furori atque sevitiae illius, [ut[h]] hactenus[i] fecistis, cedere non dignemini. Et quia idem rex certissimus adversarius et inimicus tam noster quam et vester est, communi consilio contra sevitiam[k] eius dimicemus[l].

Volumus enim cum Dei omnipotentis adiutorio proxima estate exercitum nostrum ad marcam nostram mittere, ut ibi preparatus sedeat et exspectet, donec vos mandetis, quando promovere debeat; si ita vobis bonum visum fuerit, ut propter vos adiuvandos eundem exercitum contra communes[m] inimicos nostros, qui in marca nostra resident, dirigamus ad hoc, ut, si Abdiraman[n] vel exercitus eius contra vos venire voluerit, isti per nostrum exercitum inpediantur, ut illi et exercitui eius in adiutorium contra vos venire non valeant.

Nam certos vos facimus, quod, si ab illo vos avertere et ad nos convertere volueritis, antiqua libertate vestra[o] plenissime et sine ulla diminutione vobis uti [concedimus][p] et absque censu vel tributo[q] inmunes vos esse permittimus et non aliam legem[r], nisi qua ipsi vivere volueritis, vos tenere iubemus, nec aliter erga vos agere volumus, nisi ut vos amicos et socios in defensione regni nostri honorifice habeamus. Optamus vos in Domino semper bene valere.

13.

Einhartus Iudithae Ludowici I. imperatoris uxori scribit se propter valetudinem ad eam non venisse. Petit concedat, ut ad S. Bavonem se conferat. *830 Mart. Apr.*

Edd. D 40 (W p. 92, B p. 379, M col. 525), T 40, J 8.

Cognoscere dignetur piissima domina nostra, quod ego servus vester, postquam de Aquis exivi, tantis corporis incommodis affectus sum, ut de Traiecto[2] vix decimo die pervenire possem ad Valentianas. Ibi me tam magnus renium simul ac splenis[a] dolor invasit, ut ne unum quidem miliarium in integro die valeam equitando conficere[3].

Quapropter supplico pietati vestre, ut mihi liceat cum gratia vestra navigando ire ad Sanctum N.[4] ibique iacere, quousque mihi Deus omnipotens vires ad iter faciendum dare dignabitur. Nam cum primum equitare[b] potuero, vel ad vos vel ad domnum imperatorem[5] venire festinabo, utrum vobis placuerit, ut faciam. Nunc autem[c] umiliter deprecor pietatem vestram, ut me aput misericordissimum dominum meum, cum ad illum veneritis, excusare dignemini de eo, quod ad vos non veni. Deus testis est, quod de infirmitate mea[d] nullam falsitatem vobis scripsi; et non solum hoc, sed etiam,

a) efferat *C.* b) honorare *C.* c) reppulisti *C.* d) aviditate *C.* e) diditimus *C.* f) eahortari *C.* g) crudolissimum *C.* h) *deest in C.* i) *corr. ex* atenus *C.* k) c̄ servitiam *C.* l) dem. *corr. in* dim. *C.* m) commures *C.* n) abiramā *C.* o) urām *C.* p) concedimus *evanuit in C; leg. S; ego legerim* -emus. q) censū vel tributū *C.* r) legem *evan. in C; leg. S, P.*
13. a) plenis *C.* b) primum est equitare *C.* c) Ff *C.* d) meae *C.*

1) *Quae ad priorem Emeritanorum seditionem pertinere videntur, cf. Sickel, Acta Karolinorum II, 347.* 2) *ad Mosam (Maastricht).* 3) *Itaque Valentianis (Valenciennes) haec epistola scripta est. J.* 4) *ad Sanctum Bavonem Gandensem.* 5) *Ludowicum I.*

quod multo graviora sunt alia quedam incommoda, que patior in memetipso, de quibus nisi cum fidelissimo nullam possum habere locutionem[1]. 830 Mart. Apr.

Hoc tamen scitote, quod maiorem vobis coram Deo mercedem in presenti adquirere non potestis, quam si effeceritis, ut mihi liceat ad servitium sanctorum Christi martyrum[2], cum primum valuero, festinare. Possum enim illuc in quindecim diebus de Sancto N. navigando pervenire.

14.

Einhartus quendam rogat, ut se apud Ludowicum I. imperatorem excuset, quod ob aegrotationem obviam ei non venerit. Litteras poscit. *830 Apr.*

Edd. D 41 (W p. 92, B p. 380, M col. 526), T 41, J 9.

Si[3] me inbecillitas corporis non inpediret, non has litteras mitterem, sed potius ipse venirem et in his, que[a] aput vos aguntur, simul vobiscum essem. Nunc autem[b] in magnis angustiis positus, oro benignitatem vestram, ut aput piissimum dominum et imperatorem nostrum pro me intercedere dignemini.

Nam iussit me[c] regina[4], quando de Aquis egressa est, qui simul cum ea ire non poteram[5], post se ad Compendium[6] venire. Cuius preceptis obtemperans, cum magna difficultate vix in decem diebus veni ad Valentianas. Inde, qui iam equitare non valui, usque ad sanctum N.[7] navigavi. Nam et nimia ventris solutio et renium dolor sic in me alternando sibi succedunt, ut nulla dies fuerit, postquam de Aquis[d] promovi, quin[e] hac vel illa infirmitate[f] laborarem. Sunt pariter hec et alia, que mihi ex illo morbo, in quo anno preterito[8] iacui[g], contigerant, dextri videlicet femoris[h] continuus torpor ac splenis pene intolerabilis dolor. His passionibus affectus valde tristem ac pene omni iucunditate carentem duco vitam, in eo maxime, quod timeo me aliubi[i] quam velim et aliut agentem, quam sanctis Christi martyribus servientem, esse moriturum.

Quapropter adiuro vos et obtestor per beatos Christi martires Marcellinum[k] et Petrum, ut pro mea parvitate aput piissimum imperatorem[9] intercedere dignemini, ne[l] mihi succensere[m] velit pro eo, quod illi, sicut hii qui potuerunt, in occursum[n] non veni[o]. Venissem utique, si potuissem[p], et veniam, cum primum potuero, et sive absens sive presens fidelis ei permanebo. Precor igitur karitatem vestram, ut tam de[q] actis quam agendis aput vos rebus per litteras vestras me, quanto celerius potueritis[r], certum facere dignemini. Opto, ut semper bene valeatis in Domino.

Omnia, que nunc in hoc regno geruntur, revelantibus Christi martyribus ante biennium futura predicta[s] sunt[10].

---

14. a) quē *C.* b) Ḱ *C.* c) mei *C.* d) Aqui *C.* e) qui in *C.* f) illā firmitatem *C.* g) lacui *C.* h) fomoris *C.* i) aluıb: *C.* k) -cellinum *evanuit in C.* l) *leg. P.* m) suscensere *C.* n) hoc cursum *C.* o) veni *addidi.* p) potu *non distincte legitur.* q) di *C.* r) *sequitur iterum* me *in C.* s) predicti *C.*

1) *Cf. infra ep. 14:* nimia ventris solutio. 2) *Marcellini et Petri.* 3) *Fortasse haec epistola eidem G[eboino?] comiti, cui ep. 18, missa est.* 4) *Iudith.* 5) *Cf. infra ep. 15:* cum primum caballos meos habere potui. 6) *Compiègne oc. Soissons; cf. Mühlb. Reg. 845 a.* 7) *ad S. Bavonem Gandensem, unde haec epistola missa est. J.* 8) *a. 829.; cf. supra ep. 10.* 9) *Ludowicum I.* 10) *Cf. Hist. translationis SS. Marcellini et Petri l. III c. 6, SS. XV, 250.*

830
Apr. Mai.

15.

Einhartus a Ludowico I. imperatore petit, ut sibi domum reverti liceat. 830 Apr.

Edd. D 42 (W p. 93, B p. 380, M col. 527), T 42, J 10.

MAGNO DOMINO SERVUS MODICUS.

Memorem esse[a] dominum meum piissimum, quomodo mihi[b] licentiam dedistis, ut, quando domina mea[1] ad vos pergeret, tunc ego ad beatorum Christi martyrum servitium faciendum[c] proficiscerer. Sic facere volui, sed domina mea iussit me post se ad Conpendium venire. Et ego, iussis eius obediens, cum primum caballos meos habere potui, post illam ad Conpendium pergere coepi. In qua profectione splenis simul ac renium dolore correptus, in tantum affectus sum, ut vix in decem diebus de Traiecto[d] ad Valentianas[e] venirem. Ibi cum me iam equitare non posse sentirem, inventa nave[f] ad Sanctum N.[2] navigando[g] perveni[h]; atque ibi nunc in magnis angustiis ac doloribus positus, queso atque oro, ut pietas vestra mihi licentiam dare dignetur pergendi ad locum[3], in quo piorum patronorum vestrorum[i][4] sacra corpora requiescunt. Possum enim illuc navigio in quindecim diebus de Sancto N.[2] venire. Magnam vobis coram Deo mercedem comparare potestis, si me ad servitium sanctorum suorum ire permittitis, si tamen illo vivus pervenire potuero. Credo, quod illi sancti martyres pro vobis aput Deum intercedere debeant[k], si eorum servitium vestro servitio[l] anteponere volueritis. Nam ego in nullo alio loco regni vestri maiorem profectum vobis facere possum quam ibi, si me ad hoc adiuvare volueritis.

16.

Einhartus episcopum quendam rogat, curet, ut sibi ad Lotharium imperatorem venire liceat. Eidem diligenter commendari vult. 830 c. Mai.

Edd. D 43 (W p. 93, B p. 381, M col. 527), T 43, J 11.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI N. REVERENTISSIMO EPISCOPO[5] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Omnipotenti deo et domino nostro Iesu Christo quantas valeo gratias agere non cesso, quia gloriosissimum et a Deo conservatum semperque[a] conservandum dominum meum Hl[otharium] augustum salvum et incolomem ac te mihi karissimum una cum illo de Italia venisse cognovi; et opto atque oro, ut ille me cito permittat illo venire, ubi vestra corporali presentia perfrui merear. Tamen interim parvitatem meam tue karitati ac per te illius pietati commendo, ac deprecor, ut ex nullius persuasione sinistri aliquid de mea pusillitate suspicari dignemini. Testor Deum et sanctos martyres Marcellinum ac Petrum, quod amorem et devotionem, qua erga vos affectum[b] me esse scio, verbis explicare non valeo. Et ideo fiducialiter peto, ut, cum venero, tales vos erga me invenire merear, qualiter me de vobis meritum esse non dubito. Opto sanctitatem vestram nostrae imbecillitatis memorem in Christo semper[c] bene valere[c].

15. a) *sequ. 1 litt. eras. C;* credo *vel simile verbum excidisse patet.* b) mihi *evanuit in C; leg. S, P.* c) fauendum *C.* d) Traieto *C.* e) Valentias *C.* f) *sic scripsi pro* sentire in venia nave *C; J perperam coniecit* sentirem, venia nacta. g) navigandi *C.* h) *sic leg. P; in C nihil nisi* pu *legitur.* i) patrū nr̄m uр̄orum *C.* k) elebeant *C.* l) ur̄e servatio *C.*
16. a) que *addidi.* b) affectam *C.* c) s. p. b. n. u. l. r. *C.*

1) *Iudith imperatrix.* 2) *ad S. Bavonem Gandensem.* 3) *Obermulinheim, postea Seligenstadt.* 4) *SS. Marcellini et Petri.* 5) *Cf. infra ep. 30.*

830 medio anno.

17.

Einhartus ex E. quaerit, ubi conventus generalis habendus sit, numque Lotharius I. imperator in Italiam sit reversurus[1]. *830 medio anno.*

Edd. D 44 (W p. 93, B p. 381, M col. 527), T 44, J 13.

DOMINO SANCTO AC MERITO VENERABILI[a] E.[2] E[INHARTUS] S[EMPITERNAM] S[ALUTEM].

Quamvis perplura sint, de quibus[b] cognoscendis mihi cura esse potest, duo tamen sunt, quorum me in presenti maior curiositas tenet: unum, ubi et quando generalis ille conventus[3] habendus sit; alterum, si domnus Hl[otharius] in Italiam[c] reverti aut cum patre manere debeat. De his duobus certum me facere karitas vestra non gravetur. Nam horum notitia plus quam ceterarum rerum, que apud vos aguntur, indigeo, quoniam ex his pendet, quid ego facere debeam, si divina pietas mihi favere dignabitur, ut aliquid utilitatis facere valeam. Opto, ut te, amicorum meorum amantissime, bene valentem cito videre merear[d].

18.

Einhartus G. comiti, qui domum redeundi licentiam sibi impetraverit, gratias agit. Petit, ut sibi adsit apud utrumque imperatorem. Pictorem quendam commendat. *830 medio anno.*

Edd. D 45 (W p. 94, B p. 381, M col. 528), T 45, J 12.

DILECTISSIMO FRATRI G.[4] GLORIOSO COMITI ATQUE OPTIMATI E[INHARTUS] SEMPITERNAM I[N] D[OMINO] S[ALUTEM].

Semper benivolam erga me sensi dilectionem vestram, sed nunquam plus quam modo, quando mihi licentiam inpetrastis pergendi ad servitium sanctorum Marcellini et Petri, qui ob hoc factum apud Deum intercessuri sunt[a]. Et ideo benignitati vestrae quantas valeo gratias ago, et obnixe deprecor, ut secundum bonam consuetudinem vestram pro me semper esse dignemini tam apud dominum imperatorem quam aput filios eius, maximeque aput domnum Hl[otharium] iuvenem augustum, in cuius pietate licet inmeritus magnam habeo[b] fidutiam.

Ceterum rogo vos, ut de N.[c] pictore, devoto iuniore vestro, mercedem habere velitis et eum adiuvare atque aput domnum imperatorem pro illo intercedere dignemini, si congruum locum videritis, ne per cuiuscumque[d] invidiam beneficium suum amittat, quod dominis suis bene serviendo adquisivit. Mihi non est necesse vobis nominare, qui sint illi, quos in hac causa timeat, quoniam eque[e] mihi ac vobis noti sunt. Tantum rogo, ut, in quantum potestis, eum adiuvare dignemini. Opto[f], ut semper bene valeatis in Domino[f].

---

17. a) venerabilis *C.* b) quibu- *evanuit in C; leg. S, P.* c) Italia *C.* d) mear *C.*
18. a) intercessuris *C pro* intercessuri s̄. b) magnū habe *C.* c) ut de N. *indistincte leguntur in C; leg. P.* d) -cumque *evanuit in C; leg. S, P.* e) equa *C.* f) o. u. s. p. b. u. i. d. *C.*

1) *Hanc epistolam ordinem codicis secutus anteposui epistolae 18, cui Jaffeus eam postposuit, cf. N. Arch. XXI, 620 n. 2.* 2) *Hunc eundem esse atque episcopum illum, cui ep. 16 missa sit, suspicatur B. Simson (l. l. I, 359), cui assentiri non possum; cf. N. Arch. l. l. 620 n. 4.* 3) *postea mense Octobri a. 830. Noviomagi celebratus; cf. Simson l. l. I, 359, Mühlb. Reg. 847.* 4) *Fortasse Geboino comiti palatino, cf. supra epp. 6, 7, 14.*

830—832

19.

Einhartus quendam rogat, ut Aristeum et Theothoum, familiares suos, Lothario I. et Ludowico I. imperatoribus commendet. *c. 830?*[1]

Edd. D 49 (W p. 95, B p. 382, M col. 529), T 49, J 49.

DILECTISSIMO FRATRI AC FIDISSIMO AMICO N. GLORIOSO OPTIMATI E[INHARTUS] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Quia[a] fidem vestram tam bene probatam habeo, ut nullatenus dubitare possim, quin in omnibus meis meorumque necessitatibus[b] ad vestrae caritatis auxilium confugiam, idcirco et nunc presentes pagenses[c] et familiares meos Aristeum[d] et Theothoum cum eis litteris ad vos direxi, precans, ut eos more solito[e] [benigne[f]] suscipere et in necessitatibus eorum, quas vobis insinuaverint aput domnum Hl[otharium][g] augustum et piissimum patrem eius adiuvare dignemini, sic ut illi [similiter in vobis][h], sicut et ego, magnam habeant fidutiam. Opto, ut semper bene valeatis, amicorum[i] optimę atque karissime.

20.

Ludowicus I. imperator G[ebehardo?] comiti mandat, ut praecepta ab H. misso suo delata diligenter curet. *832 ante Dec. 18?*[2]

Edd. D 19 (W p. 86, B p. 373, M col. 515), T 19, J 26.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI. H[LUDOWICUS] DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS G. COMITI[3].

Notum sit tibi, quod[a] volumus, ut, quando haec epistola nostra ad te venerit, statim sine ulla dilatione prepares te ad hoc, ut XV. Kal. Ianuarii, id est VI[4] diebus ante nativitatem[b] Domini obviam misso nostro H.[5] venias in villa nostra, quae[c] dicitur Heilambrunno; et quicquid ille tibi de verbo nostro simul cum aliis comitibus et fidelibus nostris ad faciendum iniunxerit, sic facere[d] studeas et taliter exinde agas, qualiter in tua fidelitate bonam habemus fiduciam. Bene vale[e].

21.

Ludowicus I. imperator H. fideli suo mandat, paret filium, qui Turones ad sese aut ad uxorem suam mittatur. *832 c. Nov.*[6]

Edd. D 20 (W p. 87, B p. 373, M col. 516), T 20, J 32.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI. H[LUDOWICUS] DIVINA[a] ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS H. FIDELI NOSTRO.

Notum sit tibi, quod[b] volumus, ut unum de filiis tuis vasallis nostris, quem tu noveris quod hoc melius facere possit, preparatum esse iubeas, ut, quando R. comes[7]

---

19. a) q *C.* b) adnecessitatibus *C.* c) pagens *C.* d) -teum *evanuit in C; leg. P.; inde ab hac epistola foliorum magna pars abscissa est, ita ut verba, quae desiderantur, non tam evanuerint, quam prorsus desint.* e) -ito *indistincte legitur in C.* f) *septem fere litterae abscissae sunt;* amanter *legi vult S.; sed cum prima littera certe fuerit b, d, h aut l, ego conieci* benigne. g) domnum Hl. *abscissa in C; leg. S.* h) illis i- *C;* -militer in vobis *abscissa in C; leg. S.* i) -aleatis ami- *absciss. in C; leg. S, P.*
20. a) q̧ *C; cf. epp. 21, 22.* b) nt̄ *C.* c) q *C.* d) *corr. ex* faceres *C.* e) b. u. *C.*
21. a) divina *om. C.* b) q̧ *C.*

1) *De tempore huius epistolae cf. N. Arch. XXI, 621.* 2) *Hanc epistolam eodem fere tempore atque epp. 21 et 22 scriptam esse verisimile est, v. N. Arch. XXI, 607. 608.* 3) *an Gebehardo comiti pagi Loganae (Niederlahngau), qui infra in ep. 41 occurrit?; cf. Dümmler Ostfr. R., 2 ed., I, 127 n. 3.* 4) *immo* VIII. 5) *Cf. epp. 21, 22.* 6) *De tempore huius et sequentis epistolae cf. Simson l. l. II, 28; Mühlb. Reg. 879a, N. Arch. XXI, 607.* 7) *Cf. ep. 22:* Hr̄t comes; *an idem est atque* Hruotbertus comes *in ep. 7?*

et H. missus noster[1] per illum nobis aliquid mandare voluerint, sine mora vel tarditate ad Turones pergere possit; quia ibi aut nos ipsos aut dilectam[a] coniugem nostram[2] Domino volente inventurus est. Vide, ut nullam exinde habeas negligentiam[b], si gratiam nostram velis habere. Opto, ut semper bene valeas in Domino[c]. 832 ex.

22.

Ludowicus I. imperator T. fideli suo mandat, se expediat, ut Turones ad sese aut ad uxorem suam mittatur. *832 c. Nov.*

Edd. D 21 (W p. 87, B p. 373, M col. 516), T 21, J 33.

IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI. HL[UDOWICUS] DIVINA[a] ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS T. FIDELI NOSTRO[3].

Notum sit tibi, quod[b] volumus, ut ad hoc te prepares, ut, quandocumque Hrt.[c] comes[4] et H. missus noster[5] per te nobis aliquid mandare voluerint, statim sine mora vel aliqua tarditate cum ipso mandato ad Turonos[d] pergere possis; quia ibi aut nos ipsos aut dilectam coniugem nostram[6] Domino volente inventurus es. Vide, ut nullam exinde habeas negligentiam[e], si gratiam nostram velis habere.

23.

Einhartus A. missum dominicum monet, ne homines suos, qui iussu (Ludowici) imperatoris in custodia maritima fuerint, heribannum solvere cogat. *c. 832 ex.*[7]

Edd. D 22 (W p. 87, B p. 374, M col. 516), T 22, J 18.

DILECTO FRATRI ET AMICO A. MISSO DOMINICO E[INHARTUS] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Putabam tibi bene cognitum[a] esse, quod homines nostri[8], quos in istis partibus habemus, secundum ordinationem et iussionem[b] domni imperatoris ad custodiam maritimam fuerunt, non solum eo tempore, quando ille [ad] . . . oriam[c 9] profectus est, sed etiam quando Aurelianos[10] perrexit. Et ideo non videtur mihi iustum esse, ut heribannum solvere debeant, qui non aliubi[d] fuerunt, nisi ubi ipse imperator precepit. Et ideo precor dilectionem tuam, ut nobis spacium inde dones, donec domnus imperator venerit, et nos illum ammonebimus de iussione sua, et ille tunc preceperit, qualiter illi placuerit. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[e].

24.

Einhartus ab Egilolfo et Hunberto petit, ut Gerberto beneficium a Wolfgario episcopo Wirzeburgensi datum concedant, donec novus episcopus creetur. *832 post Nov. 12.*

Edd. D 6 (W p. 84, B p. 370, M col. 511), T 6, J 17.

---

a) delictā *corr. in* delectā *C.* b) *corr. ex* negleg. *C.* c) o. u. s. b. u. l. i. d. *C.*
22. a) duīn *C.* b) ꝗ *C.* c) h̄rt *C.* d) *sic C.* e) *corr. ex* neglegentiam *C.*
23. a) -nitum *evanuit in C; leg. S, P.* b) et iu- *evanuit in C; leg. S, P.* c) ad *incerte,* -oriam *clare legi, id quod legerunt S, P; 3—4 litt. evan. in C.* d) *sequ.* non *delet. C.* e) o. u. s. b. u. i. d. *C.*

1) *Cf. epp. 20. 22.* 2) *Iudith, cf. Mühlb. Reg. 881.* 3) *Cf. supra p. 120 n. 7.* 4) *Cf. supra p. 120 n. 8.* 5) *Cf. supra epp. 20. 21.* 6) *Cf. supra n. 2.* 7) *De tempore epistolae cf. Simson l. l. II, 19 n. 2; Mühlb. Reg. 870 a.* 8) *Ut videtur, homines ad monasteria Gandensia S. Bavonis et Blandiniense pertinentes.* 9) *an* Triboriam *vel* Triburiam *(cf. Mühlb. Reg. 870 c)? T et J coniecerunt* 'in Baioariam', *sed* -oriam *clare legitur. Cf. N. Arch. XXI, 608 n. 4.* 10) *mense Septembri 832, v. Mühlb. Reg. 877 a.*

832. 833 DILECTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS ET DEVOTIS CHRISTI FAMULIS EGILOLFO ET HUNBERTO[1] ETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Scio vos non latere, quod bone memoriae Wolfgarius episcopus[2] me petente beneficiavit homini nostro Gerberto in pago Dubargauue in loco, qui dicitur Asgbah[3], de ratione sancti Cyliani[4] mansos III et mancipia XII. Sed quia hoc diutius manere non potuit, nisi dum ille in corpore vixit, precor benignitatem vestram, ut memoratum Gerbertum illud[a] beneficium habere permittatis, sicut modo habuit, usque dum in hac sede episcopus fuerit ordinatus, et inter me et illum convenerit, quid de ipso beneficio fieri debeat in futurum. Opto, ut semper bene valeatis[b] in Domino.

25.

Einhartus a Ludowico II. rege Germanico petit, beneficium parvum in orientali Francia situm a se haberi patiatur, donec Lotharius I. imperator sibi permiserit, ut in eius ditionem cedat. *833 post Iun. 30*[5].

Edd. T 53, J 19.

. . . .[a] domini[b] mei gloriosissimi regis, ne contra me indignemini, quod neque . . . . [neque ad vestram[c]] postea[d] adveni praesentiam. Non enim hoc feci propter iniuriam vestram vel[e] de[sidiam, sed eo quod][f] infirmus eram et febribus laborabam[6], sicut adhuc facio. Et vix [potui ad praesenti]am[g] domini Hl[otharii] fratris vestri pervenire et accepta ab eo licentia[h] [ad sanctos martyres[7] re]dire[i], quando et ille a vobis ambobus absolutus est[8].

Quod autem[k] me [domum retraxi, id][l] non ob[m] aliud feci, nisi quod divisione regni inter vos facta[n][9], qualis [facta est[o], ignorabam. Tuler]at[p] enim fama, quod illa porcio orientalium plagarum[q] Francorum, [in qua et commoror[r]] et parvum beneficium habeo, ad regnum domni Hl[otharii] pertinere [deberet. Unde enixius[s]] precor clementiam vestram, ut me permittatis habere et uti ipsum [beneficium, donec[t]] a domno Hl[othario] licentiam accepero ad vos veniendi et in vestras [manus me com]mendandi[u], — si hoc ullatenus impetrare potuero. Fidelis enim vo[bis propono et devo]tus[v] ad vestrum[w] venire servitium, si Deus mihi vitam et sanitatem conce[dere digna]bitur[x].

26.

Einhartus [Liuthardo?] presbytero et [Ercmberto?] vicedomino mandat de eulogiis Lothario I. et eius uxori Irmingardae offerendis. *833 ante Oct.?*

Edd. D 52 (W p. 95, B p. 383, M col. 531), T 54, J 21.

---

24. a) illud de *C.* b) valetis *C.*

25. a) Precor clementiam *vel similia supplenda esse videntur.* b) do- *evanuit in C; leg. S, P.* c) neque ad vestram *leg. P.* d) po- *evanuit in C; leg. S, P.* e) vael *C.* f) -sidiam, sed eo quod *leg. P.* g) potui ad praesenti- *leg. P.* h) licentiā *C.* i) ad sanctos martyres re- *leg. P.* k) If *C.* l) domum retraxi, id *leg. P.* m) ab *C.* n) facti *C.* o) *an* esset? p) facta est ignorabam. Tuler- *leg. P.* q) plagum *C.* r) in qua et commoror *leg. P.* s) deberet. Unde enixius *leg. P.* t) beneficium, donec *leg. P.* u) manus me com- *leg. P.* v) -bis propono et devo- *leg. P.* w) urām *C.* x) -dere digna- *leg. P.*

1) *paulo post ep. Wirzeburgensi (832—842); pactioni a. 815. Mart. 27. a Wolfgario ep. Wirzeburgensi cum Ratgario abbate Fuldensi factae testes interfuerunt Egilulfus presbyter et Humbraht diaconus; v. Dronke, Cod. dipl. Fuld. p. 156 n (cf. Mühlbacher Reg. 594).* 2) *Wirzeburgensis, qui obiit die 12. Nov. 832.* 3) *m. or. Mergentheim.* 4) *monasterii Wirzeburgensis.* 5) *Cf. de hac epistola Simson l. l. II, 58 n. 1; N. Arch. XXI, 622.* 6) *Cf. infra ep. 27:* vetulus et infirmus. 7) *Marcellinum et Petrum Seligenstadenses.* 8) *Quae non distincte intellego; an: 'postquam Lotharius a Pippino et Ludowico fratribus discessit'? (v. Bacha l. l. p. 60).* 9) *a. 833. Iun. 30.; cf. Mühlb. Reg. 896 d.*

IN CHRISTI NOMINE[a]. E[INHARTUS] ABBAS N. PRESBITERO ET N. VICEDOMINO[1] FIDELIBUS[b] NOSTRIS IN DOMINO SALUTEM.[2] 833

Notum sit vobis[c], quia volumus, ut eulogias[d] preparari faciatis secundum consuetudinem, sicut solet homo ad opus dominicum[e] facere, tam ad opus domni Hl[otharii], quam et N.[f][3] coniugis eius. Et quando ille de Audriaca villa[4] ad Conpendium reversus fuerit, tunc volumus, ut ibi fiant presentatae[g]. Et postea volumus, ut per brevem nobis indicetis, qualiter ab illo vel ab illa fuissent receptae[h]. Bene valete[i].

27.

Einhartus U. quendam rogat, videat, ne Frumoldus ab adeunda aula morbo impeditus beneficio privetur. *c. 833 ex.*[5]

Edd. D 26 (W p. 88, B p. 374, M col. 518), T 26, J 1.

E[INHARTUS] U. SEMPITERNAM SALUTEM[a].

Frumoldus[b] filius N. comitis, cuius N. sororem habet[c], magis infirmitate quam senectute confectus — nam continuo ac gravi[d] pedum[e] dolore vexatur — habet beneficium non grande in Burgundia[f] in pago Genawense[g][6], ubi pater eius comes fuit, et timet illud perdere, nisi vestra benignitas illi opituletur[h], eo quod propter infirmitatem, qua premitur, ad palatium venire non potest. Idcirco precatur, ut pro sua[i] necessitate domnum imperatorem[7] rogare dignemini, ut permittat se habere beneficium, quod avus[8] eius illi concessit et pater[9] habere permisit, quo usque viribus receptis ad eius presentiam venerit ac se sollemni more commendaverit[k]. Bene vale, igulorum[10] amantissime, sic optat[l] igulus tuus vetulus et infirmus[11].

28.

Einhartus comitem quendam rogat, curet, ut (Frumoldus) vassus dominicus beneficium suum retineat, donec sanus factus ad aulam accedat. *c. 833 ex.*

Edd. D 27 (W p. 88, B p. 375, M col. 518), T 27, J 2.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI VIRO N. GLORIOSO COMITI E[INHARTUS] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM.

N.[12] vassus dominicus, frater uxoris N. comitis, morbo pedum et senectute gravis, volebat venire ad domnum imperatorem[13]; sed non potuit propter infirmitatem suam. Cum primum potuerit, veniet ad servitium eius. Interim postulat, ut sibi liceat bene-

---

26. a) In Christi nomin- *abscissa in C; leg. S, P.* b) fidelis *C.* c) Notum sit vobis *abscissa in C; leg. S, P.* d) eulolias *C.* e) dominici *C.* f) *Haec littera certe* N *legenda est, non* H. g) p̄sentatas *C.* h) *sic scripsi pro* qualiter illas vel ab illa fuissent receptas *C.* i) b.u.l.t. *C.*
27. a) E. U. S. S. *C.* b) frumold̄ *C.* c) N. sororem habet *evan. in C; leg. S, P.* d) *evan. in C; leg. S.* e) pedum *evanuit in C; leg. S, P.* f) Burgandia *C.* g) -enawense *evan. in C; leg. S.* h) -tuletur *evan. in C; leg. S, P.* i) -ur, ut pro sua *leg. P, et, licet indistincte, iam hodie leguntur.* k) commendaverat *C.* l) optet *C.*

1) *ut videtur, eisdem Liuthardo presbytero et Eremberto vicedomino Gandensibus, ad quos ep. 55 missa est; cf. ep. 56.* 2) *Hanc epistolam Mühlbacher (Reg. 987) a. 824. scriptam esse suspicatus est, sed cf. N. Arch. XXI, 623.* 3) *Irmingardae.* 4) *Orville, Pas de Calais, arr. Arras, a Compendio ad septentrionem.* 5) *De tempore huius et sequentis epistolae v. Dümmler, Lit. Centralblatt 1867, col. 1268, N. Arch. XXI, 624.* 6) *i. e. Genf.* 7) *Lotharium I.* 8) *Carolus I. imperator, cf. ep. 28:* quod ei domnus Karolus imperator dedit. 9) *Ludowicus I. imperator.* 10) *Quid significet* igulus, *non elucet (cf. Du Cange Glossarium).* 11) *Einhartum auctumno anni 833. aegrotasse apparet etiam ex ep. 25.* 12) *Frumoldus, v. ep. 27.* 13) *Lotharium I.*

c. 833 ex. ficium suum habere, quod ei domnus[a] Karolus imperator dedit in Burgundia[b] in pago Genawensse, usque dum ille ad presentiam eius venerit ac se in manus eius commendaverit. Michi[c] quoque rectum[d] et utile videtur, ut ita fiat, sicut ipse desiderat, quia vir bonus ac prudens est et bone famae inter vicinos suos. Et vos bene faciatis, si eum in hac re adiuvare dignemini. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[e].

29.

Einhartus comitem quendam rogat, moveat (Lotharium I.) imperatorem, ne iuvenis quidam et frater eius beneficium Germanicum perdant. *c. 833 ex.*

Edd. D 28 (W p. 88, B p. 375, M col. 518), T 28, J 35.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI N. GLORIOSO[a] COMITI[1] E[INHARTUS] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.[2]

Rogo benignitatem vestram, ut hunc iuvenem N. aput domnum imperatorem[3] adiuvare dignemini, ut beneficium, quod ipse et frater suus habent, non perdant. Habent enim in pago Turnacense[4] mansos XV et ultra Renum[5] mansos V. Ipse vult cum beneficio, quod in Turnacense[b] est, servire domno imperatori; et ut frater suus cum illo, quod ultra Renum est, se ad N.[6] commendet; et tamen communiter illud beneficium totum habeant. Sed ille non vult ei ad hoc consentire, nisi domnus imperator illi precipiat. Nam, nisi hoc factum fuerit, perdunt illud beneficium, quod ultra Renum habent. Ideo precatur bonitatem vestram, ut inde domnum imperatorem rogare dignemini, ut fratrem eius sic facere iubeat. Et ipse paratus est facere firmitatem, qualem domno imperatori placuerit, quod beneficium suum communiter cum fratre suo habere[c] vult semper. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[d].

30.

Einhartus rogat episcopum quendam, ut apud (Lotharium I.?) imperatorem pro presbytero quodam, qui beneficium Bavaricum amiserit, intercedat. *c. 833 ex.?*[7]

Edd. D 48 (W p 94, B p. 382, M col. 529), T 48, J 34.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] N. REVERENTISSIMO[b][8] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Iste presbiter nomine N. rogavit me plurimum, ut pro illo aput vos intercederem, ut erga illum misericorditer agere dignaremini. Qui, sicut ipse asserit, in magna paupertate constitutus est, et nunc maxime, quando ipsum parvum beneficiolum, quod habuit in Baioaria, ablatum est ab illo et alteri datum. Et nunc nescit, quid agere vel qualiter seniori suo servire debeat, nisi per vestram intercessionem domnus Hl.[9] ei aliquod[c] solacium ad vitam praesentem sustentandam[d] dare dignabitur. Opto, ut mei memor semper bene valeas in Domino et parvitatem meam piissimo imperatori[10] commendare digneris.

---

28. a) doñ *C.* b) *sic corr. ex* Burgandia *C.* c) c *corr. ex* h *C.* d) reotum *C, quod posterior manus correxit in* ratum. e) o.u.s.b.u.l.i.d. *C.*

29. a) glor. *C.* b) Turnacensa *C.* c) *sequitur* non *in C.* d) o.u.s.b.u.l.i.d. *C.*

30. a) veñ *C.* b) *an excidit* episcopo? *cf. supra ep. 16.* c) aliquid *C.* d) sustentadam *C.*

1) *fortasse eidem comiti, cui ep. 28 missa est.* 2) *De hac epistola cf. N. Arch. XXI, 625.* 3) *Lotharium I.* 4) *Tournai.* 5) *id est in regno Ludowici II. regis, cf. N. Arch. l. l. n. 2.* 6) *Ludowicum II. Germanicum regem.* 7) *De tempore huius epistolae cf. N. Arch. l. l.* 8) *an eidem, cui missa est ep. 16?* 9) *Lotharius I. imperator, ut videtur.* 10) *Lothario I., ut equidem censeo.*

31.

c. 833 ex.?

Einhartus sacerdoti cuidam Eburonem commendat. De commutatione rerum publicarum addit. *c. 833 ex.?* [1]

Edd. D 29 (W p. 88, B p. 375, M col. 519), T 29, J 15.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] N. SUMMI DEI SACERDOTI[2] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Venientem ad nos Eburonem propinquum et fidelem vestrum[b] gratanti[c] animo suscepimus, estimantes eum diutius aput nos esse mansurum. Sed quia ille ad vos redire festinat, noluimus illum sine litteris nostris dimittere, ne, si vacuis[d] manibus rediret, ad[e] nos venisse non putaretur. De his tamen causis, unde se certi aliquid a[d vos[f]] allaturum existimavit, nihil vobis certi significare aut per illum indicare possum[g], quoniam[h] mutatio[i] rerum, quae nuper in hoc regno facta est, in tantum nos conturbavit[k], ut penitus ignoremus, quid agere debeamus, nisi ut secundum verba Iosaphat oculos nostros ad Dominum dirigamus[3], et iuxta verba Filonis imploretur divinum, quando humanum cessat auxilium[4]. Ipsum autem latorem presentium Eburonem, quamvis vobis[l] propinquus sit karissimus,[m] vestrę electioni commendamus. Confidimus[n] enim in Deo, licet nunc fieri non posset, quod eum iterum opitulante divina clementia letum et hilarem oportuno tempore ad vos remittere debemus. Optamus, ut sanctitatem vestram bene valentem et nostri memorem divina gratia semper et ubique custodiat.

32.

Einhartus abbatem quendam rogat, ut Eburonem episcopo et abbati cuidam commendet. *c. 833 ex.?* [5]

Edd. D 35 (W p. 91, B p. 378, M col. 523), T 35, J 16.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] N. REVERENTISSIMO ABBATI N. P[ECCATOR].

Amicorum meorum revelatione didici, N. — abbatem an episcopum nominare debeam ignoro; quis ille sit, vos optime nostis[6] — quod in rebus ad suum profectum pertinentibus vestro salubri et prudentissimo soleat uti consilio. Quapropter visum est mihi vestram sanctitatem precari, ut aput memoratum virum pro nepote ipsius Eburone, qui nunc mecum[b] moratur[c], loqui eumque[d] rogare dignemini, ut eum spe, quam illi fecerat[e], non fraudaret, sed potius in promissa ei erga se benignitate[f] permanere vellet; in eo videlicet, ut in paupertatem constitutum[g] de facultatibus suis adiuvare dignetur[7]; ut propter penuriam et indigentiam rerum necessariarum[h] necessitas illi non eveniat illum locum dimittendi, in quo eum ipse constituit. Quod pro-

---

31. a) veñ *C.* b) urām *C.* c) gratantio *C.* d) euacuis *C.* e) a. *C.* f) .d vos *evan. in C; leg. S.* g) -care p- *evan. in C.* h) quā *C.* i) mutuo *C.* k) con- *leg. S, P.* l) nobis *C.* m) karissimum *C.* n) consudimus *C.*

32. a) ueñ *C.* b) *sic scripsi pro* metam *in C;* Metis *scripsit J.* c) moratū *C.* d) eūquē *C.* e) illis ecerat *C.* f) benignitaté *C.* g) constitutā *corr. in* constitutū *C.* h) necessarium *C.*

1) *Hanc epistolam Jaffeus mihi immerito anno 830. addixisse videtur. Cf. N. Arch. XXI, 621.* 2) *eidem, ut videtur, de quo in ep. 32 Einhartus scribit:* abbatem an episcopum nominare debeam ignoro; *fortasse ille erat abbas, qui ad episcopalem dignitatem erat electus, neque vero ab imperatore confirmatus, neque consecratus; cf. infra* vestrae electioni. 3) *2. Paralip. 20, 12:* „Sed cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te“. 4) *Nescio, unde haec verba sumpta sint.* 5) *Cf. N. Arch. XXI, 622 n. 1.* 6) *V. supra n. 2.* 7) *Cf. ep. 31:* Eburonem, quamvis vobis propinquus sit karissimus, vestrae electioni commendamus.

c. 833. 834 fecto eveniet, nisi ab eo[a], ne eveniat, fuerit ante provisum[b]. Procliviter[c] autem[d] provideri poterit, si in promissis[e] suis, quibus eum ad sibi consentiendum [permovit[f]], permanere voluerit. Opto sanctitatem vestram nostrae pusillitatis memorem semper in Christo bene[g] valere in Domino[g].

33.

Einhartus a Ludowico II. rege Germanico petit, praecipiat episcopis quibusdam, ut in construenda basilica SS. Marcellini et Petri se adiuvent. *c. 834 in.?*

Edd. *D 50 (W p. 95, B p. 382, M col. 530), T 51, J 51.*

Dominus meus piissimus genitor vester iussit N . . . .[a] de monasterio N., ut nobis adiutores et cooperatores [existerent[b]] in constructione basilice[c] beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri patronorum[d] vestrorum[1]. Sed illi, ut mihi videtur[e], nihil de illo opere facturi sunt[f], nisi iussio clementiae vestrae ad eos veniat et eis denuo precipiat[g], ut secundum dispositionem[h] domini[i] et genitoris vestri nos adiuvent in opere[k] predicto[2]. Quapropter, ut vobis causam memorati operis[l] notam facerem[m], has meae[n] parvitatis supplicatorias litteras vestrae[o] magnitudini mittere curavi, per quas rogo et umiliter peto, ut propter amorem et honorem Christi martyrum patronorum vestrorum curam habere dignemini de constructione basilice illorum, ut per vestrum adiutorium et[p] hoc perficiatur; et detis nobis ad memoratos episcopos sacram iussionem vestram per litteras gloriosissime auctoritatis vestre, quas sane contemnere[q] non audeant. Et inde vobis coram Deo merces adcrescat; et beati martyres pro vobis intercedant, ut regnum vestrum semper augeatur atque firmetur et tutum[r] ac defensum maneat ab insidiis atque infestatione[s] malignorum spirituum et malivolorum hominum. Opto et oro, ut bene valeat dominus meus rex et vivat in eternum.

34.

Einhartus (Ludowico II. regi Germanico) quendam amicum suum commendat. *c. 833. 834?*

Edd. *D 51 (W p. 95, B p. 383, M col. 530), T 52, J 52.*

Pro quodam[a] amico et familiare meo, N. videlicet fidele vestro, pietati vestrae[3] supplicare volo, ut eum suscipere dignemini, et quando in vestras manus se commendaverit, aliquam consolationem ei faciatis de beneficiis, que hic in nostra vicinia absoluta et aperta[b] esse noscuntur. Est enim homo nobilis et bone[c] fidei, bene quoque

---

a) habeo *pro* ab eo *C.* b) -visum *evan. in C; leg. S, P.* c) *sic scripsit J; in C* proc- *non distincte legitur.* d) Ꝑ *C.* e) promis *C.* f) *sic vel similiter supplendum esse videtur.* g) b. u. l. r. i. d. *C.*

33. a) *15—16 litt. absciss. in C.* b) -tores existerent *abscissa in C; leg. non certe P.* c) *om. C.* d) Petri patronorum *absciss. in C; leg. S, P.* e) violetur *C.* f) -uri sunt *abscissa in C; leg. S.* g) *abscissum in C; leg. S;* p *adhuc legitur.* h) disspositionem *C.* i) dom̄ *C.* k) in opere *absciss. in C; leg. S, P.* l) operes *corr.* operis *C.* m) facerem *abscissum in C; leg. S, P.* n) me *C.* o) ur̄as *C.* p) *sic scripsi pro* ut *C.* q) sane contemnere *emendavi pro* aut̄ temnere *C.* r) totum *C.* s) infestinatione *C.*

34. a) quidam *C.* b) -ta *absciss. in C.* c) bene *C.*

1) *De constructione ecclesiae monasterii Seligenstadensis post a. 830. coeptae, quae licet temporum cursu valde commutata adhuc exstat, et de tempore huius epistolae cf. N. Arch. XXI, 615 sq.; cf. infra epp. 35. 36.* 2) *Cf. infra ep. 36:* quam *(sc. basilicam)* ego nunc licet cum magna difficultate construere molior. 3) *Ludowico II. regi Germanico, ut videtur, cf. N. Arch. XXI, 624 n. 1.*

doctus ad ser[viendum vestris][a] usibus[b] in qualicumque negotio, quod ei fuerit iniunctum. c. 833. 834
Servivit enim avo [et patri vestro fi]deliter[c] et strenue; sic et vobis facere paratus est, si Deus illi vitam et sani[tatem concedere v]oluerit[d]. Nam adhuc valde infirmus est, et ideo non potest ad vestram [pietatem venire; veni]et[e], cum primum potuerit. Proinde precor pietatem vestram, ut me scire[f] per[mittatis, quid][g] illi de vestrae[h] bonitatis parte promittere possim, ut in bona spe [vivat, donec ad vestram per]venerit[i] presentiam.

35.

Einhartus F. quendam hortatur, ut litteras ad se mittat. Addit de epistola ad Folconem (abbatem, ut videtur, Fontanellensem) perferenda. *c. 834 auctumno?*

Edd. D 47 (W p. 94, B p. 382, M col. 529), T 47, J 50.

E[INHARTUS] F. SEMPITERNAM SALUTEM[a].

Quidem de[b] statu rerum palatinarum nihil mihi scribere[c] peto, quia nihil ex is[d], quae aguntur[e], audire delectat. De te et ceteris amicis meis — si te excepto ullus remansit[1] — magna est mihi cura cognoscere, ubi sitis et quid agatis. Ideo karitati tuae has litteras mittere curavi, ut te commonefacerem scribere mihi de his, que aguntur erga te, id est: quali uteris valitudine, et ubi vel quando evenire possit, ut vita comite ad invicem nos videamus. Sepe enim te videre ac tecum loqui desideravi, sed numquam ardentius quam modo, quia numquam mihi maior incubuit necessitas, ut de agenda[f] vita cum amico conferrem atque tractarem[g]; quod cum nemine libentius facio quam tecum, quod in nullius fide maiorem habeo fiduciam.

Misi[h] per hunc puerum litteras[i] ad N. abbatem[2]. Quem, rogo, si ire potuerit, ut per aliquem tuorum usque ad illum deduci facias; aut si forte propter lassitudinem iumentorum, ut evenire[k] solet, longius ire non poterit, precor, ut litteras[3], quas Folconi mitto[l], accipias et ei per aliquem dirigas eumque preceris[m], ut mihi respondeat atque responsum, quod ei dare placuerit, tibi remittat; et tu ad me, cum primum idoneum perlatorem inveneris, ipsum responsum facias pervenire. Opto te, amicorum amantissime, semper in Christo bene valere et mei memorem esse.

36.

Einhartus (Folconi?) abbati (Fontanellensi?) scribit de emendo plumbo, quo basilica SS. Marcellini et Petri tegatur. *c. 834 auctumno?*

Edd. D 46 (W p. 94, B p. 381, M col. 528), T 46, J 46.

---

a) -viendum vestris *absciss. in C; supplevit P.* b) *leg. P, et nunc iam ex parte legitur;* utilius, vestris *omisso, scripsit S.* c) et patri vestro fi- *abscissa in C; leg. S.* d) -tatem concedere v- *abscissa in C; leg. S.* e) pietatem venire; veni- *abscissa in C; leg. S; an pro* pietatem *legendum est* presentiam? f) sire *C; cf. ep. 36 n. e.* g) -mittatis, quid *abscissa in C; leg. S.* h) vestra *C.* i) vivat, donec ad vestram per- *abscissa in C; leg. S;* per- *leg. P et ipse.*

35. a) E. F. S. S. *indistincte leguntur in C; leg. P.* b) Quidē *nunc iam, quamvis indistincte, legitur;* Quid̄ *leg. P; quod sequitur,* de, *in C superscriptum super* sta *et iam valde obscuratum ipse legi.* c) socribere *C.* d) *i. e.* his. e) illic *ante* aguntur *supplevit Teulet.* f) aganda *C.* g) tractare *C.* h) missi *C.* i) interas *C.* k) evenire *scripsit Teulet pro* venire *C.* l) mitto eo *C.* m) p̄ceres *C.*

1) *Auctumno a. 834. multos optimates, ex quibus nonnullos Einhartus amicos habuisse videtur, cum Lothario I. imperatore in Italiam abiisse constat (Mühlb. Reg. 902 d); cf. N. Arch. XXI, 616. 617. 625.* 2) *Folconem abbatem, ut videtur, Fontanellensem, 834 (Mart. 16) — 845 (Oct. 10); cf. Gesta abbat. Fontan. ed. Löwenfeld c. 18, p. 60. Monasterii illius abbas usque ad a. 823. ipse Einhartus fuerat.* 3) *epistolam 36, ut mihi videtur.*

828—836 SUMMA VENERATIONE DIGNISSIMO N. REVERENTISSIMO ABBATI[1] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Sicut me petitionis meae memorem esse, sic te promissionis tuę oblitum[a] esse non arbitror, licet multa et varia rerum inpedimenta postea accidissent, que illud colloquium nostrum non solum ad tempus sopire, sed etiam oblivioni perpetue tradere potuissent[2]. Illud dico colloquium[3], quando, in palatio[b] simul positi, de tecto basilice beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri, quam ego nunc licet cum magna difficultate construere molior[4], locuti sumus, et constitit inter nos de plumbo emendo contra precium quinquaginta librarum. Sed quamvis opus basilicae nondum ad hoc perductum sit, ut tegendi necessitas me te[c] admonere conpellat, tamen propter incertum vite mortalis terminum semper videtur esse festinandum, ut bonum quod[d] nobis inchoatum Domino auxiliante perficiatur. Proinde precor benignitatem tuam, ut me de eodem plumbo emendo per litteras tuas digneris facere certiorem, ut scire[e] valeam, si aliquid inde adhuc[f] inchoatum sit, et si nondum inchoatum est, qualiter[g] inchoari et Domino adiuvante perfici id ipsum negotium debeat. Idcirco deprecor benignam karitatem [tuam[h]], ut me de ac re per litteras tuas certiorem facere non graveris. Opto, ut mei memor semper bene valeas in Domino.

37.

(Imma Einharti uxor) Blidthrutem rogat, concedat Weniloni servo, ut, quam duxerit liberam, uxorem habeat. *828—836.*

Edd. D 15 (W p. 86, B p. 372, M col. 514), T 15, J 40.

DILECTISSIMĘ SORORI BLIDTHRUT[5] IMMA[a 6] AMICA ET BENE CUPIENS TUA AETERNAM IN DOMINO SALUTEM[b].

Quidam servus vester de Makesbah[7] nomine[c] Wenilo quandam liberam feminam accepit sibi in coniugium; et modo timendo iram vestram simul et domini sui Albuuini confugit ad limina sanctorum Marcellini et Petri. Pro quo rogo caritatem tuam, ut mea vice apud illum intercedere digneris, quatenus ei liceat cum sua et tua gratia feminam illam, quam accepit, habere. Opto, ut semper bene valeatis[d].

38.

Imma Einharti uxor cuidam respondet. *ante 836.*

Edd. T 57, J 65.

---

36. a) oblitu *C.* b) palatiū *C.* c) me te *scripsi pro* meae *C;* me rei *scripsit J.* d) qđ *C;* quodque *scripsit J; fortasse exciderunt quaedam.* e) sire *C.* f) *corr. ex* adhoc *C.* g) -ualiter *evanuit in C; leg. P;* quando *scripsit J.* h) tuam *supplevi.*

37. a) boma *C; pro quo* Imma *legendum esse merito coniecit Pertzius, SS. II, 429 n. 48; cf. epistolam sequentem.* b) aet . l . d . s. *(sic) C.* c) ·N· *C.* d) semper b . n . u . l . t . s. *C.*

1) *Folconi abbati Fontanellensi, ut videtur; nam hanc epistolam eandem esse veri simile est, quae ut Folconi mittatur Einhartus in ep. 35 ab amico suo petit; cf. N. Arch. XXI, 616. 617.* 2) *Quae ad magnas illas res a. 833. et 834. in regno Francorum gestas referenda esse videntur.* 3) *Quando fuerit illud colloquium, non liquet.* 4) *Cf. supra ep. 33.* 5) *Et Albwini comitis cuiusdam et Blidthrudae nomina occurrunt in annalibus necrol. Fuld. a. 869. et 851. (SS. XIII, 181 et 171.)* 6) *Imma Einharti uxor mortua est a. 836. ineunte, cf. Jaffé Bibl. IV, 498 n. 6.* 7) *Mosbach m. oc. Grossostheim (m. oc. Aschaffenburg), cf. Translat. SS. Marc. et Petri l. I c. 13, SS. XV, 244.*

DOMINO ET FILIO VENERANDO AC DILIGENDO N. IMMA FIDELIS [AVIA][a] VESTRA SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM. ante 836

Postquam fidelis missus vester N.[b] ad nos venit et mihi litteras vestras reddidit, quicquid in his [utilitatis][c] cognoscere potui, libenter facere certavi. Vestrum [perpendere est et con]siderare[d], ut ea, que inter vos agere disponitis, non solum utilia, sed[e] etiam honesta ex utraque parte inveniantur, et quod [iusta eorum non sit][f] reprehensio, qui ob multorum profectum id, quod agere u . s . . . . os[g] . . pronunciatus. Quod ita demum fieri posse video, si suo [quicquid tempore][h] fiat, quia, sicut vos optime nostis, iuxta Salomonem [ea tantum profectum][i] habent et ea rectae fiunt, que in suo tempore fiunt. Opto te semper[k] in Christo bene valere, fili carissime. cf. Eccl. 3, 1.

39.

Einhartus Gozberto abbati (S. Galli) Bebonem commendat. *816—836.*

Edd. D 2 (W p. 83, B p. 369, M col. 509), T 2, J 22.

RELIGIOSO CHRISTI FAMULO GOZBERTO VENERABILI ABBATI[1] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Precor, ut sanctitas vestra cognoscere dignetur de causa hominis istius nomine Bebonis, quod ego beneficium illi dedi de monasterio sancti Chodowaldi[2] propter hoc, quia[a] mihi bene serviebat; sed postquam eum domno Hlothario commendavi, impetravi a domno imperatore[3], ut ei confirmationem faceret de eodem beneficio ad dies vite suae. Propter hoc rogo et obsecro dilectionem vestram, ne illi permittatis aliquod impedimentum fieri de ipso beneficio, donec nos Domino volente vobiscum loquamur. Haec ideo vobis mando, quia[b] cognosco quorumdam hominum pravam voluntatem et infinitam cupiditatem, qui[c] de proximorum damnis nullam habent curam, in eo quod suae avidissime cupiditati satisfacere valeant. Opto, ut semper valeatis in Domino[d].

40.

(Einhartus) Ludowico I. imperatori de infausto cometae omine scribit.

837 post Iun.

Haec epistola legitur etiam integra in cod. Vatic. Palat. 487 s. IX. p. 40—41 (= V), ex quo descripsit eam L. Bethmann[a].

Edd. D 56 (W p. 96, B p. 384, M col. 532), T 61, J 24; Neues Archiv I, 585 ex V.

Novo et insolito siderum ortu[b] infausta quaedam[c] vel[d] tristia[e] potius quam laeta[f] vel prospera miseris ventura significari mortalibus pene omnis[g] veterum aestimavit auctoritas. Sola sacri evangelii scriptura salutarem novae[h] stellae apparitionem Matth. 2, 2 sq.

38. a) Imma fidelis avia *evan. in C; leg. P, sed* avia *incerte.* b) missus vester N. *evan. in C; leg. P.* c) -uicquid in his utilitatis *evan. in C; leg. P;* utilitatis *incerte;* qui-[cquid] *leg. S.* d) perpendere est et con- *evan. in C; leg. incerte P.* e) -n solum utilia, sed *evan. in C; leg. P.* f) quod iusta eorum non sit *evan. in C; leg. P;* iusta—sit *incerte.* g) u—os *leg. P;* s *ipse legi.* h) -o quicquid tempore *evan. in C; leg. incerte P.* i) *evan. in C; leg. P incerte;* omnia tempus *leg. aut coniecit S.* k) Opto te semper *evan. in C; leg. P;* opto vos *scripserunt S, J.*

39. a) qui *C.* b) q *C.* c) quae *C.* d) in Domino *evanuerunt in C; leg. S, P.*

40. a) *Lemma in C:* Incipit epistula; *sine lemmate in V.* b) ostu *C.* c) quedam *C.* d) et *C.* e) tristitia *V, C.* f) liceta *C.* g) omnibus *C.* h) nove *C.*

1) *S. Galli 816—836.* 2) *Quod monasterium mihi notum non est; ambigo, utrum legendum sit* Clodowaldi *an* Modowaldi, Ch *enim in nostro codice litterae M similes sunt. Sed excepto coenobio S. Clodoaldi (St. Cloud) prope Parisios monasterium huius nominis non inveni.* 3) *Ludowico I.*

837 post Iun. fuisse testatur, quam Chaldeorum[a] vidisse sapientes et recentem aeterni regis ortum de illius clarissimo fulgore conicientes[b] munera tantae[c] maiestati[d] convenientia venerabiliter optulisse narrantur.

Sed eius stellae, quae nuper apparuit[1], horrida et parum laeta facies ab omnibus, qui eam se vidisse testati sunt, fuisse ac minaciter flagrasse nuntiatur[e]. Quae, ut reor, congrua meritis nostris presagia fecit et cladem, qua digni sumus, venturam[f] indicavit. Quid enim interest, utrum homine[g] vel angelo[h][2] vel stella nuntiante inminens[i] ira generi predicetur humano?[k] Hoc tantum est[l] necessarium, ut intellegatur supervacuam[m] non fuisse sideris visi apparitionem[n], sed admonuisse[o] mortales, ut penitendo[p] et Domini misericordiam invocando[q] futurum certent declinare periculum. Sic in pre-
Ion. 3, 2 sq. dicatione Ionae subversio[r] civitatis, quae per illum fuerat prenuntiata, hominibus ad poenitentiae[s] remedia conversis divina miseratione dilata est, fecitque Deus[t] erga populum
Ier. 18, 2 sq. illum, quod se facturum per Hieremiam[u] prophetam[v] promisit, cum eum in domum figuli descendere[w] ibique iuxta operantem artificem sua verba iussit audire. Quod etiam[x] et erga nos eum facere velle confidimus, si[y] similiter ut illi ex toto corde[z] poenitentiam agere non neglegemus[a].

Et o utinam clades illa, quam[b] nuper classis Nordmannica partibus regni huius intulisse[3] dicitur, illam[c] horrendi sideris apparitionem[d] expiare potuisset. Sed vereor, ne graviori[e] vindicta plectendum[f] sit, quod tam ferali ostento significatum est, licet satis[g] gravem et asperam[h] ultionem in semetipsis ac suis omnibus experti fuissent hi, quibus illa ex oceano[i] veniens valida[k] tempestas tam vehementer incubuit.

Bene valeat[l] dominus meus piissimus imperator[m] [et vivat laete ubique][n].

41.

Einhartus comiti cuidam scribit de conventu propter res Bavaricas habendo. 839?
Edd. D 57 (W p. 96, B p. 384, M col. 532), T 63, J 25.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI VIRO N. GLORIOSO COMITI E[INHARTUS] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.[4]

Domnus imperator[5] mandavit per Dagolfum venatorem: N. comes faceret convenire ad unum locum illos comites, qui sunt[a] in Austria[b], id est Hattonem[6] et Pop-

---

a) Caldeorum *C.* b) conitientes *C.* c) tante *C.* d) *corr. ex* maiestate *C.* e) nunciatur *C.* f) *om. V.* g) hominem *C.* h) ..gelo *C.* i) imminens *C.* k) umano *C.* l) -tum est *dubium in C.* m) supervacuum *V.* n) visi apparitionem *evanuerunt in C;* apparitionem *leg. P.* o) ammonuisse *C.* p) poenitentie *C.* q) -cordiam invoca- *evan. in C;* -cordiam — ando *leg. P.* r) *Sic indistincte legitur in C;* Ionae Ninive eversio *immerito legi voluit P.* s) poeniten- *evan. in C; leg. P.* t) *om. V.* u) *De his verbis:* erga — Hieremiam *in C adhuc legi possunt:* e .... quod facturū p Ieremiam; populum *in margine additum erat;* erga illum *leg. P.* v) *om. V.* w) *absciss. in C; leg. P.* x) -am *evan. in C.* y) *om. C.* z) ex toto corde *om. V;* corde paeni- *indist. leg. in C; leg. P.* a) neglegimus *V.* b) -uam *evan. in C; leg. P.* c) ill- *evan. in C; leg. P.* d) apparationem *V.* e) ne gra- *evan. in C; leg. P;* gravior *V.* f) plecten- *indistincte legitur in C; leg. P.* g) -cet s- *evan. in C; leg. P.* h) *indistinctum in C; leg. P.* i) *In C leguntur haec:* fu .... i qu ..... lla ex .. ea ..; fuerint hii, quibus illa ex oceano *leg. P.* k) validita *C.* l) -it. Bene valeat *evan. in C;* it — valeat *leg. P.* m) imperpetuum *C.* n) *Haec in C scripta sunt notis Tironianis:* , *quas W. Schmitz Coloniensis interpretatur:* et vivat laete (?) ubique (?). *Notas illas om. V.*
41. a) s *C.* b) *corr. ex* Austraa *C.*

1) *die 11. Apr. 837. V. Annal. Fuld. a. 837. ed. Kurze p. 28 et Thegani Vita Hludowici imp. SS. II, 642; cf. Mühlb. Reg. 934.* 2) *Hic Einhartus revelationes anno 828. exeunte a Gabriele archangelo factas, postea descriptas et Ludowico imperatori traditas recolere videtur, cf. N. Arch. XXI, 626; cf. 619.* 3) *die 17. Iunii 837.; cf. Mühlb. Reg. 934c; Simson Jahrb. d. fr. R. unter Ludw. d. Fr. II, 167, 168.* 4) *Haec epistola a. 839. scripta esse videtur, cf. Dümmler, Geschichte des ostfr. Reiches, 2. ed. I, 133 n. 4, Sickel, Acta Karol. II, 355, Simson l. l. II, 213, Mühlb. Reg. 964 a, N. Arch. XXI, 626. 627.* 5) *Ludowicus I.* 6) *comitem pagi Kunigessundra, cf. Simson l. l. I, 196 n. 4. 241; Dümmler l. l. I, 128 n. 3; infra ep. 46.*

ponem[1] et Gebehardum[2] et caeteros socios eorum, ut inter se considerarent, quid agendum esset, si aliquid novi de partibus Baioariae fuisset exortum. Tunc visum est illis bene esse, ut et tu et Atto in eodem placito fuissetis. Ideo rogant vos, ut consideretis atque illis mandetis, in quali loco videatur aptissimum[a] esse, ubi illis conloquamini[b]. N. videtur ut hoc bene esse possit. 822—840

42.

Einhartus Hrabanum abbatem Fuldensem rogat, ut Gundhartum militia immunem esse patiatur. *822—840.*

Edd. D 17 (W p. 86, B p. 373, M col. 515), T 17, J 42.

REVERENTISSIMO CHRISTI FAMULO HRABANO VENERABILI[a] ABBATI[3] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Quidam homo vester nomine Gundhartus rogavit nos pro se apud vestram sanctitatem intercedere, ut sine offensione vestra, immo cum gratia vestra, sibi liceat iter exercitale, quod praesenti tempore agendum est, omittere ac domi remanere, asserens se ad hanc remansionem magna cogi necessitate, pro eo quod faidosus sit et cum inimicis suis et his, qui vitę eius insidiantur, hoc iter agere non audeat, presertim cum illo comite, cum quo ire iubetur, quem sibi dicit esse inimicissimum. Ideo rogat, ut eum[b] in tantum periculum vestrae iussionis auctoritas non inpellat; sibi curae esse seque providere, ut cum exactore heribanni, si venerit et eum conpellaverit, sine vestro labore se pacificet. Non vos rogarem de hac causa, nisi angustias eius atque pericula conperta haberem. Opto, ut semper bene valeatis[c].

43.

Einhartus Otgario archiepiscopo Moguntino mittit Werdricum monachum Fuldensem propinquum suum, quem diaconum faciat. *826—840.*

Edd. D 4 (W p. 83, B p. 370, M col. 510), T 4, J 36.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] OTGARIO REVERENTISSIMO[b] ARCHIEPISCOPO[c][4] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Frater iste nomine Werdricus[5] de congregatione sancti Bonifacii est et conversatur apud nos per licentiam abbatis sui[d][6], pro eo quod noster propinquus est. Quem ideo nunc ad vos mittimus, ut eum ad diaconatus officium ordinare iubeatis, si videritis[e] id[f] canonicę fieri posse per talem rationem, quae continetur in epistola abbatis eius, quam nuper ad me, cum eum de eadem[g] causa consulerem atque rogarem, direxit. Quam etiam vobis per eundem fratrem ad legendum misi; in qua, ut arbitror, statim intellegere potestis, utrum illa consecratio modo fieri possit, an in aliud tempus differenda sit. Oro et opto, ut sanctitatem vestram sibi devote servientem superna gratia semper et ubique custodiat, sanctissime ac reverentissime pater.

---

a) aptissim' *C.* b) conloquamini *scripsit J pro* conloquium. Nam *C.*
42. a) ven̄ *C.* b) ut eum *iam non legitur.* c) ut . s . p . b . u . l . s. *C.*
43. a) venr̄ *C.* b) rever̄ *C.* c) *corr. ex* archiepiscopi, *ut videtur, C.* d) abbatisui *C.* e) -is *evan. in C; leg. P.* f) *evan. in C;* quod *leg. P.* g) eodem *C.*

1) *De quo cf. supra ep. 8, infra ep. 47.* 2) *comitem pagi Loganae, cf. supra ep. 20.* 3) *Fuldensi (822—842).* 4) *Moguntino (826—847); cf. ep. 44.* 5) *In annalibus necrol. Fuld. (SS. XIII, 178) occurrit a. 859.:* Werdarih. 6) *Hrabani abbatis Fuldensis (822—842), cf. supra ep. 42.*

826—840

44.

Einhartus Otgarium archiepiscopum Moguntinum rogat, ut Hruodradum presbyterum Romam ire sinat eique retardationem ignoscat. *826—840.*

Edd. D 8 (W p. 84, B p. 371, M col. 512), T 8, J 38.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI OTGARIO REVERENTISSIMO ARCHIEPISCOPO[a][1].

Presbiter quidam nomine Hruodradus[b] venit ad me, dicens se esse de fisco vestro Manniaco[2] et accepisse licentiam a corepiscopo vestro[3] et ceteris fratribus Romam pergendi, et hoc in mense Martio; sed post, cum venisset ad Mogontiacum, non potuisse invenire homines, cum quibus illud iter peragere potuisset. Ac propter hoc divertit ad quendam pagensem nostrum, qui ei cognitus[c] fuerat, nomine Hildebertus, et mansit apud eum, donec inveniret homines Romam euntes. Quos se nunc inventos habere dicit; et rogavit me, ut apud vos impetrarem ei licentiam illud iter peragendi. Vult enim, sicut ipse asserit, illud iter quam celerrime potuerit peragere et ad locum suum reverti. Propter hoc precor sanctitatem vestram, ut ei, sicut ipse rogat, licentiam donare dignemini, et ut illi non noceat, quod tam diu inter vias moratus est, quia multis inpedimentis accidentibus invitus fecit, quod emendare non potuit. Optamus sanctitatem vestram nostrae inbecillitatis memorem semper in Christo bene valere, sanctissime ac reverentissime pater.

45.

Einhartus Hetti archiepiscopo Trevirensi reliquias sanctorum martyrum Marcellini et Petri ad dedicationem novae basilicae (SS. Marcellini et Petri Vallendariensis?) mittit. Addit eius rei, de qua certior fieri voluerit, ignarum se esse. *828—840.*

Edd. D 10 (W p. 85, B p. 371, M col. 512), T 10, J 23.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] HETTI REVERENTISSIMO[b] ARCHIEPISCOPO[4] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Sicut ex litteris sanctitatis vestre vos velle cognovimus, ita sine dilatione facere curavimus, mittendo videlicet[c] vobis reliquias, quas vos habere velle ad dedicationem nove basilicae vestrae[5] scripsistis. Et quidem libenter id fecimus, quia[d] talem fiduciam in vobis habemus, ut quecumque particula de sacris beatorum martyrum[6] cineribus ad vos pervenerit, talis ei honor exhibeatur, qualem totis eorum corporibus exhibere debueramus, nisi desidia et neglegentia a debito[e] illis honore retardaret.

Quod autem per nos cognoscere voluistis, minime vos de his certiores reddere valemus, quia[f] pene nihil inde ad nostram notitiam solet[g] pervenire; neque nos de his magnopere curiosi sumus[h], de quorum cognitione nullam utilitatem et parvam

---

44. a) veñ . r . g . r . o . reveñ ren episcopo *C.* b) Hruodrađ *C.* c) *corr. ex* cognitis *C.*
45. a) venr̄ *C.* b) rever̄ *C.* c) vilicet *C.* d) q *C.* e) dibito *C.* f) q *C.* g) sc̄i et *C.* h) curiosissimus *C.*

1) *Moguntino (826—847); cf. supra ep. 43.* 2) *Hunc locum esse hodie Mayen occ. Confluentiae censuit A. Teulet, cui assentiri non possum.* 3) *De chorepiscopis Mogontiacis, qui illis temporibus occurrunt, v. Dümmler l. l. I, 314. 315.* 4) *Trevirensi (c. 814—847).* 5) *Veri simile est hanc basilicam non esse eandem atque ecclesiam S. Castoris Confluentinam ab Hetti conditam dieque 12. Nov. 836. consecratam, sicut Jaffeus opinatus est, sed eandem atque ecclesiam SS. Marcellini et Petri Vallendariensem (Vallendar s. Confluentiae, ad Rhenum fl.), in qua usque ad hunc diem reliquiae martyrum illorum reservantur; cf. N. Arch. XXI, 628. 629.* 6) *Marcellini et Petri.*

percipimus voluptatem[1]. Optamus sanctitatem vestram nostrae inbecillitatis memorem 828—840
in Christo semper bene valere[a], sanctissime ac reverentissime pater.

46.

Einhartus ab Hattone comite petit, ignoscat Hunnoni, quod eo ignorante servam eius uxorem duxerit. *828—840.*

Edd. D 16 (W p. 86, B p. 372, M col. 515), T 16, J 41[a].

DILECTISSIMO AMICO NOSTRO HATTONI GLORIOSO[b] COMITI[2] E[INHARTUS] ETERNAM[c] IN DOMINO SALUTEM[c].

Quidam homo vester nomine Hunno venit ad limina sanctorum Marcellini et Petri, veniam postulans pro eo, quod conservam suam, ancillam vestram, sibi in coniugium sociasset sine vestra iussione. Propter hoc precamur benignitatem vestram, ut a vobis indulgentiam de hoc facto percipere mereatur, si delictum eius venia dignum fuerit inventum. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[d].

47.

Einhartus Popponem comitem rogat, ut duobus ferarum praedonibus parcat. *828—840.*

Edd. D 7 (W p. 84, B p. 370, M col. 511), T 7, J 37.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI VIRO POPPONI[3] GRATIOSO[a] COMITI[b] E[INHARTUS] IN DOMINO SALUTEM[c].

Duo pauperes homines confugerunt ad limina beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri, fatentes se culpabiles esse; qui in presentia vestra convicti fuerunt de quodam furtu, quod commiserunt furando feramina in dominica foraste; cuius partem conpositionis iam solverunt, et adhuc solvere debent. Sed, ut asserunt, non habent unde solvere propter paupertatem suam. Proinde precamur benignitatem vestram, ut eis propter amorem Christi martyrum, ad quos confugerunt, in quantum possibile est, parcere dignemini, ne penitus pereant per huiusmodi culpam, sed potius sentiant sibi apud vos profuisse, quod ad sanctorum martyrum sepulchra confugerunt. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[d].

48.

Einhartus Marchradum vicedominum rogat, ut in Williramni et Otberti fratrem, qui socium suum occiderit, clementem se praebeat. *828—840.*

Edd. D 18 (W p. 93, B p. 373, M col. 515), T 18, J 43[a].

DILECTO AMICO NOSTRO MARCHRADO GLORIOSO[b] VICEDOMNO E[INHARTUS] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM[c].

Duo servi sancti Martyni[4] de villa Hedabahc[5] nomine Williramnus et Otbertus confugerunt ad limina beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri, pro eo quod

---

a) b.n.v.l.r. *C.*
46. a) *Lemma:* DE VENIA *C.* b) głor *C.* c) et.i.d.s. *C.* d) semper b.n.u.l.t.s.i.d. *C.*
47. a) grãt *C.* b) comt *C.* c) e.i.d.s. *C.* d) ut s.p.b.u.tis.i.d. *C.*
48. a) *Lemma:* DE VENIA *C.* b) głr *C.* c) aet.l.d.s. *(sic) C.*

1) *Quae utrum spectent ad res palatinas, an ad alias res, non satis liquet; cf. supra ep. 35:* de statu rerum palatinarum nihil mihi scribere peto, quia nihil ex is, quae aguntur, audire delectat. 2) *De quo v. supra ep. 41.* 3) *Cf. supra epp. 8 et 41.* 4) *ecclesiae Moguntinae, ut videtur.* 5) *an Haibach or. Aschaffenburg?*

828—840 frater eorum quendam socium suum occidisset, rogantes, ut eis liceat solvere illum weregeldum pro fratre[a] suo, et ut ei membra perdonentur[b][1]. Proinde rogamus dilectionem tuam, ut, in quantum possibile est, ei parcere digneris propter amorem Dei et sanctorum eius, ad quorum limina confugerunt. Opto, ut semper bene valeas in Domino[c].

49.

Einhartus archiepiscopum (?) quendam pro homicida quodam deprecatur. 828—840.

Edd. D 25 (W p. 88, B p. 374, M col. 517), T 25, J 44[a].

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI N.[2] REVERENTISSIMO[b] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Quidam servus sanctae Mariae nomine N., ad vestrae sanctitatis pertinens potestatem, venit ad limina beatorum Christi martyrum Marcellini et Petri, veniam petens pro scelere, quod commisit interficiendo socium suum propter scandalum, quod inter eos fuit exortum. Proinde precamur sanctitatem vestram, ut[c] ob reverentiam eorundem martyrum, ad quorum limina confugit[d], ei parcere dignemini, ut indulta membrorum integritate verberumque pena liceat illi solutione pecuniae conponere atque emendare[3], quod[e] mala voluntate commisit. Optamus sanctitatem vestram semper in Christo bene valere[f], sanctissime ac reverentissime pater.

50.

Einhartus comitem quendam rogat, ut advocatum suum tam in mancipiis ecclesiae SS. Marcellini et Petri adquirendis, quam in aliis rebus adiuvet. 828—840.

Edd. T 50, J 47.

MAGNIFICO ET HONORABILI ATQUE INLUSTRI VIRO N. GLORIOSO [COMITI[a]] E[INHARTUS] AETERNAM[b] IN DOMINO SALUTEM.

Qui in vestra amicicia multum confidimus, ...[c] rogare non dubitamus de iustitiis beatorum Christi martyrum Marcellini[d] et Petri, quę in vestro monasterio[4] idem de quibusdam mancipiis[e] .... que presens advocatus noster N. coram vobis quesivit et [quae ipse sperat][f] posse adquirere, si vestrum adiutorium habuerit. Proinde [precamur[g]] benignitatem vestram, ut eum non solum in hac causa, set etiam in aliis [rebus][h] adiuvare dignemini, ut per hoc memoratos Christi mar[tyres vestros apud Deum][i] patronos atque intercessores habere mereamini[k].

---

a) frāe *C.* b) prodonentur *C.* c) o.u.s.b.u.l.i.d. *C.*

49. a) *Lemma:* DE VENIA. b) reverē̄ *C; an excidit* archiepiscopo?, *cf. supra epp. 43. 44. 45; in epistolis suis nullos nisi archiepiscopos Einhartus alloquitur:* sanctissime et reverentissime pater. c) ot *corr. in* ut *C.* d) confugiit *C.* e) ꝗ *C; an excidit* non? f) s.p.i. Christo b.u.l. *C.*

50. a) comiti, *quod in C abscissum est, supplevi, cf. inscriptiones epistolarum 7. 8. 28. 29. 41. 47.* b) E. aeternam *absciss. in C; leg. aut coniecit S;* aeternam *leg. aut coniecit P.* c) *15—17 litt. absciss.; an supplendum:* benignitatem vestram? d) martyrum Marcellini *abscissa in C.* e) -ipiis *absciss. in C; leg. S, P.* f) -t quae ipse sperat *absciss. in C; leg. P;* -t *leg. etiam S.* g) precamur *absciss. in C; sic scripsi pro* precor, *quod leg. S.* h) in aliis rebus *absciss. in C; leg. P;* in aliis *leg. S.* i) -tyres vestros apud Deum *absciss. in C; leg. P;* martyres *leg. S.* k) *spatium 15—17 litterarum absciss. in C.*

1) *Cf. Formulae ed. Zeumer p. 454 n. 64, p. 457 n. 2.* 2) *an Otgario archiepiscopo Moguntino?, cf. epp. 43. 44.* 3) *Cf. ep. 48 et Formulae ed. Zeumer p. 454 n. 64, p. 457 n. 2.* 4) *Cf. infra ep. 68.*

51. 828—840

Einhartus imperatoris missis suos benigne tractantibus gratias agit. 828 (?)—840.

Edd. D 33 (W p. 90, B p. 377, M col. 521), T 33, J 57.

DILECTIS IN CHRISTO FRATRIBUS ET AMICIS N. COMITI N. IUDICI, GLORIOSIS[a] MISSIS DOMNI IMPERATORIS E[INHARTUS] IN DOMINO SALUTEM.

Homines nostri, qui de istis partibus[1] ad nos veniunt, solent nobis narrare de bona voluntate et de benignitate vestra erga nos, in eo quod homines nostros servatis et eis parcitis[b], in qualicumque loco illis parcere potestis, tam in heribannis, quam in aliis causis ad vestrum missaticum pertinentibus. Unde vobis, ut dignum est, magnas agimus gratias Deumque rogamus et sanctos[2] eius, ut vobis non solum hic in presenti vita, sed etiam in futura congruam factis vestris mercedem retribuere dignetur. Promittimus etiam vobis, quod et nostram parvitatem ad voluntatem vestram faciendam paratam habere debeatis. Bene valete[c].

52.

Einhartus Gerwardo se in palatium Aquense venire non posse respondet, nam revelatione quadam sibi esse interdictum, ne per septem dies a reliquiis SS. Marcellini et Petri abesset; monet, ut sibi, quid de illa revelatione sentiat, rescribat. 830—840.

Edd. D 14 (W p. 85, B p. 372, M col. 514), T 14, J 39.

DILECTISSIMO FRATRI GERWARDO[3] E[INHARTUS] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM.[4]

Dubium mihi est, utrum de te sentire debeam, quod aut litteras meas non intellexisses aut de periculo meo non curasses. Sed facilius in eum sensum adducor, ut arbitrer propter aliquas occupationes scripta mea a te parum diligenter lecta et intellecta fuisse, quam ut credam caritatem tuam conminati mihi periculi curam non habuisse.

Hortaris enim, immo consilium das, ut omissis[a] martirum[5] excubiis, quibus indesinenter adesse et interesse iussus sum, palatium petam; cum mihi septem dierum absentia poenalis futura denuntiata sit. Quae non solum in mora in palatio facienda, sed ne in itinere quidem[b], quod ad palatium pergendum est, caveri potest; presertim a me, qui tam propter vię difficultatem, quam corporis inbecillam valitudinem raro celerius quam septem dierum spatio de Aquis ad martyrum limina potui pervenire. Sed iam nunc rogo atque obnixe deprecor, ut scriptum, quod tibi misi, iterum relegere atque intellegere mihique, sicut te iam dudum per litteras meas rogavi, quid tibi de illa revelatione atque mandatis, quibus obstrictus sum, videatur, rescribere non graveris[c]. Non deerunt perlatores, si hoc, quod scripseris, Bonotto vicedomino nostro[6] mittere volueris. Opto, ut semper bene valeas in Domino[d], karissime atque amantissime frater et domine.

---

51. a) gloriosi *C.* b) paratis *C.* c) b. u. l. *C.*
52. a) omisis *C.* b) quidem *addidit J.* c) graveres *C.* d) Opt. u. s. b. i. d. *C.*

1) *de Gandensibus vel Traiectensi Einharti monasteriis, ut videtur.* 2) *Hic Einhartum non omnes sanctos, sed SS. Marcellinum et Petrum dicere mihi persuasum est; cf. supra ep. 10:* Certissime confido, quod in hoc et Deum et sanctos eius promereri debeatis *etc. Quare epistola post a. 828. scripta esse videtur, cf. N. Arch. XXI, 628.* 3) *Translatio SS. Marcellini et Petri l. IV c. 7 (SS. XV, 258):* Gerwardus, palatii bibliothecarius, cui tunc temporis etiam palatinorum operum ac structurarum a rege cura commissa erat; *cf. Simson l. l. II, 254.* 4) *De tempore huius epistolae cf. N. Arch. XXI, 611 n. 2.* 5) *SS. Marcellini et Petri Seligenstadensium.* 6) *Ut videtur, vicedomino S. Servatii ad Mosam Traiectensis, cf. supra ep. 5.*

834—840

53.

Einhartus monachis SS. Marcellini et Petri se recte valere significat praeceptaque addit. c. 834—840.

Edd. T 64, J 48.

IN NOMINE DEI SUMMI. N. PECCATOR DILECTIS FRATRIBUS IN CENOBIO[1] BEATORUM CHRISTI MARTYRUM MARCELLINI ET PETRI CONSISTENTIBUS PERPETUAM IN DOMINO SALUTEM.

Notum sit fraternitati[a] vestrae nos Domino auxiliante sanos et incolomes esse, id idem de vobis [leg]ere et scire[b] cupientes. Ceterum ammonemus fraternitatem vestram, ut nostri memoriam [apud sanctos martyres patrono]s[c] nostros[d], quibus cotidie servire noscimini, ut promisistis, [facere diligenter curetis], ut[e] nobis pius Dominus per intercessionem eorum sanos vos repperire [concedat] . . . . is[f]. Vos igitur, dilectissimi, paterna[g] sollicitudine ortamur, [ut memores sitis promissioni]s[h] vestrae, et qualiter vos Domino sanctisque illius commendastis, ... t[i] semper sollicite caveatis, ne antiquus ostis vos fal[lere aut qualibet callidita]te[k] seducere possit; ut iugiter intenti[l] laudibus divinis et . . . . atque obedientia[m] cf. Gal. 6, 2. cum frequentatione ecclesiarum Dei, et in invicem [vos . . . . adiuvante]s[n], onera portantes, facilius hic feliciter Christo et sanctis martiribus . . . . suffragantibus aeternum regnum possitis obtinere. His . . . . sunt, secundum apostolum dico[2], cum omni honore et diligentia[o] . . . . sacerdotes Christi, iunioribus formam salutis in vestris exemplis[p] . . . . dies, qui venturi sunt, cum benivolentia in invicem . . . . et ad paschalia gaudia leti perducere, divina gratia . . . . um[q] vestrum, sicut vobis deposui, servare studete; et praeposito [vestro omnem obedient]iam[r] et diligentiam inpendere satagite, quatenus vester[s] honor [integer in fut]urum[t] esse valeat, et profectus animarum vestrarum[u] de die in diem in [immensum Domino aux]iliante[v] proficere valeat. Valeat et vigeat sancta fraternitas vestra, ...amus, amantissimi fratres.

Ista vero epistola nostra coram omnibus fratribus sanctissime[w] legatur atque sibi oboediatur.

54.

Einhartus Iacobo episcopo concedit, ut Otmarum clericum teneat et ordinet. —840.

Edd. D 5 (W p. 84, B p. 370, M col. 510), T 5, J 53[a].

VENERABILI IN CHRISTO IACOBO[3] REVERENTISSIMO EPISCOPO E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Iste clericus nomine Otmarus detulit mihi litteras sanctitatis vestrae, in quibus me rogastis, ut eidem clerico licentiam darem vobiscum manendi; qui in hac regione

---

53. a) fraternit- *evan. in C; leg. P.* b) legere et sc- *evan. in C; leg. P.* c) apud sanctos martyres patrono- *evan. in C; leg. P.* d) *leg. S, P, Rodenb.* e) facere diligenter curetis, u- *evan. in C; leg. P;* ut *leg. S.* f) concedat — is *evan. in C; leg. P.* g) paternā *C.* h) ut memores sitis promi- *evan. in C; leg. P.* i) *leg. P.* k) -lere aut qualibet callidi- *evan. in C; leg. P.* l) intenti *scripsit Teulet pro* inti *C.* m) atque ob- *evan. in C; leg. P.* n) vos — adiuvantes *evan. in C; leg. P.* o) -tia *evan. in C.* p) -plis *evan. in C.* q) ū *ipse legi;* i *leg. P.* r) vestro omnem obedientiam *evan. in C; leg. P.* s) uī *C.* t) integer in fut- *evan. in C; leg. P.* u) vrām *C.* v) immensum Domino aux- *evan. in C; leg. P.* w) sanct- *evan. in C; leg. P.*

54. a) *Lemma:* De ordinatione *C.*

1) *Monasterii Seligenstadensis exstructionem ultimis demum Einharti annis perfectam esse mihi persuasum est, praesertim cum ex epistolis 33 et 36 elucere videatur monasterii basilicam non multo ante a. 834. aedificari coeptam atque a. 834. nondum tectam esse. Cf. N. Arch. XXI, 615 sq.* 2) *Cf. 2. Thess. 3, 9:* Non quasi non habuerimus potestatem, sed ut nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. 3) *Episcopum nomine Iacobum inter illius temporis episcopos non inveni, nisi Iacobum chorepiscopum Lingonensem, qui cum Alberico episcopo (820—838) et Erleberto chorepiscopo occurrit in libris Confraternitatum S. Galli et Augiensis, ed. Piper I, 46, 15 et II, 549, 8.*

et natus et nutritus est. Et ego, qualitatem cause considerans, decrevi adsensum prebere petitioni vestrae, eo videlicet modo, ut idem clericus cum suis fratribus et matre, sicut rogastis, licentiam habeant vobiscum manendi; et censum suum annis singulis persolvant ad sanctum Servatum[1], sicut eis a fratribus nostris[2] constitutum est. De ordinatione vero eiusdem clerici in vestra sit potestate, ut inde faciatis, quicquid vobis optimum esse videbitur; quia vos et mores et conversationem illius cognoscitis et scitis, utrum ad aliquem ordinem[a] sacrum suscipiendum idoneus sit. Opto[b] sanctitatem vestram nostri memorem semper in Christo bene valere. —840

55.

Einhartus Liuthardo presbytero et Eremberto vicedomino mandat, ut adiuvent Willibaldum presbyterum in exigendo censu hominum coenobiorum S. Bavonis Gandensis et Blandiniensis. —*840.*

Edd. D 12 (W p. 85, B p. 370, M col. 510), T 12, J 54.

IN CHRISTI[a] NOMINE. E[INHARTUS][b] ABBAS LIUTHARDO PRESBITERO ET EREMBERTO VICEDOMINO FIDELIBUS[c] NOSTRIS[3] IN DOMINO SALUTEM.

Notum sit vobis, quod nos Willibaldo presbitero, fideli ut credimus nostro, iniunctum habemus, ut censum nostrum recipiat ab hominibus nostris tam apud sanctum Bavonem[4], quam in Blandinio monasterio. Propter hoc mittimus illum ad vos, quia[d] volumus[e], ut vos illum ad hoc adiuvetis, ut eundem censum et pleniter et in bono argento recipiat; et cum receptus fuerit, volumus, ut ei adiutorium faciatis, ut eum ad nos perferre valeat. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[f].

56.

Einhartus cuidam (officiali suo, ut videtur, Gandensi) mandat, ut ceram sibi mittat. —*840.*

Edd. D 24 (W p. 87, B p. 374, M col. 517), T 24, J 28.

IN CHRISTI NOMINE. E[INHARTUS] DICTUS[a] ABBAS[b] N.[5] IN DOMINO SALUTEM.

Notum tibi facimus, quia[c] cęra indigemus ad servitium nostrum et hoc in istis locis recuperare non possumus, quia[c] parvus proventus mellis fuit per hos duos annos in istis regionibus. Ideo volumus, ut tractes atque consideres cum N., qualiter, si fieri potest, unam soumatam nobis venire faciatis simul cum vasallis nostris, qui ad nos de istis partibus post missam[d] sancti Bavonis[6] revertuntur. Bene vale et ora[e] pro nobis.

57.

Einhartus (ut videtur) Vussinum (discipulum) admonet, ut cuiusdam praecepta et mores sequatur. Mandat de indagandis obscuris Vitruvii locis. —*840.*

Edd. D 30 (W p. 89, B p. 375, M col. 519), T 30, J 56.

---

a) ordinationem *C.* b) *sequ.* vo *delet. C.*

55. a) xp̄o *C.* b) ·ē· *C.* c) fidebus *C.* d) q̧ *C.* e) *sequ.* đ *C; deinde* ut ei adiutorium — in Domino; *tum addita sunt:* ut vos illum — recipiat *et* et cum receptus fuerit, volumus. f) o . op. s . b . tis . in d. *C.*

56. a) đ *C; an* devotus *vel* domnus *legendum?* b) aƀ *C.* c) q̧ *C.* d) missa *C.* e) ore *corr. in* ora *C.*

1) *Traiecti ad Mosam.* 2) *Traiectensibus.* 3) *Cf. supra epp. 26 et 54.* 4) *Gandensem.* 5) *Iste et infra commemoratus N. iidem fortasse sunt atque Liuthardus et Erembertus, ad quos ep. 55 missa est; cf. ep. 26.* 6) *post Oct. 1.*

—840 KARISSIMO FILIO VUSSIN IN DOMINO SALUTEM.

Vereor namque, fili, et valde metuo, quod relicto ovili nec tui nec mei memor esse debeas. Quia iuventus inmatura, nisi frenis disciplinae[a] coercita, haud[b] facile per iustitiae incedit vias. Quamobrem, mi nate, stude probos aemulari mores, et quem[1] te semper sequi ortabar[c], ne ullo pacto offensum habere velis; sed professione tua memor, quantum ipse annuerit, cui te totum comisisti, eius mandatis insiste discendis. His edoctus[d] et in opere eorum assuetus, nullo vitalis scientiae commodo carebis. Sicut te presens monui, in studio discendi te exerce[e]; et quicquid ex ipso lucidissimo et abundantissimo magni oratoris[f] ingenio assequi nobilis scientiae potueris, nihil intactum relinque. Maxime autem probos mores illius, quibus excellit[g], imitari memento, quoniam gramatica et rethorica ceteraque liberalium artium studia vana sunt et valde nociva servis Dei, nisi per gratiam divinam bonis moribus subesse noscantur; quia
1. Cor. 8, 1. scientia inflat, caritas vero aedificat. Melius mihi quidem[h] est, ut te mortuum[i] videre
Matth. 11, 29. contingat quam inflatum et scatentem vitiis. Non enim salvator a se miraculorum facta, sed mansuetudinem et cordis humilitatem discere[k] precepit. Quid plura? Saepe haec et alia huiusmodi a me audisti. Utinam aliquando contingat is te[l] delectari, quibus munditia cordis corporisque per Dei auxilium assequitur.

Misi[m] igitur tibi verba et nomina obscura ex libris Vitruvi, quae ad praesens occurrere[n] poterant, ut eorum notitiam ibidem perquireres. Et credo, quod eorum maxima pars tibi demonstrari possit in capsella, quam[o] domnus E.[2] columnis eburneis ad instar antiquorum operum fabricavit. Et propter illud, quod Vitruvius[3] nominat scenographia, interroga, quid sit, quod Virgilius[p] in III. Georgicorum libro[q] scenam vocat; dicit enim:

> Ad delubra iuvat, caesos[que[r]] videre iuvencos,
> Vel scena[s] ut versis discedat frontibus, utque
> Purpurea[t] intexti[u] tollant aulea Britanni[4].

Vale.

58.

Einhartus quendam rogat, ut de emendis porcis comiti cuidam faveat. *—840.*
Edd. D 36 (W p. 91, B p. 378, M col. 523), T 36, J 58.

DILECTO FRATRI ET AMICO KARISSIMO N. E[INHARTUS] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

N. comes rogavit me, ut te precarer de illis porcis, quos tu in eius ministerium ad pascendum misisti, ut ei liceret eosdem porcos sibi retinere, usque crassiores et

---

57. a) dissiplinae *C.* b) haus *C.* c) ortaber *C.* d) et doctus *pro* edoctus *C.* e) exerie *corr. ex* exieree *C.* f) oratores *C.* g) excellet *C.* h) qualē *C.* i) te mortuum *scripsi pro* demortuum *C.* k) discere *prorsus paene evan. in C; leg. S.* l) = his te; iste *C;* istis *scripsit J.* m) nisi *C.* n) occurre *C.* o) qaiā *C.* p) urit *C.* q) libros *C.* r) -que *om. C.* s) sena *C.* t) purpuraea *corr. ex* -raa *C.* u) inteati *C.*

1) *Hunc Hrabanum Maurum fuisse (abbatem Fuldensem 822—842, archiepiscopum Moguntinum 847—856), censuit Mabilio (Ann. ord. S. Bened. II, 427), quem Jaffeus et alii secuti sunt; mihi hoc non solum non satis constare, sed ne veri simile quidem esse videtur; neque Vussinum tunc temporis monasterium, sed potius scolam sive capellam palatinam intrasse putaverim, praesertim cum Einhartus eum frenis disciplinae non coercitum dicat. Cf. N. Arch. XXI, 630. 631.* 2) *Quem Eigilem abbatem Fuldensem (818—822) fuisse, ut et Mabilio et Jaffeus opinati sunt, veri simile non est; nam quae Jaffeus ex vita Eigilis de eius arte aedificandi affert, id probare non possunt; cf. n. 1. Quis vero fuerit ille E., nescio.* 3) *De architectura I, 2, 2 (ed. Rose et Müller-Strübing):* Item scaenographia est frontis et laterum abscedentium adumbratio ad circinique centrum omnium linearum responsus. 4) *Verg. Georg. III, 23—25; antecedunt verba haec:* Iam nunc solemnes ducere pompas | Ad delubra *etc.*

meliores fierent, et ille eos iusto pretio ad opus dominicum conparasset. Ille enim, sciens nostram amiciciam, putavit me hoc aput te impetrare potuisse. Et ego, in tua dilectione confidens, peto, ut voluntatem eius in hac causa adimplere non graveris. Opto, ut semper bene[a] valeas in Domino[a]. — 840

59.

Einhartus cuidam mandat, ut lateres faciendos semenque quoddam terrae ingerendum curet. *—840.*

Edd. D 38 (W p. 91, B p. 378, M col. 523), T 38, J 59.

DILECTO FRATRI N. E[INHARTUS] IN DOMINO SALUTEM.

Volumus, ut Egmunelo[a] de verbo nostro precipias[b], ut faciat nobis lateres quadratos, habentes in omnem partem duos pedes manuales et quattuor digitos in crassitudinem, numero LX; et alios minores similiter quadratos, habentes in omnem partem unum semissem et quattuor digitos et in crassitudine digitos III, numero CC.[1] Misimus[c] tibi per hunc hominem de semine lapitii[2], quod volumus ut in largo loco seminari facias; qui solet in magnam herbam excrescere. Bene valete[d].

60.

Einhartus fidelem quendam suum hortatur, ut filiam manumisso cuidam nuptum collocet. *— 840.*

Edd. D 53 (W p. 96, B p. 383, M col. 531), T 55, J 60.

IN CHRISTI NOMINE. E[INHARTUS] ABBAS ILL.[a] FIDELI NOSTRO SALUTEM.

Tu nosti, quia[b], iuxta quod potuimus, voluntatem tuam adinplere curavimus, in eo quod filiam tuam tibi reddere facimus. Et ideo rogamus te, ut propter honorem et amorem sancti N. et nostrum nobis consentias[c] ad hoc, ut, si illum hominem ad libertatem venire faciamus, eundem[d] filiam tuam permittas in coniugium accipere. Quia melius nobis videtur esse, ut iterum illi homini, si liber factus fuerit, coniungatur[e], quam ut ab ominibus[f] repudietur[g]. Bene valete.

61.

Einhartus R. rescribit se nuntio quam membranae committere responsionem maluisse. *— 840.*

Edd. T 56, J 29.

KARISSIMO FILIO R. E[INHARTUS] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Is, quem ad me[a] misisti, X. Kalendas Septembris venit; et quoniam de fide[b] illius nihhil te dubitare scripsisti, nihhil de is[c], que ad te perferri volui, eidem com-

---

58. a) b.u.l.s.i.d. *C.*

59. a) *an* Egmundo *legendum? littera* d *in cod. nostro pluries litteris* el *similis est.* b) praecipiat *C.* c) missimus *C.* d) b.n.u.l.t. *C.*

60. a) illo *C.* b) q *C.* c) conscentias *C.* d) eandem *C.* e) coniugatur *C.* f) *sic C; an* omnibus *legendum?* g) repudiatur *C.*

61. a) *om. C.* b) fidele, le *deleto, C.* c) nihhil de is *indistincte leguntur in C; leg. S, P.*

1) *Quibus paucis lateribus, quorum mensurae Romanorum usum prorsus secuntur, utrum Einhartus ad novam basilicam suam aedificandam an ad aliud opus usus fuerit, non liquet.* 2) *an:* laserpicii *vel* lapatii *(cf. Du Cange Glossar. sub verbo* lapa*)?*

— 840 mittere dubitavi. Potius[a] enim fideli homini, quam karte credendum iudico, nam charta sive membrana[b], si se ferenti elabitur, omne quod continet secret[um patefacit][c], at[d] nuntius fidelis nec tortus[e] sibi commissum prodit. [Omnia igitur, quae] tibi[f], si adesses, dicere volui, huic fideli tuo familiariter [intimavi, quem tibi devotum et fidum][g] in omnibus esse cognovi, precipue quod nihhil ex his, [quae ei dicenda mihi][h] iniunxistis, aut dissimulavit aut[i] distulit. Opto, ut bene valeatis[k].

62.

Einhartus quendam fidelem suum rogat, concedat, ut filia sua cuidam ipsius vasallo nubat. *— 840.*

Edd. D 54 (W p. 96, B p. 383, M col. 531), T 58, J 61.

IN CHRISTI NOMINE. E[INHARTUS] HUMILIS ABBAS ILL. FIDELI[a] ATQUE DILECTO AETERNAM[b] IN CHRISTO SALUTEM.

Memorem te esse non dubito, qualiter tu[c] te tuumque mihi[d] commisisti; et quoniam, [ut[e]] ita se haberet, tua propria decrevit voluntas, mea utique deinceps est, ut ubicumque oportunum fuerit, tibi tuisque condignum suffragium, in quantum nosse et posse accesserit[f], omnibus modis inpendam. Ergo notum sit dilectioni vestre, quoniam ill. vasallus noster necnon et filia tua amore coniugii alter alterum adipisci Domino favente et vestra voluntate cupiunt. Quamobrem ad vos mittere decrevi, innotescentes, quod tam matri et fratri quam et omnibus propinquis, si vobis placet ut fiat, congruum esse videtur. Insuper etiam ego non solum ut confirmetur volo, sed et[g] honorifice, prout citius[h] esse poterit, si mihi ad perficiendum potestatem dederitis, tam in beneficiis quam et in aliis rebus condigne supplere cupio. Insuper idem ipse prefatus vasallus dotem dabit, auget munera. Tantummodo huic rei superest, ut aut vos ipsi ad hoc opus perficiendum per presens venire non differatis aut, ut a nobis perficiatur, licentiam concedatis. Scimus enim, quid per presens Domino favente explere possumus; sed quid[i] futura pariat dies, ignoramus. [Ideo scriptum][k] est: Non cesset manus tua, non cesset pes tuus, sed quodcumque [operaris, instanter][l] operare [1]. His ita omissis[m] rogamus, ut tam per hunc missum ..... [quam per] litteras[n] vestras nos de hac re certos reddere studeatis[o] ac fe[p]............ Christo[q] bene valete.

63.

Einhartus episcopo cuidam vasallum quendam suum ac propinquum commendat. *— 840.*

Edd. T 59, J 62[a].

---

a) Potius *evan. in C; leg. P.* b) -branam *C;* charta sive mem- *evan. in C; leg. P.* c) -cretum patefacit *evan. in C; leg. P.* d) ad *C.* e) tortur *C.* f) Omnia igitur, quae tibi *absciss. in C; leg. P;* Ea igitur, quae tibi *scripsit T.* g) -r intimavi, quem tibi devotum et fidum *absciss. in C; leg. P.* h) quae ei dicenda mihi *absciss. in C; leg. P.* i) au *C.* k) o. u. b. *C; reliqua evanuerunt.*

62. a) *sic scripsit Jaffeus pro* E. abb. ill. humilis abb. fideli *C.* b) -cto aeternam *evan. in C; leg. S, P.* c) *sic scripsi pro* ta *C.* d) -e tuumque mihi *evan. in C; leg. P;* -e tuo mihi *leg. S.* e) ut *supplevi.* f) ancesserit *C.* g) ut *C.* h) *sic scripsi cum Chesnio pro* ciuius *C;* civilius *scripsit J.* i) *Hic secuntur in C:* non cesset pes tuus, sed quodcumque *delet.* k) Ideo scriptum *evan. in C; leg. S.* l) *sic supplevi; in C* -ter *valde indistincte legitur.* m) omissi *C.* n) quam per *abscissa in C; leg. S.* o) *sic scripsi pro* studete *C.* p) *an* festinetis? q) *incerte legitur in C; leg. P.*

63. a) *Lemma:* ..... stione.

1) *Cf. Eccle. 11, 6:* et vespere ne cesset manus tua; *Eccle. 9, 10:* quodcumque facere potest manus tua, instanter operare. *Cf. Formulae ed. Zeumer p. 530, 5:* age quod agis, operare quod operaris. Non cesset pes tuus *etc.*

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI[a] N. SUMMI DEI SACERDOTI E[INHARTUS] P[ECCATOR]. — 840

Vasallus iste nomine [Agan]theo[b] propinquus meus est et fuit per aliquantum tempus in meo servitio[c]; sed quia nunc desiderat sub vestro[d] dominatu dies suos ducere, placuit parvitati[e] meae, quod in tam familiari loco esse elegisset[f], et ideo has commendatorias litteras ei dare decrevi; ut per meam interventionem[g] faciliorem accessum ad vestram sanctitatem haberet et apud vos resedisset, quem[h] mihi propinquum adsevero. Precor igitur, ut eum suscipere[i] et per servitium[k] vestrum nutrire[l] dignemini. Puto, quod non in[utilem in illo serv]itorem[m] habere debeatis. Opto, ut semper bene valeatis in Domino[n].

64.

Einhartus episcopum quendam rogat, ut clericum suum diaconum ordinet. — *840.*
Edd. D 55 (W p. 96, B p. 384, M col. 532), T 60, J 63[a].

[DOMINO SUO N.][b] E[INHARTUS] P[ECCATOR].

Propter paucitatem ministrorum altaris cogit nos[c] necessitas supplicare sanctitati vestrae, ut hunc clericum nostrum nomine[d] N. ad gradum diaconatus ordinare dignemini. Est enim non solum etate, sed etiam eruditione ad hoc idoneus. Et ideo misimus illum ad vestrae benignitatis presentiam, ut eum a vobis iterum, ad predictum gradum consecratum, recipere mereamur. Opto vos in Christo semper bene[e] valere[e].

65.

Einhartus quendam rogat, ut N. homini suo parcat. — *840.*
Edd. T 62, J 64.

DILECTO ET IN CHRISTO VENERABILI FRATRI N. E[INHARTUS] SEMPITERNAM IN DOMINO SALUTEM[a].

[. . nii][b] N. hominis nostri parati sunt[c] porcos tuos[d]. Sic enim nobis dictum est, et quia idem[e] N. iam ex multo tempore devote atque fideliter nobis servivit[f], ideo rogamus[g] karitatem tuam, ut, in quantum fieri possit, ei parcere digneris in illa compositione, quam tibi per legem debet; ut eum ad nostrum servitium utilem habere possimus, et tu nos ad tuam voluntatem faciendam[h] paratiores ac promptiores per iustitiam[i] semper habere valeas. Opto, ut semper[k] bene valeas[k].

---

a) veñ *C.* b) nomine Agan- *evan. in C; leg. P;* nomine *leg. S;* Agan *mihi dubium videtur.* c) in meo servitio *evan. in C; leg. P.* d) uno *C.* e) -cere placuit parvi- *incerte leguntur in C; leg. P;* cere . . . . parvi- *leg. S.* f) -set *absciss. in C; leg. S, P.* g) *indistincte legitur in C; leg. P.* h) -et, quem *evan. in C; leg. P.* i) susc- *indistinct. in C; leg. P.* k) per servi- *evan. in C; leg. P.* l) nutriere *C.* m) *Sic ego legerim;* in illo *satis distincta sunt;* in illo inutilem adiutorem *leg. S;* in fide meliorem servitorem *leg. P, cui assentiri non possum.* n) o . t . u . s . p . b . n . u . l . at . i . d. *C.*

64. a) *Lemma:* . . . a . . tione precando. b) *In C nihil iam legitur nisi Δ;* Domino suo N. *leg. P; id quod mihi dubium videtur.* c) cogit no- *evan. in C;* cogit me *leg. S, P; sed* s *distincte in C legitur.* d) *indistinctum in C; leg. S, P.* e) b . n . u . l . r. *C.*

65. a) -am in Domi- salutem *evan. in C; leg. P.* b) *evan. in C; leg. P; ego potius ante* N *legerim* -e. c) parati s̄ *C.* d) *fortasse quaedam exciderunt.* e) et quia idem *evan. in C; leg. P.* f) -it *evan. in C; leg. P.* g) rogam- *non distincte legitur in C; leg. P.* h) fatiendam *C.* i) -iam *abscissum in C.* k) s . p . b . n . u . l . s. *C.*

66.

Quidam regi vel imperatori cuidam, ut videtur, orationes suas offert.
Edd. T 65, J 66.

Pietati splendidi senioris persona tenuis offerre presumit preces orationis; sunt etenim psalteria tanta[a] cum ceteris oratiunculis post purificationem Mariae semper virginis: quatenus rex inmortalis vobis tribuat salutem vite presentis et faciat vos per evum in gloria caelesti[b] gaudere suis cum sanctis.

Dextra clavigerum, salo[c] ne mergeretur, erexit[1],
Quae piaetate Dei vitam per secula regnat[d].

67.

Quidam episcopo cuidam de suo erga eum studio scribunt eumque pietatis admonent.
Edd. D 58 (W p. 97, B p. 384, M col. 533), T 66, J 67.

Optutibus prestantissimi antistitis humillimi clientuli vestri apices precipue servitutis dirigere satagunt, intimantes devotionem iuxta modulum eorum possibilitatis[a] pronam fieri, si almitas vestrae celsitudinis mandare non dedignaverit. In omni obsequio vestro vestrorumque et deinceps, sive iuxta clementiam presentiae vestrae positi seu ubicumque versare videntur, libenter professi sunt vestris mellifluis optemperare mandatis. Nunc vero, quamvis nullis exigentibus meritis, tamen alloquio vestrae promissionis[b] confisi, monere non titubant piaetatem vestrae caritatis. Valeat beatitudo vestra.

68.

Quidam (episcopus, ut videtur,) comitem quendam rogat, ut (Ludowicum) et Gozzil(onem?) clericos suos provenda quadam uti sinat.
Edd. T 67, J 68.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. N. DIVINA FAVENTE GRATIA ....[HARD][a] FAMILIARI COMITI SEMPITERNAM IN DOMINO SOSPITATIS SALUTEM[b].

.... rependimus gratias vestrae dilectionis, quoniam devotion[c].. .... que utilitatis conpendium redolere conperti sumus. Qu[am][d]....... ...[benevolam[e]] famuli tui intentionem amminiculante clemen[f]............de[g]...... ..fore devotis. Quapropter petimus per hos apices ....nis, quatenus circa

---

66. a) *Pro* tanta *scripserunt* cantanda *T, J; sed* tanta *a librario numeri loco scriptum est, sicut in Frotharii epistolis et saepius; cf. etiam Formulae ed. Zeumer p. 526:* — pro vestra incolomitate — cecinimus psalteria mille, missas 800 cum oblationibus ac letaniis creberrimis: quatenus dominus Iesus — eterne corona retributionis vos letabundae super ethera beatificet. b) caelestis *C.* c) salo *corr. al. atram. in* sola *C.* d) *sic C.*

67. a) possibilitatis *corr. in* possibilitati *C.* b) promisionis *C.*

68. a) h *et* d *clare,* ar *indistincte legi.* b) -tem *evan. in C.* c) -on *evan. in C; leg. P.* d) -am *indistincte legi.* e) *sic leg. J;* -volam *leg. T; nunc iam indistincte legitur.* f) -men *evan. in C; leg. S.* g) de *clare legitur.*

1) *id est: Christi manus S. Petrum mari erexit; cf. Matth. 14, 30. 31. Fortasse hic versus ad Ludowici I. imperatoris restitutionem die purificationis S. Mariae (Feb. 2.) a. 835. decretam (cf. Mühlb. Reg. 909a) referendus et epistola ad Ludowicum missa est; num ab Einharto sit scripta, dubium est. — Quae secuntur, epistolas 67—71 nec ab eo scriptas, nec ad eum missas, ideo Einharti epistolis in codice adiectas esse censeo, quia ex parte ad res monasterii S. Bavonis Gandensis spectare videntur.*

nostros famulantes eandem gratiam be[nevolam][a] . . . . [exibe]re n[on titu]betis[b]. Hii sunt vero, qui in vestro monasterio[1] nutr[c] . . . . [di]stracti[d], quorum proprium hereditatis inter res sancti Bavonis[e] [2] . . . . nos visitare conati sunt et in nostro obsequio to[f] . . . . nt. Ideo deposcimus, ut provendam, quam antecessores[g] . . . . actenus pro beneficiis vestris detinent, in posterum . . . . apud vos[h] fiet, ut liceat prefatis clericis nostris [Ludovico][i] . . . . et Gozzi[Tironian notes][k] usibus provende perfrui et, quando licent . . . . amicosque visere cupiunt, in omnibus, quibus indig[ent][l] . . . . protectione muniti, ne quis audeat malivolam contra . . . . sententiam. Agat inde taliter dilectio vestra, sicuti op[or][m] . . . . Valeat caritas vestra in Domino.

69.

Quidam capellanum imperatricis hortantur, ut promissum solvat.

Edd. D 59 (W p. 97, B p. 384, M col. 533), T 68, J 69.

HONORANDO ATQUE SUBLIMATO ET SPIRITU SAPIENTIAE REPLETO . . . . MAGISTRO ATQUE PRECIPUE[a] CAPELLANO[3] DOMNE IMPERATRICIS[4] [GOCELI . . . . .][b] ET [Tironian notes], VESTRI FIDELES CLIENTULI, PER HANC SCEDAM PARVITATIS NOSTRAE CORONE BEATITUDINIS VESTRAE OPTAMUS SALUTEM PERENNEM.[5]

Recordetur[6] bonitas vestra de causa, quam quondam locuti fuimus, ut, sicut nos exortastis et largiter[c] promisistis, ita feliciter[d] implere procuretis[6] apud illum, quem vos scitis. Et inquirite, utrum nos ad illum, an parte in alia tendere debeamus; et nobis per fidelem gerulum aut per vestras[e] apices cito remandare dignemini. Pro confidentia enim magna, quam in vobis habemus, tam audacter vobis scripsimus necessitatem nostram. De vestra vero sospitate nobis intimare dignemini, quia vestra sanitas nostra est letitia, et vestra letitia nostrum est gaudium.[7] Hoc optamus, hoc desideramus, hoc cupimus audire, ut fiat multis feliciter annis. Valete nunc et semper, vir gloriosissime[f], in Christo Iesu et in omnibus sanctis eius. Amen.

---

a) -e *leg. S, P;* -nevolam *ipse supplevi.* b) exi- *supplevi;* be- *et* -ō titu- *incerte legi; cf. ep. 67 extr.* c) -tr *leg. S;* t *leg. P.* d) di- *supplevi;* -stracti *distincte legi; pro lacuna fortasse supplenda sunt:* -iti, postea fuerunt *vel similia.* e) -nis *evan. in C.* f) to *leg. S, P; an* totos se commendaverunt? g) -res *leg. S.* h) nos *corr. in* vos *C.* i) *notas Tironianas has descripsit Pertzius:* [Tironian notes] . . . . . *quas W. Schmitz Coloniensis interpretatur:* Ludovic(o). k) [Tironian notes] = do *W. Schmitz.* l) -ent- *evan. in C; leg. P.* m) -or *leg. S.*

69. a) *ita etiam Form. ed. Zeumer p. 455 n. 66.* b) *notas Tironianas has nunc iam valde corruptas descripsit Pertzius:* [Tironian notes] *quas legit W. Schmitz:* Goceli . . . . . (Gocelinus?). *Fortasse legendum est:* Gocelo videlicet. c) largite *C.* d) fideliter *legitur in Formul. ed. Zeumer p. 452, 20.* e) *sic C.* f) gloriosisime *C.*

1) *Cf. supra ep. 50.* 2) *monasterii Gandensis.* 3) *Quem fuisse Walahfridum Strabonem suspicatus est E. Dümmler N. Arch. VII, 402; annis enim 829—838. illum Iudithae imperatrici servientem magistrum Caroli Calvi in palatio versatum esse ostendit A. Ebert (Berichte der phil.-hist. Cl. der sächs. Gesellsch. d. Wiss. 1878 p. 102 sq.).* 4) *an Iudithae uxoris Ludowici I. imperatoris?* 5) *Cf. eandem fere inscriptionem:* Honorando — salutem perennem *in formulis Salzburgensibus c. 66 (Formulae ed. Zeumer p. 455); ibid. cf. c. 65 (p. 454):* spiritu sapientiae repleto. 6) *Verba haec:* Recordetur — procuretis *hinc illinc mutata leguntur in formulis Salzburg. c. 58 (ed. Zeumer p. 452).* 7) *Similia leguntur in form. Salzburg. c. 65 (l. l. p. 455, 16. 17).*

70.

V. et Gl. rogant M., ut, quod de capella villae Lensi sibi pollicitus sit, efficiat.

Edd. D 60 (W p. 97, B p. 385, M col. 533), T 69, J 70.

INLUSTRIS DIGNITATIS VIRUM ADQUE NOBILISSIME SUBLIMITATIS DOMINUM M. V. ET GL. FIDELISSIMI AC[a] DEVOTISSIMI VESTRAEQUE IN OMNIBUS EXCELLENTIAE PARATISSIMI FAMULI FIDELI ET OBTABILI AGGREDIMUR SERVITIO.

Maximas et, si fieri posset, ultra vires nostrae parvitatis[b] vestrae celsitudini referimus grates, quod nostrae petitioni assensum tribuentes[c] ad effectum perduxistis de capella in villa Lensi[1] constituta. Tamen missus vester R̄., qui nos exinde vestire venit, id ipsum, sicut iussistis[d], fecisset, nisi homines W. fratris vestri hoc contradixissent. Attamen ipse locus valde vastatus[e] est, ita ut nullum omnino tegumen tectorum inibi remanserit, quod non venditum[f] alienatum vastatumque sit, excepta basilica, quae etiam ex parte [iam][g] corruit[h]. Nos autem causa vestrae mercedis hoc fixum in animo habuimus, ut, quae[i]...... presenti anno adquirere possemus, ad restaurationem eiusdem loci[k].... expenderemus. Quod et facere cupimus, si ita permanserit, sicut vestra excellentia[l] statuit adque decrevit. Vester itaque missus de laboribus, [quibus ibi][m] laboratis, nihil ibi invenit, quia omnia vastata erant, excepta dominicata[n] decima, quam ex vestro verbo salvari precepit; que utrum ......debeat an non, a nobis penitus ignoratur. Haec ideo vestrae sublimitati exposuimus[o], ut vestra celsitudo cogitet et statuat, quomodo restaurari possit[p], et ne periculum alicuius proveniat, si domus Deo dicata negligatur[q] et adnulletur. Quicquid ergo vestrae excellentiae exinde libuerit[r], per vestrum missum nostrae modicitati insinuare dignetur. Vestram sublimitatem diutino tempore Christus protegat pariterque ad vitam eternam perducat. Amen.

71.

W. et G. se N. viro nobilissimo de ministerio quodam nondum praestito excusant.

Edd. D 61 (W p. 97, B p. 385, M col. 534), T 70, J 71.

PREVIO INSIGNI ATQUE EGREGIAE NOBILITATIS VIRO N. W. ET Ḡ.[2], VESTRAE SUBLIMITATI PER OMNIA DEVOTI ET DEDITI, FIDELE[a] IN OMNIBUS OBSEQUIUM ATQUE SERVITIUM OPTAMUS.

Quoniam sublimitas vestra[b] nostrae modicitati aliquod servitium iniungere voluit, quia idem[c] ad effectum nondum venit, causam vestrae celsitudini innotescimus. Clericus fratris vestri A., quem[d] vestro iussu conservitio ipsius A. suscepimus, indiculum, quem

---

70. a) *ex parte evan. in C; leg. S, P.* b) nostrae par- *indistincta in C; leg. P.* c) *sic distincte legi;* praebentes *legerunt S, P.* d) iusistis *C.* e) -status est *absciss. in C; leg. S, P.* f) non vend- *absciss. in C; leg. S, P.* g) *abscissum in C; coniecit P.* h) *absciss. in C; leg. S, P.* i) -uae *evan. in C; leg. S, P.* k) -oci *evan. in C; leg. S, P; sequebatur fortasse:* sancti. l) -rit sicut v- -lentia *adhuc incerte leguntur in C;* -estra excel- *abscissa sunt; leg. P.* m) quibus ibi *absciss. in C; leg. incerte P; an* vobis ibi*?* n) -epta domi- *absciss. in C; leg. S, P.* o) -imitati expos- *absciss. in C; leg. S, P.* p) restaurari p- *absciss. in C; leg. S, P.* q) -cata negli- *absciss. in C; leg. S, P.* r) -inde libuer- *evan. in C; leg. S, P.*

71. a) fideli *C.* b) *om. C.* c) ıd̄ *C.* d) quae *C.*

1) *Lens-St.-Servais (prov. Lüttich, arr. Huy, c. Avennes), ut mihi videtur, cf. Beyer, Mittelrhein. Urkundenb. I, 246, ubi in instrumento a. 946. occurrit* villa Lens in comitatu Avernas, *quae ad res pertinet S. Servatii Traiectensis.* 2) *iidem, ut videtur, a quibus ep. 70 scripta est.*

nostrae parvitati misistis[a], secum abstulit, ut excusationem[b] vestro fratri ex nostra parte faceret, quod pro vestro servitio opus eiusdem inperfectum remaneret. Et in ipso indiculo mensurae, quas nobis transmisistis, pariter ablate sunt; quae a nobis actenus nullo modo reperiri possunt. Quapropter ipsas mensuras nobis transmittite; et quantum valemus, de vestro servitio elaborare curabimus. Valere in Domino vestram sublimitatem iugiter exoptamus[c].

---

a) missistis *C.* b) excussationem *C.* c) *Sequitur in C:* EXPLICIT DEO GRATIAS AMHN.

APPENDIX.

EINHARTI QUAESTIO DE ADORANDA CRUCE.

Hic libellus servatur in unico codice bibl. Vindob. 956 (Theol. 320) s. X., ubi inter alia opuscula epistolasque aevi Karolini legitur in f. 108—110 (cf. codicis descriptionem ap. M. Denis, Codd. mss. theolog. bibl. Caesareae Vindob. I, 1031—1054). Quem eundem esse 'libellum de adoranda cruce', quem Servatus Lupus, postea abbas Ferrariensis, in epistola a. 836. c. mense Aprili scripta gaudet sibi ab Einharto auctore missum suoque nomini dedicatum esse primus cognovit Ernestus Dümmler, qui et ipse secundum apographum a viro cl. S. Herzberg-Fränkel confectum hoc opusculum edidit in actis nostris: Neues Archiv XI p. 233 sq. — Nos eandem editionem denuo ab Oswaldo Holder-Egger cum codice collatam paucisque in locis emendatam hic repetimus.

K. H.

836 Mart. Apr.

QUĘSTIO DE ADORANDA CRUCE.

Cum a te propositam mihi, carissime Lupe[1], de adoranda cruce questionem solvere et curiositati tuae, quamvis animo oppido perturbato[a][2], satisfacere conarer, orta est ex ipsa, quam facilem existimaveram, solutione questio longe validior atque amplexior, de adorando videlicet[b] Deo, et de quibus invocandus atque precandus sit, quoniam si aliter vel aliud, quam debeat, petatur, non est mirum, si oratio nostra non exaudiatur, aut hoc, quod impetrare cupimus, non obtineatur. Dicit enim Iacobus: Iac. 4, 3. Rom. 8, 26. 'Petitis et non accipitis, eo quod male petatis'. Et apostolus ad Romanos: 'Quid', inquit, 'oremus, sicut oportet nescimus'. Hic mihi videtur ingentem nobis incumbere necessitatem, ut videamus et intelligamus, quid sit iuxta verba Iacobi male petere et secundum Pauli vocem, quid[c] oretur, sicut oportet ignorari, quia qui nescit, quid vel

a) perturbatio, i *eraso C.* b) *addidit in marg. al. man.* c) qđ *corr.* qd *C.*

1) *Cf. Servati Lupi postea abbatis Ferrariensis epistolam ad Einhartum a. 836. c. mense Aprili missam:* Libellum 'De adoranda cruce' meo iudicio utilissimum, quem meo nomini dedicastis, ut par fuit, amplexus sum. Atque utinam morem mihi gerentes sic omnia, quaecumque ab initio enodanda vobis misi vel hoc anno reliqui, aperire non gravaremini. Profecto non mihi solum, sed multis videtur hic labor prodesse *etc. Qui libellus continuo post mortem Immae uxoris scriptus una cum illis, quae inter Servati Lupi epistolas inveniuntur, Einharti litteris ad Lupum in monasterium Fuldense missus esse videtur.* 2) *morte scilicet Immae uxoris.*

qualiter[a] petere debeat, evenire potest, ut male petat, et ideo quod petit non accipiat. 836 Videtur enim male petere, et qualiter petat, ignorare, qui Deum, quem orat, non sic Mart. Apr. orat, sicut docuit orare. Nam in tota evangeliorum serie nusquam invenitur, quod dominus noster Iesus Christus se docuisset aut iussisset orare, quin potius, cum de oratione ad Deum facienda sepissime loqueretur, patrem orandum, patrem petendum, patri supplicandum eumque in omni necessitate monet esse rogandum; sibi quoque[b] similiter ut cęteris, quasi per se nihil prestare posset, patrem censet orandum, cum hoc fides nostra firmissime teneat, quod sicut una patris et filii est divinitas atque substantia, sic amborum sit una eademque potestas, et orationem, quam unus dedit et docuit, ambo simul exaudiant, quoniam, ut daretur et doceretur, simul ambo voluerunt. Sed videtur quasi non licere, idem[c] ut aliter oretur, quam pater in orando invocetur, aut aliud ab eo petatur, nisi quod filius in oratione, quam docuit, monstravit esse petendum. Ac per hoc qui aliter aut aliud petit, iuxta beati Iacobi verba male petit, Iac. 4, 3. et ideo non meretur accipere quod petit. Paulus quoque[d] apostolus idem significare videtur in eo quod dicit: 'Quid oremus, sicut oportet nescimus'. Quando aliud aliquid, Rom. 8, 26. quam dominica oratione continetur, adipisci volentes Deo supplicamus, tunc impetrationem esse in dubio, quia non id, quod ille iussit, sed quod nobis complacuit, oramus. Inde est, quod in Cartaginensi concilio in quodam capitulo[1] legimus constitutum, 'ut in precibus nemo patrem pro filio vel filium pro patre nominet, et cum altari assistitur, semper ad patrem oratio dirigatur'. Hoc videlicet sentientes et quasi convenientissimum diiudicantes, qui in eodem concilio[e] fuere congregati, ut in publicis officiis illam orandi formam universalem[f] teneret ac servaret aecclesia, quam dominus ac salvator noster[g] tradidit ac docuit, verum etiam ipse orando ac patrem sepissime invocando servandam tenendamque monstravit. Cęterum de privatis secretisque orationibus ac precibus, quid sinodicis sanctionibus constitutum sit atque decretum, alicubi me legisse non recolo preter id, quod in predicto capitulo subiunctum repperi, ubi dicitur[2] 'ut quicumque preces sibi aliunde descripserit, non eis utatur, nisi prius eas cum instructioribus fratribus contulerit'. Hic occurrit humanę curiositati non solum [non[h]] neglegenda[i], verum etiam sollerter intuenda et enodanda inquisitio de Christo domino nostro, si in publicis, quę[k] ad altare fiunt, precibus Deus pater tantum est invocandus atque rogandus, ubi et in quibus orationibus Christo domino, id est filio, sit supplicandum. Item de apostolis et martyribus cęterisque, quorum spiritus apud Deum esse non ambigimus, quid sentiendum, ubi et quando vel qualiter invocandi vel si omnino invocandi? Nam fuisse quosdam recolo, qui dicerent sanctorum preces, qui iam de seculo migraverunt, vivis et adhuc in corpore agentibus ęque prodesse, atque illorum posse eosdem sanctos adiuvare, si pro eis orare voluerint. Quid super his meae parvitati videatur, non est quod expectes, ut edisseram. Neque enim ea ad hoc, quę a me hic prolata sunt, accipere debes, ut quasi exponenda protulerim, sed ut scires, quod[l], dum ad solvendam a te propositam questionem compendiosa testimonia quęsivi, me nodum impegisse, quem, nisi divinus esset, herculáneum appellarem. Et de hoc quidem nodo ad presens dicta sufficiant.

Nunc rogatiunculę tuae, quam mihi de adoranda cruce caritas tua proposuit, prout valeo, respondere volo. Videtur enim mihi crux adoranda; cur quod[m] id videatur, expediam. Et eo facilius id me facturum arbitror, si differentiam atque distantiam

---

a) *sic corr. in marg. man. contemporanea ex* quale. b) q̄q̄ꝫ *al. atram. et radendo corr.* q̊qꝫ *C.* c) idē *C.* d) q̄q̄ꝫ *C.* e) consilio *C.* f) universałe tenere *alio atram. corr.* universalê tener& *C.* g) *an exciderunt* non solum? h) *om. C.* i) *radendo post corr.* negligenda *C.* k) *ante* quę *rasura non magna in C.* l) *sic C.* m) *sic C.*

1) *Concil. Carthag. III c. 23 (Mansi Coll. concilior. III, 884).* 2) *Ibidem.*

836 Mart. Apr.

orandi, adorandi, sicut sentio, exprimere valuero. Orare est, ut mea fert opinio, Deum invisibilem, vel si aliud aliquid est, in quo spes auxilii poni possit aut deceat, mente vel voce, vel mente pariter ac voce, sine corporis gestu[a] precari. Adorare vero[b] rei visibili et coram positę ac presenti vel inclinatione capitis vel incurvatione vel prostratione totius corporis vel protensione brachiorum atque expansione manuum vel alio quolibet modo ad corporis tamen gestum pertinente venerationem exhibere. Veneramur enim multa, quę nec orare[c] possumus nec debemus. Quę veneratio in scripturis
Ps. 137, 2. sacris adoratio solet appellari[d]. Sicut illud[e] est: 'Adorabo ad templum[f] sanctum tuum', quasi diceret: Inclino caput aut genua flecto ad templum[f] tuum. Quę adoratio vene-
3. Reg. 1, 16. 23. 31. rationem tantum ut superior significat. Item in[g] Regum libro, ubi Nathan propheta regem David una cum matre Salemonis adorasse legitur, non ut Deum[h] invocasse, sed hominem[i] honore dignum veneratos esse credendum est. Item in quarto eiusdem
4. Reg. 2, 15. historiae libro, ubi filii prophetarum Heliseum de loco, in quo Helias raptus est, revertentem proni in terram adorasse dicuntur, venerationis gratia id eos fecisse intelligitur convenienter, et multa alia, quibus veteris instrumenti series in tantum habundat, ut ea omnia congregare velle superfluum potius, quam necessarium esse videatur. In quibus satis evidenter apparet adorationem pro veneratione sepissime poni. Venerationem autem non solum vivis ac sentientibus[k], ut sunt angeli et homines, verum etiam insensibilibus[l] omnique vita carentibus rebus, ut sunt templa, sanctorum sepulchra sive reliquię, non incongrue frequenter videmus[m] exhiberi. Orare vero, id est precari vel invocare, non ad[n] aliud pertinet, nisi ad id, quod vivit et potest eum, qui se orat
Ioh. 4, 20—24 ac deprecatur, adiuvare. Unde miror[o], cur in evangelio secundum Iohannem, ubi cum inter Samaritanam ac Deum de loco adorandi sermo exortus est, non de oratione, quę Deo, sed de adoratione, quę venerationis causa exhibetur quibuslibet rebus, scriptum sit fuisse eos locutos, cum adoratio, quam[p] iuxta Domini vocem veri adoratores in spiritu et veritate ad Deum facturi sunt, gestu corporis, qui venerationi adscribitur, fieri non debeat, nisi forte hoc ibi sit factum, quod in multis divinę scripturae locis inveniri solet, ut abusive, non proprie, pro oratione adoratio poneretur, cum tamen is[q], qui historiam scripsit, in verbis dominicis precationem, qua Deus invocatur, non venerationem, qua alia debent[r] honorari[s], vellet intelligi. Aut si hoc convenientius esse videtur, ut intelligamus ut[t] orationem, ita etiam adorationem ad Deum ideo[u] pertinere, quia Deus ubique est; et qui ubique est, semper utique presens est. Ac proinde cum te adorandi causa in terram prostraveris, Deum, qui ubique est, sicut coram positum ac presentem, simul et mente orabis et actu corporis adorabis. Ita fit, ut etiam Deus, sicut et cętera[v], quę ad[w] adorationem pertinere diximus, quasi gratia[x] venerationis adoretur. Illud tamen nosse debes, quod Greci inter orationem et adorationem talem differentiam faciunt, ut orationem proséuchin, adorationem proschínusin appellent, idque huiuscemodi differentia[y] demonstrari, quod horum alterum ad mentis[z], alterum ad cor-
Matth. 6, 5—7. poris spectat officium. Nam ubi in Matheo Dominus discipulos, qualiter orare debeant, instruit, hoc in Greco proséuchin[a], quod ad mentem pertinet, positum legitur. In eo
ib. 2, 8. vero loco, ubi Herodés mago alloquitur ac dicit: 'ut et ego veniens adorem eum',

---

a) gustu *corr.* gestu *C.* b) -rare vero *in rasura C.* c) *add. in marg. al. man.* d) appellare *post corr.* -ri *C.* e) ille *man. post. corr.* illud *C.* f) teplū *C.* g) *post* in *deleta sunt* -terrogatio de *C.* h) dominum *corr.* deum *C.* i) hominū *post corr.* hominē *C.* k) sedentibus *al. man. corr.* sentientibus *C.* l) insensibi|b; *C.* m) *al. man. superscr. C.* n) *al. man. superscr. C.* o) mihi videtur *corr.* miror *C.* p) quē . iu . ta (iusta?) *post corr.* quā iuxta *C.* q) . is, *littera erasa C.* r) debet *C.* s) honorantur *C*, nt*ᶜ* *expunct. et al. man. superscr.* vel ri. t) ut., *littera erasa C.* u) . ideo, *littera erasa C.* v) . . cętera, *duabus litteris erasis C.* w) ad *al. man. in marg. additum, paene evanuit.* x) grā ., *littera erasa C.* y) differentiā *corr.* -tia *C.* z) ad mentis *in marg. inferiore add. man. multo post. C.* a) proséuchen *corr.* -chin *C.*

proschínusis, quod adorationem tantum et[a] officium corporale significat, invenitur. Et quoniam haec differentia quod alicui rei licenter possit aptari[b], manifestum est, iam liquere puto, quod adoratio sanctę cruci[c] non sit deneganda, quin potius, ut beatus Hieronimus[1] de sancta Paula[d] Hierosolimam veniente commemorans: 'prostrata', inquit, 'ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adorabat', hoc et nobis credamus esse faciendum, ut prosternamur videlicet ante crucem et eum, qui in ea pependit interioribus oculis intuentes adoremus[e]. Sic et crux, quę sine dubio sancta est et competentem sibi habebit honorem, et Deus, in quo et a quo et per quem, ut beatus Augustinus[2] ait, sancta sunt, quę sancta sunt omnia, in eo quod ipse sanctificavit[f], venerabiliter adoratur.

836 Mart. Apr.

cf. Rom. 11, 36.

a) id *al. man. corr.* et *C.* b) aptari *add. in marg. al. man.* c) crucis, s *eras. C.* d) scō paulo *multo post corr.* scā paula *C.* e) adoramus *post corr.* adoræmus *C.* f) scificavit *C.*

1) *Epist. 108 ad Eustoch. virg. (Opp. ed. Vallarsius I, 697); et ab Hieronymo et ab Augustino in epistola ad Lupum missa Einhartus post mortem uxoris doloris sui medicinam se repetivisse scribit.*
2) *Nescio, ubi.*

IV.

AGOBARDI LUGDUNENSIS ARCHIEPISCOPI EPISTOLAE.

Agobardi Lugdunensis opera ad id tempus pleraque unico codice servata sunt, nunc Parisino 2853 (610. 4349), quem ut sospitem habeamus curae Papirii Massonii iuris consulti debetur. Ita enim ipse in praefatione operum eius Lugdunensem ecclesiam a. 1605. alloquitur non immerito corona civica dignum se aestimans: 'cum apud vos in vico Mercium libros quaererem, unaque mecum esset Stephanus Verdierus nunc mortuus, et apud compactorem librorum versaremur eius rei causa, illeque Agobardi Codicem in membranis perscriptum veteribus notis, dilaniare paratus esset, cultrumque ad eam carnificinam manu teneret, vitam illi redemimus, quod foelix faustumque fuit'. Supplentur haec verbis fratris eius, quae in prima pagina codici postea adfixa sic habentur: 'Haec Agobardi opera MS. a Papirio Massonio in lucem ędita ad maiorem illius editionis fidem Bibliothecae Regiae dono dedi, ego Ioann. Bap. Massonius Regis elemosinarius Papirii frater XVI Iulii Anno Salutis Millesimo sexcentesimo Decimo octavo. Massonius'.

Liber ipse, quo Berolini uti liberalitate Leopoldi Delisle, summi Parisinae bibliothecae praefecti, licuit, formae quartae, nova ligatura compactus, constat 20 quaternionibus numeratis (fol. 1—179'), quibus accedunt folia 180—230 sine quaternionum numeris. Codex, nonnullis saeculi IX. manibus scriptus[1]*, primo fol. 212 finivit, cuius pagina posterior probationes tantum pennae exhibet, ultima eius pars inde a folio 213 saeculo X. tribuenda est. Folia priora in pagina quaque usque ad f. 121' 20 versus tantum complectuntur, posteriora inde a fol. 122 multo compressius scripta 34 (postea 33) versus continent.*

In folio primo librarius hanc rerum summam addidit: Haec insunt. Adversus docma Felicis lib. I Agobardi episcopi ad Ludovicum imperatorem. Epistola eiusdem ad eundem de insolentia Iudaeorum. Epistola Agobardi Barnardi et Faof episcoporum ad eundem imperatorem de iudaicis superstitionibus vitandis. Consultatio et supplicatio Agobardi episcopi ad proceres palatii de baptismo iudaicorum mancipiorum. Epistola eiusdem exortatoria ad Nibrium (*corr.* Nibridium) episcopum Narbonensem de cavendo convictu et societate iudaica. Liber eiusdem ad prefatum imperatorem ad-

---

1) *adnotationes in margine tempore posteriore additae sunt. Codicem negligentissime exaratum esse, ut Waitz contendit (SS. XV, 274), in maiorem eius partem minime quadrat.*

versus legem Gundobadi et impia certamina que per eam geruntur. Item liber .... ad Barnardum episcopum Vienensem de privilegio et iure sacerdotii. Item liber contra insulsam vulgi opinionem de grandine et tonitruis. Item liber contra obiectiones Fredigisi abbatis. Epistola ad proceres palatii contra preceptum impium de baptismo iudaicorum mancipiorum. Epistola ad Bartholomeum episcopum Narbonensem de quorundam inlusione signorum. Epistola ad Matfredum procerem palatii deploratoria de iniustitiis. Epistola ad clericos et monachos Lugdunenses de moderaminis ecclesiastici *(sic)*. Liber contra eorum superstitionem qui picturis et imaginibus sanctorum adorationis obsequium defenrendum *(corr.* defer.*)* putant. Liber de dispensatione ecclesiasticarum rerum. Liber de divinis sententiis degestus cum brevissimis adnotationibus contra damnabilem opinionem putantium divini iudicii veritatem igne vel aquis vel conflictatione armorum patefieri. Sermo exortationis ad plebem de fidei c ... et totius boni institutione'. *Haec argumenta in folium 187 protenduntur ceteris quae secuntur omissis.*

Editionem Agobardi operum principem is qui codicem ab interitu servavit Papirius Massonius a. 1605. Parisiis inprimendam curavit eodem quo traduntur ordine, mendis non paucis depravatam. Quam repetiverunt Bibliothecae patrum Coloniensis a. 1618, Parisienses a. 1644. 1654 t. IX. Tum Stephanus Baluzius codice iterum diligenter collato a. 1666. editionem multo emendatiorem, auctiorem atque adnotationibus utilibus illustratam tomis duobus paravit, in patrum bibliotheca Lugdunensi a. 1677. repetitam et novissime in Mignii Patrologiae tomo 104.

Ex Agobardi opusculis ampliora ea, quae epistolis adnumerari non possunt, hic praetermittuntur dogmatica contra Felicis heresim (fol. 2—39'), de picturis (fol. 133—151); contra insulsam vulgi opinionem de grandine et tonitruis (fol. 93—106)[1]*; contra iudicia quae dicuntur Dei (fol. 164'—172); sermo de trinitate (fol. 172—187); de psalmodia divina, Floro fortasse attribuenda (fol. 213—216). Epistolae amplae ad Bernardum episcopum de privilegio sacerdotii datae excerpta tantum recepimus, desunt praeterea poenitentia publica Ludowici imperatoris ab Agobardo dictata*[2] *et duo libelli pro Lothario imperatore contra divisionem imperii compositi*[3]*, qui aliis tomis iam editi sunt.*

Extant praeter codicem quondam Massonii pauci tantum libri, qui singula Agobardi opuscula continent atque hi quidem: 1) Codex armamentarii Parisini 717 saec. IX. fol. 5—8' epistola ad Bartholomeum episcopum de quorumdam inlusione signorum, sequitur Amulonis archiepiscopi epistola ad eandem rem pertinens. Cf. de codice, quem H. Lebègue nobis contulit, H. Martin, Catal. des mss. de la biblioth. de l'Arsenal II, 56. 2) Codex bibliothecae civitatis Lugdunensis 111 (liber sancte Marie Bonevallis) *saec. XI.—XII. membran. formae maximae, in quo praeter Paulini et Aviti epistolas* Liber etiam Agobardi archiepiscopi Lugdunensis contra Amalarium abbatem. Epistola quoque eiusdem Agobardi de sacerdotii dignitate *continentur. Cf. Alcimi Aviti opera ed. Peiper p. VII. Libro, cum in bibliotheca Petri Marnacsii senatoris Gratianopolitani extaret, olim St. Baluzius iam ad Agobardi epistolam edendam adhibuit, H. Lebègue Lutetiam missum iterum*

---

1) *Auctorem huius tractatus Fr. Marcks (p. 12 n. 1) sine causa in dubium revocavit.* 2) *Capitul. reg. Francor. ed. Boretius II, 56.* 3) *ed. Waitz, SS. XV, 274—279. Verba falso in fine scripta* In nomine — Agobardus *ad poenitentiam in codice subsequentem pertinent. Alterum ab altero libellum secernendum esse, ut Simson docuit, iam libro manuscripto ipso apparet, in cuius folio 200 ante verba* Sicut veritas non *versus vacuus relictus est, in quo rubrica suppleretur. In scriptura ipsa haec emendanda sunt p. 275 v. 19 l.* inpudenter*; v. 25* aliis comprehensis aliis effugatis *al. man. correcta sunt; v. 26. 27* habitu*; v. 29* adulationes*; v. 35 l.* umquam*; p. 276 v. 8 l.* devenire neglegenciam*; v. 31 l.* haec*; v. 40 l.* comixtione*; v. 54 l.* turbulenta et fetida comixtione*; p. 277 v. 10 l.* numquam*; v. 46 l.* filiorum regis*; v. 52 l.* tamquam*; p. 278 v. 4* abhominalis P*; e correcturis alterius manus fere aequalis multae omittuntur.*

contulit. Librum eiusdem contra libros quatuor Amalarii abbatis, Massonio incognitum, Baluzius ex codice Lugdunensi primus edidit. 3) Codex bibliothecae Parisinae quae dicitur nationalis 2315 saec. XII. Agobardus de correctione antiphonarii, quo uti supersedi. Prologus huius libri extat etiam in codice Admuntensi 162 s. XII. fol. 164'—166, cf. Libell. de lite II, 298.

De Agobardi opusculis et epistolis, quae temporum notis omnino carent, hoc constare videtur, omnes eas scriptas esse postquam a. 816. Leidrado etiamnunc vivo ipse archiepiscopus Lugdunensis creatus est[1]*. Neque vero cogimur ultimis vitae eius annis, in quibus primo Lugduno expulsus, tum cum imperatore reconciliatus in sedem suam reversus est, aliquas ex illis adscribere, nisi forte opus de antiphonarii correctione, quo Amalarii res novas impugnavit.*

In membranulis quondam Iacobi Sirmondi, tum codice 587 collegii Claromontani, de quo Lud. Traube accuratius rettulit (Poet. Carol. III, 722) loco sexto decimo Epistola Ludovici Pii ad Agobardum Lugdunensem archiepiscopum *extitisse traditur, de qua, cum liber iam diu lateat vel deperditus sit, nihil certi enucleare possumus.*

Berolini anno 1896.

Ernestus Duemmler.

---

1) *Ita censet Fr. Marcks, Die polit. kirchl. Wirksamkeit des Erzb. Agobard v. Lyon (Viersen 1888) p. 12.*

1.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Ludowico imperatori opusculum de Felicis episcopi haeresi compositum mittit. *paulo post a. 816.* paulo post a. 816

Cod. P fol. 1—2.

Edd. Masson p. 1—2, Baluzius I, 1—2, Migne Patrol. lat. CIV, 29—33.

*Christianorum[a] religiosissimo, benignorum benignissimo, mansuetorum tranquillissimo, Christi amatori ideoque victori ac triumphatori piissimo augusto, domno gloriosissimo Hludowico imperatori, Agobardus quidam ex ultimis fidelibus servulis vestris, subter annexum opusculum sincerissimo ac subtilissimo sacroque acumini prudentiae vestrae diiudicandum direxi. Quod edidi, vel potius collegi, adversus novam, immo ex veteri redivivam, heresim propter quosdam, quibus illud expedire putavi, sicut ibi latius continetur. Pie igitur rector[b] et domne, caput orbis, decus mundi, catholicorum omnium insignis gloriatio, qui inlustratis fidem[c], propagatis et pacem, obsecro[1] mansuetudinem vestram, ut in contemplationem filii Dei, qui vestrum iuvat imperium, praefatum opusculum perlustrare non dedignemini, ut vestro acerrimo ingenio probetur aut improbetur. Quia si probatur, illis[d], quibus profuturum est, ad legendum commendatur; si autem improbatur[d], auctor eius per vos[a] *emendatur. Apostolica namque doctrina omnes hortatur crescere in cognitione domini nostri Iesu Christi, omnes iubet paratos esse ad satisfaciendum eis, qui rationem poscunt de ea quę in nobis est spe. Sacerdotem quoque esse vult 'amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt arguere'. Quod si semper sectandum fuit, quanto magis nunc, quando iam propinquum esse cernimus tempus illud, de quo Dominus loquitur: 'Verumtamen veniens filius hominis putas inveniet fidem super terram?'[e]

(Marg.: *f. 1'. — *f. 2. — 1. Petr. 3, 15. — Tit. 1, 9. — Luc. 18, 8.)

2.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus clericos et monachos huius ecclesiae de ratione regiminis ecclesiastici docet. *post a. 816.*

Cod. P fol. 129—132'[a].

Edd. Masson p. 202—211, Baluzius I, 210—220, Migne CIV, 189—200.

---

1. a) Christianorum — eius per vos *literis maiusculis scripta sunt P.* b) et domne rector *corr. in* r. et d. *P.* c) fidem *superscr. est al. manu.* d) illis — improbatur *in marg. suppletum est al. manu.* e) *Liber ipse ita incipit:* Post obitum Felicis[2] illius, qui fuerat quondam episcopus in sede Orgelletana, inventa est a nobis quędam scedula ab eo ędita sub spetie interrogationis et responsionis. Quam cum legentes consideraremus, inspeximus hominem diligenter et fraudulenter instaurasse quantum in se fuit omnem pravitatem dogmatis sui in qua dudum fuerat detectus et convictus, et propter quam ab honore episcopatus depositus. Qui licet aliqua verba quę prius impudenter efferebat postea suppresserit, aliqua tamen nunc addidit, quę tunc reticuit. *Cf. inferius fol. 5:* Igitur antequam de eis quę predictus Felix scripta reliquit disputemus, premittendum video, quomodo propriis verbis quibusdam adhuc vivens aliqua improbanda persuadere conatus est *etc.*

2. a) *Lemma:* Ad clericos et monachos Lugdunenses de modo regiminis ecclesiastici *P.*

1) *Imitatum haud dubie ex libello precum Marcellini et Faustini presbyterorum, qui sic incipit (Bibl. patr. Lugdun. V, 652):* Deprecamur mansuetudinem vestram, piissimi imperatores Valentiniane Theodosi et Arcadi, ut hac in contemplatione Christi filii Dei, qui vestrum iuvat imperium, infatigabiliter legere dignemini *BAL. II Notae p. 6.* 2) *inter annos c. 816. et 818. obiit, cf. Simson (Abel), Jahrb. des fränk. Reiches unter Karl dem Gr. II, 161.*

post a. 816 (c. 1)[1] Quia novi inter aliquos quosdam rumores et suspitiones diversas, hęc subter adiecta scripsi, per quę cognoscere dignemini quę ego in actione ecclesiastici regiminis tenenda putem. Cessetque paucorum murmuratio, cum omnibus mea fuerit *f. 129'. *intentio patefacta.

Unus est sponsus qui habet sponsam, qui diligendus est propter se, non propter aliud aliquid, cum ipse sit pax, veritas, iustitia, sanctificatio et redemptio et omne bonum; et sine illo nullum bonum; qui de cęlo venit, et super omnes est, qui quos eripit de terra, levat ad caelum. Amici sponsi sunt, qui se videntes et audientes hędificant in amorem et cultum sponsi; filii vero sponsi, et qui hedificant et qui hędificantur. Apoc. 21, 9. Unus est agnus qui habet sponsam, de qua dicitur Iohanni apostolo: 'Veni, ostendam ib. 10. 11. tibi sponsam agni'; et ostensa est illi civitas sancta Hierusalem descendens de cęlo a Deo, habens claritatem Dei.

ib. 19, 6–8. (c. 2) De hac sponsa et civitate cantatur in cęlo: 'Alleluia, quoniam regnavit dominus Deus noster omnipotens, gaudęamus et exultemus et demus gloriam ei[a], quia venerunt nuptiae agni, et uxor eius preparavit se et datum est illi, ut cooperiat se byssino'. De hac uxore et civitate dicit Iohannes evangelista, quod ipsa sit et taberib. 21, 2–4. naculum Dei. Ait enim: 'Et civitatem sanctam Hierusalem vidi novam, descendentem de cęlo[b], a Deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus et habitabit cum eis. Et ipsi[c] populus eius erunt, et ipse Deus erit cum eis eorum Deus et absterget Deus omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors ultra non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra'. De hac civitate et uxore virgine generat agnus Dei, agnus Deus, agnus omnipotens, agnus omnipotentis, agnos et oves, quos commendat beato Ioh. 21, 16. 17. Petro apostolo dicens: 'Pasce agnos meos'. Et iterum: 'Pasce oves meas'. Hic sponsus Cant. 6, 4. 5. et agnus omnipotens dicit sponsae[d] et uxori suę: 'Capilli tui sicut greges caprarum quę ascenderunt de monte Galaad. Dentes tui sicut grex ovium, quę ascenderunt de ib. 4, 5. lavachro, omnes gemellis fetibus et sterilis non est in eis'. Et iterum: 'Duo ubera tua sicut duo inuli, capreae gemelli qui pascuntur in liliis'. Hęc uxor et filia est viri sui ib. 7, 1. agni et principis, cui ipse dicit: 'Quam pulchri sunt gressus tui in calciamentis, filia principis'.

*f. 130. (c. 3) *Ipse princeps pater sponsae suę et frater eius est. Dicit enim ipsi uxori Cant. 4, 9. 10. et sorori suę: 'Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno occulorum tuorum, et in uno crine colli tui. Quam pulchrę sunt mammę tuę, soror mea sponsa'. Nec mirum, si uxor soror est, quia et mammę atque ubera turris et ipsa ib. 8, 8–12. murus. Sic enim de illa pater et sponsus loquitur: 'Quid faciemus sorori nostrę in die quando adloquenda est? Si murus est, ędificemus super eum propugnacula argentea, si ostium est, compingamus illud tabulis cędrinis'. Et illa respondit: 'Ego murus et ubera mea turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens'. Quid mirum, si murus et civitas, cum et vinea habens virum? 'Vinea enim, inquid, fuit pacifico in ea quę habet populos, tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos'. De qua ipse vir et pater statim subiungit dicens: 'Vinea mea coram me est'. Ipsa vinea regina quoque est et coniux, de qua in carminę nuptiali canitur ipsi regi Ps. 44, 10. et sponso: 'Stetit coniux in dextera tua in diademate aureo'. Et ipse sponsus et pater ib. 11. ib. 13. ait eidem coniugi: 'Audi filia et vide'. Et ipsę cantor huius carminis eidem dicit: 'Et, o filia fortissimi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur divites populi'. Haec iuxta Hebraicum, antiquior autem translatio, ut eandem coniugem reginam et filiam regis

a) eius *P.* b) scęlo *P.* c) ipse *corr. in* -si *P.* d) sponso *P.*

1) *Capitula a Baluzio addita in hac et in ceteris epistolis commoditatis causa retinui.*

ostenderet, sic ait ipsi regi: 'Adstitit regina a dextris tuis', et post pauca: 'Omnis post a. 816 Ps. 44, 10. 14.
gloria eius filię regis ab intus'. Haec regina non solum vinea est, sed et hortus et
fons. 'Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus'. Dicitur Cant. 4, 12.
et mulier, sicut scriptum est: 'Mulierem fortem quis inveniet'? Et post aliqua: 'Nobilis Prov. 31, 10. 23.
im portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terrae[a]'. In eius persona quibusdam
fidelibus et Paulus scribit: 'Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere 2. Cor. 11, 2.
Christo'. Cui ipse Christus dominus loquitur: 'Tota pulchra es amica mea et macula Cant. 4, 7.
non est in te', et illa de illo: 'Veniat dilectus meus in hortum suum et commedat ib. 5, 1.
fructum pomorum suorum'.

(c. 4) Ista sponsa regina et uxor et ancilla est, sed hoc non mirum, mirum
tamen et omni misericordia plenum, quod vir eius et dominus etiam domina est illi,
sicut psalmysta decantat: 'Sicut oculi ancillę ad manum *dominę suę, ita oculi nostri Ps. 122, 2. *f. 130'.
ad dominum Deum nostrum'. Quae[b] etiam mulier dicitur habens dragmas decem, quę Luc. 15, 8.
perdita una accendit lucernam, everrit[c] domum, quęsivit et invenit. Dicitur et mater,
sicut ipse per Esaiam loquitur dicens: 'Quomodo si cui mater[d] blandiatur, ita ego con- Isai. 66, 13.
solabor vos'. Vere enim et mater et domina est, virtus et sapientia, fortitudo et gloria,
resurrectio et vita, via et veritas, inluminatio et salus et cetera huiusmodi.

(c. 5) Illud quoque non minus mirum, quod ancilla et amica etiam mater domini
sui esse potest illo modo, quod Dominus ait: 'Quicumque enim fecerit voluntatem Matth. 12, 50.
patris mei, qui in cęlis est, ipse meus frater et soror et mater est'. Quod et apostolus
de se ipso ait: 'Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis'. Gal. 4, 19.

(c. 6) Haec multiplicia nomina sponsi et sponsę Christi et ecclesiae non de
aliquibus gestis historicis, sicut est, cum scriptura de Sara, Rebecca, Rachel loquitur, in
quibus coniunctio Christi et ecclesiae figurata est, nec de eo locutionis genere, quo in
rebus sensibilibus significativa prenuntiatione ponuntur; sicut est mons domus Domini, ubi 2. Par. 33, 15.
mons Dominum et domus ecclesiam significat, et multa huiusmodi assumpta sunt. Sed
de illis locis, ubi in illam ordinatam narrationem gestorum scriptura exsequitur, sed
tantum diversis huiusmodi nominibus Christum et ecclesiam indicat, et in quibus nullus
ita insipiens est, ut aliud quęrendum existimet, nisi Christum et ecclesiam.

(c. 7) Miranda vero conditoris benignitas ostenditur, cum tanta unitate corpus
capiti adhęreat, et caput corpori presideat, sicut propheta decantat: 'Induit me vesti- Isai. 61, 10.
mentis salutis et indumento iustitiae circumdedit me, quasi sponsum decoratum corona,
et quasi sponsam ornatam monilibus suis'. Et post aliqua: 'Habitabit enim iuvenis ib. 62, 5.
cum virgine, et habitabunt in te filii tui, et gaudebit sponsus super sponsam, et gau-
debit super te Deus tuus'. Et apostolus aperte ostendit dicens: 'Sicut enim corpus 1. Cor. 12, 12. 13.
unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa,
unum corpus sunt, ita et Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus
babtizati sumus, sive Iudęi sive gentiles sive servi sive liberi, et omnes in uno spiritu
potati sumus', *quia videlicet hanc unitatem spiritus Christi facit. *f. 131.

(c. 8) Hęc sunt quę ineffabiliter iocundissimam prestant avocationem[e] pię et
fideli animae[f], et talem avocationem[g], qualis im presenti vita ex creaturarum con-
templatione nulla esse potest, et ut ita dicam confidenter in omnibus operibus Dei visi-
bilibus et invisibilibus nulla similis inveniri potest. De hac avocatione Dominus pre-
cipit per prophetam: 'Loquimini ad cor Iherusalem et avocate eam[h]'. De hac etiam Isai. 40, 2.
vir, cum quo est Deus in visione, qua erudivit eum mater sua, mystico sermone sic
precipit: 'Date siceram merentibus et vinum[i] his qui amaro sunt animo, bibant et Prov. 31, 6. 7.
obliviscantur egestatis suę, et doloris non recordentur amplius'. De hac et psalmysta,

---

a) terra *P.* b) Qui *P.* c) evertit *P.* d) nunc *add. P, postea del.* e) advocat. *P.*
f) animiae *corr. in* -mae *P.* g) advoc. d *deleto P.* h) eum *P.* i) vino *corr. in* -num *P.*

post a. 816 cum beatum diceret eum, qui non respexit in vanitates et insanias falsas, vel sicut in Ps. 39, 5. Hebraico legitur: ad superbias pompasque mendacii, in quibus sunt avocationes carib. 6. nalium mentium, subiunxit: 'Multa fecisti tu, domine Deus meus, mirabilia tua, et cogitationibus tuis non est qui similis tui'.

(c. 9) Ergo quicumque predicationis officium et locum regiminis suscepit et neglegit in his summis rebus quod est summum[a] misericordię Dei avocare animos fidelium, et quęrit consolationem et avocationem in diviciis, in ornamentis metallicis, in venationibus, aucupationibus ac piscationibus, et quod peius est in commessationibus Isai. 5, 11. 12. et ebriętatibus[1] et sonis musicis, sicut Dominus per prophetam detestatur dicens: 'Vę qui consurgitis mane ad hebriętatem sectandam et potandum usque ad vesperam et vino estuetis, cythara et lyra et tympanum et tibia et vinum in conviviis vestris, et opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius consideratis': iste talis non est 1. Cor. 3, 9. adiutor Dei, sicut Paulus ait: 'Dei enim sumus adiutores, Dei agricultura estis, Dei hędificatio estis', sed est destructor operis Dei ac per hoc[b] adiutor Antichristi. Et licet in oculis humanis sacerdos esse videatur, in oculis tamen Dei non est, quia veniente Domino ad iudicium dividetur et pars eius cum infidelibus ponetur, et de Eccl. 8, 10. qualibus scriptum est: 'Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viverent[c], in loco sancto erant, et laudabantur in civitate quasi iustorum operum'. Nullus ergo ex his dux apostoli Dei esse debet, ne quęrentes regna cęlestia in foveam demergat, ubi ipse Iob 40, 4. iudicio Dei demersus est, sicut Dominus ad beatum Iob demonstrat dicens: 'Si habes ib. 8. brachium sicut[d] Deus'. Et quibusdam interpositis: 'Absconde eos', inquit[e], id est *f. 131'. *superbos et impios, 'im pulverem simul et facies eorum demerge in foveam'.

(c. 10) Sunt alii qui sicut et isti non apparent hominibus impii, sed per simu- Matth. 23, 27. latam iustitiam fiunt in oculis hominum sepulchra dealbata, in oculis autem Dei, id est intus, pleni sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia. Ait beatus Paulus apostolus: 2. Cor. 2, 17. 'Non enim sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex ib. 4, 1. 2. Deo coram Deo in Christo loquimur'. Et iterum: 'Habentes hanc ministrationem iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus[f], sed abdicamus oculta dedecoris[g] non[h] ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis'. Sicut enim adulter non quęrit fructum prolis, sed tantum ut suę voluntati satisfaciat et libidinem impleat, ita omnis, qui in ministrationem verbi suscepit, si ex sinceritate salutem audientium et ędificationem ecclesiae non quęrit, sed causa alterius rei quę minor est quam salus auditorum verbum Dei loquitur, ut suę nimirum proprię voluntati obtemperet, adulter est.

(c. 11) Ergo non soli heretici adulterant verbum Dei miscendo fallacias suas, sed et omnes, qui per sacrum ministerium et honores et divitias temporales pervenire festinant, etiam et illi qui ad honores et divitias sublimari non possunt, et victum aut tegumentum quotidianum ex sacro ministerio adipisci cupiunt, quia non ideo[i] sumptus accipiunt, ut prędicent, sed ideo predicant, ut accipiant; nec locuntur ex sinceritate sicut ex Deo coram Deo, sed ambulant in astutia, nec abdicant occulta dedecoris, sed amplectuntur, adulteri sunt.

Omnis ergo qui preponitur cęteris sive clericis sive monachis, si ita videtur benivolus et mansuetus atque affabilis, ut subditorum corda in sui amorem et propriam

---

a) *in marg.* Nota Contra pastores magis saecularia quam aeterna diligentes. b) oc *superscr.* h *P.* c) adviverent *P.* d) *P add.* Deus *postea del.* e) inquid *corr. in* -quit *P.* f) deficiamus *corr. in* deficimus *P.* g) decoris de *superscr. P.* h) nom *P.* i) id *in* ideo *superscr. P.*

1) *cf. Episcoporum relat. a. 829. (Capitul. reg. Francor. II, 33) c. 10* Similiter de illis presbiteris, qui .. comessationibus et ebrietatibus deservire non erubescunt .. observandum iudicavimus, ut abhinc districte .. coerceantur.

laudem convertat, adulter est, et regimen animarum suscipere numquam debet. Qui [post a. 816] autem ita prudens, mansuetus et suavis est, ut se videntes et audientes ad amorem et laudem sponsi convertat et accendat, amicus est sponsi, castitatem quęrit sponsę meritoque suscipit regimen animarum.

Omnis clericus aut monachus, cui datus est quantuluscumque sermo sapientiae, aut sermo scientiae et dum loquitur, cupit audientes im proprium amorem et propriam laudem convertere et inflammare, iste se ipsum prędicat, non sponsum, et idcirco pellendus est de interiori thalamo, quia *adulter est, foris in atrio pręsidet[a] non sponsę [*f. 132.] iussu, sed pacientiae permissu, quia sive occasione sive veritate sponsus annuntietur, [Philipp. 1, 18.] gaudendum est. Fidelis enim anima a quocumque audiat laudes sponsi, in amorem sponsi accenditur, non in neglegenter laudantis. Nam et diligentem laudatorem amat ut proximum, non ut sponsum, amat in sponso, non pro sponso. Ambulans in via in- [Ps. 100, 6.] maculata hic Domino ministrat, non sibi, et potest preponi cęteris, non ambulans, sed iacens in ignavia. Et qui sic ministrat, sibi ministrat, non Domino, non debet preponi ceteris. Qui custodes[b] observationum ad libitum suum et non ad utilitatem domesticorum sibimet dispensat, non Domino, non est fidelis dispensator et prudens, quem [Matth. 24, 45.] constituat Dominus super familiam suam. 'Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt [Eccl. 10, 15.] in urbem sponsi pergere', et ideo non debent fieri duces aliorum. Labor sapientium sanat eos, deducuntur enim ab sponso in viam rectam, ut eant in civitatem habitationis, talesque fieri debent duces eorum, qui non habent hic manentem civitatem, sed futuram inquirunt in grege, qui ascendit de lavachro, et fecundę sunt amandę et steriles tole- [Cant. 4, 2.] randę, et sani custodiendi et infirmi sanandi, quia sponsus de caelo venit, quod perierat [Ezech. 34, 16.] requirere, et quod abiectum erat reducere, et quod confractum alligare, et quod infirmum consolidare, et pingue et forte custodire.

(c. 12) Haec in subiectis ovibus ita observanda sunt, im prelatis autem pastoribus alia conditio est, quoniam sicut beatus est fidelis servus et prudens, quem constituit [Matth. 24, 45.] Dominus super familiam suam, ut det illis cybum in tempore, qui imitatur pastorem pastorum in administratione pascuę; ita e contrario vę pastoribus qui pascunt semetipsos, quod infirmum est non consolidant, et quod ęgrotum non sanant, et quod fractum non alligant, et quod abiectum non reducunt, quod perierat non requirunt, de quorum ore liberet[c] pastor pastorum oves suas, ut eas pascat in pascuis uberrimis; etiam eas quę im presenti vita semper per se tolerant pravum pastorem. Et quidem pia ovis semper quęrit bonum pastorem. Sed si deest in hac mortalitate, non deest ille, qui animam [Ioh. 10, 17.] suam posuit pro ovibus suis. *Propter quod, ubi emendari non potest, ab ovibus tole- [*f. 132'.] randus est ut[d] mercennarius sedens in cathedra Moysis. Quoniam iussit pius sponsus [Matth. 23, 2.] verus pastor, ut quę dicunt tales, faciant oves, que autem faciunt, non faciant.

(c. 13) Haec im postremo propterea dixi, ne quis me putet perditam existimare fidelem ovem, quę prudenter tolerat pravum pastorem, illud summopere commonens, ut omnis pastor non sibi, sed Domino nutriat et erudiat atque corripiat in disciplina et timore Domini subditos, sicut et beato Petro summus pastor precipit dicens: 'Pasce [Ioh. 21, 15. 16.] agnos meos'. Meos, inquit, non tuos; et idcirco mihi, non tibi; hoc est certum indicium, quod me veraciter diligas, si agnos meos sollicite pascas, propter quod recepturus es iustitiae coronam. Sic et quidam antiquus pastor curam sollicitudinis mysticis verbis significavit dicens: 'Non est adhuc tempus, ut in caulis includantur oves; date antea potum ovibus et sic eas ad pastum reducite'. Quod ubi non fit, et venit illud, quod propheta deplorat dicens: 'Propterea captivus ductus est populus meus, quia non [Isai. 5, 13.] habuit scientiam, et nobiles eius interierunt fame, et multitudo eius siti exaruit'. Et alius: 'Parvuli petierunt panem et non erat qui frangeret eis'. [Thren. 4, 4.]

a) pręcidet *corr. in* pręs. *P.* b) custodest t *del. P.* c) liberę *P; corr. Bal.* d) et *P.*

c. 817. (c. 14) Hęc verba non imperita, imperite tamen ab imperito ordinata, omnibus
necessaria sunt ab illo qui sedet in solio usque ad eum qui laborat ad molam. Ego
tamen non illis scribo, quibus nihil debeo nisi caritatem, sed eis qui nobis commissi
sunt, ita tamen ut in nomine pastorum et rectorum intellegantur abbates et prepositi
atque presbiteri, quos et obnixę deprecor, ut toto corde intendant in exortationem et
1. Petr. 5, 1–4. obsecrationem beati Petri apostoli, qua dicit: 'Seniores ergo qui in vobis sunt, obsecro
consenior et testis Christi passionum, qui et eius quę in futuro revelanda est gloriae
communicator: pascite qui est in vobis gregem Dei, providentes non quoacte, sed
spontaneae secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariae, neque dominantes in cleris, sed forma facti gregi ex animo, et cum apparuerit princeps pastorum,
percipietis inmarciscibilis glorię coronam'. finit, amen.

3.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus de unitate legis Christi praefatus Ludowicum imperatorem exhortatur, ut, lege Gundobadi haeretici propter iudicia Dei perniciosa sublata, Burgundiones ad legem Francorum transferat.[1] *c. 817.*

Cod. P fol. 70—78.

Edd. Masson p. 103—117, Baluzius I, 107—121, Migne CIV, 113—126[a].

*f. 70. (c. 1) *Obsecro inperturbabilem mansuetudinem vestram et tranquillissimam prudentiam, domine imperator benignissime, ut has quas offero paginulas infatigabiliter legere non dedig[ne]mini[b], in contemplationem summę et incommutabilis illius veritatis, quę est Christus dominus noster, de cuius dictis et legibus haec sumpta sunt; quique amanter et vigilanter vestrum protegit et iuvat imperium. Neque predicandam tranquillitatem vestram offendat, quod minimus omnium excellentiori hominum hęc legenda presentat. Neque enim est aliud, nisi quod vos optime et sublimius nostis.

(c. 2) Deus, Dei filius, homo propter homines factus, viam salutis demonstrans
et electis discipulis magisterium vitae commendans, ascensurus ad caelos ait illis:
Marc. 16, 15. 16. 'Euntes in mundum universum predicate evangelium omni creaturae; qui crediderit et
Matth. 28, 19. 20. baptizatus fuerit, salvus erit'. Et iterum: 'Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos
in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, docentes eos servare omnia quęcunque
mandavi vobis'. Illi autem profecti predicaverunt ubique Domino cooperante; annuntiataque est ab eis omni creaturae, id est cunctis nationibus mundi, una fides indita
per Deum, una spes diffusa per Spiritum sanctum in cordibus credentium, una caritas
*f. 70'. nata in omnibus, una voluntas, accensum unum *desiderium, tradita una oratio, ut omnes omnino ex diversis gentibus, diversis conditionibus[c], diverso sexu, nobilitate,
Matth. 6, 9. honestate, diversa servitute, simul dicant uni Deo et patri omnium: 'Pater noster,
qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum'. Sicut unum patrem invocantes, ita unam
ib. 10. sanctificationem quęrentes, unum regnum postulantes, unam adimpletionem voluntatis
ib. 11. eius: sicut fit in caęlo optantes; unum sibi panem quotidianum dari precantes, et om-
ib. 12. nibus dimitti debita. Neque enim quemquam docere[d] potuerunt magistri mundi, lux
ib. 5, 14. mundi, sancti apostoli: dimitte mihi debita mea, aut: ne me inducas in temptationem,
sed libera me a malo, sed unum pro omnibus et omnes pro singulis clamare: O cęlestis
fraternitas, o sempiterna concordia[e], o insecabilis unitas, ab uno auctore derivata, ad

---

3. a) *Lemma:* Eiusdem episcopi ad imperatorem eundem. b) dedigmini *P.* c) questionibus *superscr.* conditionibus *P.* d) dicere *corr. in* docere *P.* e) misericordia *superscr.* concordia *P.*

1) *Hoc opusculum eodem circiter tempore compositum esse crederes, quo Ludowicus imperator a. 817. unitatem regni sempiternam Lothario imperante sanciri voluit.*

unum rerum omnium relata, per quam 'letantur caeli, exultat terra, movetur mare et c. 817. plenitudo eius, gaudent campi et omnia quę in eis sunt', omnes gentes plaudunt mani- cf. Ps. 95, 11. 12. cf. Ps. 46, 2. bus, iubilant Deo in voce exultationis.

(c. 3) Et quam decenter, quoniam omnes fratres effecti, unum patrem Deum invocant, servus et dominus, pauper et dives, indoctus et eruditus, infirmus et fortis; humilis operator et sublimis imperator. Iam nemo alium dedignatur, nemo sub alio 1. Cor. 10, 17. se despicit, nemo super alium extollitur. Quoniam unus panis, unum corpus Christi, immo unus Christus secundum apostolum sumus; 'expoliantes nos veterem hominem Col. 3, 9–11. cum actibus eius et induentes *novum eum, qui renovatur in agnitionem secundum *f. 71. imaginem eius qui creavit eum; ubi non est gentilis et Iudęus, circumcisio et preputium, barbarus et Scitha', Aquitanus et Langobardus, Burgundio[a] et Alamannus, 'servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus'. 'Omnia enim illorum sunt, sive Paulus sive 1. Cor. 3, 22. 23. Apollo sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive presentia sive futura. Omnia enim, dicitur illis, vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei'. Et iterum: 'Sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia [autem][b] membra 1. Cor. 12, 12. 13. corporis, cum sint multa, unum corpus sunt: ita et Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudęi sive gentiles, sive servi sive liberi, et uno spiritu omnes potati sumus'. Et ne infideliter aliquis cum perpaucissimis se putaret uno spiritu potatum dicit: 'Et nemo potest dicere dominus Iesus nisi in ib. 3–6. 11. Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt atque operationum: Idem autem dominus et idem Deus, qui operatur omnia in omnibus atque idem Spiritus dividens singulis prout vult'. 'Nullus ergo horum est hospes et advena, sed sunt cives sancto- Eph. 2, 19–21. rum et domestici Dei, superędificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino', et qui erant longe, facti sunt prope in sanguine Christi. ib. 13–18. *'Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum'. Et veraciter dicere possumus, qui *f. 71'. fecit omnia unum, 'et medium parietem macęriae solvens, inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in decretis evacuans, ut duos condat in semetipsum in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso et veniens evangelizavit pacem his qui longe fuerunt, et pacem his qui prope, quoniam per ipsum habent accessum ambo in uno spiritu ad patrem'.

(c. 4) Si ergo Dominus propterea passus est, ut in sanguine suo faceret prope eos, qui longe erant, et paries divisionis iam solutus, et interfecta est inimicitia[c] in illo, et omnes reconciliati sunt in uno corpore Deo, et in tantum unum corpus effecti in uno spiritu, ut Christus potius quam christiani dicantur, sicut suprascripta apostolica sententia declarat dicens: 'Omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum 1. Cor. 12, 12. corpus sunt, ita et Christus', (Non enim ait: ita et christiani, sed Christus) cupio per pietatem vestram nosse, si non huic tantę divinę operationis unitati aliquid obsistat tanta diversitas legum, quanta non solum in singulis regionibus aut civitatibus, sed etiam in multis domibus habetur. Nam plerumque contingit, ut simul eant aut sedeant quinque homines, et nullus eorum communem legem cum altero *habeat exterius in *f. 72. rebus transitoriis, cum interius in rebus perhennibus una Christi lege teneantur. Et cum forte contingit, ut omnes sint veraciter christiani, fidei veritatem amantes et invicem sibi ut carissimi fratres credant, et nemo alterius testimonium spernat, cum se bonis locutionibus aedificant, si subito contigerit alicui ex ipsis disceptatio in iudiciis, nullum poterit habere testem de suis carissimis sociis, cum quibus simul gradiebatur, eo quod non recipiatur testimonium alicuius super Gundebadum et cetera similia.

---

a) Burgundo *P.* b) *om. P.* c) inamic. *corr. in* inimic. *P.*

c. 817. (c. 5) Hic mihi succurrat, obsecro, benignissime et sacer imperator, pacientia vestra, neque indignetur magnanimitas vestra, quod indignus digna loquor et pusillus grandia, quia per ista [quae][a] forsitan inemendabilia sunt, volo pervenire ad ea quę necessaria et elemosinae vestrae magnopere apta sunt. Si autem incongrua sunt quę dico, Ps. 140, 5. 'corripiat me iustus in misericordia', id est bonitas vestra, et corripientem non prodat. Mihi tamen servo vestro, licet ultimo, tamen fideli, incongruum videtur, ut christianus de christiano, ac per hoc frater de fratre, testimonium perhibere non possit. Sicut enim supra dictum est, omnes unum patrem habentes Deum, fratres sunt et filii Dei. *f. 72'. Hoc etiam evangelium aperte loquitur. *Hinc namque fit, cum vir iustus super iniustum testificari non permittitur, eo quod alterius legis sint secundum seculum, qui unius legis esse deberent secundum Deum. Credo etiam, quod nullatenus haec agantur sine damno illius unitatis et concorporationis, quę supra demonstrata est sententiis apostolicis. Nam si[b] de testimonio repellendus est aliquis, ille repellatur potius, qui alterius fidei vel sectae est, sed et ille, cum quo apostolus nec cybum sumere docet 1. Cor. 5, 11. dicens: 'Si is qui frater nominatur, est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum eiusmodi nec cybum sumere'. Et iterum: 2. Thess. 3, 14. 'Quod si quis non oboedit verbo nostro per epistolam, hunc notate et commisceamini utique ad mensam'. Qui omnes, nisi per satisfactionem paenitentiae regressi fuerint in corpus Christi, sine dubio in corpore remanebunt diaboli, ac per hoc erunt in eius regno et civitate.

(c. 6) Hic profecto debet esse discretio et divisio inter regnum et regnum, id est Christi et diaboli, inter civitatem Dei et civitatem diaboli, quę faciunt duas plebes. cf. 1. Petr. 2, 9. Nam civitas Dei continet populum adquisitionis, civitas diaboli populum perditionis. Quod si hominibus impossibile est omnes discernere qui sint de civitate Dei, qui vero cf. Matth. 7, 20. *f. 73. de civitate diaboli, saltem quos evidentissime ex fructibus propriis cognoscunt, *et litterae apostolicę a corpore Christi separatos docent, reiciant de testimonio. Quos autem una corporis Christi compago tenet, et plerumque non solum unius corporis membrum, verum etiam unius membri sunt membra, quur de mutuo repelluntur testimonio? Quę utilitas est, ut propter legem quam dicunt Gundobadam, cuius auctor extitit homo hereticus[c] et fidei catholicae vehementer inimicus[d][1] — cuius legis homines sunt perpauci — non possit super illum testificari alter etiam bonus christianus? Ex qua re oritur res valde absurda, ut si aliquis eorum in coetu populi aut etiam in mercato publico commiserit aliquam pravitatem, non quoarguatur testibus, sed sinatur periurare, tamquam non fuerint per quos veritas posset agnosci. Hic manifeste apparet damnosam esse damnabilem legem.

(c. 7) Si autem placeret domino nostro sapientissimo imperatori, ut eos transferret ad legem Francorum, et ipsi nobiliores efficerentur, et hec regio ab squaloribus miseriarum quantulumcumque sublevaretur. Horum enim causa accidit, ut frequenter non solum valentes viribus, sed etiam infirmi et senes lacessiantur ad certamen et pugnam, etiam pro vilissimis rebus. Quibus feralibus certaminibus contingunt homi- *f. 73'. cidia iniusta et crudeles ac perversi[e] eventus iudiciorum non sine amissione fidei *et caritatis ac pietatis, dum putant Deum illi adesse, qui potuerit fratrem suum superare et in profundum miseriarum deicere. Hic est pessimus error et ordo confusus, ut pro

---

a) *om. P.* b) *superscr. est.* c) Nota Gondobadum hereticum fu[isse] *in marg.* d) inimicus *superscr. est P.* e) perversos *P.*

1) *Cf. Agob. Contra iudic. Dei c. 6 (Opp. ed. Baluz. I, 306, P f. 166'):* sicut quidam superbus ac stultus hereticus Gondebaldus Burgundiorum rex temptabat expetere a beato Avito egregio et ortodoxo predicatore, qui eius vesaniam sapientissime laudabiliterque repressit atque redarguit.

talibus perversitatibus et scriptura veritatis contempnatur, et concordia christiana [c. 817] dispereat, et de Deo, qui natura bonus est, tam indigne[a] sentiatur, ut faveat rapacibus et adversetur miseris.

(c. 8) Doctrina Christi docet: 'Qui vult tecum iudicium contendere et tunicam [Matth. 5, 40.] tuam tollere, remitte ei et pallium'. Et iterum: 'Iam quidem omnino delictum est, [1. Cor. 6, 7.] quod iudicia habetis, quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini'? Isti e contrario dicunt[1]: 'Pugna securus, quia illum qui tua repetit aut contendit, absque dubio superabis', et divinum eis promittunt adiutorium, qui tam contrarii existunt evangelicę pietati. Hinc[b] iam ad certamen audaciter proceditur, ubi duo cominus veniunt parati, ut se invicem crebris ictibus cedant pro talibus rebus, quas multo minus amare debuerant, quam se ipsos ad invicem. Nam eum, quem occidere aut[c] superare cupit, iussus est ut diligat sicut se ipsum, reiculas illas pro quibus contendit arbitrare ut stercora, ut Christum lucrifaceret. Ubi tunc est caritas, sine qua per- [Phil. 3, 8. cf. 1. Cor. 13, 1–3.] fectus interpres omnium linguarum angelorum et hominum *efficitur velut aes sonans [*f. 74.] aut cymbalum tinniens? sine qua perfectus propheta et eruditissimus doctor et ex fide miraculis coruscans nihil est? sine qua largitas ęlemosinarum et acervitas martyrii nihil prodest? Milites Christi, qui hanc veraciter habuerunt, subdiderunt in fide mundum Christo, sed moriendo, non occidendo.

(c. 9) Quando erat publica contentio de veritate religionis, cum alii putarent colendam pro Deo creaturam quamlibet, alii docerent solum[d] creatorem colendum, illi fuerunt victores qui occisi sunt, non qui occiderunt; veritas moriendo declarata est, non occidendo; testes veritatis moriendo creverunt, adsertores autem iniquitatis occidendo perierunt. Nam[e] si in hac vita semper innocentes essent victores et noxii vincerentur, non Pharao occidisset Iosiam, sed Iosias Pharaonem; non Iohannem Herodes, sed Herodem Iohannes. Nec sancta illa civitas Hierusalem temporibus gratiae innumerabilibus turbis monachorum, clericorum et cęterorum fidelium inlustris, Sarracenis subiceretur, sicut et alię civitates et regiones, nec Roma Gothis[f], paganis et hereticis simul, nec Italia Langobardis et multa huiusmodi. Non haec id*circo [*f. 74'.] dicimus, ut negemus providentiam Dei aliquando absolvere innocentes et damnare noxios, sed quia nullatenus statutum est a Deo, ut hęc in omnibus fiat, nisi extremo iudicio. Et quia talia certamina vehementer contraria sunt simplicitati et pietati christianę, et doctrinae evangelicę nimis adversa, absit a mente christiana, ut adversa huius mundi conflictibus[g] quęrat evadere et gaudia eius certaminibus adipisci. Cum e contrario intra sacra missarum sollemnia frequenter deprecemur Dominum, ut tribuat nobis pro amore suo prospera mundi despicere, et nulla eius adversa formidare. Decet omnino mentem christianam cum timore et tręmore secundum apostolum suam [cf. Philipp. 2, 12.] salutem operari, et mente ad futura transire nec im presentibus rebus sensum figere, quoniam occultissima Dei dispensatione varii sunt im presenti tempore rerum eventus, sicut et sacra scriptura testatur: 'Sunt iusti quibus multa proveniunt, quasi opera [Eccl. 8, 14.] egerint impiorum, et sunt impii qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant'. Et iterum: 'Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque ullo timore [ib. 11.] filii hominum perpetrant mala'. Et iterum: 'Sunt iusti atque sapientes, et *opera [ib. 9, 1–3. *f. 75.]

---

a) indigna *P.* b) Nota. De certaminibus quibus duo soliti sunt confligere quod contra Dei pręceptum fiant *in marg.* c) et *corr. in* aut *P.* d) solem *corr. in* solum *P.* e) *in marg.* Nota. f) gotis h *superscr. P.* g) confictibus *P.*

1) *Cf. Agob. contra damnabil. opin. in fine (P f. 171'):* Heu pro dolor, iam in multis gentibus factum est, ut bellandi studio cessante agriculturae operam dent, propter quam etiam arma in utensilia versa sunt, et adhuc Burgundionibus necesse est propter assidua domestica bella, ut falces, ligones ac vomeres conflentur in gladios.

c. 817 eorum in manu Dei et tamen nescit homo, utrùm amore an odio dignus sit, sed omnia in futuro servantur incerta, eo quod universa aeque veniant iusto et impio, bono et malo, mundo et inmundo, immolanti victimas et sacrificia contempnenti. Sicut bonus, sic et peccator; ut periurus, ita et ille qui verum deierat. Hoc est pessimum inter omnia quę sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt, unde et corda filiorum hominum implentur malitia et contemptu in vita sua et post hęc ad inferos deducuntur'. Eccl. 9, 11. 12. Et iterum: 'Verti me ad aliud vidique sub sole nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque[a] in omnibus. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, et sicut aves comprehenduntur laqueo, sic capiuntur homines tempore malo, cum eis extimplo supervenerit'. Non[b] enim est im presenti meritorum retributio, sed in futuro. Non oportet mentem fidelem suspicari, quod omnipotens Deus occulta hominum im presenti vita per aquam calidam aut ferrum revelari velit, quanto minus per crudelia 1. Cor. 4, 5. certamina? Propter quod apostolus precipit de occultis rebus non iudicandum quo- *f. 75'. *adusque veniat Dominus, qui et inluminabit abscondita tenebrarum et manifestabit cf. ib. 6, 5. consilia cordium'. Concedit tamen iudicare inter fratres, ut contentiones sopiantur.

(c. 10) Sed utilitas iudiciorum constat in discussione causarum et subtilitate in- 3. Reg. 3, 9. 16. vestigationum, sicuti et Salomon fecisse legitur in contentione duarum meretricum, cuius et petitio propterea placuit Deo, quia non petivit divitias aut dies multos, sed Dan. 13. sapientiam ad discernendum iudicium. Sic et Danihel adhuc puer suscitante Deo spiritum eius iudicavit duos iniquos iudices prudenti subtilitate, per quam liberata est et beata Susanna de iniusta damnatione. Nam si hęc duo iudicia temporibus nostris pervenirent, quid iudices dicerent, facile est advertere, ante quos maxime periuria aut munera finem rebus imponunt. Quanta autem necessaria sit integritas Eccli. 10, 8. iudiciorum regnis et[c] gentibus scriptura testatur dicens: 'Regnum a gente in gentem transfertur propter [in]iustitias[d] et iniurias et contumelias et diversos dolos', quę omnia plus quam in ceteris gentibus habundant inter Gundebados, apud quorum legem non licet discussione aut veracium testimonio causas terminare; eo quod libuerit, armis *f. 76. comminari *liceat, ne infirmior sua retinere aut reposcere audeat, tamquam veritas armis manifestare egeat, quod nulla auctoritas, nulla ratio credere sinit.

(c. 11) Valet etiam ad hanc rem subtiliter considerandam illud quod in libro Iud. 20, 19. Iudicum refertur. Cum enim quidam in Gabaa civitate de tribu Beniamin commisissent[e] ib. 20. inmane flagitium super muliere cuiusdam levitis et congregarentur universae tribus Israel ad hoc facinus puniendum, collecta est etiam tota tribus Beniamin in predicta ib. 18. civitate Gabaa ad defendendum peccatum illorum. Filii ergo Israel consuluerunt imprimis Dominum in Silo et interrogaverunt, quis esse deberet princeps certaminis. Quibus respondit Dominus: Iudas sit dux vester. Statimque ut coeperunt urbem ib. 21. expugnare, occisa sunt ex eis XX duo milia virorum. Deinde fleverunt coram Domino usque ad noctem, et interrogaverunt eum, utrum deberent procedere ad dimicandum ib. 23. contra filios Beniamin an non? Quibus respondit Dominus: 'Ascendite ad eos et inite certamen'. Quo inito prostrata ex eis decem et octo milia. Quam ob rem venerunt iterum in domum Dei, et sedentes flebant coram Domino, ieiunaveruntque *f. 76'. usque ad vesperam, et obtulerunt sacrificia; et iterum procedentes ad certamen, *inter- ib. 47. fecerunt omnem tribum Beniamin preter illos sexcentos viros. Quis in tali facto non obstupescat, quis non vehementer expavescat iudicium Dei frequenter occultum, numquam iniustum. Certe filii Israel mandatum legis habebant, ut scelera punirent,

a) causumque *corr. in* casumque *P.* b) Nota. Nullum christianum debere cre[dere] per iudicium aquae calidae a[ut] ferri Deum secreta homin[um] in presenti manifestare *in marg.* c) *superscr.* d) iustitias *P.* e) commississent *P.*

facinora vindicarent; et non solo mandato legis confisi sunt, sed etiam orantes Dominum [c. 817] interrogaverunt; et eo precipiente ad certamen processerunt: et tamen multo plures ex eis occisi sunt antea, et postea punierunt flagitiosos, si tamen ipsi inter sexcentos non remanserunt. Cum haec omnia ita sint, quis est tam temerarius ut credat, si duo pro uno asino molino, aut quicquid sit etiam vilius, contendant, non possit alter cadere, cuius illud esse debere putatur, cum forte aut multa aut maiora existant peccata eius quam alterius, pro quibus puniendus sit. Vere[a] hoc non est lex, sed nex, quę maximae propterea contemnenda est, quia ab illis excogitata est, qui non solum non orabant, sed etiam blasphemabant sapientiam Dei.

(c. 12) Huc accedit aliud quod pia consideratione dignum videtur, de canonibus scilicet Gallicanis, qui quasi superflui aut inutiles a quibusdam respuuntur, eo quod neuterici Romani *eos non commendaverint, cum antiqui religiose eos venerati sint; [*f. 77.] quoniam venerandi et sancti viri eos ediderunt, quorum vitam et sanctitatem crebra miracula commendarunt. Nemo umquam fuit, qui tanta sanctorum per Gallias episcoporum audire potuerit, quanta per singula loca litteris mandata et relatu posteris relicta reperta sunt. Et revera si secundum dictum dominicum, ubi duo vel tres [Matth. 18, 20.] congregati fuerint in nomine eius, ibi est et Dominus in medio eorum, quanto magis ubi viginti aut XXX aut[b] multo amplius congregati fuerint, non solum in nomine Domini, sed insuper etiam fide prediti, sapientia inlustres, vita clari, sanctitate reverendi, signis et prodigiis formidandi? Neque hoc idcirco dicitur, ut passim omnium episcopalium conventuum sanctiones aequali auctoritate recipiendę credantur, ut Niceni, Calcedonensis et ceterorum generalium ex totius mundi consensu congregatorum et receptorum. Sed quia congrua veneratione pro causis necessariis, quarum definitiones in illis generalibus non inveniuntur, fides sit eis adhibenda religione debita; et melius sit unicuique eorum sequi auctoritatem, quam proprium sensum et sine aliquo dolore transiri non possit, cum definitiones multorum et sanctorum atque catholicorum pretermittantur et unius Gundobadi regis heretici lex *attente, quasi a Deo data, [*f. 77'.] tenetur.

(c. 13) Temporibus predicti Gundobadi regis Burgundionum fuit in urbe Vienna sanctus episcopus, Avitus nomine, fide catholicus, eloquentia facundissimus, ingenio acerrimus, sacrarum scripturarum expositor suavissimus, litterarum etiam secularium doctissimus, et in metris facillimus, sicut et eius opera testantur; qui cum eodem Gundobado frequenter de fide altercans et dialogos im presenti conficiens et epistolis absenti respondens, plura et clara ingenii sui et virtutis opera reliquit, qui, ipso Gundobado in sua perfidia perdito, successorem eius, Sigismundum regem, ad fidem catholicam convertit. In cuius conversione recitavit homeliam in populo sensuum suavitate plenissimam et verborum compositione dulcissimam. Quid iste venerandus et sanctus vir sepedicto Gundobado de supradictis certaminibus responderit, audiat, si placet, benignitas vestra. Cum de his inter utrumque sermo esset, et beatus Avitus talia certamina reprehenderet, respondit ei Gundobadus[1]: 'Quid est quod inter regna et gentes vel etiam inter personas sepe singulos dirimendae preliis causae divino iudicio committuntur, et ei maxime parti cui iustitia competit, victoria succedit?' Ad quod beatus Avitus intulit dicens: *'Si divinum inquam iudicium regna et gentes expeterent, [*f. 78.] illud prius quod scribitur formidarent, dicente psalmysta: 'Dissipa gentes quę bella [Ps. 67, 31.] volunt', et illud deligerent quod perinde dicitur: 'Mihi vindictam, ego retribuam, dicit [Rom. 12, 19.]

---

a) Non est lex sed nex *in marg.* b) et *P.*

1) *Hunc Aviti dialogum laudat Agobardus etiam in libris de picturis c. 9 et contra iudicium Dei c. 6 (ed. Baluz. I, 235. 306), cf. Alc. Aviti opp. ed. Peiper p. 2, XXV.*

822 Dominus'. An forte sine telis et gladiis causarum motus aequitas superna non iudicat, cum sepe, ut cernimus, pars aut iuste tenens aut iusta deposcens laboret im preliis, et prevaleat inique partis vel superior fortitudo vel furtiva supreptio?'

(c. 14) Non autem ita sic dixerim, quasi non eventus belli varios superni nutu sententia moveretur. Sed contingit[a] nonnumquam, ut cum ad conflictum sub invocatione divini iudicii convenitur, negotii de quo agitur sorte dilatata im partem victam, illa magis peccata quę non recolit vindicentur, et pereat ei presentis causae meritum pro debito peccatorum. Quid cum armatum latronem simplex viator incurrit, et sine ullius declaratione iudicii aut cedens nudatur, aut punitur resistens, donec et predo ipse in alio conflictu, in quo bonam sibi causam iudicari optat, pro ista magis iudicatus intereat? Quid iam de illa singularium certaminum ambiguitate dicamus, quam fre-
*f. 78'. quenter inter gentes *quietas furor personalis exequitur, cum super quacumque repetitione bellantes ambo nonnunquam animas iuste ponunt, quibus humanis atque preciosis vilissima lucra preponunt, et Dei iudicium iracundia invocat, dum im patientia non expectat? Hic autem interrogo, utrum causa utrique mala fuerit, pro qua bellator uterque occumbit? Atque utinam placeret omnipotenti Deo, ut sub uno piissimo rege una omnes regerentur lege, ea ipsa ad quam et ipse vivit et proximi eius respondent. Valeret profecto multum ad concordiam civitatis Dei, et aequitatem populorum[b]. Sed quia hoc grande est, et forsitan homini impossibile, saltem una haec, de qua sermo est, non solum ut inutilis, sed etiam ut noxia, de medio auferretur.

4.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Adalardum, Helisacharum abbates, Walam comitem in palatio versantes consulit, num mancipiis Iudaeorum baptismum denegare liceat. *822.*

Cod. P fol. 65—66'.

Edd. Masson p. 94—97, Baluzius I, 98—102, Migne CIV, 99—106.

REVERENTISSIMIS AC BEATISSIMIS DOMNIS ET DOMNIS ET PATRIBUS SANCTIS ADALARDO[1] WALĘ[2] ET HELISACHARO[3].

*f. 65. Nuper cum a palatio[4] tempus redeundi nobis *iam fuisset indultum, suavissima dilectio vestra sedit et audivit me, musitantem potius quam loquentem contra eos, qui quęrelas Iudęorum[5] astruebant. Cumque audita fuissent a vobis et modificata quę dicebantur altrinsecus, surrexistis, et ego post vos. Vos ingressi estis in conspectu principis, ego steti ante ostium; post paululum fecistis, ut ingrederer, sed nihil audivi, nisi absolutionem discedendi. Quid tamen vos dixeritis clementissimo principi prefata de causa, qualiterque acceperit, quidve responderit, non audivi. Ad vos postea non accessi, prepediente pudore ignavo, et molestia fatigante me, quę mihi utique accessit non tam ex involutione rerum, quam ex ignobilitate mentis.

Quamobrem recessi turbatus, arripui iter incertus, perveni domum confusus, resedi afflictus. Causas vero huius afflictionis scriberem, sed timeo mansuetudini vestrae laborem ingerere. Portitor tamen harum litterarum potest vobis edicere, si

---

a) contigit *P.* b) pupol. *corr. in* populorum *P.*

1) *Corbeiensi abbati, Caroli Magno consobrino, qui anno 821. ex exilio redux, anno 826. die 2. Ian. m. obiit.* 2) *Adalhardi fratri, tunc comiti.* 3) *abbati S. Richarii et S. Albini Andegav.* 4) *Ludowici imperatoris, tempore conventus Attiniacensis Augusto mense a. 822. habiti.* 5) *De tempore quo haec ceteraeque Agobardi epistolae contra Iudaeos scriptae sint, cf. quae Simson disseruit, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. I, 393—396.*

patitur longanimitas vestra. Aliqua sane, quę silenda non puto, propter quae mihi et 822 ad fidissimam paternitatem vestram dirigo, innotesco prudentiae vestrae. Primum, quod summopere mihi necesse est scire[a], et, ut existimo, etiam omnibus, ut dare digne*mini consilium, quod divino congruat operi, quid faciendum sit de mancipiis Iudęorum (*f. 65'.) ethnicis, quę illi comparaverunt, et nutriti apud illos inter nos discunt linguam nostram. Audiunt de fide, vident cęlębrationes sollempnitatum, et per haec compunguntur ad amorem christianitatis et desiderant fieri in corpore ecclesiae membra Christi; et confugiunt ad ecclesiam, baptismum postulantes: utrum videlicet debeamus illis hoc abnegare, an prebere, ubi possumus.

De qua re ego quidem talem teneo rationem: omnem profecto hominem creaturam Dei esse, et in unoquoque homine, quamvis servo, maiorem portionem habere dominum Deum, qui in utero creavit, ad lucem huius vitę produxit, concessam vitam custodivit, sanitatem servavit, quam illum qui viginti aut triginta solidis[b] datis fruitur corporis eius servitio. Nec est qui dubitet, quod unusquisque servus, membrorum corporis opera carnali domino debens, mentis religionem soli debeat creatori. Propter quod omnes sancti predicatores[c], socii apostolorum, docentes[d] omnes gentes et baptizantes, non expectaverunt dominorum carnalium licentiam, ut servos baptizarent, quasi non eos oporteret baptizari, nisi eis permittentibus, sed scientes *et predicantes, (*f. 66.) quod servi et domini unum habeant dominum Deum in caelis, omnes baptizaverunt, (Col. 4, 1.) omnes in uno corpore redigerunt, omnesque fratres et filios Dei esse docuerunt, ita (1. Cor. 7, 20. 24.) tamen ut unusquisque in quo vocatus est, in hoc permaneret, non studio, sed necessitate. Sed et si qui possent liberi fieri, magis uterentur. Im promptu est etiam ratione (ib. 21.) colligere, si qui ethnicorum ad Christum fugiunt, et non recolligimus, sed repudiamus propter carnales dominos, esse impium et crudele, cum humanę animae nullus esse possit dominus, nisi conditor. Sed et illud putamus esse considerandum, quia, si religiosus imperator adversus gentes, quę a Christi nomine alienę sunt, arma movet, et victor effectus subicit eos Christo et sociat religioni, opus est pietatis et laude dignum: quomodo neglegendum est, si inter subiectos tales existant, qui desiderent baptismum? Neque hoc dicimus, ut Iudęi perdant pretia, quę in talibus dederunt, sed quia offerimus pretia secundum statuta priorum, et illi non recipiunt, putantes sibi favere magistratus palatii, et melius illis cupere quam cęteris qui supradicta asserunt.

Haec sunt de quibus precamur vestrum consilium aut iussionem per vos domni imperatoris. Quod utique necesse non esset, si ille, qui magister est Iudęorum[1], ita adtenderet, ut vos ei faciendum dixistis. Nam si secundum vestram iussionem ille consideraret fideliter *ministerium nostrum, sicut nos ei honorem exhibere volumus in (*f. 66'.) ministerio suo, nulla esset necessitas iniuriam facere interrogando, nisi propter augmentum doctrinae. Cęterum de causis Iudęorum non esset[e] ulla contentio aut discordia, si ille rationabiliter agere voluisset. Nunc autem facite nobiscum secundum caritatem, quam diffudit Spiritus sanctus in cordibus vestris, et adhibete consolationem servo vestro, quia sub magno timore diversis anxietatibus torqueor.

Si enim petentibus baptismum Iudęis aut servis eorum negamus, timeo damnationem divinam; si damus, timeo offensionem humanam et tam infestas lesiones domus nostrae. De quibus lesionibus et discordiis, quia in his litterulis scribere indignum[f] duxi, parvum breviculum pietati vestrae direxi, per quem cognoscere valeatis

a) scire — etiam *in loco raso.* b) solidos *P.* c) p *superscr. est super* pre *P.* d) dicentes *corr. in* docentes *P.* e) est *P.* f) in *superscr. est.*

1) *Evrardus infra vocatur.*

823—824 quę sint. Neque dignetur felix mansuetudo vestra mihi irasci, quia importunus vobis existo talia flagitando, sed considerate, quia causa est ecclesiae, ratio fidei et opus divinum. Insuper et mihi omnis fiducia in vestra sanctitate, et idcirco assumite sanctum laborem propter aeternam retributionem, et adiuvate ecclesiam nostram[a], opem ferendo et instruendo, quoniam debitores estis propter multitudinem fiduciae quam habet in vobis.

5.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus cuidam amico de obtrectationibus contra eum prolatis interroganti de rebus Attiniaci et Compendii publice tractatis refert ac de dispensatione ecclesiasticarum rerum ex scripturarum et canonum auctoritate copiose disserit.

823—824.

Cod. P fol. 151—164'[a].

Edd. Masson p. 256—286, Baluzius I, 268—300, Migne CIV, 227—250.

*f. 151. (c. 1) *Significavit mihi fidelis ac veneranda dilectio tua, quod clari et honorati viri per Septimaniam et Provintiam consistentes de me incessanter obtrectando loquantur; quamquam nec ceteris parcant, dicentes movisse nos, ac precipue me, inauditam contentionem atque discordiam pro ecclesiasticis rebus; idque inter eos non solum detrahendo, sed et comminando et versutiarum insidias machinando omnibus modis ac sine intermissione agitari. Ais etiam, nullam eos satisfactionem vel excusa-
*f. 151'. tionem velle recipere, sed si qua illis rationabiliter *satisfaciendi gratia a quolibet opposita fuerint, sera hęc et nuper adinventa calumniari.

Cuius rei quoniam vult fraternitas tua puram cognoscere veritatem, qualiter videlicet motum asseveratumque fuerit, maxime de me, quantum vel qualiter in tali disputatione interfuerim, audierim, vel suggesserim, scribo hęc tibi veraciter, prout valeam. Ac[b] primum ipse scire potes, me numquam inter maiores nostros et meliores nobis tanti loci vel honoris fuisse, ut aut incentor discordię aut pacis conciliator ęsse potuerim. Quippe qui, ut insuetus et timidus, inter tales ac tantos viros raro loqui valeam. Tamen in quantum recordari queo, de quibus inquiris, ut ipse novi, faciam et te similiter nosse.

(c. 2) In illis diebus, quando sacer et religiosus domnus noster imperator
822 evocato conventu in Attiniaco agebat[1], strenue providens de omnibus utilitatibus commissorum sibi populorum, pervenit ad sublimiorem inquisitionem pernecessarii consilii; cupiens scilicet invenire, qualiter congruentissime profectum doctrinę et abolitionem[c] neglegentiarum[d] sacerdotibus et cunctis honoratis suis commendare potuisset: quod utique laudabiliter inspirante Dei gratia quęsivit, ęleganter invenit, fideliter ore suo annuntiavit. Quę cuncta nunc replicare nimis prolixum est, quia et tunc distinctis capitulis[2] comprehensa[e] sunt et omnibus nota esse debent.

(c. 3) Hanc igitur rem cum miris tunc laudibus adhuc inchoatam magistri nostri efferrent, et precipue venerandus senex Adalardus[3], qui etiam dicebat se numquam sublimius vel gloriosius causam profectus publici moveri et cogitari vidisse a tempore regis Pippini[4] usque ad diem illum; tantum ne respondentium et oboedientium negle-

---

a) nostram *bis scriptum est.*

5. a) *In marg. antecedit manu poster.:* Finit de picturis Agobardus episcopus. b) Nota *in marg.* c) obolit. *P.* d) neglegentiorem *P.* e) n *in* comprehensa *superscr. est.*

1) *A. 822. mense Augusto, cf. Simson, Ludw. der Fr. I, 178 sqq.* 2) *Cf. Capitula ab episcopis Attiniaci data (Capitul. reg. Francor. ed. Boretius I, 357).* 3) *Corbeiensis abbas, cf. p. 164 n. 1.* 4) *a. 751—768.*

gentia humiliaretur; addidit ipse et ceteri primores, dicentes omni concilio, quicquid[a] 823—824 utile potuerit reperire sagacitas vestra ad cavenda peccata, ad vitanda pericula, ad erigendam religionem, ad inlustrandam *doctrinam, ad corroborandam fidem, ad ex- *f. 152. colendum studium sanctitatis, confidenter edicite, et ad explenda pariturum Deo domnum imperatorem minime dubitetis. Qui, quoniam, ut scripturę sacrę docent, peccata contrahunt infelicitates, perturbationes, clades et sterilitates im populos, tota sollicitudine curat, ut bona quidem statuendo, mala vero destruendo optineat una vobiscum apud Dominum, ut, remotis adversis casibus, regnum sibi commissum prospere Deo favente valeat gubernare.

(c. 4) Haec et his similia cum primores[b] nostri iocundissime loquerentur, ego, ut scilicet humillimus omnium et extremus, coepi quodammodo pedetemptim[c], utpote magnis viris[d], ita suggerere: 'Ecce omnipotens Deus preparavit animos domni imperatoris, ut sollicite velit agnoscere temporis vires consonas vel dissonas equitati. Expedit vero, ut ea quę dissona sunt, si possibilitas suppetit, emendentur. In quantum autem possibilitas non suffragatur, cum timore Dei tolerentur, quatinus dum inlicitum quippiam ex necessitate agitur, quod declinari[e] non potest, timor saltim faciat excusabilem, quem exsecutio non constituit absolutum. Necesse est ergo, ut vestra industria magnanimitati eius suggerat pericula de rebus ecclesiasticis, quas[f] contra vetitum et contra canones[g] tractant et in usus proprios expendunt homines laici. Postquam enim diffusa est ęcclesia Dei toto orbe terrarum et cepit exaltari ac magnificari per omnes regiones et nationes, ceperuntque templa erigi a fidelibus imperatoribus ac regibus atque episcopis[h] vel ceteris potentibus, ditarique rebus et thesauris ornari, fuit etiam consequens, ut principum providentia leges promulgarentur, et episcoporum sollicitudine canones statuerentur de rebus sanctificatis, id est sacris locis deputatis, qualiter tuerentur ab improbis, tuerentur a gubernatoribus vel expenderentur.

Convenerunt episcopi, viri sancti, quibus tunc habundabat ecclesia, statuerunt inlibatos conservari debere sacros canones, qui firmati sunt spiritu Dei, consensu totius mundi, oboedientia principum, conso*nantia scripturarum. Ex quo tempore acceptum *f. 152'. et receptum est non aliud esse agere cuiquam adversus canones quam adversus Deum, et adversus eius universalem ęcclesiam, neque sensum est umquam a quibusque fidelibus, ut talia statuta absque periculo religionis violarentur. Quod ergo Deo auctore statutum est nova necessitas, quę tunc temporis non accidit, excusabilem facere non potest violatorem, quia omnipotenti Deo omnia tempora omniaque volumina seculorum presentia sunt et stantia sunt; neque aliquid preteriti potest recordari nec futurum aliquid expectare. Quam ob rem iste, quas nunc homines pretendunt, necessitates, et quarum causa se impune putant res sacras in usus communes vertere, licet tunc hominibus futurae essent, Deo tamen presentes erant: quodque spiritu suo statuit ęcclesia tenendum cunctis diebus usque in finem seculi voluit custodiri. Sed quoniam quod de sacris rebus in laicales usus inlicite translatis dicimus, non fecit iste domnus imperator, sed precessores eius et propterea isti impossibile est omnia emendare quę antecedentes male usurpata dimiserunt. Saltim admonentibus vobis recogitare dignetur periculum, quod licet vitare nequeat, tamen dum pensat, timet ac dolet, apud misericordem Dominum fiat per haec excusabilis. Et vos communicate pondus periculi, sublevateque portantem, in quantum fieri potest, ut dum vos illi communicantes im periculis, et ille vobis compatiens extiterit in tristibus, ac defensor in persecutionibus[i], dumque unum sapitis, tantumque periculum communiter toleratis, avertatur ab illo,

---

a) quiquit *P.* b) priores *P.* c) pedetempti *P.* d) s *alia man. superscr.* e) declinare *P.* f) quos *P.* g) canonum *P.* h) *superscr.* i) perturbationibus *superscr.* persuasi- *P,* persecutionibus *coni. F. Marcks p. 21.*

823—824 necnon et a vobis huiuscemodi prevaricationis vindicta'. Cum haec igitur a me dicerentur, responderunt pie reverentissimi viri Adalardus et Helisacar[1] abbates. Utrum vero audita retulerint domno imperatori, nescio.

823 (c. 5) Sequenti autem anno cum adessent iussi in Compendio palatio[2], et de his inter eos sermo haberetur, ad hunc modum post multa colloquia, in quantum ego *f. 153. intellexi, ratiocinia *sunt perducta: ut primum quidem intellectibus omnium inculcarentur delicta de rebus sacris inlicite usis. Post vero cum Dei timore in illis quas habent laici cautiores effecti, etiam in his quę remanserunt ęcclesiis fideliores atque clementiores existerent, ita ut et suis adhiberent pietatem, ut et ecclesiis defensionem, fieretque compatienti concordia remediabilis ac veniabilis offensio, quę quomitante pietate de indulgentia quoque esset secura.

(c. 6) Hanc rem cum domnus imperator audiret atque perpenderet, volens eam deducere ad tranquillitatem pacis, quę ad modicum turbata fuerat, quantum in se fuit, fecit uniri episcopos et comites in consensum et pacem. Ex hoc itaque putavi ego, quod eodem modo, quo domnus imperator pensavit atque intellexit rationem, sopirique fecit dissensionem, omnes etiam comites vel honorati eius intellexissent atque voluissent. Sed e contrario, ut audio, isti, de quibus nobis sermo est, incoatam discordiam magnificant, et de concordia in conspectu domni imperatoris nihil se audisse vel intellexisse dicunt. Verum quia in his neminem illorum aut mitigare possumus aut exasperare volumus, dimittamus causam Deo, qui omnia dispensat, et ei cui commissa sunt ad regendum, ut faciat quod Deo inspirante eventus rerum tulerit. Et quod ad nos non pertinet omittentes, transeamus ad ea, quę ad omnes fideles, qualiter credenda vel intellegenda sint, pertinent[a]: ac iuxta quod exiguitas sensus nostri attingit, ex auctoritate scripturarum vel canonum nostris oculis consideranda proponamus, ut petisti.

(c. 7) Licet indignum ducatur nos melioribus insinuare, quid[b] sentiendum sit de dispensatione ecclesiasticarum[c] rerum neque a talibus, quales nos sumus, id potentes *f. 153'. seculi inquirendum putent, tamen quia inter tales conver*samur, ut velimus nolimus, crebro de hoc audiamus et loquamur, recte ut puto tibi, frater karissime, visum est, ut de sacris libris et canonibus auctoritatem sumentes, pariterque exempla sanctorum ad medium deducentes, humanos errores, qui sumopere vitandi sunt, caveamus, et veritatem Dei, a qua qui recesserit in tenebris maneat necesse est, teneamus. Sane cum nos ad hanc roborandam de testamento veteri plura sumpserimus, erunt fortasse qui dicant aliarum rerum figuras esse nec[d] per hęc contentionem posse finiri. Huiusmodi ergo homines, si qui erunt, videtur mihi, ut interrogare studeas, unde patres doceant non posse quemquam ad sacerdotium promoveri, si viduam vel repudiatam sive meretricem et, ut compendiosius dicam, non virginem in coniugium sumpserit, 1. Tim. 3, 12. etiamsi secundum apostolum unius uxoris vir esse doceatur[e]. Cumque hoc in novo non potuerint demonstrare, fateantur necesse est decreto veteri contineri, neque hoc solum, sed et multa forsan huiusmodi. Tum consequens erit, arbitror, ut et istas ratio[ci]nationes[f] in veteri testamento inchoatas ex ipso etiam firmitatem obtinere posse et debere concedant, presertim[g] cum et litteris evangelicis atque apostolicis confirmetur, quod, ubicumque lex moralitem docet, ita ut dicitur intellegenda sit ac tenenda. Videtur mihi preterea, ut, quoniam omnia testimonia, quę ad presentis

---

a) pertinet *P.* b) quod *P.* c) ecclesiarum *corr. in* ecclesiasticarum *P.* d) ne *P.*
e) doceantur *P.* f) rationationes *P.* g) Presertim *P maiore litera scriptum.*

1) *Cf. supra p. 164 n. 3.* 2) *Novembri mense a. 823, cf. Ann. regni Francor. ed. Kurze p. 161. 162.*

questionis absolutionem inde sumuntur ex omni omnino parte non conveniunt eis rebus, 823—824
quibus defendendis aptantur, tam breviter a nobis perstringantur[a], ut piis quidem sufficientia videantur, illis vero, qui questionibus magis quam ędificationi inservire parati sunt, laboriosam loquacitatem proprio libitu reservent.

(c. 7) *Notum est cunctis scripturas legentibus, ab initio humani generis sacer- *f. 154.
dotes fuisse, et altaria, victimas et sacrificia, nec solum haec Deo oblata, sed et decimas, votas[b] et sacerdotibus redditas; ipsis denuo sacerdotibus primitias diligenter datas, ceterisque ministris ab omni populo cunctarum rerum decimas tributas, qui etiam ex ipsis acceptis decimis decimas persolverent sacerdotibus. Illud quoque manifestum est, quod preter eas, quas ministris, id est levitis, populus exsolvebat, iussi sunt[c] a
Domino alias rerum suarum in tercio anno decimas sumere, et non in quibuscumque Deut. 26, 12.
locis, sed in sacris, id est iuxta altare Domini, cum viduis, pupillis, orfanis et levitis
commedere. Iussit etiam Dominus, ut sacerdotibus et levitis darentur ab omnibus Num. 35, 6. 7.
filiis Israel urbes ad habitandum. Et date sunt XL duę et VI confugii, id est simul
XL et VIII civitates, pariterque in circuitu uniuscuiusque civitatis spatium cubitorum ib. 3. 4.
duorum milium ad pastum pecorum. Permansitque hoc inconvulsum omni tempore iudicum et regum, ita ut nec impius Achaz, nec sceleratus Manases, nec filius eius
Ammon, temerare ausi sint. Sed postquam separatus est Israel a domo David per 3. Reg. 14, 16.
Ieroboam, qui peccare fecit Israel, tunc primum eiecti sunt sacerdotes Domini, sicut
ipsi Ieroboam improperatur per Abiam regem Iuda. 2. Par. 13, 9.

(c. 8) Post[d] mortem Moysi tulit Iosuę omnem multitudinem filiorum Israel et Ios. 4, 19.
venit in Galgala. Cumque circumdedissent urbem Hierico, dixit Iosuę ad omnem ib. 6, 16. 17.
Israel: 'Tradidit vobis Dominus civitatem, sitque civitas haec anathema et omnia quę
in ea sunt Domino'. Et post pauca: 'Cavete ne de his quę precepta sunt, contingatis ib. 18. 19.
et sitis prevaricationis rei, et omnia castra Israel sub peccato sint atque turbentur; quicquid autem auri et argenti fuerit et vasorum aeneorum ac ferri Domino consecretur,
repositum in thesauris eius'. *Et iterum: 'Urbem et omnia, quę in ea inventa sunt, *f. 154'.
succenderunt[e] absque argento et auro et vasis aeneis ac ferro, quę in aerarium ib. 24. ib. 7, 1.
Domini consecrarunt'. Mirumque in modum, cum unus homo hoc prevaricatus fuisset, omnes dicuntur prevaricati esse et usurpasse de anathemate, Dominusque iratus fertur contra filios Israel.

(c. 10) Pręceptum[f] est a Domino per Moysen, 'ut animal, quod immolari potest Lev. 27, 9. 10.
Domino, si quis voverit, sanctum sit et mutari non possit, [id est][g] nec melius malo, nec peius bono; quod si mutatum fuerit, et ipsum, ait, quod mutatum est, consecratum
erit Domino'. Itemque de domibus et agris dicitur: 'Homo si voverit domum suam ib. 14. 15.
et sanctificaverit Domino, considerabit eam sacerdos et iuxta preceptum, quod ab eo fuerit constitutum, venundabitur. Sin autem ille qui voverat, voluerit eam redimere, dabit quintam partem aestimationis supra'. Similiter quoque iubetur et de agro: quem
si his qui vovit, noluit 'redimere, sed alteri fuerit venundatus, ultra eum qui voverat, ib. 20, 21.
redimere non poterit, quia cum iubelei venerit dies, sanctificatus erit Domino, et
possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotum'. Et post pauca: 'Omne quod Domino ib. 28.
consecratur, sive homo erit, sive animal, sive ager, non venundabitur nec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino'. Si omnipotens Deus consecrari sibi homines, animalia vel agros aut domos nollet, numquam hoc vel in veteri preciperet vel in novo fieri permitteret testamento.

(c. 11) Quanta autem reverentia consecrata Domino debeant custodiri[g], ex multis scripturę locis potest colligi, ex innumerabilibus ultionibus divinę defensionis, quę[h] ab

a) perstringant *P.* b) vota *P; corr. Bal.* c) iussit *P; corr. Bal.* d) P *maiore littera scriptum est.* e) succendentur *P.* f) *in marg. additur prima manu* IIII. g) custodire *P.* h) *om. P.*

823—824 universo mundo umquam scribi potuerunt, sicut magnopere atque evidenter in verbis dominicis per prophetas denuntiatis[a] prudens lector valet intelligi; quale est illud, *f. 155. quod per Hieremiam, sicuti mos est *per similitudinem eorum quę magis nota sunt Ier. 2, 3. occulta significari, proverbialiter dicitur: ‘Sanctus Israel Domino, primitiae frugum eius; omnes qui devorant eum delinquunt[b], mala veniant super eos, dicit Dominus’. Quorum verborum, ut beatus Hieronimus ait[1], hic sensus est: ‘Quomodo qui primitias devorant, nequaquam de genere sacerdotali, sceleris rei sunt, sic qui contaminant Israel, malis subicientur’. Malachias quoque sub exortatione decimarum retributionem et vindictam diligentibus pariter ac neglegentibus ex verbis Domini proponens quasi[c] interrogantibus Mal. 3, 8–10. Deum et dicentibus: ‘In quo configimus[d] te?’, respondit dicens: ‘In decimis et primitiis[e]. In penuria vos maledicti estis et me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum, et sit cybus in domo mea, et probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cateractas caeli, et effudero vobis benedictionem usque ad 2. Esd. 10, 32. 33. habundantiam’. Et cetera his similia in libro leguntur Ezrę. Ait enim: ‘Statuimus super nos precepta, ut demus tertiam partem sicli per annum ad opus [domus][f] Dei ib. 34–39. nostri, ad[g] panes propositionis et ad sacrificium sempiternum’. Et iterum: ‘Sortes misimus super oblatione lignorum inter sacerdotes et levitas et populum, ut inferantur[h] in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora a temporibus anni usque ad annum, ut arderent super altare domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi; et ut afferremus[i] primogenita terrę nostrae, et primitiva universi fructus, omnis ligni ab anno in[k] annum in domum Domini, et primitiva filiorum nostrorum et pecorum nostrorum, sicut scriptum est in lege; et primitiva boum nostrorum, et ovium nostrarum, ut offerantur in domo Dei[l] nostri sacerdotibus, qui ministrant in domo Dei nostri et primitiva cyborum nostrorum et libaminum et poma omnis ligni, vindemię quoque et olei afferamus sacerdotibus ad gazofilacium Dei nostri, et decimam partem *f. 155'. terrae nostrae levitis. Ipsi levitae decimas accipient *ex omnibus civitatibus operum nostrorum. Erit[m] autem sacerdos filius Aaron cum levitis et decimis levitarum et levitae offerent decimam partem decimę suae in domo Dei nostri ad gazofilacium in domo thesauri. Ad gazofilatium enim deportabunt filii Israel et filii Levi primitias frumenti, vini et olei et ibi erunt vasa sanctificata et sacerdotes et cantores et ianitores et ministri et non dimittemus domum Dei nostri’. In quibus verbis evidenter apparet, quanta illius populi cura et diligentia esset erga domum Dei et cuncti generis sacrificia vel donaria, qui non solum decimas ac primitias, sed etiam tertiam partem sicli omni studio religionis ferventes curabant exsolvere, adimplentes procul dubio Deut. 23, 21. pręceptum legis quę dicit: ‘Cum voveris votum domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illum dominus Deus tuus et si moratus fueris, reputabit tibi im peccatum’.

(c. 12) Quę verba idcirco hic ponenda putavi, ut religiose fidelis quisque consideret, quia, si illi qui vovet et tarde reddit, tarditas ipsa im peccatum reputabitur, multo utique maioris criminis reus est, qui nec tarde quod vovit exsolvit. Si vero Eccl. 5, 3. his, qui propria vota non reddit[n], infidelis esse convincitur iuxta Ecclesiasten, qui dicit displicere Deo infidelem et stultam promissionem, et omnino melius esse non vovere quam post votum promissa non reddere: quanto maioris impietatis reus est, qui ea quae[o] alii voverunt ac reddiderunt, usurpat, invadit, diripit et diripienda concedit; per-

---

a) denuntiatas *corr. in* -tis *P.* b) delingunt *P.* c) quas *P.* d) confug. *corr. in* config. *P.* e) primitivis *P.* f) *om. P.* g) et *P.* h) inferentur *P.* i) auferemus *P.* k) ad *corr.* in *P.* l) deo *corr. in* dei *P.* m) Nota *in marg.* n) reddat *corr.* -dit *P.* o) qui *P.*

1) *Comment. in Ierem. (opp. ed. Vallarsius IV, 844).*

verseque iudicando vel fallaciter testificando atque impię periurando a domo Dei alie- [823—824] nare festinat, ubi ab aliis vota et reddita ac delegata sunt?

(c. 13) Legimus in libris Regum, quod non modo laudabiles, verum etiam [3. Reg. 7, 51.] reprehensibiles reges ea, quę patres illorum voverant nec reddiderant, ipsi intulerint [2. Par. 15, 18.] in domum Domini et in thesauros eius. Si ergo laudatur pietas filiorum paterna vota red*dentium, e contrario omni est exsecratione dignissimum, si patris votum filius [*f. 156.] subtrahat, quodquę ille[a] contulit hic auferre non metuat. Legitur[b] in volumine [Ier. 34, 8—11.] Hieremię prophetę, quod tempore illo principes et universus populus inierunt pactum, ut dimitteret unusquisque servum suum, Hebreum videlicet et Hebream — qui tamen in sequentibus amici et proximi ac fratres dicuntur — et ultra eis non dominarentur conversique deinceps retraxerint servos et ancillas suas, quos dimiserant liberos, et subiugaverint in famulos ac famulas. Quam ob causam graviter adversum Dei ira succensa tali illos percutit comminationum procella: 'Vos, inquiens, reversi estis et [ib. 17.] commaculastis nomen meum, et reduxistis unusquisque servum suum et ancillam, quos dimiseratis, ut essent liberi, et subiugastis eos. Propterea haec dicit Dominus: vos non audistis me, ut predicaretis libertatem unusquisque fratri et amico suo. Ecce ego predico libertatem, ait Dominus, ad gladium et pestem et famem et dabo vos in commotionem cunctis regnis terrae'. Et post pauca infert: 'Et erit morticinium eorum [ib. 20.] in escam volatilibus caeli et bestiis terrę'.

(c. 14) Itaque si illi, qui servos Hebreos dimissos iuxta legem liberos iterum in servitium retraxerunt, et suos utique non alienos, nomen Domini commaculasse dicuntur et ob hoc gravissima ultione plectuntur, fideliter religiosus quisque consideret, quanto inremediabiliori furore digni sunt, qui non solum proprios olim servos a se vel a parentibus suis libertate donatos in servitium revocant, verum etiam ab aliis libertos factos et a liberatoribus suis patrocinii et defensionis causa ecclesiae delegatos contra fas multipliciter affligunt, omnique servitute deprimunt, nulla ecclesię vel sacerdotibus relicta potestate, qui eos patronorum vice tueri debuerant. Vehementer prorsus nomen Domini a talibus *commaculatur, domusque eius, quę est ecclesia, [*f. 156'.] violenter predatur, et mater fidelium exhonoratur, cuius iniuria procul dubio et Dei est. Et[c] de hac quidem sententia absque aliorum lesione forsan loqui non possumus. Si cui tamen libeat considerare, patenter valet inspicere, quanto haec tempora sint peiora, quam fuerunt antea, etiam illa quę sub infidelibus transierunt. Illi namque diis suis, qui non erant dii, sed opera manuum eorum, honorem exhibebant nec eorum sacra ausi erant violare. Nunc autem hi quibus dictum est: 'Honora Do- [Prov. 3, 9.] minum de tua substantia' versa vice exhonorant Dominum de sua, cum non solum ecclesiasticę familię abutuntur servitiis, sed et libertos eius miserabili deprimunt servitute.

(c. 15) Porro quod ignorantes Deum verum falsosque colentes, diligentius deferant[d] sacris ac[e] sacerdotibus suis, quam nunc plerique, in sacra historia manifestissime demonstratur, quę narrat beatum Ioseph totam terram Aegypti subiecisse Pharaoni [Gen. 47, 20. 22.] preter terram sacerdotum, quę a rege eis tradita fuerat, quibus et statuta cybaria ex horreis publicis prebebantur, et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Qua in re pensandum est, quanta diligentia sacerdotes suos venerarentur, quibus non solum donaria sacra ministrabant, sed et communes cybos tam sollicite prebebant, ut nec comparare eos paterentur. At nunc in quibusdam locis nullus ordo hominum, sive sint liberi seu servi, de habitatione sua tam infidus est ut sacerdotes, utpote qui nullo modo securi esse possint, nec scire quot[f] diebus ecclesiam vel habitaculum suum

---

a) illud *P.* b) VI *add. in marg.* c) VII *add. in marg.* d) deferrent *P.* e) a *P.* f) quod *P.*

823—824 eis habere sit licitum. Certe cum populus Iudaicus in templo Domini preter res sacras etiam communes ageret, atque in sacratis atriis venalia diversa collocaret, quamquam et ipsum licite sacrorum causa fieri putaretur, ut oblaturi sacrificia, nec de suo
*f. 157. habentes facile comparanda invenirent, *tamen Dominus, ut domus suae et patris curam
Ioh. 2, 15. se habere monstraret, quod nullo alio in loco fecisse legitur, flagellis talia agentes ęliminat[a] de templo. Penset igitur cui placet ex facto et verbis Domini, si in eius domo aliud aliquid vendere non licet, quanto magis ipsam domum facere nefas est[b]
Gen. 47, 22. venalem. Sacerdotes Aegyptiorum tempore famis ita aluntur stipe publica, ut possessiones suas vendere non compellantur. Nunc non solum possessiones ecclesiasticę, sed ipsę etiam ecclesiae cum possessionibus venundantur. Nec de illis quam maxime audemus dicere, quorum proavi aut abavi construxerunt ecclesias ac ditaverunt et testamentis scriptis atque firmatis nullos[c] se habituros heredes nisi ecclesiam et rectores eius denuntiaverunt. Et nunc ipsi contra pietatem maiorum, si parietes sibi vindicare potuerint, non tantum ea quę a constructoribus conlata sunt, sed et multa quę plerique fidelium pro sepulturis aut qualibet devotione alia ibidem sacraverunt, cum ipsis ecclesiis vendere licitum putant nullo prohibente.

(c. 16) Verum[d] quia ex domo Domini, quę fuit in Hierusalem, occasio nobis sumpta videtur, ut ista de ecclesiis diceremus, ne forte aliquis putet ea, quę de illa referuntur, non pertinere ad domos basilicarum, intellegat, cui talis subrepserit cogitatio, ea causa fieri ecclesias, qua et ipsa domus facta est, ad laudandum videlicet Deum, ad deprecandum, ad sacrificandum, sicut ipsę Salomon, ędificator et dedicator eius-
2. Par. 6, 18—21. dem templi, in oratione consecrationis suę ait Domino: 'Si cęlum et cęli cęlorum non te capiunt, quanto magis domus ista quam ędificavi? Sed ad hoc tantum facta est, ut respicias orationem servi tui, et obsecrationem eius, domine Deus meus, ut aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus. Exaudi preces famuli tui et
*f. 157'. populi tui Israhel, qui*cumque oraverit te, in loco isto'. Quapropter omni fide omnique ratione quicquid in illa a cultoribus vel contemptoribus licitum sive inlicitum gestum est, et quicquid de illa tam ad diligentiam extruentium, quam ad neglegentiam cessantium seu ad malitiam destruentium pertinens memoratur, ędificatarum basilicarum exempla, auctoritates et cultus esse tenendum est. Consequens ergo erit, ut religiose perpendamus, qualiter Dominus erga restaurationem eiusdem templi et neglegentes damnet et devotos remuneret, ex verbis quę per Aggeum prophetam loquitur dicens:
Agg. 1, 2. ib. 4—11. 'Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ędificandę? Numquid tempus vobis est, ut habitetis in domibus laqueatis, et domus ista deserta? Et nunc hęc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum et intulistis parum; comedistis et non estis satiati; bibistis et non estis inhebriati; operuistis vos et non estis calefacti; et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum. Hęc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super[e] vias vestras, ascendite in montem, portate lignum, et ędificate domum et acceptabilis mihi erit et glorificabor, dicit Dominus. Respexistis ad amplius et ecce factum est minus: et intulistis in domum et exsufflavi illud; quam ob causam dicit Dominus exercituum, quia domus mea deserta est et vos festinastis unusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cęli, ne darent rorem et terra prohibita est, ne daret germen suum; et vocavi siccitatem super terram et super montes et super triticum et super vinum et super oleum et quęcumque profert humus, et super homines et super
ib. 2, 19. 20. iumenta et super omnem laborem manuum'. Et post aliqua: 'Ponite corda vestra ex dię ista et in futurum a die vicesima et quarta noni mensis, a die, qua fundamenta

a) ęlimat in *superscr. P.* b) quanto magis *add. et del. P.* c) nullo *P.* d) VIII *add. in marg.*, V *maiore littera scriptum est.* e) *in marg. suppl.*

iacta sunt templi Domini, *ponite super cor vestrum. Numquid non iam semen in 823—824 germine est? et adhuc vinea et ficus et malogranatum et lignum olive non floruit? *f. 158. Ex die ista benedicam'.

Si filii Israel, nuper de captivitate regressi, quia neglegunt restaurare templum Domini, tanta sterilitate feriuntur, itemque fundamentis iactis mox omni benedictione cunctarumque rerum fecunditate cumulantur, constat profecto maximum religionis esse divinę domui diligentiam adhibere, eamque neglegere causam miserię atque infelicitatis existere.

(c. 17) Sed[a] et illud adtentius considerandum, quod in hoc propheta legitur: 'Et Agg. 1, 14. suscitavit Deus spiritum Zorobabel ducis et spiritum Iesu sacerdotis et spiritum reliquorum de omni populo', ut ex hoc perspicue intellegatur, obsequentem esse quemlibet et amatorem templi Dei donum esse Spiritus sancti, cum manifeste appareat non solum fidelium spiritum suscitasse tunc Deum, ut cum omni lętitia omnique alacritate donum Dei cuperent instaurare, sed et infidelium regum, Cyri videlicet ac Darii et cf. 2. Par. 36, 23. Artaxersis, qui non tantum licentiam aedificandi dederunt, verum et adiutorium prebuerunt lignorum, frumenti et vini et olei ac salis et pecorum, et dona auri atque 1. Esdr. 1, 1. 6; 6, 5. 8. 9. argenti cum principibus suis. In libris etiam Machabeorum nonnulli reges erga templum Dei munifici fuisse memorantur, in quibus et vindictę Dei pariter leguntur in 2. Mac. 13, 23. eos, qui diripuerunt vel diripere conati sunt vasa sacra, sicut de Antiocho rege et ib. 5, 18. Eliodoro, qui a Seleuco missus fuerat, in promtu est meminisse. Ecce filii Israel, fundamentis templi iactis, confestim in omnibus benedicuntur; differentes opus acriter pro neglegentia flagellantur; direptores sacrorum inrevocabili sententia damnantur. Quur ergo nobis non sufficit ad exemplum, cum tam multipliciter *per totas scripturas *f. 158'. legamus et cognoscamus domum[b] Dei diligere religiosum esse; neglegere inreligiosum; diripere impium; omnesque sua recępisse merita, et omnes principes eorum qui dixerunt: 'Hereditate possideamus sanctuarium Dei' positos aut ponendos 'ut rotam et sicut Ps. 82, 13. 14. stipulam ante faciem venti' et cetera.

(c. 18) Sed forsan aliquis haec in veteri testamento fieri oportuisse contendat, in novo autem non tantopere servanda. Meminerit, quisquis ille est, dominici exempli, quod ex verbis evangelicis sancti intellexere patres. Refert namque evangelista mulierem quandam accessisse ad Dominum pedesque eius unxisse, pro qua re murmurans proditor Iudas ait: 'Ut quid perditio hęc unguenti? potuit enim venundari multo et Ioh. 12, 5. 6. dari pauperibus'. Ad quod subiungens idem evangelista: 'Haec, inquid, dicebat, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat et loculos habens ea quę mittebantur exportabat'. Quid autem Dominus de loculis faceret, ostenditur ex parte ex eo, quod cum Iudae egredienti a se et ingresso iam satana in se dixisset: 'Quod facis, Ioh. 13, 27. fac citius'. Audientes discipuli putaverunt, quia iuberet illi, ut emeret necessaria ad diem festum, aut ut egenis aliquid daret, quod utique non putarent, nisi antea fieri vidissent.

Verum quia quęsitum est, quur Dominus, qui discipulis dixerat: 'Nolite portare Matth. 10, 9. aurum neque argentum neque aes in zonis vestris', nec permisit eos ferre aliud in via, nisi virgam tantum, ipse in loculis thesauros habuerit? Disputat de his, in quantum recordari valeo, beatus Augustinus[1] dicitque, quod dominus noster Iesus Christus, qui ecclesiae suę formam et instructionem premisit factis et dictis, sicut scriptum est: 'quę cepit Iesus facere et docere', previdens futurum esse, ut in ęcclesiis thesauri Act. 1, 1. *fideliter a fidelibus ac laudabiliter a religiosis conderentur atque custodirentur, et *f. 159.

---

a) VIIII *add. in marg.* b) donum *P.*

1) *In Ioh. ev. tract. 50 c. 12 § 11 (opp. ed. Bened. III, 2, 633).*

823—824 pernitiosissime a furibus fraudarentur. Fures generaliter dico, sicut in apostolo acci- Eph. 4, 28. pimus, ubi ait: 'Qui furabatur, iam non furetur', de omni scilicet inhonesto quęstu, voluit in hac re prefigere, ut dixi, formam ecclesiae suae, ad quos usus haberentur et qua fide tractarentur, vel qua damnatione digni essent fraudantes, cum tali fine Iudas abierit[a] in locum suum. In[b] qua disputatione predictus pater[1] tres, nisi fallor, differentias furtorum et furum facit, de privatis videlicet, publicis ac divinis rebus. Nam cum alicui homini de proprio thesauro aliquid furari procul dubio reatus sit, multo maior de publico, quod et leges seculi sacrilegium vocaverunt. Iam vero de dominicis, id est ecclesiasticis, thesauris fraudare aliquid, quod apud nos spetialiter sacrilegii nomine censetur, adeo immane scelus esse manifestum est, ut qui istam committunt, in sordem Iudę[2] deputandi minime dubitentur[c]. Cum ergo haec ita se habeant, cumque de prefatis rebus inlicite aliquid in dando, accipiendo vel retinendo usurpare, furari sit, penset pia mens, quanta cautela res egeat.

(c. 19) Quęsitum[d] est etiam vel quęri potuit, quur Dominus exactoribus publicis, Matth. 17, 23. qui dixerunt Petro: 'Magister vester non solvit didragma de loculis' non dederit ib. 26. staterem, sed Petrum ad mare direxerit, ut de ore piscis tolleret? Responsumque[e] est a doctoribus ecclesiae, quia dominici loculi in pauperes et in dies festos expendebantur; et cum exęgisset necessitas in alimenta discipulorum Domini, sicut scrip- Ioh. 4, 8. tum est: 'Discipuli autem abierunt in civitatem, ut cybos emerent', noluisse Dominum rem pauperum[f] im publicam exactionem mittere, sed omnipotenti virtute quod utique *f. 159'. *pauperum non erat de mari tollere et fisco reddere voluisse, ut formam daret discipulis quam ęcclesiae commendarent. Iuxta quam formam statuerunt sacri canones modum res ecclesiasticas dispensandi[g], scilicet ut in alendis aegenis, in sustentandis clericis, in reparandis fabricis, atque in rectorum subplendis necessitatibus expenderentur, prout sanctorum exempla commendant et usque ad proxima tempora custoditum esse non dubium est. Ex laicis denique non solum possessores sacrarum rerum, sed nec dispensatores fieri permittunt, quin potius oeconomos de proprio clero elegi precipiunt et agros vineas atque mancipia ad usum tribui nonnisi clericis monachis peregrinisque concedunt. De qua re si qui[s][h] diligentius vult agnoscere, quid, vel in quibus conciliis dicatur, legendo et revolvendo cognoscat.

(c. 20) Verum quia sunt qui Gallicanos canones aut aliarum regionum[i] putent non recipiendos, eo quod legati Romani seu imperatoris in eorum constitutione non interfuerint, restat, ut etiam sanctorum clarissimorum patrum doctrinas et expositiones diversosque tractatus, ut sunt Cypriani, Athanasii, Hilarii, Hieronimi, Augustini, doceant non esse recipiendos, quia cum hęc tractarent vel exponerent, legati Romani sive imperatoris[k] non aderant[l]. Melius mihi sentire videntur, qui secundum Domini dictum[m]: Matth. 18, 20. Ubi duo vel tres in nomine Domini congregatos agnoscunt, Dominum quoque inter eos ib. 17. affuisse non dubitant; et eum, qui ecclesiam non audierit, sicut ethnicum et publicanum habendum credunt. Ubicumque enim catholici ecclesiarum rectores pro ecclesiarum utilitatibus cum Dei timore in eius nomine et honore conveniunt, quicquid *f. 160. consonanter sanctis scripturis statuunt nulli procul dubio spernenda, immo *veneranda omnibus esse debent, quod illa quam maxime auctoritate fulcitur, quia bina per annos singulos concilia fieri et Romani pontifices decreverunt et magna concilia sollicite

a) hab. *corr. in* ab. *P.* b) Nota tres differentias furtorum *in marg.* c) Terribile valde *in marg.* d) XI *add. in marg.* e) Nota *in marg.* f) pauperem *corr. in* -rum *P.* g) Quattuor *in marg.* h) qui *P.* i) relionum *corr. in* reg. *P.* k) imperatores *P.* l) aderent *corr. in* -erant *P.* m) dilectum *corr. in* dictum *P.*

1) *In Ioh. ev. tract. 50 c. 12 § 10 (opp. ed. Bened. III, 2, 632).* 2) *August. l. l.* Qui aliquid de ecclesia furatur Iudae perdito comparatur.

commendarunt. Rectius profecto facere videtur, qui, ubicumque magnarum synodorum 823—824 statuta deficiunt, propter insuetas emergentes causas antiquorum statuta, quę merito reprehendenda non sunt, sequenda deliberat, quam qui ea quę ipse sentit eorum sensibus anteponit. Firmissime omnino teneo, quod omnes ortodoxi rectores, quibuscumque locis vel temporibus de rebus ecclesiasticis tractandis conservandisve aliquid statuerunt, antecessorum[a] statutis et divinarum litterarum auctoritati magnopere studuerint consonare. Iam[b] vero de donandis rebus et ordinandis ecclesiis nihil umquam in synodis constitutum est, nihil a sanctis patribus publicę predicatum. Nulla enim compulit nęcessitas fervente ubique religiosa devotione et amore inlustrandi ecclesias ultro ęstuante, quem non ad hęc accenderet[c] dominicum illud factum et dictum, quod evangelium refert, sędisse Dominum contra gazofilatium et aspexisse, Marc. 12, 41–43. quomodo turba iactaret aes in gazofilatium, pauperemque viduam super omnes laudasse, quae duo tantum minuta iactaverat. Ecce sedens Dominus aspicit offerentes, ut bene placitum sibi demonstret munus fidelium, satis vero consequens est, ut aspiciens offerentes despiciat auferentes, laudans totum dantem, vituperet non dantem, immo quippiam fraudantem sive aliquid rapientem.

(c. 21) Sed et illud, quod iubet reddenda quę sunt cęsaris cęsari et quę Dei sunt Matth. 22, 21. Deo, tanto quisque attentius pensat, quanto devotius curat. Quod vere preceptum et apostolus commendat implendum dicens: 'Reddite[d] omnibus *debita: cui tributum *f. 160'. Rom. 13, 7. tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem'. Neque enim timorem debemus hominibus, cum pręcipiatur nobis per prophetam: 'Nolite Isai. 51, 7. timere obprobrium hominum et blasphemias eorum, ne metuatis'; itemque scriptum sit: 'Qui timet hominem, cito corruet'. Et: 'Nolite timere eos, qui occidunt corpus'. Prov. 29, 25. Matth. 10, 28. Sed timorem utique debemus Deo, honorem autem Deo ac domui omnibusque membris eius, sicut scriptura, quis sit iustus, demonstrans dicit: 'Ad nihilum deductus est in Psalm. 14, 4. conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat'. Exhibendus[e] ergo est Deo timor, ne offendatur moribus, exhibendus honor, ut glorificetur oblationibus. Sic nempe a patribus intelligitur quod dictum est: 'Reddite quę sunt cęsaris cęsari', id est Matth. 22, 21. tributa ac vectigalia. 'Quę autem sunt Dei[f] Deo', id est decimas, primitias cęteraque donaria, tam vota quam spontanea. Nam et assertio Iudaica idcirco putabat inlicitum esse tributum solvere cęsari, quia supra dicta Deo solvere iussi erant. Commendat autem Dominus hęc facienda, ubi ait: 'Vę vobis scribe et pharisaei ypocritę qui deci- Matth. 23, 23. matis mentam et anetum et ciminum et omne olus et relinquitis quę graviora sunt legis, iudicium et misericordiam et fidem', cum ilico subiungit: 'Haec oportuit facere et illa non omittere'.

(c. 22) Oportet ergo et semper oportebit, quod Dominus oportuisse testatur, neque parvipendendum fuit[g] aut erit umquam, quod Dominus vel fieri iussit vel factum facientis devotione commendavit. Certe[h] lex non vetuit subiectos aut vinum bibere aut in domibus habitare. Et tamen Ionadab, filius Recab, filiis suis exortando inter- Ier. 35, 6. dixit utrumque. Qui post multa annorum curricula, compulsi ab hostibus ingredi civitatem ad manendum nullatenus compelli potuerunt, ne a propheta quidem, ad bibendum ib. 8. vinum, et idcirco laudati sunt a Domino pro oboe*dientia, promittente etiam, quod *f. 161. ib. 18. 19. non esset defecturus vir stirpis Ionadab de conspectu[i] Domini. Si quod unus homo precępit posteris, tam attente, tam religiose custoditum est usque in longincum, ut laude etiam dignum Dei haberet[ur][k], quod utique non ex legis sanctione, sed ex religionis fervore preceperat, quid de nostri temporis hominibus ęstimandum est, qui-

a) ceterorum *P.* b) XIII *add. in marg.* c) acced. *corr. in* accend. *P.* d) reddita *corr. in* -te P. e) Nota *in marg.* f) deo *corr. in* dei *P.* g) *in ras.* h) XIIII *add. in marg.* i) cetu *P.* k) haberet *P.*

823—824 bus omnipotens Deus et generalis ecclesia sub nomine patris ac matris precipere non desinit, nisi ut eorum comparatione obiurgemur, sicut et Iudaicus populus, Domino [Ier. 35, 14.] dicente: 'Prevaluerunt sermones Ionadab sermonibus meis' et cet. E contrario autem credendum est, quod in regimine prelatus quibuslibet sine damno inoboedientiae precipiens contempni non potest, sicut apertissime apparet in gestis Saulis. Nam cum filius eius Ionathas, fide ac virtute protectoris armatus, perrexisset ad stationem Phylistinorum castraque eorum turbarentur, videns ille cum sociis insecutus est inimicos, persequens atque prosternens cernensque, quod res prospere cederet, contestatus [1. Reg. 14, 24.] est populum dicens: 'Maledictus, qui comederit panem hodie, donec ulciscar de inimicis [ib. 27.] meis': quod ignorans Ionathas sumpto melle gustavit paululum, quam ob causam Dominus indignatus est, ita ut respondere nollet quod populus agere deberet. Ac nisi [ib. 39.] eum transacta bona eripuissent, sorte deprehensus absque retractatione[a] moreretur. Qua in re cum omni timore considerandum est, quod eum ignorantia excusare non potuerit, nec tantę fidei virtus indignationem divinam averterit, quousque ad horam moriendi ventum est[b], ubi adhuc mirari possemus, nisi aliqui viderent[c], quod mel commedit non panem. Verum quia more sacri eloquii im pane quicquid commedi potest accipitur, [f. 161'.] pensandum est, quam attente Dominus custodiri velit, *quicquid non inreligiose prelatus quisque pręceperit, cum Saulis iussa a nesciente transgressa sine aliqua vindicta transire non passus sit. Quis est hodie qui se culpę obnoxium esse crederet, si precipientis iniuncta non audiret? Et tamen ex interna regula iuditiorum Dei videmus peccata subtilius et acerbius inquiri, quam nos precavere aut formidare valeamus.

(c. 23) Haec dicta sint, ut prudentius offeratur occasio diligentius considerandi, si tam fructuosę unus auditur a multis tam noxius omnibus, unus inobędiens efficitur inscius, quanto merito retributionis boni vel mali oboediens aut contemptor efficitur consonanter precipientibus plurimis? maximę cum non solis apostolis, sed omnibus suis, [Luc. 10, 16.] qui docendi mysterium in ecclesia sortiuntur, dixisse Dominus intellegatur: 'Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit'? Illud quoque Ananiae et Saphirę factum occultum, tam sublimiter inventum, tam atrociter vindicatum, quis digne exaggerare prevaleat? Unde contractum est tam inmane crimen, ut temptasse Spiritum sanctum et mentiti [Act. 5, 3. 4.] Deo convincti sint, cum tantum de precio agri, quod adhuc in illorum erat potestate, servare sibi maluisse referantur. Certe necdum fuerat ante pedes apostolorum positum, necdum in communionem fraternitatis redactum. Qua severitate iudicaretur, si qui de loculis apostolicis et omni ecclesiae iam oblatis aliquid pręsumpsisset, si sic iudicatus est qui pręsumpsit ex his quę adhuc erant offerenda? si cuicumque homini de rebus humanis furatus aliquid fuisset, precepto legis dupli aut quadrupli restitutione [*f. 162.] multaretur[d]. *Quia vero de sacris rebus, sanctis predicatoribus sanctisque pauperibus deputatis vel potius deputandis fraudavit, morte multatus est: quam mortem non intulit gladius, non exacuerunt officialium manus, sed sacri sermonis[e] virtus inflixit. Sic fraus prima in ecclesia de rebus ecclesiasticis perpetrata punita est, tali poenitentia [Gen. 3.] damnata. Adam im paradiso vetitum contingendo morti obnoxius et habitatione paradisi indignus[f] effectus est. Ananias cum uxore sua fraudem in ecclesia faciendo et [Matth. 19, 21.] sotietate ecclesiastica et habitatione mundana privatus est. Dixerat Dominus: 'Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quę habes et da pauperibus'. Hinc perfectionem arripientes et vendentes omnia quę habebant rerum suarum pretia non aliis pauperibus quam sanctis credentibus distribuebant, maximeque predicatoribus sanctis distribuenda pauperibus offerebant. Tales enim pauperes in verbis Domini intellexerant, sic et [Act. 13, 2. 3.] beatus Paulus cum dextras sibi et Barnabę ceteri darent, ut illi in circumcisione, ipsi

a) retractataone *corr. in* -tione *P.* b) Nota *in marg.* c) riderent *P.* d) *Quattuor lineae in P quaternione XVIII. finiente vacuae relictae sunt.* e) sermones *corr. in* -nis *P.* f) in *superscr.*

vero in gentibus evangelizarent, testatur se etiam huius quoque ministerii curam 823—824 suscepisse dicens: 'Tantum ut pauperum memores essemus'. Gal. 2, 10.

(c. 24) His ergo sacri canones concordantes res ecclesiasticas res etiam pauperum esse voluerunt[a]. Nam et Dominus ordinavit, ut hi qui evangelium annuntiant, de 1. Cor. 9, 14. evangelio vivant. Ex his itaque inter fideles coeptus est sacratissimus et laudabilis usus, ut ecclesiae ditarentur, quatinus ipsa ecclesia[b] de suo pascat predicatores suos et choros ministrorum turbasque pauperum ac multitudinem confluentium peregrinorum. Erga quas res quanta reverentia quantaque fides et custodia adhibenda sit, demonstravit voluntas Dei per multitudinem miraculorum, quę gesta sunt in universo mundo per singulas regiones, loca atque ecclesias, cum iam non unus Ananias cum Saffira uxore propter fraudem in rebus sacris *perpetratam morte multati sunt, sed innumerabiles *f. 162'. et poene milia; aliique infirmitate percussi, dęmonibus vexati, cęcitate damnati, de quibus si ea quę scripta sunt studiosus aliquis in unum congregare voluisset aut valuisset, enormia volumina confecisset. Quanto magis ea quę facta sunt et divulgata ac tradita, nec tamen scripta, eo quod fuerint nimia?

(c. 25) Hęc idcirco dicimus, non quod divinam percussionem omnibus temerantibus temporaliter comminemur, sed magis ut ad curam Dei earum custodiam atque diligentiam pertinere monstremus, qui tantis miraculis per tot tempora terruit improbos, non solum incredulos, sed et credentes, ne facile adversus sacra loca inlicita auderent perpetrare; et ut eos saltim percussio tamquam bruta animalia cohiberet a pręsumptione, quos ratio vel exsecutio divinorum mandatorum nequicquam velud homines compescebat. Debuerant etenim nosse, utpote rationales a Deo conditi, quia si non licet Exod. 20, 17. concupiscere rem proximi, multo magis Domini.

(c. 26) Nec[b] hoc ita dictum sit, quasi karismatum divinorum largitio vel remissio peccatorum ac donum[c] regni caelestis non sint concupiscenda: quę utique res Domini sunt. Sed quoniam nobis de sacris rebus ecclesiarum sermo est, secundum illud nunc loquimur, quod Dominus in lege precępit dicens: 'Non loquaris contra Exod. 20, 16. 17. proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces uxorem proximi tui, non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum et universa quę illius sunt'. In quibus verbis summopere est considerandum, quia, si contra quemlibet proximum ob quamcunque rem falsum existere[d] vel adhibere testem non oportet, multo minus licet contra Dominum ob illius ecclesiae facultates eius nomini consecratas. Simili quoque modo si domus aut ager, servus aut ancilla et cetera quę sunt proximi, concupisci non debent, *multo itaque magis ea, quę ad sustentationem pauperum Domino *f. 163. sunt tradita, non sunt concupiscenda.

(c. 27) Apparet autem in huiuscemodi rebus multitudo miserationum Dei, qui gratanter ab homine dignatur recipere quę ipse dedit. Hinc denique est, quod ei David fideliter confitetur dicens: 'Tua sunt enim omnia et quę de manu tua accepimus, dedimus tibi'. Nequaquam igitur consecrata Deo concupisci vel auferri debent, quin potius tali mente pensari atque ita inlibata et ab omni usu communi seposita custodiri, ut ipse Dominus in Deuteronomio insinuat, ita dicens: 'Loqueris in conspectu domini Deut. 26, 13—15. Dei tui, attuli quod sanctificatum est, de domo mea, et dedi illud levitę et advenę et pupillo et viduę, sicut iussisti mihi, non preterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi in qualibet inmunditia mea, nec expandi ex his quicquam in re funebri, oboedivi voci domini Dei mei, et feci omnia, sicut precepisti mihi, respice de sanctuario tuo, et de excelso cęlorum habitaculo, et benedic populo tuo et terrę, quam dedisti nobis'. Tali itaque, ut dictum est, nobis

---

a) Res aecclesiae res pauperum *in marg.* b) Nota *in marg.* c) domum *corr. in* donum *P.* d) exhist. *corr. in* exist. *P.*

823—824 cordis devotione primitiae vel decimę considerandę sunt: tanta veneratione intactę servandę et cum huiusmodi confessionis puritate Domino offerendę, quatinus Dei de excelso cęlorum respectus et populi ac terrae benedictio[a] possint facilius promereri.

(c. 28) Huic confessioni a Domino iniunctę fidelibus illa quoque apostoli sententia 1. Tim. 5, 16—18. congruenter valet adiungi, quia fideli discipulo precepit dicens: 'Si quis fidelis[b] vel si qua fidelis habet viduas, subministret illis et non gravetur ecclesia, ut his, quę vere viduę sunt, sufficiat. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeantur, maxime Deut. 25, 4. qui laborant in verbo et doctrina: dicit enim scriptura: 'non infrenabis os bovi trituranti' Luc. 10, 7. et 'dignus est operarius mercede sua'. In quibus verbis id precipue arbitror con- *f. 163'. siderandum, *quia, si vidua cuiuslibet[c] fidelis ab illo est sustentanda, ne gravetur ecclesia, multo magis aliunde subministrandum est canibus et cavallis ceterisque[d] tam hominum quam animantium ministris, quę vel ad delicias vel ad pompas turpesque iocos a divitibus possidentur. Et hoc ideo, ne ecclesiam Dei non solum gravent, verum etiam vastent funditusque predentur. Id namque nimis esse inlicitum non hac[e] sola sententia ostenditur, sed multifariae in toto scripturae divinę corpore demonstratur, ubi non solum prevaricantium poenę, sed et remunerationes fideliter tractantium res Domino consecratas multis modis describuntur.

(c. 29) Quicumque autem opus hoc lectione et consideratione dignum duxerit, noverit omnino non haec nos de solis laicis dicere, sed etiam de episcopis, abbatibus sive quibuslibet clericis, qui aliud faciunt de sępe dictis sacris rebus, quam quod faciendum est, aut aliter eas, quam a Deo et sanctis patribus ac rectoribus constitutum est, tractant. De qua re non est necesse ad multa dicendum nobis plurimum laborare. Quoniam liquido patet hominibus ratione utentibus, quanta ex his reprehensibiliter et minus decenter agantur ab his etiam, quos sacer ordo ad ęcclesiasticum regimen admittit. Quibus profecto omni attentione pensanda et expavescenda esset Iob 31, 38—40. illa sententia, qua ex eorum persona beatus Iob loquitur dicens: 'Si adversum me terra mea clamat et cum ipsa sulci eius deflent; si fructus eius commedi absque pecunia et animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur mihi tribulus et pro hordeo spina'. In quibus verbis quamvis et alius inveniatur intellectus, pertinens ad murmurationem subditę plebis, cum merito conqueritur adversus pastorem ob neglegentiam predicationis vel impedimenta exemplorum malorum, potest tamen et ad personam ecclesiasticę familiae non inconvenienter aptari. Quam cum inique perversus pastor *f. 164. obprimit et indigne rebus Deo sacratis abutitur, cumque statum et inlicitos appe*titus suos ac suorum ad iactantiam pompasque mendacii exornat, immo deturpat, non sola ecclesia, cui ipse preest, sed et omnes, qui[f] morum illius fęditatem cognoscunt, ad murmurationem derogationemque contra eiusmodi rectorem excitantur. Hic talis etiamsi predicationis eroget pecuniam, ob carnales tamen libitus et indecentes actus non potest statutam evadere pęnam; quin pro delectationibus vitę presentis ęternarum pęnarum illi punctiones oriantur.

(c. 30) Nec tamen hęc sententia solos pravos episcopos presbiteros vel abbates percutit, et laicos indebite ecclesiasticis rebus utentes securos relinquit. Quibus illud summopere hoc loco pensandum est, quia si his, quem utcumque ordo acceptus vel impensa predicatio committantur, propter lasciviam et turpis lucri appetitum malo suo easdem res in communes usus expendit, ille, qui nec ministerium ecclesiasticum sortitur vel exsequitur, nec pecuniam verbi erogat, sed insuper quicquid ad pompam pertinet sive lasciviam, quasi licentius perpetret, preparat, sacris rebus utitur, quanto maiori malo suo convivia splendida de sacris rebus, quibus gementes et merentes in

a) benenedictio *P.* b) lis *superscr.* c) libet *superscr.* d) ceteraque *P.* Nota *in marg.* e) ac h *superscr. P.* f) quę *P.*

tribulatione paupertatis debuerant consolari, ępulatur cum divitibus opulentis[a] gaudens 826 ridensque et opus Domini non respiciens[b] et quasi agens quę Deo placeant, iucundatur, satiat preterea et inebriat histriones, mymmos, turpissimosque et vanissimos ioculares, cum pauperes ecclesiae fame discrutiati intereant. Quam rem considerandam prudentibus offerimus, non autem exponendo aperimus, quoniam etsi dictum est divitibus: 'Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis, quę advenient vobis, divitię vestrae Iac. 5, 1—3. putrefactę sunt, et vestimenta vestra a tineis commesta sunt, aurum et argentum vestrum eruginavit et erugo eorum in testimonium erit vobis et manducabit carnes vestras sicut ignis; thesaurizatis in novissimis diebus'. Et iterum: 'Epulati estis super ib. 5. terram et in deliciis enutristis corda vestra'. Non tamen pręceptum est eis, ut epulis cotidianis vacarent, et preciosissimis induerentur vestibus, ne forte vel *eorum divitiae *f. 164'. putrefactę remanerent vel a tineis vestimenta commederentur, immo sicut pro avaritia, sic et pro epulis et pro luxuriis[c] presentis sententiae comminatione feriuntur.

(c. 31) Si autem hęc dicta sunt illis, qui talia forsitan de propriis rebus agebant, multo magis quibusdam presentis temporis divitibus dici potest: 'Ululate in miseriis ib. 5, 1. advenientibus', quoniam epulantibus vobis de rebus non vestris et thesaurizantibus de his, quę ad sustentationem pauperum ecclesiae tradita sunt, ipsi pauperes et ecclesiastica familia fame crucientur; et qui ex eis fraudatus a vobis est vel obpressus clamat, et clamor eorum in aures Domini sabaoth introiit, qui dixit: 'Non negabis Deut. 24, 14. 15. mercedem indigentis et pauperis, sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, ne clamet contra te ad Dominum et fiat tibi im peccatum'. Et multa huiusmodi quę de hac[d] re et de omnibus quę superius comprehensa sunt, in divinis libris dicuntur; nec ab ullo prorsus hominum absque sui gravissimo damno negleguntur.

6.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus apud Hildvinum sacri palatii capellanum et Walam abbatem Corbeiensem de impio Ludowici imperatoris praecepto baptismum mancipiorum Iudaicorum prohibente queritur. *826.*

Cod. P f. 122—124.

Edd. Masson p. 183—188, Baluzius I, 192—197, Migne CIV, 173—178[a]*. *f. 123.

DOMINIS ET SANCTISSIMIS, BEATISSIMIS, VIRIS INLUSTRIBUS HILDVINO SACRI PALATII ANTISTITI[1] ET WALĘ ABBATI[2] AGOBARDUS SERVULUS.

Noverit mansuetudo vestra prudentissima, idcirco me ad utrumque presumpsisse quę secuntur scribere, *quoniam absque ambiguo vos novi precipuos et pene solos in *f. 122'. via Dei esse adiutores christianissimi imperatoris, et propterea im palatio esse unum semper et alterum frequenter, ut in operibus pietatis, quę absque omni errore querenda, invenienda, tenenda sunt, vos illi prudentissimis vestris suggestionibus[b] situs exhortatores et ut dixi adiutores.

Scripsi sinceritati vestrae singulos breves indiculos, significans vobis quandam feminam ex iudaismo ad christianismum gratia[c] Christi translatam, graves persecutiones

---

a) epul. *corr.* in opulentis *P*; epulantibus *edd.* b) Nota *in marg.* c) luxurias *corr. in* -riis *P.* d) ac h *al. man. superscr.*

6. a) *Lemma:* Ad Hilduinum et Walam contra praecaeptum impium de babtismo Iudaicorum mancipiorum. b) suggessionibus *P.* c) chpa *del.* gra *superscr. P.*

1) *abbati sancti Dionysii (813—840), archicapellano (818—830).* 2) *Corbeiensi 826—836, de quo Radbertus (Vita Adalhardi c. 32, SS. II, 527):* in senatu clarior cunctis, in militia vero prudenti animo fortior universis.

826 sustinere propter fidem quam suscepit Christi, quas per ipsius feminę breviculum potestis cognoscere. In qua re tam excellens elemosina vobis manet, ut de nulla alia possit esse maior. Nunc autem causam huius persecutionis, ́quę et fomes impii erroris esse potest, me vobis significante cognoscere dignemini.

Quoddam preceptum Iudęi circumferunt, quod sibi datum ab imperatore gloriantur, in quo continetur, ut mancipium Iudaicum absque voluntate domini sui nemo baptizet[1]. Quod a nobis omnino non creditur, ut [a][a] facie christianissimi et piissimi imperatoris tam contraria ecclesiasticę regulae sit egressa sententia. Novit enim obtime Deo amabilis prudentia vestra, quomodo ab initio sanctis apostolis super hac[b] re ab ipsa vęritate preceptum sit, quibus absque ulla discretione personarum, absque ulla
Matth. 28, 19. exceptione conditionum generaliter dictum est: 'Euntes docete omnes gentes, baptizantes
Marc. 16, 15. 16. eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti'. Et iterum: 'Euntes in mundum universum, predicate evangelium omni creaturę; qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit'. Quod et illi et omnes deinceps ecclesiastici rectores omni fide et constantia observantes, non solum servos quorumlibet hominum, verum etiam coniuges et soboles imperatorum et consulum, et predicando ad fidem convertere, et conversos nullius expectata licentia baptizare minime dubitarunt. Quod cum in aliorum gestis facile sit recognoscere, precipuę in apostolicis litteris omni lucę clarius demonstratur.
Phil. 4, 22. Legimus namque in fine epistolae ad Phylipenses ita: 'Salutant vos omnes sancti,
*f. 123. maxime autem qui de Cesa*ris domo sunt'. Quem impiissimum Neronem fuisse, nemo quis dubitet. Cuius domesticos et ministros aulę regię nullus ambigit predicatione apostolica conversos, numquam baptismi gratia sanctificari potuisse, si eius super hac re voluntas aut permissio expectaretur; qui maximo persecutionis terrore[c] non solum incredulos, ne ad fidem venirent, deterrebat, sed etiam credentes a fide deicere insistebat. Unde et ipsos duces ac magistros fidei christianę, quorum doctrina totum poene orbem contra sua scita videbat Christi fidei subiugatum, novissima furoris sui atrocitate trucidavit. In epistola quoque ad Timotheum, postquam pro omnibus homi-
1. Tim. 2, 3—6. nibus orari et obsecrationes fieri precepit apostolus, ad extremum intulit: 'Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus'. Et ad Titum, postquam senes et anus, adulescentulas, iuvenes, servos congruis preceptis
Tit. 2, 11. 12. instruendos esse monstravit, hoc modo conclusit: 'Apparuit enim gratia [Dei salvatoris nostri][d] omnibus hominibus erudiens nos' et cet. Si ergo, ut istis exemplis mani-
cf. 1. Tim. 2, 3—6. festissime comprobatur, voluntas Dei salvatoris nostri est, omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire per unum mediatorem Dei et hominum, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus reconciliari; si huius gratia reconciliationis et salutis omnibus hominibus indifferenter inluxit, quis tantę bonitati Dei iniuriam facere presumat, ponęndo legem miserationi eius, et ad arbitrium impiorum eam implorantibus impertiendam constituendo, quorum pertinacissima perfidia non solum neminem suo-

---

a) *add. Bal.* b) hanc *corr. in* hac *P.* c) errore *P; corr. Bal.* d) Dei — nostri *om. P.*

1) *Cf. Ludowici praeceptum Iudeor. (Formulae ed. Zeumer p. 309):* Suggesserunt etiam iidem Iudei celsitudini nostre de quibusdam hominibus, qui . . . suadent mancipia Hebreorum sub autentu christiane religionis contemnere dominos suos et baptisari, vel potius suadent illis, ut baptisentur, ut a servitio dominorum suorum liberentur . . et ideo volumus, ut neque vos ipsi predictis Hebreis hoc ulterius facere presumatis neque iuniores vestros ullis facere permittatis etc.; *aliud praeceptum pro Iudaeis in Lugduno civitate habitantibus (ib. 610):* Habeant etiam licentiam mancipia peregrina emere et infra imperium nostrum vendere, et nemo fidelium nostrorum praesumat eorum mancipia peregrina sine eorum consensu ac voluntate baptisare.

rum ad fidem Christi permittit accedere, sed etiam credentes publice et occulte 826 blasphemare et detestari non cessat. Denique et pie considerantibus perspicuum est, quod unus omnipotens Deus, omnium conditor et moderator iustissimus, qui primum Gen. 2, 7. 21. hominem de terrae limo formavit et de costa eius adiutorium illi simile[a] *sibi fecit, *f. 123'. quique ex eis omne genus humanum, quasi ex uno fonte et una radice, propagavit, omnes unius conditionis fecerit. Et licet peccatis exigentibus iustissimo et occultissimo eius iudicio, alii diversis honoribus sublimati, alii servitutis iugo depressi sunt, ita tamen a servis corporale ministerium dominis exhiberi ordinaverit, ut interiorem hominem ad imaginem suam conditum nulli hominum, nulli angelorum, nulli omnino creaturae, sed sibi soli voluerit esse subiectum. Unde in lege sua de hac mentis servitute, quę illi tantum debetur, mandavit: 'Dominum Deum tuum timebis et illi soli servies'. Et Deut. 10, 20. apostolus eumdem interiorem hominem ab omni sexu diversitate, ab omni conditionis et generis distantia liberum esse demonstrans ita docet: 'Expoliantes vos veterem Col. 3, 9–11. hominem cum actibus eius, et induentes novum, eum qui renovatur in agnitionem secundum imaginem eius, qui creavit eum, ubi non est gentilis et Iudęus, circumcisio et preputium, barbarus et Scyta, servus et liber, sed omnia et in omnibus Christus'. Cum ergo hi qui ad baptismum veniunt per agnitionem creatoris in interiore homine, qui ab omni servitutis conditione liber est, renoventur, quę ratio esse potest, ut id servi absque permissu dominorum suorum consequi prohibeantur, nec servire eis Deo liceat, nisi licentiam ab hominibus impetraverint? Certe in epistola ad Timotheum idem apostolus sic precepit: 'Quicumque sunt sub iugo servi, dominos suos omni 1. Tim. 6, 1. 2. honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini et doctrina blasfemetur. Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles sunt' et cet. In quibus verbis evidenter[b] de omnibus christianis servis, sed quorum alii fidelibus, alii infidelibus dominis serviebant, loquitur. Et tamen infidelium dominorum servis precepta constituit, qui tunc, utique adhuc infidelitatis vinculo tenerentur, obstricti, si in hac re eorum quibus serviebant arbitrium sequerentur. Lesus est Philemon a servo One*simo, quem Paulus apostolus in vinculis positus ad *f. 124. Philem. 10. 14. 16. Christi fidem convertit, sacri baptismatis fonte abluit, nec super his Philemon consulitur[c] sed, ut iam credentem atque baptizatum quasi viscera apostoli suscipiat, admonetur.

Quas nos auctoritates sequi cupientes, et pręceptum, quod quasi ex imperiali profertur auctoritate, transgredi metuentes, inter duo versamur pericula: si enim pręceptum illud observamus, neglectis ecclesiasticis regulis, Deum offendimus. Si has sequimur[d], imperatoris indignationem veremur, maxime cum magister infidelium Iudęorum incessanter nobis comminetur se missos de palatio adducturum, qui pro istiusmodi rebus nos iudicent et distringant. Quę res non solum nobis perturbationem affert, verum etiam eis, qui ad fidem facile converti poterant, quantum ingerat impedimentum, vestrae est prudentiae ęstimare.

Unde, patres sanctissimi ac Deo amantissimi, hęc nostra pericula quasi vestra piis animis perpendentes, intercedite apud christianissimum et clementissimum imperatorem, ut huiusmodi impedimentum de sancta ecclesia auferatur, et inter multa et maxima quę piissimę et iustissime in tradito et conservato sibi a Christo disponit imperio, etiam huic rei propter amorem ipsius Christi misericordissima et solita bonitate succurrat, ne animę, ex quibus grex fidelium augeri poterat, et pro quarum salute in diebus passionis dominicę ab universali ecclesia[e] Deo publice supplicatur, obsistente infidelium et Deo adversantium duritia et iamdicti pręcepti occasione diaboli laqueis remaneant implicate.

---

a) similem *Bal.* b) evidentur *corr. in* -ter *P.* c) *ita P;* conqueritur *edd.* d) sequamur *corr. in* sequimur *P.* e) ecclesiae *P.*

826—827 Certe in sacris kanonibus constitutum[1]: 'Ut si qui ex eis ad baptismum venerint, si voluerit episcopus vel quilibet fidelium, redimendi eos habeat potestatem'. Quod nos libentissime facere cupimus, hoc tantummodo postulantes, ut eis veniendi ad fidem facultas libera tribuatur. Nec hoc dicimus, quod eis filios vel servos eorum violenter auferendos esse sentiamus, sed ut venientibus ad fidem[a] ab infidelibus licentia non negetur. Finit.

7.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus queritur cum Ludowico imperatore de fautoribus Iudaeorum ac de contumeliis facinoribusque a Iudaeis Lugduni patratis.

826—827.

Cod. P fol. 40—44.

*f. 40. *Edd. Masson p. 56—63, Baluzius I, 59—66, Migne CIV, 69—76*[a].*

CHRISTIANISSIMO ET VERE PIISSIMO ET IN CHRISTO VICTORI AC TRIUMPHATORI HLUDOWICO IMPERATORI FELICISSIMO, SEMPER AUGUSTO, AGOBARDUS ABIECTISSIMUS OMNIUM SERVORUM VESTRORUM.

Cum omnipotens Deus, qui vos ante tempora prescivit et preordinavit rectorem pium futuris temporibus valde necessariis, sublimaverit prudentiam vestram et studium religionis supra ceteros vestri temporis mortales, dubium non est preparatum vos ad 2. Tim. 3, 1. 2. 5. remedium temporibus periculosis, de quibus apostolus loquitur: 'In novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homine[s][b] se ipsos amantes, cupidi, elati' et cet. 'et habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes'. De quibus nihil est expectandum, quod iam non videatur, nisi solutio Satanae, et publica calcatio Apoc. 11, 2. sanctae civitatis[c] mensibus quadraginta duobus, quę futura est per caput omnium iniquorum, Antichristum.

Cum hęc igitur ita se habeant, obsecro tranquillissimam longanimitatem vestram, ut prebeatis patientissimam aurem vestram verbis, quibus ego, infimus[d] servorum vestrorum, nimis necessarium puto admonendam sanctissimam sollicitudinem vestram de re[e] tam necessaria[f], quę aut sola aut precipua est, cui pre ceteris succurrere debeat gubernatio vestra; cuius narrationem si prosequi potuissem[g] tacitis nominibus auctorum, vellem omnino.

*f. 40'. *Sed quia fieri non potest, committo me bonitati et patientiae vestrae, dando me periculis, et innotescens[2] vobis quę tacere pernitiosum est. Venerunt Gerricus[3] et Fredericus, quos precucurrit Evrardus[4], missi quidem vestri, non tamen per omnia vestra agentes, sed ex parte alterius; et ostenderunt se christianis[h] terribiles et Iudaeis mites, maximę Lugduni, ubi partem persecutionis adversus ecclesiam depinxerunt, quam multis gemitibus, suspiriis et lacrimis stimulaverunt.

Quę persecutio, quia precipuę adversum me acta est, tota a me prodenda non est, nisi forte clementissima sollicitudo vestra scire voluerit. Tamen in quantum ecclesiae Christi noxia est, si vestra patitur mansuetudo, breviter intimare exordiar.

---

a) *ante* ab ad *deletum est.*

7. a) *Lemma:* Ad eundem imperatorem de insolentia Iudęorum. b) homine *P.* c) trinitatis *superscr.* civitatis *P.* d) infirmus *corr. in* infimus *P.* e) dare *P; corr. Bal.* f) necessariam — solam m *eraso P.* g) potuisset *corr. in* -sem *P.* h) mites *del.;* terribiles *superscr. est.*

1) *At cf. Ludowici praeceptum Iudeor. (ed. Zeumer p. 309):* quod nequaquam sacri canones constituunt, immo talia perpetrantes districta anathematis sententia feriendos diiudicant. 2) *id est indicans, insinuans activa significatione, ut tum solebat BAL. II Not. p. 16.* 3) *Cf. Vitam Hludowici c. 20 (SS. II, 617):* Gerrico capis praelato *i. e. falconario, quo munere a. 813. functus est.* 4) *Quem supra p. 165 v. 34 Iudaeorum magistrum vocat, cf. Waitz Deutsche Verf.-G. III, 549.*

Venientes itaque primum Iudęi dederunt mihi indiculum ex nomine vestro, et alterum ei qui pagum Lugdunensem vice comitis regit[1], precipientem illi, ut auxilium ferret Iudęis adversum me. Quos indiculos, licet ex sacro nomine vestro recitarentur, et vestro anulo essent signati, nullatenus tamen credidimus ex iudicio vestro tales prodisse. Coeperunt autem efferri quadam odibili insolentia Iudęi, comminantes omnibus iniuriis nos afficiendos per missos, quos adepti fuerant ad exsolvendam vindictam de christianis. Post eos venit Evrardus *eadem iterans, et dicens maiestatem vestram commotam esse valde adversum me propter Iudęos. Deinde venerunt et predicti missi, habentes in manibus tractoriam stipendialem[2] et capitularia sanctionum, quę non putamus vestra iussione existere talia. 826—827 *f. 41.

His causis laetificati sunt Iudaei ultra modum, et contristati christiani, non solum illi qui fugerunt, aut qui absconditi sunt, vel qui districti, sed et caeteri qui [haec][a] viderunt vel audierunt. Maxime ideo, quia sententia Iudęorum ita confirmata est, ut auderent inreverenter predicare christianis, quid potius credendum esset ac tenendum, blasphemantes coram eis dominum Deum ac salvatorem nostrum Iesum Christum. Roboratur quoque haec perversitas ex verbis missorum, quibus susurrabant quorundam auribus dicentes, quod Iudęi non abhominabiles, ut plerique putant, sed cari essent in oculis vestris, et hominibus eorum dicentibus ex parte meliores eos habitos quam christianos.

Et ego quidem, indignus servus vester, non eram Lugduni, sed aberam longe causa Nantuadensium[3] monachorum, qui quadam dissimultate inter se laborabant. Tamen direxi missos nostros et litterulas ad illos, ut preciperent quicquid vellent aut eis iniunctum esset, et nos oboediremus. *Sed nihil veniae adepti sumus, ita ut etiam aliqui ex sacerdotibus nostris, quibus nominatim minabantur, non auderent praesentiam suam eis exhibere. *f. 41'.

Haec passi sumus a fautoribus Iudęorum, non ob aliud, nisi quia predicavimus christianis, ut mancipia eis christiana non venderent, ut ipsos Iudęos christianos vendere ad Hyspanias[b] non permitterent, nec mercennarios domesticos habere[4], ne feminę christianę cum eis sabbatizarent, et ne diebus dominicis operarentur, ne diebus XLmę cum eis pranderent, et mercennarii eorum isdem diebus carnes manducarent; ne quilibet christianus carnes a Iudęis immolatas et deglubatas emeret et aliis christianis venderet, ne vinum illorum biberent, et alia huiusmodi.

Est[c] enim Iudęorum usus, ut quando quodlibet pecus ad esum mactant, ut subactum idem pecus tribus incisionibus non fuerit iugulatum, si apertis interaneis iecur lesum apparuerit; si pulmo lateri adhęserit[d], vel eum insufflatio penetraverit; si fel inventum non fuerit et alia huiusmodi. Hęc tamquam inmunda a Iudęis repudiata christianis venduntur[e] et insultario vocabulo christiana pecora appellantur[f]. De humore[g] vero[5], quod et ipsi inmundum fatentur[h], *et non eo utuntur, nisi ad vendendum christianis, si contigerit, ut in terram defluat quolibet loco licet sordido, festinantes auriunt iterum de terra et ad conservandum in vasa remittunt. Qualiter vero et alia *f. 42.

a) haec *add. Mass.* b) yspanias h *superscr. P.* c) *in marg.* Nota usum Iudaeorum *adscriptum est.* d) adęserit h *superscr. P.* e) vendantur *P.* f) appellentur *corr. in* -lantur *P.* g) Aliter de vino *superscriptum est.* h) fantentur *corr. in* fat. *P.*

1) *i. e. Bertmundo comiti, cf. infra epist. 10, p. 202.* 2) *id est epistolam, cuius beneficio missi suscipiebantur et coniectum accipiebant BAL. (Not. p. 17).* 3) *monasterii Nantua (Dép. Ain) media fere via inter Lugdunum et Genevam siti.* 4) *Cf. Bened. Lev. II c. 119 (LL. IIb, 79):* Placuit, ne Iudaeis mancipia deserviant vel adhereant christiana. 5) *Cf. Karoli M. capit. dubia c. 3 (Capitul. reg. Franc. ed. Boretius I, 258):* Ut nemo Iudeus ... neque vinum nec annonam vel aliam rem vendere presumat.

826—827 improbanda circa illud agant, non solum de christianis, sed et de Iudęis multi sunt testes. Quod autem dominum nostrum Iesum Christum et christianos in omnibus suis sub Nazarenorum nomine cotidie maledicant, non solum beatus Hieronimus[1], qui se scribit nosse illos intrinsecus et in cute, testis est, sed et de ipsis Iudęis plerique testantur[a].

In hac re sumens exempli gratiam, dixi christianis hoc modo[2]: 'Si aliquis homo seniori suo vel domino fidelis et[b] amator existat et quempiam hominum senserit illi esse inimicum, detractorem, convitiatorem et comminatorem, non vult ei esse amicus nec socius mensae nec particeps cyborum. Quod si fuerit, et hoc senior ipsius vel dominus deprehenderit, nec fidelem sibi eum esse existimat. Et ideo cum procul dubio noverimus blasphematores et, ut ita dicam, maledictores esse Iudęos domini dei Christi et fidelium eius christianorum, non debemus eis[c] coniungi participatione cyborum et potuum iuxta modum dumtaxat a sanctis patribus et exemplis datum et verbis *f. 42'. preceptum. Cęterum, quia inter *nos vivunt et maligni eis esse non debemus, nec vitę aut sanitati vel divitiis eorum[3] contrarii, observemus modum ab eclesia ordinatum, non utique obscurum, sed manifeste expositum, qualiter erga eos cauti vel humani esse debeamus'.

Haec, piissimę domine, de multis pauca dixi de perfidia Iudęorum, de ammonitione nostra, de lesione christianitatis, quę fit per fautores Iudęorum, nesciens, utrum pervenire possit ad vestram notitiam. Tamen summopere necesse est, ut sciat piissima sollicitudo vestra, quomodo nocetur fides christiana a Iudęis in aliquibus. Dum enim gloriantur mentientes simplicibus christianis, quod cari sint vobis propter patriarchas, quod honorabiliter ingrediantur in conspectu vestro et egrediantur; quod excellentissimę personę cupiant eorum orationes et benedictiones, et fateantur talem se legis auctorem habere velle, qualem ipsi habent, dum dicunt consiliatores vestros commotos adversum nos eorum causa, eo quod prohibeamus[d] christianos vinum eorum bibere. Dum hoc adfirmare nitentes plurimas argenti libras ob emptionem vini se ab eis accepisse iactant, et recursis canonibus non inveniri, quare christiani debeant abstinere a cybis *f. 43. eorum et potibus; dum ostendunt precepta ex nomi*ne vestro, aureis sigillis signata, et continentia verba (ut putamus) non vera; dum ostendunt vestes muliebres, quasi a consanguineis vestris vel matronis palatinorum uxoribus eorum directas; dum exponunt gloriam parentum suorum; dum eis contra legem permittitur novas synagogas extruere[4]: ad hoc pervenitur, ut dicant imperiti christiani melius eis predicare Iudęos quam presbiteros nostros, maxime cum et supra dicti missi, ne sabbatismus eorum impediretur, mercata, quę in sabbatis solebant fieri, transmutari preceperint, et quibus diebus deinceps frequentari debeant, in illorum optione posuerint, dicentes hoc christianorum utilitati propter diei dominici vacationem[e] congruere, cum Iudęis magis probetur inutile, quia et hi qui prope sunt sabbato ementes victus necessaria liberius die dominico missarum sollempnitatibus et predicationibus vacant. Et si qui de longe veniunt ex occasione mercati, tam vespertinis quam matutinis occurrentes officiis, missarum sollempnitate peracta, cum ędificatione revertuntur ad propria.

Nunc igitur, si placet benignissimę mansuetudini vestrae audire, dicamus, quid *f. 43'. ecclesiae Galliarum et rectores earum, tam reges *quam episcopi, de discretione

---

a) *ad marg.* Nota. b) et *superscr.* c) eos *corr. in* eis *P.* d) eos *post* prohib. *deletum est P.* e) vagat. *corr. in* vac. *P.*

1) *In Amos l. I c. 1 (opp. VI, 235).* 2) *Fragmentum est orationis quam Agobardus Lugduni habuit adversum Iudaeos, usque ad illa verba:* humani esse debeamus *BAL. (Not. p. 19).* 3) *Baluzius l. l. meminit hic proverbii Francogallici: Il est riche comme un juif.* 4) *Cod. Theodos. l. XVI tit. 8 § 27, p. 1605 ed. Hänel. Gregor. Reg. IX, 195, EE. II, 183, quos laudat BAL. Not. p. 20.*

utriusque religionis[a], eclesiasticę videlicet et Iudaicę, tenuerint tenendumque tradiderint, et scriptum posteris reliquerint, et quomodo consonum sit auctoritati vel actibus apostolicis, et a veteri testamento originem trahens. Ex quibus demonstratur, quam detestabiles habendi sint inimici veritatis, et quomodo peiores sint omnibus incredulis (scripturis divinis hoc docentibus) et quam indigniora omnibus infidelibus de Deo sentiant et rebus caelestibus. Quę omnia cum confratribus contulimus et amplissimae excellentiae vestrae presentanda direximus[1]. 826—827

Et[b] cum precedens scedula dictata fuisset, supervenit quidam homo fugiens ab Hyspaniis de Cordoba, qui se dicebat furatum fuisse a quodam Iudęo Lugduno ante annos XXti IIIIor, parvum adhuc puerum, et venditum. Fugisse autem anno presenti cum alio, qui similiter furatus fuerat Arelato ab alio Iudęo ante annos sex. Cumque huius, qui Lugdunensis fuerat, notos quęreremus et inveniremus, dictum est a quibusdam et alios ab eodem Iudęo furatos, alios vero emptos ac venditos; *ab alio quoque Iudęo anno presenti alium puerum furatum et venditum; qua hora inventum est plures christianas a christianis vendi et comparari a Iudęis, perpetrarique ab eis multa infanda quę turpia sunt ad scribendum. *f. 44.

8.

Agobardus Lugdunensis Bernardus Viennensis archiepiscopi Faof Cabillonensis episcopus Ludowico imperatori multis testimoniis allatis de Iudaeorum superstitionibus atque erroribus exponunt. *826—827.*

Cod. P fol. 44—64'.

Edd. Masson p. 63—94, Baluzius I, 66—98, Migne CIV, 77—100[a].

CHRISTIANISSIMO ET GLORIOSISSIMO DOMNO NOSTRO HLUDOWICO IMPERATORI PERPETUO AUGUSTO AGOBARDUS BERNARDUS[2] ET FAOF[b 3], INDIGNI EPISCOPI, SUPPLICES SERVULI VESTRI.

(c. 1) Sicut im premissa scedula[4] im brevi significatum est, insolentia et importunitate Iudęorum in quorundam simplicium christianorum pectoribus tranquillitas fidei propulsata compulit nos mansuetissimę ac prudentissimę sollicitudini vestrae scribere de cautela christianorum, qualis esse debeat erga Iudaicam perfidiam et superstitiones atque innumerabiles errores, in quantum extremitas nostra invenire potuit ex usu et institutione priorum Gallicanarum ecclesiarum rectorum. Et quidem si, sicut nunc multa necessitas poscit, ausi essemus aut valuissemus auribus vestris ingerere dampna animarum, quę per vasa diaboli, mentes videlicet Iudęorum, fidelibus inferuntur, adhiberi omnino iuberet pietas *vestra remedium. Nunc autem, quia periculosissimum nobis est dicere et innotescere, quod sicut tempore passionis suę dominus noster Iesus Christus, pacificaturus omnia per sanguinem crucis suę, venditus est a falso discipulo et comparatus a veris persecutoribus ad inludendum et crucifigendum, ita nunc comparetur ab impiis Iudęis quodammodo ad vituperandum licentius et blasphemandum, scribimus tantum pauca de exemplis et statutis patrum, ac deinde de actis apostolicis, *f. 44'.

a) religiones *corr. in* -nis *P.* b) *Haec secuntur duabus versibus vacuis relictis.*

8. a) *Lemma:* Epistola Agobardi Bernardi et Faof episcoporum ad eundem imperatorem de Iudaicis superstitionibus. b) Faor *P.*

1) *Haec ad epistolam quae sequitur referenda sunt.* 2) *a. 817—842 cf. SS. II, 322 n. 42, Jaffé Reg. n. 2547. 2549.* 3) *Cf. Simson Ludw. der Fr. I, 395 n. 7.* 4) *Cf. Agobardi epistolam supra p. 182.*

826—827 sive de evangeliis et veteris testamenti scripturis ad confirmandam piam gubernationis vigilantiam[a] bonorum pastorum.

(c. 2) Beatus confessor Hilarius[1], de quo sanctus Hieronimus ita loquitur in epistola ad Lętam de instructione dicens[b] [2]: 'Cypriani opuscula semper in manu teneat[c], Athanasii epistolas et Hilarii libros inoffenso currat pede. Illorum tractatibus, illorum delectetur ingeniis, in quorum libris pietas fidęi non vacillat, ceteros sic legat, ut magis iudicet, quam sequatur'. Qua cautela Iudęorum semper et hereticorum devitaverit profana consortia, vita eius scripta fatetur[3], quod ita scilicet huiusmodi hostes ecclesiae fuerit execratus, *f. 45. ut non solum convivium, sed ne salutatio quidem ei extiterit cum his pretereun*ti communis. De sancto quoque Ambrosio vitae eius sacra narrat hystoria[d] [4], quod et hic inserere dignum est et christianis mentibus scire religiosum: 'In partibus', inquit, 'Orientis in quodam castello a christianis viris synagoga Iudęorum et lucus Valentinianorum incendio concremata[e] sunt, propterea quod Iudęi vel Valentiniani insultarent monachis christianis (Valentinianorum enim hęreses XXX deos colunt). Sed de huiusmodi facto comes Orientis ad imperatorem relationem direxit[f], qua[g] [accepta][h] imperator preceperat[i], ut synagoga ab episcopo rehędificaretur[k]. Sed huius precepti tenor cum ad aures pervenisset venerabilis viri Ambrosii episcopi, direxit ad imperatorem epistolam, quia ipse in tempore excurrere[l] non poterat, qua illum convenit, ut id quod ab eodem statutum fuerat revocaretur, servarique sibi debere[m] ab eo audientiam: quia[n] si dignus non esset qui ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo[o] audiretur, vel cui preces suas aut cui sua vota committeret. Paratum etiam se esse pro tali negotio mortem subire, ne dissimulatione sui prevaricatorem faceret imperatorem, qui tam iniusta contra ecclesiam precepisset. *f 45'. Postea vero cum Mediolanum revertitur, posito im*peratore in ecclesia, de eadem[p] causa tractavit im populo. In quo tractatu introduxit Domini personam loquentis: 'Ego te ex ultimo imperatorem feci, ego tibi exercitum inimici tui tradidi, ego[q] copias quas ille adversum te exercitui suo preparaverat dedi, ego inimicum tuum im potestatem tuam redegi, ego de semine tuo supra solium regni constitui, ego te triumphare sine labore feci: et tu de me inimicis meis donas triumphos'? Cui descendenti[r] exedra imperator ait: 'Contra nos proposuisti[s] hodie, episcope'. At ille respondens ait, non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tunc imperator: 'Revera', inquit, 'dura preceperam contra episcopum de synagoga reparanda. Im monachos vero vindicandum esse[t] a comitibus qui in tempore aderant dicebatur'. Quibus episcopus: 'Ego quidem cum imperatore nunc ago, vobiscum vero mihi aliter agendum est'. Atque ita obtinuit, ut illa quę statuta fuerant revocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua imperator illum agere debere testaretur. Cui episcopus: 'Ergo age fide tua'. Respondit imperator: 'Age fide mea'. Qua sponsione iterata iam securus peregit sacerdos divina mysteria'.

*f. 46. *Ecce[5] duę maximę eclesiarum Dei columnę, Hilarius videlicet et Ambrosius, alter ex his suo nos docet exemplo non a cybis solummodo, verum etiam a salutatione Iudęorum, quę ab omnibus in invicem communiter exhibetur, diligentius abstinere debere. Alter vero pro eo, quod exusta a christianis synagoga Iudęorum labore episcopi ab imperatore iussa fuerat restaurari, morti se offerre non dubitat — et quod

---

a) vigilantium *P.* b) *ad marg.* De Hylario *P al. man.* c) teniat *corr. in* -neat *P.* d) *ad marg.* De Ambrosio *P.* e) *ante* m *litera deleta est.* f) redirexit *primo* re *del. P.* g) quanta *corr. in* qua *P.* h) *om. P.* i) preceperant *corr. in* -rat *P.* k) in monachos vero vindicaretur *add. Paul.* l) oxc. *corr. in* exc. *P.* m) deberi *P.* n) qui *P.* o) a Domino *add. Paul.* p) eodem *corr. in* eadem *P.* q) tibi *add. Paul.* r) de *add. Paul.* s) pro *superscr.* t) ita et *add. Paul.*

1) *Hoc capite usus est Amulo, Agobardi successor, in libro contra Iudaeos c. 52 (Migne Patrol. CXVI, 180), in cuius capite 43. eius ut* pii pastoris et institutoris ac decessoris nostri *meminit.* 2) *Ep. 107 c. 12 (opp. ed. Vallarsius I, 682).* 3) *Fortunati V. Hilarii c. 3 § 9 (Fortunati opp. pedestr. ed. Krusch p. 2).* 4) *Paulini V. S. Ambrosii § 22. 23. (opp. ed. Bened. II, app. p. VI—VII), cf. Amulonis libr. contra Iud. c. 53 (l. l. 180).* 5) *Eis quae secuntur utitur Amulo c. 54 (col. 181) verbis mutatis.*

leve forsitan putaretur, si hodie contingeret — vir sanctus in tantum exhorruit et abhominatus est, ut mortem pro tali negotio susceptam martyrii loco non dubitaret sibi esse cessuram. Prevaricatorem etiam iudicavit tam iniusta contra ecclesiam precipientem et, nisi sibi locum audientiae reservasset, solitam pro eo intercessionem se intermissurum testatus est. Quid hic igitur vir Dei credendus est fuisse facturus[a], si vidisset suo tempore Iudęorum infidelium causa canonica statuta convelli? 826—827

(c. 3) Nec sanctissimus Cyprianus et homo Dei Athanasius minore illos hodio abhominantur; quin potius, sicut eorum litterae testes sunt, infidelitatis eorum obstinatissimam impietatem supra omnem gentilium execrantur errorem. Quorum religiosissimam fidem et Christo deditam devotionem omnes ecclesiarum Gallicanarum[b] reverentissimi gubernatores secuti totam *Iudęorum ex integro pollutissimam societatem fugiendam penitus christianis omnibus esse sanxerunt. Quorum nos de hac re sententias ponere et ex his quam sit exsecrabile ipsorum consortium decrevimus e vestigio demonstrare[1]. *f. 46'.

(c. 4) Alchimus Avitus[2], ecclesiae Vienensis episcopus, quam eximius doctor hortodoxus et facundus extiterit, pęne tota novit ecclesia Christi. Sanctus Apollinaris, episcopus ecclesiae Valentinę, quantus fuerit et sit, non solum gesta de eo scripta, sed et crebra eius miracula usque hodie sublimiter testantur. Sanctus Gregorius, Lingonicę ecclesiae episcopus, quantę sanctitatis et veritatis fuerit, vita eius scripta et finis vitae atque honor ei ab ecclesia delatus usque hodie testes sunt. Viventiolus, ecclesiae Lugdunensis episcopus, cuius doctrinae fuerit, non solum ipsa, sed et aliorum de eo scripta testantur. Hi ergo cum aliis XX reverentissimis episcopis in nomine Domini congregati pro defensione et statu ecclesiae de re superius memorata ita inter cetera statuerunt[3]: 'Si superioris[c] loci clericus heretici cuiuscumque clerici convivio interfuerit, anni spatio pacem non habeat. Quod iuniores clerici si presumserint, vapulabunt. A Iudęorum vero conviviis etiam laicos constitutio nostra prohibuit, nec cum ullo clerico nostro panem comedat[d], *quisquis Iudęorum convivio fuerit inquinatus'. Et in conclusione statutorum suorum confisi de presentia Domini, sicut ipse ait: 'Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum', ita sanxerunt[4]: 'Quocirca haec, quę superna inspiratione communi consensu[e] placuerunt, si quis sanctorum antistitum, qui statuta presentia subscriptionibus propriis firmaverunt, necnon et quos eorum Deus esse voluerit successores, relecta integritate observationis excesserit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis iudicio futurum esse cognoscat'. *f. 47. Matth. 18, 20.

(c. 5). Sanctus[5] Cesarius ecclesiae Arelatensis episcopus, cuius meriti et doctrinę fuerit, multa eius et preclara monimenta[f] designant. Hic cum XXXV episcopis [et] vicariis episcoporum[g] congregatis in unum in nomine Domini pro defensione et confirmatione catholicę veritatis inter cetera statuit ita[h][6]: 'Omnes deinceps clerici sive laici Iudęorum convivia evitent et nec nos ad convivium quis excipiat, quia cum apud christianos cybis communibus non utantur, indignum est atque sacrilegum eorum cybos[i] a christianis sumi, cum ea quę apostolo permittente nos sumimus ab illis, iudicentur inmunda, ac sic inferiores incipiant esse catholici quam Iudęi, si nos his quae ab illis *apponuntur[k] utamur, illi vero a nobis oblata contempnant'. *f. 47'.

---

a) facturos *corr. in* -us *P.* b) galligan. *corr. in* -can. *P.* c) -oris *e corr. P.* d) comedat *secundo* m *superscr. P.* e) consensensu sen *del. P.* f) monum. *corr. in* monim. *P.* g) episcoporum *in marg. iteratur.* h) *in marg.* V. i) cybis *P.* k) opponuntur *P.*

1) *Testimonia de Iudaeis quae secuntur repetuntur magna ex parte in concilio Meldensi c. 73 (Capitul. reg. Franc. II, 417. 418, cf. p. 389).* 2) *Hoc capite utitur Amulo c. 55 (col. 181).* 3) *Concil. Epaon. c. 15 (Concilia aevi Meroving. p. 22; Alc. Aviti opp. ed. Peiper p. 169).* 4) *ib. c. 40 p. 28.* 5) *Hoc capite usus est Amulo c. 56 (col. 182).* 6) *Concil. Agat. c. 40 (Mansi Coll. conc. VIII, 331).*

826—827 (c. 6) Priscus[1], ecclesiae Lugdunensis episcopus, Artemius Senonicę, Remedius Beturicę, et sanctus Siagrius, Eduorum episcopus, cum ceteris pluribus[a] statuta ecclesiastica renovantes ita definierunt[2]: 'Ne Iudęi christianis populis iudices deputentur aut telonarii esse permittantur, per quod illis, quod Deus avertat!, christiani videantur esse subiecti. Ut Iudęis a cęna Domini usque prima pascha, secundum edictum[b] bonę recordationis domni Childeberti regis, per plateas aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur.

Et[c] ut reverentiam cunctis sacerdotibus Domini vel clericis impendant nec ante sacerdotes consessum[d] nisi ordinati habere presumant. Quod si facere fortasse presumpserint, a iudicibus locorum, prout persona fuerit, distringantur.

Et[e] ut nullus christianus Iudęorum conviviis participare presumat. Quod si facere quicumque (quod nefas est dici) clericus aut secularis presumpserit, ab omnium christianorum consortio se noverit coercendum, quisquis eorum impietatibus fuerit inquinatus.

Et[f] licet quid de christianis qui aut captivitatis incursu aut quibuscumque fraudibus Iudęo-
*f. 48. rum servitio implicantur, debeat *observari, non solum canonicis, sed et legum beneficiis iampridem fuerit constitutum, tamen quia nunc ita quorundam querela exorta est, quosdam Iudęos per civitates aut mancipia consistentes in tantam insolentiam et proterviam prorupisse, ut nec reclamantes christianos liceat vel ad precium de eorum posse servitute absolvi, idcirco presenti concilio Deo auctore sancimus, ut nullus christianus Iudęo deinceps debeat deservire, sed datis pro quolibet bono mancipio XII solidis, ipsum mancipium quicumque christianus seu ad ingenuitatem seu ad servitium licentiam habeat redimendi, quia nefas est, ut, quos Christus dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneant inretiti. Quod si adquiescere his quę statuimus quicumque Iudęus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, licet mancipio ipsi cum christianis, ubicumque voluerit, habitare. Illud etiam specialiter sancientes, quod si quis Iudęus christianum mancipium ad errorem Iudaicum convictus fuerit persuasisse, et ipso mancipio careat et legali dampnatione plectatur'.

(c. 7) Sanctus[3] Lupus cum aliis viginti et quattuor episcopis vel vicariis episcoporum similiter in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis pro causis corporis
*f. 48'. eius, quod est ecclesia, inter multa haec etiam statuit[g][4]: *'Quia Deo propicio sub catholicorum regum dominatione consistimus a die cęnę Domini usque in secunda sabbati in pascha, hoc est ipso quatriduo procedere inter christianos, neque catholicis populis se ullo loco vel quacumque occasione miscere presumant'.

(c. 8) In[h] concilio Laodicęno statutum est[5], quod non oporteat a Iudęis vel hereticis ea quę mittuntur munera festiva suscipere nec cum eis festa celebrare, et quod non oporteat azimam a Iudęis accipere et communicare impietatibus eorum. Et in alio concilio[6]: 'Ut si quis Iudaicę pravitati iugali societate coniungitur, id est, si seu christiano Iudęa sive Iudęo christiana mulier carnali consortio misceatur, quique horum tantum nefas admisisse noscuntur, a christiano coetu atque convivio et a communione ecclesiae protinus segregentur'.

(c. 9) Et[7] quia ecclesiastica statuta per apostolica acta firmanda sunt et nova
cf. Ioh. 19, 26. per vetera, videamus quid de[i] beato Iohanne, quem diligebat[k] Iesus plurimum, apostolo et evangelista antiquissimus et apostolicus doctor ac martyr Christi et ecclesiae Lugdunensis episcopus Hyreneus[l] dicat[8]. Ait ergo: 'Et Policarpus vero non solum apostolorum

---

a) VI *in marg.* b) VII *in marg.* c) VIII *in marg.* d) concessum *P.* e) VIIII *in marg.* f) X *in marg.* g) XI *in marg.* h) I *in marg.* i) pre *corr. in* de *P.* k) đ *add. P.* l) Hireneus *in marg.*

1) *Cf. Amulonis libr. c. 57 (col. 182).* 2) *Concil. Matiscon. I c. 13—17 (Conc. aevi Meroving. p. 158. 159).* 3) *Capita 7. et 8. adhibentur ab Amulone c. 58 (col. 183).* 4) *Concil. Aurelian. I c. 33 (Conc. aevi Merov. p. 83).* 5) *Concil. Laodicen. c. 37. 38 (Mansi Coll. conc. II, 579 sq.).* 6) *Concil. Arvern. I c. 6 (Conc. aevi Merov. p. 67).* 7) *Capite 9. usus est Amulo in cap. 6 (col. 144).* 8) *Eusebii hist. eccles. IV c. (21) 14 p. 81, Basil. 1523, sed auctor noster aliam versionem sequitur.*

in condiscipulatu heruditus et conversatus [cum][a] multis, qui Dominum [nostrum][a] viderunt, sed 826—827 et ab apostolis collocatus [in][a] Asia, apud Smyrnensium ecclesiae episcopus, quem et nos vidimus in prima nostra aetatę — diu ete*nim mansit et valde senectute pre ceteris longevus gloriosę *f. 49. et luculenter testatus obiit vita — haec docuit semper quę ab apostolis didicit, quę et ecclesiae tradidit, quę et sola sunt vera; et sunt qui audierint eum, quod Iohannes Domini discipulus ad Ephesum dum pergeret lavatum, ut vidit intus Cherintum, exilivit a balneo non lotus, dicens, quia timeret, ne balneum corrueret, posito intus Cherinto veritatis inimico. Et ipse vero Policarpus Marcioni quondam in facie ipsi venienti et dicenti: 'Cognosce nos' ei[b] respondit: 'Cognosco, cognosco primitivum Satanae'. Tantam apostoli et discipuli eorum habuere reverentiam, ut ne verbo quidem communicarent cuiquam incaraxanti veritatem'. Ad haec si forte aliquis dicit Cherintum hereticum fuisse, non Iudęum, noverit temporibus apostolorum non fuisse hereticos, nisi ex Iudęis et Samaritanis: sicut fuerunt Symon et Menander, Hebion et Nicolaus. Sed ex erroribus supradicti Cherinti cognoscat, quod omnia sint Iudaica quę astruebat. Predicabat dominum nostrum Iesum Christum purum fuisse hominem nec surrexisse et circumcidi carne oportere. Post resurrectionem dicebat terrenum futurum esse regnum Christi in Hierusalem, et homines in carne iterum concupiscentiis et vitiis subiectam conversationem habituros et legales *festivitates rursum cęlebrandas[c] *f. 49'. et hostias carnales iterum iugulandas.

Sed et ex supra scriptis statutis advertat multo destabilius execranda et vitanda consortia Iudęorum, quam ceterorum hereticorum. Quia si omnes propterea detestandi sunt, quoniam inimici veritatis existunt, multo illi magis, qui maiores exercent[d] inimicitias. Re etenim vera proprium est hereticorum in aliquibus communiter sentire cum ecclesia, in aliquibus dissentire ab ea, hoc est ex parte blasphemare, ex parte veritati consonare, Iudęorum autem ex totum mentiri, ex toto blasphemare dominum et deum nostrum Iesum Christum et ecclesiam eius, et nihil de eo verum credere nisi mortem, quamquam nec in eo verum credant, eo quod mortem eius ceterorum hominum mortibus similem dicant, hoc est ex necessitate naturae, non ex voluntate[d] misericordię. Propter hoc maledicere eos Dominum et corpus eius in omnibus orationibus suis, sicut et ante prophetatum est voce Domini dicentis ad patrem: 'Maledicent illi et tu Ps. 108, 28. benedices'. Si ergo hostes catholicę fidęi propterea execrandi sunt et cavendi, quia inimici sunt veritatis, super omnes infideles, incredulos vel hereticos detestandi sunt Iudęi, quia nullum genus hominum invenitur, cui ita libeat maledicere Dominum. *Quod nobis non minime notum est, qui cotidie pene cum eis loquentes mysteria *f. 50. erroris ipsorum audimus.

(c. 10) Dicunt[e] denique Deum suum esse corporeum et corporeis liniamentis per membra distinctum et alia quidem parte illum audire ut nos, alia videre, alia vero loqui vel aliud quid agere; ac per hoc humanum corpus ad imaginem Dei factum, excepto quod ille digitos manuum habeat inflexibiles ac rigentes, utpote, qui nil manibus operetur. Sedere autem more terreni alicuius regis in solio, quod a IIII[or] circumferatur bestiis et magno quamvis palatio contineri. Cogitare etiam illum multa superflua et vana, quę, quia ad effectum cuncta venire nequeant, vertantur in dęmones. Sed et innumera infanda de Deo, ut diximus, suo predicant ac tale colunt simulachrum, quod ipsi sibi in cordium suorum simulacra finxerunt et statuerunt, non verum, inconvertibilem atque incommutabilem Deum, quem penitus ignorant.

Litteras quoque alfabeti sui credunt existere sempiternas, et ante mundi principium impetrasse diversa *ministeria, quibus eas oporteat in seculo presidere. Legem *f. 50'. vero Mosaycam multis annorum curriculis ante mundum fuisse scriptam. Necnon ad-

---

a) *om. P.* b) et *P.* c) cęleb *P.* d) *in loco raso.* e) Errores Iudaeorum *in marg.*

826—827 firmant plures esse terras, plura inferna, pluresque caelos. Quorum unum quod ipsi
vocant racha[a], id est firmamentum, molas Dei sustentare asserunt, quibus manna
sumendum angelis molatur in escam. Alterum vero appellant araboth[b], in quo Domi-
Ps. 67, 5. num astruunt residere et hoc esse in psalmo secundum illos: 'Iter facite ei qui
caballicat super araboth'. Habere Deum propterea septem tubas, quarum una mille
ei cubitis metiatur. Et quid plura? Nulla veteris testamenti pagina, nulla sententia
est, de qua vel a maioribus suis non habeant conficta et conscripta mendatia; vel
ipsi usque hodie nova semper superstitione confingant et interrogati respondere pre-
sumant.

Nam[c] et in doctrinis maiorum suorum legunt Iesum iuvenem[d] quendam fuisse
apud eos honorabilem et magisterio baptistę Iohannis eruditum, quam plures habuisse
*f. 51. discipulos, quorum uni propter duritiam et hebitudinem sensus kephae *id[e] est petre
nomen imposuerit. Et cum expectaretur a populo ad diem festum, quosdam ei de
scola sua pueros occurrisse, qui illi ex honore et reverentia magistri cantaverint:
cf. Ioh. 12, 13. 'Osanna filio David'. Ad extremum vero propter plura mendatia accusatum, Tyberii
iudicio in carcerem retrusum, eo quod filia ipsius, cui sine viro masculi partum pro-
miserat, lapidis conceptum intulerit, inde etiam veluti magum[f] detestabilem furca
suspensum, ubi et petra in capite percussum atque hoc modo occisum iuxta quendam
aquęductum sepultum, et Iudę cuidam ad custodiam commendatum; noctu vero subita
aquęductus inundatione sublatum Pilati iussu per duodecim lunas quęsitum nec usque
inventum. Tunc Pilatum huiusmodi ad eos promulgasse legem: 'Manifestum est', in-
quit, 'resurrexisse illum, sicut promiserat, qui et a vobis per invidiam peremptus est
et neque in tumulo neque in ullo alio invenitur loco et ob hanc causam precipio, ut
adoretis eum: quod qui facere noluerit, partem suam in inferno futuram esse cognoscat'.
*f. 51'. Haec autem omnia ideo et se*niores eorum confixerunt et ipsi stulta obstinatione
lectitant, ut talibus commentis tota et virtutis et passionis Christi veritas evacuetur, et
ut adoratio non ei, ut Deo veraciter exhiberi debeat, sed Pilati tantum lege illi[g] de-
Act. 12, 7. lata sit. Sed et Petrum nequaquam per angelum secundum fidem nostram de carcere
eductum, sed Herodis misericordia, apud quem plurimum eius sapientia fuerit con-
laudata. Denique et christianos idola asserunt adorare et virtutes quę apud nos
sanctorum intercessionibus obtinentur, a diabolo fieri dicere non exhorrescunt.

Pro quibus omnibus summo eos odio dignissimos esse quis ambigat, sicuti et
Ps. 82, 3. odiendos illos demonstrat scriptura quę dicit iuxta hebraicam videlicet veritatem: 'qui
Ps. 138, 21. 22. contradicunt tibi, scelerate elati sunt frustra adversarii tui'. 'Nonne [et][h] odientes
te, Domine, odivi? Et contra adversarios tuos distabui? Perfecto odio oderam illos,
inimici facti sunt mihi'. Quo zelo Dei fervens beatus Hieronimus[i] in quodam loco
sic de ipsis ait[1]: 'Si expedit odisse homines et gentem aliquam detestari, miro odio aversor
f. 52. concisionem[k]. *Usque hodie enim persecuntur dominum nostrum Iesum Christum in synagogis
Satanę'. Itemque alibi: 'Quantae', inquit[2], 'traditiones pharisęorum, quas hodie deuterosis vocant,
et quam aniles[l] sint fabulae, revolvere nequeo. Pleraque tam turpia sunt, ut erubescam dicere[m].
Dicam autem unum in ignominiam gentis inimicę. Prępositos habent synagogis sapientissimos
quosque foedo operi delegatos, ut sanguinem virginis sive menstruatę mundum vel inmundum,
Exod. 16, 29. si oculis discernere non potuerint, gustu probent. Pręterea quibus[n] iussum est, ut diebus sab-

a) racha *repetitur in marg.* b) araboth *repet. in marg.* c) Falsa opinio Iudeorum *in marg.* d) venem iu *superscr. P.* e) id est — imposuerit *in loco raso.* f) magnum *corr. in* magum *P.* g) illa *corr. in* illi *P.* h) et *deletum in P.* i) Hieronimus *repet. in marg.* k) circumcisos *Hier.* l) animales *P.* m) di *in ras. P;* Heu turpe *in marg.* n) quia *Hier.*

1) *Epist. 84 ad Pammach. et Ocean. c. 3 (opp. ed. Vallarsius I, 520).* 2) *Epist. 121 ad Algas. c. 11 (opp. I, 877. 878).*

batorum sedeat unusquisque in domu sua et non egrediatur nec ambulet[a] de loco in quo habitat. 826—827 Si quando eos iuxta litteram coeperimus artare, ut non ambulent, non iaceant, non stent, sed tantum sedeant, si velint precepta servare, solent respondere et dicere: 'Baracchibas et Symeon et Hillel[b] magistri nostri tradiderunt nobis, ut duo milia pedes ambulemus in sabbato, et cętera huiusmodi doctrinas hominum pręferentes doctrinae Dei'.

(c. 11) Cum igitur tot tantisque inmundiciis et sensuum et operum polluantur, impletur *prorsus in eis sermo Aggei prophetae, quo precipiente sibi Domino ita *f. 52'. interrogat sacerdotes: 'Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his panem videlicet Agg. 2, 12—15. aut pulmentum aut vinum aut oleum aut omnem cybum, numquid contaminabitur?' Et responderunt sacerdotes et dixerunt: 'Contaminabitur', et respondit Aggeus et dixit: 'Sic populus iste et sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, et sic omne opus manuum eorum'. Quod autem horum omnium causa inter carnales Israhelitas et spiritales Iudęos necessario divisionem fieri oportet, mysticae Dominus per Zachariam prophetam designat dicens: 'Et precidi virgam meam secundam, quę appellatur funi- Zach. 11, 14. culus, ut dissolverem germanitatem inter Iudam et Israel'. Nam iuxta apostolum: 'Quę pars fideli cum infidele? quę societas luci ad tenebras? quę conventio Christi ad 2. Cor. 6, 14. 15. Belial'? In quo advertendum est, quia, sicut infideles sponte sequestrantur ab ecclesiastica communione, ut in nullis velint mysteriis participare fidelibus, ita et fideles devote separare se debent et [a][c] convictu et societate infidelium, et si locis necdum valent, donec tempore[d], ut et locis segregentur, sicut idem *fideles, quod est ecclesia *f. 53. ad Deum clamant dicentes: 'Iudica me, Deus, et discerne causam meam de gente Ps. 42, 1. non sancta', quod tunc perfecte implebitur, quando fiet illud, quod Iohannes baptista Dominum predicit esse facturum, sic loquens: 'Cuius ventilabrum in manu sua, et Matth. 3, 12. permundabit aream suam, et congregabit triticum in orreum, paleas autem comburet igni inextinguibili'. Ante passionem enim suam Dominus, nolens adhuc sumere panem Matth. 15, 26. filiorum de mensa et mittere canibus, aiebat[e] discipulis: 'Non sum missus nisi ad oves Matth. 15, 24. quę perierant domus Israel'. Et mulieri Cananeae loquebatur: 'Sine prius saturari Marc. 7, 27. filios', ac si diceret: 'Auferatur[f] primum panis qui de cęlo descendit filiis, qui nutriendi sunt ad vitam'; illisque assumptis[g] cęteri qui remanserint fastidiosi, cum[h] dixerint: 'Durus est hic sermo, quis potest eum audire? quomodo potest hic dare nobis carnem Ioh. 6, 53. suam ad manducandum?' Transeant ministri mensę dominicę ad canes esurientes, id est apostoli ad gentes, sicut beata Maria Dei genitrix repleta Spiritu sancto predixerat: 'Esurientes implevit *bonis et divites dimisit inanes'. Et multo ante Anna Luc. 1, 53. *f. 53'. genitrix Samuhelis: 'Repleti prius pro panibus se locaverunt et famelici saturati 1. Reg. 2, 5. sunt'. Et inter has medias propheta Isaias ait: 'Ecce dominator[i] Dominus exercituum Isai. 3, 1. auferet ab Iherusalem et ab Iuda omne robur panis'.

(c. 12) Quod tali ordine coepit impleri. Dixit primum Dominus predicatoribus suis: 'In vias gentium ne habieritis et in civitates Samaritanorum ne intraveritis'. Matth. 10, 5. Ascensurus vero ad caelos ait: 'Euntes in mundum universum predicate evangelium Marc. 16, 15. omni creaturę'. Ut scilicet prius a Iudęa apostolorum repulsa predicatio tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suę testimonium superba reppulisset[k]. Cumque hoc impleri coepisset, et iam tempus advenisset, ut implerentur prophetiae de assumptione gentium et repulsione Iudęorum, predicantibus Paulo et Barnaba, et concurrentibus audire verbum Domini, sicut scriptum est in Actibus apostolorum: 'Videntes turbas Iudęi repleti sunt zelo et contradicebant his quę a Paulo dicebantur Act. 13, 45—52. blasphemantes. Tunc constanter Paulus *et Barnabas dixerunt: 'Vobis oportebat *f. 54.

---

a) ambulat *corr. in* -let *P.* b) ellel *P.* c) *om. P.* d) tempus *P.* e) agebat *corr. in* aiebat *P.* f) *superscr.* vel. g) asumptis *P.* h) re *post* cum *deletum est P.* i) nomen domini Dei *ad marg.* k) repul. p *superscr. P.*

826—827 primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud et indignos vos iudicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes. Sic enim precępit nobis Dominus: posui te in lumen gentibus, ut sis in salutem usque ad extremum terrę. Audientes autem gentes gavisę sunt et glorificabant verbum Domini et crediderunt, quotquot erant preordinati ad vitam aeternam. Disseminabatur autem verbum Domini per universam regionem. Iudęi autem concitaverunt mulieres religiosas et honestas, et primos civitatis et excitaverunt persecutionem in Paulum et Barnaban et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso pulvere pedum in eos venerunt Iconium. Discipuli quoque Act. 18, 6. 7. replebantur gaudio et Spiritu sancto'. Item in eodem libro: 'Instabat, inquid, verbo Paulus, testificans Iudęis esse Christum Iesum. Contradicentibus autem eis et blasphemantibus excutiens vestimenta sua dixit ad eos: 'Sanguis vester super caput vestrum, mundus ego: ex hoc ad gentes vadam'. Et migrans inde intravit in domum cuius- Act. 19, 8. 9. dam nomine Titi'. Item ibi: 'Ingressus autem synagogam Paulus cum fidutia loquebatur, per tres menses disputans et suadens de regno Dei. Cum autem quidam in- *f. 54'. durarentur *et non crederent maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis segregavit discipulos'. In quibus verbis subtilissime pensandum est, quia, sicut paulatim crescebat numerus fidelium ex gentibus, eo[a] duriores fiebant Iudęi adversus verbum Domini desinebantque credere, sic[b] paulatim ostensa est et segregatio predicatorum ab eis. Nam et vestimenta sua et pedum pulverem excusserunt in eos, Matth. 10, 14. 15. adimplentes preceptum Domini, qui discipulos ad predicandum mittens ait: 'Et quicumque non receperit vos nec audierit sermones vestros, exeuntes foras de domo vel civitate, excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terrae Sodomorum et Gomorreorum in die iudicii, quam illi civitati'. Pulverem vero de pedibus iubentur excutere in testimonium laboris sui, quod ingressi sint civitatem et predicatio apostolica ad illos usque pervenerit. Sive excutitur pulvis, ut nihil ab eis accipiant, ne ad victum quidem necessarium, qui evangelium spreverint. Sic enim a doctoribus exponitur excussio pulveris non solum in evangelio, ubi precipitur, sed Act. 13, 51. *f. 55. et in Actibus apostolorum, *ubi perficitur.

(c. 13) Et inde est, quod imprimis quidem quando segregati sunt in opus Paulus Act. 13, 5. 14. 44; 14, 1. et Barnabas, per singulas civitates leguntur intrasse synagogas Iudęorum et sabbatis disputasse de regno Dei, id est quando collectae fiebant Iudęorum. In secunda autem Act. 16, 17. circumcisione per singula iterum loca Paulus et Silas leguntur suscepti esse a fratri- Act. 21, 16. 17. bus et mansisse apud fratres. Unde et ascendentibus Paulo et sociis eius Iherusalem, ierunt cum eis aliqui ex discipulis a Cesarea [ad]ducentes[c] [secum, ut][d] hospitarentur Iasonem[e] quendam Cyprium antiquum discipulum. Et cum venissent Iherosolimam, excoeperunt eos fratres.

Act. 9, 15. (c. 14) Atque istius regulae districtionem servat ubique vas electionis et magister gentium Paulus, quod diligenti cuique lectori vel auditori facile est ex ipsis Act. 16, 14. 15. gestis eius agnoscere. Denique et in Philippis cum predicaret, nec in domum Lidię purpurariae, licet colentis Deum, introisse legitur aut mansisse, priusquam cum omni domo sua in Christum credens baptizaretur; nec in illius similiter domum qui custos ib. 33. 34. erat carceris ingressus est, aut humanitatis eius obsequiis usus est, donec etiam ipse *f. 55'. credens Domino, cum omni *domo sua baptizatus, dignus fieret tantum apostolum Act. 21, 4. habere convivam. Sed et cum venisset Tyrum nonnisi cum discipulis septem scribitur ib. 8. 9. mansisse diebus. Similiter autem et apud Caesaream in domo Phylippi evangelistae, cui quattuor erant filię virgines prophetantes, ospitio functus esse memoratur, ubi et ib. 24, 23. post aliquantum temporis cum custodia detineretur, sui illi tantummodo leguntur ib. 27, 3. ministrasse. Apud Sydonem quoque humanę tractatus a Iulio centurione, ad amicos

---

a) et *P.* b) si *P.* c) dicentes *P.* d) apud *P pro* secum ut. e) Mnasonem *Act.*

tantummodo refertur isse, qui erant utique fideles, et sui curam egisse. Itemque cum [826—827] venisset Puteolis, diebus VII[tem] apud fratres mansisse perhibetur. In ipsa autem Roma [Act. 28, 13. 14.] biennio in suo habitasse conductu. Sed et semper tam ipsi quam his qui secum [ib. 30. ib. 20, 34.] erant necessaria quęque suis se fatetur manibus ministrare[a]. Et cum apud alios prima verbi Dei iaceret fundamenta, ab ecclesiis fidelium invenitur accepisse stipendia. Necessaria vero quę ipsi et suis a patre Publii caeterisque Mitilenensis[1] insulę cultoribus [Act. 28, 7-10.] imposita narrantur, quis non videat nequaquam ab infidelibus, sed a fidelibus fuisse suscepta. Nam et patrem Publii salvavit, et tantas apud eandem insulam infirmitatum curationes exercuit, ut dubium non sit plurimos ex loci *illius incolis Christi fidei [*f. 56.] subiugatos, ac salutis suae nuntium innumeris honoribus prosecutos[b]. Et haec quidem ab apostolo Paulo ita constat esse servata.

(c. 15) Si quis vero et principis apostolorum Petri gesta consideret, videbit etiam ingressum ipsum aliquando ad Cornelium, et eos qui cum ipso aderant, non [Act. 10, 48.] prius apud illos mansisse aut accepisse cybum, quam sancto Spiritu repleti, et in Christi nomine baptizati fidelium digni fierent convictu et societate. Sed et apud [ib. 6. 10 sqq.] Ioppen in domo fidelis cuiusdam Simonis coriarii hospitatum, esurientem gustare voluisse, ubi et vas ut linteum plenum diversis animantibus cęlitus delapsum vidit, facta ad se voce: 'Quod Deus mundavit, tu ne commune dixeris'. Hoc autem per [ib. 15. 16.] ter factum esse narratur, ut per fidem sanctae Trinitatis cunctarum gentium futura mundatio presignaretur, sicuti iampridem apostolis a Domino preceptum[c] fuerat, ut euntes docerent omnes gentes, 'baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus [Matth. 28, 19.] sancti'. Tales ergo iam erant et gentiles illi, id est credentes baptizati et mundati, cum quibus ne scandalizarentur hi, qui ex circumcisione crediderant, illis absentibus edebat, presentibus edere dissimulabat. Ubi et illud fideliter considerandum est, quod, si talis ac tantus apostolus, ne Iudęos fideles scandalizaret, qui adhuc carnalibus legis observationibus utebantur, a gentilium fidelium *se convivio subtrahebat, ne contra [*f. 56'.] morem, scilicet Iudęorum, videretur agere cum gentibus convivando, quo studio christiani nunc a convictu se debent subtrahere infidelium Iudęorum, ne exemplo huius inlicite communionis scandalizent socios et participes[d] christianę religionis talique facto vel Iudaicis videantur superstitionibus favere vel ecclesiastica convincantur statuta dissolvere.

(c. 16) Sed et in libris Clementis[e] ecclesiae Romanę pontificis inveniuntur aliqua a supra memorato apostolo de huius rei observatione dicta, quę in his inserere non incongruum existimavimus. Nam licet idem libri iudicentur apocriphi, pleraque tamen ex his testimonia inveniuntur a doctoribus usurpata. Introducit ergo Clemens, cum necdum esset baptismi gratia purificatus, et ob hoc a mensa Petri cum ceteris similibus sequestratus, eundem apostolum loquentem sibi his verbis[2]: 'Non pro superbia, o Clemens, convivium non ago cum his qui nondum purificati sunt, sed vereor, ne forte mihi quidem noceam, ipsis autem nihil prosim'. Et paulo post[3]: 'Nemo ergo vestrum contristetur, ait, a convivio nostro separatus. Parvo enim tempore sequestratur qui cito voluerit baptizari, multo autem qui tardius. Et ideo in vobis est, quando velitis, ad nostram convenire mensam et non in nobis, quibus permissum non est sumere cum aliquo cybum, nisi prius fuerit baptizatus'. *Haec de scriptis Clementis necessario a nobis prolata sint, volentibus evidenter osten- [*f. 57.] dere ab apostolis traditam huius rei antiquissimam observationem. Vera enim et ista ducenda[f] sunt et eo maxime, quo ab apostolicis actibus in nullo videntur discrepare.

a) -strare *e correct.* b) persecutos *P, corr. Bal.* c) predictum *corr. in* -ceptum *P.* d) particeps *P.* e) Nota ex libris Clementis *in marg.* f) dicenda *corr. in* ducenda *P.*

1) *immo Melitensis.* 2) *Recognit. l. II c. 71 ex ed. Gersdorf (Migne Patrol. Graeca I, 1281).* 3) *Ibid. c. 72 col. 1282.*

826—827 (c. 17) An putandi sunt electi Christi apostoli cum Iudęis infidelibus communem habere voluisse mensam? aut potuisse cum eis gratum convivium ducere, de quibus 1. Thess. 2, 14–16. magister gentium Paulus Thessalonicensibus ita loquitur: 'Vos enim imitatores facti estis, fratres, ecclesiarum Dei quę sunt in Iudęa in Christo Iesu, quia eadem passi estis et vos a contribulibus vestris, sicut et ipsi a Iudęis, qui et dominum occiderunt Iesum et prophetas et nos persecuti sunt, et Deo non placent, et omnibus hominibus adversantur, prohibentes nos gentibus loqui, ut salvae fiant, ut impleant peccata sua semper, pervenit autem ira Dei super illos usque in finem'. Cum talibus ergo, quos occisores Iesu et prophetarum, persecutores apostolorum, Deo non placentes, omnibus hominibus adversantes, peccata sua semper implentes et sub ira Dei usque in finem Act. 9, 15. seculi gementes[a] vas electionis appellat, vel apostoli credendi sunt commune habuisse[b] convivium vel fidelium quisque illud[c] debet retinere consortium?

(c. 18) Verum quoniam ecclesiarum quę in Iudęa erant in Christo, id est eorum *f. 57'. qui ex Iudęis crediderant, fecit *apostolus mentionem, videndum etiam de illis, utrum et ipsi haec inter suos positi contribules observarent. Et facile hoc ex verbis sancti Act. 4, 32. Lucę possumus agnoscere, quibus ait: 'Multitudinis autem credentium erat cor et anima una, nec quisquam horum aliquid suum dicebat, sed erant illis omnia com- ib. 34. 35. munia'. Et paulo post: 'Quotquot, inquit, possessores domorum aut agrorum vendentes afferebant precia eorum quę vendebant et ponebant ante pedes apostolorum. Divide- ib. 5, 12. 13. batur autem singulis, prout cuique opus erat'. Et post aliqua rursum ait: 'Et erant omnes unanimiter in porticu Salomonis, ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus'. Neque igitur communem cum eis ducebant victum, cum quibus non habebant ne commune quidem habitationis consortium. Omnia vero quę ipsis erant communia, non undecumque quęsita, sed ex sola fidelium fuerant conlatione et oblatione suscepta. Sed et in maxima necessitate famis, quę sub Claudio ib. 11, 28. 29. facta esse memoratur[1], a Iudęis quidem incredulis, inter quos morabantur, nec expetisse aliquid nec accepisse referuntur. Ab his vero qui ex gentibus ad fidem Christi venerant, ne eos ministri, oblationes fidelium pertulerunt. Iam enim tempus instabat, ut 2. Ioh. 10. 11. *f. 58. diceretur fidelibus *omnibus de omnibus inimicis fidei christianę: 'Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, et ave illi nolite dicere. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus eius malignis'. Secundum quam sententiam, si his qui ave illi dicit, qui a doctrina apostolica existit alienus, communicat[d] operibus eius malignis, quanto amplius Iudaicę communicant malignitati, qui cum his commune etiam convivium cęlebrant[e]?

(c. 19) Et adhuc, ut ab inquinationibus hereticorum vel Iudęorum christiani fierent 1. Ioh. 4, 1–3. cautiores, dicebatur, immo et semper dicitur eis: 'Karissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetę exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei: 'Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est, et omnis spiritus qui solvit Iesum, ex Deo ib. 2, 22. 23. non est, et hic est Antichristus'. Itemque ibi: Quis enim est mendax, nisi is qui negat, quoniam Iesus non est Christus? hic est Antichristus qui negat Patrem et Filium. Omnis qui negat Filium nec Patrem habet; qui confitetur Filium et Patrem habet'. Ex quibus verbis evidentissime declaratur non solum mendaces, sed et Anti- *f. 58'. christos esse Iudęos qui, cum negent Filium, frustra confitentur Patrem; *non autem confitentes Filium nec Patrem habere merentur. Super omnia vero Iesum, qui ex Maria virgine ortus est, Christum esse negantes, Antichristi sibi et nomen pariter et

a) gentes *corr. in* gementes *P.* b) anisse *P; corr. Bal.* c) illum *P.* d) ab *superscript. est ante* oper. *P.* e) cęlebrat *P.*

1) *Euseb. hist. eccl. II c. 8 p. 30, Basil. 1523.*

eloquium vindicarunt. Nam quid aliud[a] Antichristus dicturus est, nisi quidem Iesum 826—827 non fuisse Christum? Se autem esse quod ille veluti falso creditus fuerit. In hoc 1. Ioh. 2, 22. ergo solo blasphemiam Iudęorum superat Antichristus, quod se presumit nuncupare Christum. In hoc autem Iudęi nequitiam ęquiperant Antichristi, quod Iesum negare audent fuisse Christum: in tantum igitur Antichristis, in quantum blasphemię ipsorum blasphemiis consonant Antichristi. Quis autem cum Antichristo mensam habeat communem et Christo se asserat servare fidem? aut quis non libenter eorum fugiat necessitatem, quos suum videat blasphemare salvatorem? et quibus ipsum terribiliter audiat denuntiantem: 'Vę tibi, Corozaim, vę tibi, Bethsaida, quia si[b] in Tyro et Sydone Matth. 11, 21. 24. factę essent virtutes, quę factę sunt in vobis, olim in cinere et in cilicio pęnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro et Sydoni remissius erit quam vobis in die iudicii. Et tu Cafarnaum, numquid usque in cęlum exaltaberis? usque in infernum descendes. Quia si[b] in Sodomis factę fuissent virtutes quę factę sunt *in te, forte *f. 59. mansissent usque ad hanc diem. Verumtamen dico vobis, quia terrę Sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi'.

(c. 20) Corozaim namque et Bethsaida et Cafarnaum, urbes Galileae, idcirco a salvatore planguntur, quod post tanta signa atque virtutes non egerint pęnitentiam. Preferuntur autem eis Tyrus et Sydon, quod naturalem tantum legem calcaverint, iste vero post transgressionem naturalis legis urbes idolatriae et vitiis dedite, et preferuntur ideo, quod Tyrus et Sydon et scriptę etiam signa quę apud eos facta sunt parvi duxerunt. Et quia et revera licet et non audire veritatem, et auditam contempnere pernitiosum sit, multo tamen et incomparabiliter peius est auditam et cognitam contempnere, et contemptam persequi, insuper et blasphemare. Quod apertissime beatus Petrus ostendit de talibus dicens: 'Melius fuerat illis non cognoscere viam iustitiae, 2. Petr. 2, 21. quam post cognitionem retrorsum reflecti'. Hoc autem multo adhuc evidentius demonstratur verbis Domini per parabolam sic loquentis: 'Cum inmundus spiritus exierit ab Matth. 12, 43—45. homine, ambulat per loca arida querens requiem et non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit vacantem, scopis mundatam et ornatam. Tunc vadit et assumit sep*tem alios spiritus nequiores se, et intrantes habitant *f. 59'. ibi et fiunt novissima hominis illius peiora prioribus; sic erit et generationi huic pessimę'. Ex quo perspicuum est inmundum idolatriae spiritum de corde quondam populi Iudaici, cum ei lex data est, recessisse et ambulasse eum diu per loca arida, corda videlicet gentilium infructuosa, atque in his securam sibi voluisse facere mansionem. Sed et inde in adventu Christi, cunctis in eum credentibus nationibus expulsum, ad pristinam domum reversum, quam invenit Deo quidem plenam, carnalibus vero legis observationibus ornatam, a farisaicis sermonibus veluti mundatam. Et quia vidit eam sui habitatione dignissimam, septem alios nequiores se spiritus assumpsit[c], et cum his intima ipsius penetrans novissima eius peiora fecit prioribus. Maiori quippe nunc domus illa plebis Iudaicę dęmonum numero possidetur, blasphemans in synagogis suis Christum, quam in Aegypto possessa fuerat ante legis notitiam.

(c. 21) Frustra igitur fautores Iudęorum nos contristantes et illos lętificantes, patriarcharum causa honorandos eos putant et christianis dicere audent meliores, cum legamus etiam Agarrenos[d], qui nunc corrupto vocabulo Sarraceni vocantur, *Amalechitas *f. 60. quoque et Madianitas atque Afros ex Abraham genus ducere. Ideoque nec eos quisquam vel honorandos vel meliores christianis debeat existimare. Non solum autem Iudaei meliores nobis esse nequeunt, sed et his, quas supra enumeravimus, nationibus peiores inveniuntur, quia illę quidem nec legem acceperunt, isti vero post datam sibi legem, post missos ad se prophetas, etiam Dei filium occiderunt. Si vero iuxta

a) aliut *P.* b) quasi *P.* c) assumsit p *superscr.* *P.* d) Agarenos *corr. in* Agarrenos *P.*

826—827 apostolum 'non qui filii carnis hi filii sunt Dei, sed qui filii promissionis hi ęstimantur
Rom. 9, 8. in semine', ergo Iudęi quantum a promisso Abrahę semine, id est Christo, existunt
alieni, tantum et filiorum Dei gloria probantur indigni, nec Hierusalem cęlestem
veraciter sortiti sunt, sed Hierusalem terrestris et Agar ancillę, que in servitutem
generat, filii remanserunt.

Gen. 21, 10; Gal. 4, 30. (c. 22) Sed quid dicit scriptura: 'Eice ancillam et filium eius, non enim heres
erit filius ancillę cum filio liberę'. Expulsus ergo est de paterna domo Iudaicus po-
pulus, atque ab hereditate filiorum ecclesiae, quę per Christum libera effecta est,
Ioh. 8, 35. segregatus. Nam, sicut Dominus ait, 'servus non manet in domo in aeternum, filius
ib. 34. manet in aeternum'. 'Omnis autem qui facit peccatum servus est peccati', nec potest
a iugo servitutis istius absolvi, nisi per Dei filium meruerit liberari. Iudęi igitur qui
Ioh. 8, 36. dicente Domino: 'Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis', ipsi quidem non credunt,
ib. 33. se autem semen Abrahę esse et nemini umquam servisse gloriantur, non solum a
*f. 60'. liber*tate spiritus efficiuntur[a] extranei, sed et carnalis servitutis inveniuntur obnoxii.
Neque hoc solum, sed et filii perseverant diaboli, sicut et Dominus ostendit dicens
ib. 44. eis: 'Vos ex patre diabolo estis et desideria patris vestri vultis facere'. An non
patris sui desideriis cotidie satisfaciunt, contempnentes legem, spernentes prophetas,
persequentes ecclesiam, atque ipsum Dei filium blasphemantes? Cum hęc ergo ita se
habeant, qua ratione servis Dei servi peccati, filii libere filii ancillę, heredibus exhere-
dati, Dei filiis filii diaboli preferentur? quos Dominus per Esaiam prophetam tanta a
servis suis divisione seiungit, ut et nomen pristinum eos amisisse et inter mortuos
Isai. 65, 13—16. ostendat iam deputatos esse his verbis: 'Ecce servi mei comedent et vos esurietis,
ecce servi mei bibent et vos sitietis; ecce servi mei letabuntur et vos confundemini;
ecce servi mei laudabunt pre exultatione cordis et vos ululabitis pre dolore cordis et
pre contritione spiritus ululabitis et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis
meis, et interficiet te dominus Deus tuus et servos suos vocabit nomine alio, in quo
qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo, Amen, et qui iurat in terra,
iurabit in Domino, Amen'. Nomine itaque pristino populus Iudaicus spoliatus et incre-
*f. 61. dulitatis suę gladio peremptus electis Dei *nomine alio vocatis et christiano vocabulo
benedictis atque in Christi sacramenta iuratis nec exequari potest, nec corporali saltem
victu sociari debet, quibus ne ipsa quidem servitutis appellatione meruit copulari.

(c. 23) Si vero et hoc consideremus, quibus virtutibus tabernaculi Dei habitatio
et sancti montis eius ascensio valeat comparari, non minimum inter eas virtus illa
Ps. 14, 4. optinet locum, quia vir iustus ita dignus est conlaudari: 'Ad nihilum deductus est in
conspectu eius malignus, timentes autem glorificat'. Fideles itaque et timentes Deum
glorificandi sunt in omnibus atque honorandi. Populus autem ille, qui totus est positus
1. Ioh. 5, 19. in maligno, quique Dei virtutem et Dei sapientiam non cognovit, ac per hoc in
malignitatis et erroris vetustate remansit, pro nihilo in conspectu omnium credentium
est habendus, nec pecuniae aut divitiarum suarum causa cuiquam honorandus. Sed
cf. Luc. 4, 27. ob earum potius cupiditatem lepra Naaman aspersus, ab omni fidelium populo per
verum Heliseum aquis baptismatis expiato, ut vere sordidissimus atque inmundissimus
execrandus; insuper vero et anathema ei semper et ubique dicendum voce apostoli qui
1. Cor. 16, 22. ait: 'Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema maranatha'.
Nam si is qui non amat Dei filium, anathema est, ergo qui odit, qui persequitur, qui
*f. 61'. blasphemat, multo adhuc detestabilius *anathematizandus est. Si quis porro amicitiis[b]
libenter ipsius indulget, nec ferre illi impie sotietatis auxilium erubescit, merito et
2. Par. 19, 2. ipse audiet quod Iosaphat rex per prophetam Domini increpatus audivit: 'Impio prebes
auxilium et his qui oderunt Dominum amicitia iungeris, et idcirco iram Domini mereris'.

---

a) eficiuntur *altero* f *superscr. P.* b) amiticiis *P.*

Et quidem rex ille in ceteris omnibus iustitiae testimonium accepit, sed in hoc solum- 826—827
modo offendit Deique iram promeruit, quod impiis et Deum odientibus auxilium
prebere et amicitias non exhorruerit copulare. Quos utique non esse alios quam eos,
qui a domo David se ipsos exciderant, evidenter scriptura designat, sicut et hi impii
et inimici semper Dei filio Iudęi a veri David domo, quę est ecclesia, se ipsos segre-
gant et a regno Christi abscisi[a] regnum expectant ac desiderant Antichristi, quem 2. Thess. 2, 8.
dominus Iesus interfitiet spiritu oris sui et destruet inlustratione adventus sui. Non
solum autem ipsum, sed et istos qui noluerunt regnare super se secundum evangelii
parabolam, accepto cęlorum regno, regrediens iubebit interfici se presente.

(c. 24) Erepti[b] igitur de potestate tenebrarum christiani et translati in regnum
filii caritatis Dei nullatenus debemus eorum convictu et societate pollui, a quorum
erroribus omni genere probamur absoluti. Meminissse etenim nos oportet, quomodo
*et propheta ille, qui de Iuda missus fuerat im Bethel, ubi ab Ieroboam rege[c] Sama- *f. 62.
riae vitulus aureus colebatur, a Deo prohibitus, ne illic commederet vel biberet, etiam
invitanti se regi responderit: 'Si dederis mihi mediam partem domus tuę, non mandu- 3. Reg. 13, 8.
cabo panem neque bibam aquam in loco isto'. Insuper et munera oblata sibi ab
eodem rege suscipere recusavit. Verum quia postea seductus a pseudopropheta quo-
dam contra preceptum Domini in eodem loco comedit et bibit, Dei iudicio leoni ib. 19.
traditus et ab eo interemptus occubuit. Nam quod in veteri testamento religiosi Iudęi ib. 24.
diligenter abstinuerunt a cybo et potu infidelium, ubi illis preceptum sit a Domino,
non facile advertitur; documenta tamen extant de exemplis sanctorum, sicut de
Danihele scriptum est: 'Proposuit autem Danihel in corde suo, ne pollueretur de Dan. 1, 8.
mensa regis neque de vino potus eius et rogavit eunuchorum prepositum, ne conta-
minaretur'. Concessumque est Daniheli Ananiae Asariae et Misaheli, cum caeteri
pueri Israelitę vescerentur cybo regio. Quę observantia in tantum inolevit apud Iudęos,
ut tempore adventus Domini generalis esset omnium, ita ut dicerent impii Iudęi disci-
pulis Domini: 'Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis?' Et non cf. Matth. 9, 11.
solum hi, sed etiam fideles disceptarent adversus Petrum qui erant ex circumcisione
dicentes: *'Quare introisti ad viros preputium habentes et manducasti cum illis?' *f. 62'. Act. 11, 2.
Quibus reddita ratione subiunxit respondisse sibi vocem de caelo secundo: Quę Deus ib. 9. 10.
mundavit, tu ne commune dixeris'. Ex quo tempore caepit declarari quod beatus
Paulus scripsit: 'Omnia munda mundis, coinquinatis autem et infidelibus nihil mun- Tit. 1, 15.
dum'. Quo testimonio licet plerique in contrarium utantur, id est, ut propter hoc
putent sibi licitum infidelium sumere cybos, tamen nostram omnino confirmat observan-
tiam, ut inmundorum inmundas noverimus esse mensas, quia inquinatę sunt eorum et
mens et conscientia. Quomodo autem inmundę non erunt mensę, quorum maledicta cf. Deut. 28, 17.
sunt horrea et apothęcae[d]?

(c. 25) Sed quia ad maledictiones infidelibus Iudęis a Deo inpositas scribendo
pervenimus[e], paulo diligentius a superioribus eas repetamus. Ait itaque Moyses omni
populo Israhelitico trans Iordanen in solitudine campestri: 'En propono in conspectu Deut. 11, 26—30.
vestro hodie benedictionem et maledictionem; benedictionem, si oboedieritis[f] mandatis
Domini, maledictionem, si non audieritis mandata Dei vestri. Cum introduxerit te
dominus Deus tuus in terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super
montem Garizim, maledictionem super montem *Hebal, qui sunt trans Iordanen'. Quę *f. 63.
verba cum permagnificis sensibus plena sint, non ante potuerunt impleri, nisi Iordane
transito, id est babtismi sacramento corpore Christi tactis aquis Iordanicis dedicato.

---

a) excisi *corr. in* abscisi *P.* b) erecti *P.* c) regem *P.* d) apotęcae h *superscr. P.* e) p *alia man. superscr.* rae *P.* f) oboedieretis *P.*

826—827 Garizim namque, qui[a] interpretatur divisio[b][1], significat apostolicam plebem divisam ab
Gal. 1, 15. 16. infidelium synagoga, sicut Paulus de se ipso ait: 'Cum autem complacuit ei, qui me
segregavit de utero matris meae, ut revelarem filium suum in me, non adquievi carni
et sanguini'. Hebal[c] autem, qui interpretatur vorago vetus[2], significat carnalem et
cf. 2. Cor. 3, 6. infidelem synagogam, quę non adquievit transire ad novitatem spiritus vivificantis, sed
maluit remanere in vetustate[d] litterę occidentis. Ibique eis persevęrantibus supervenit
Os. 5, 10. inmensus fluvius maledictionum iuxta quod scriptum est: 'Facti sunt principes Iuda
quasi adsumentes terminum. Super eos effundam quasi aquam iram meam'. Et sicut
omnes omnino promissiones et benedictiones requieverunt super apostolicam plebem,
sic omnes comminationes et maledictiones confirmatę sunt super synagogam Satanę
Deut. 28, 16. 17. ipso ordine rei, quo Moyses predixerat verbis dicens: 'Maledictus eris in civitate, id
est Hierusalem, maledictus in agro' mundi dispersus, 'maledictum horreum tuum'.
*f. 63'. ib. 18. 19. *Quod alia translatio sic dicit: 'Maledictę apothecę tuę et omnes reliquię tuę, maledictus fructus ventris tui et fructus terrae tuę, maledictus eris ingrediens', nascendo
in hanc vitam 'et maledictus egrediens', moriendo videlicet de hac vita. Et post
ib. 43. multa: 'Advena', inquid, 'qui tecum versatur in terra, id est populus gentium, ascendet
Rom. 11, 17. super te eritque sublimior', effectus videlicet filius patriarcharum et 'socius radicis
Exod. 28, 43. 44. olivae et pinguedinis factus'. 'Tu autem descendes et eris inferior', abscisus ab olea,
et siccus in terra iacens igni destinatus. 'Ipse erit in caput et tu eris in caudam'.
Rom. 11, 25. 26. Et nunc veniunt quidam per se eos conantes levare in caput, unde ceciderunt, quasi
non debeant esse in caudam, quod utique semper erunt, donec plenitudo gentium
introeat et sic omnis Israhel salvus fiat, omnis videlicet salvandus. Nam istorum qui
Exod. 28, 59—61. nunc sunt infidelium 'augebit Dominus plagas, plagas magnas et perseverantes, infirmitates pessimas et perpetuas', quod alia translatio dicit 'plagas verissimas et infirmitates veras'. Item ibi: 'et convertet in te omnes afflictiones Aegypti quas timuisti
et adherebunt tibi. Insuper et universos langores et plagas, quę non sunt scriptę in
*f. 64. volumine legis huius inducet Dominus super te, *donec te conterat'. Hoc profecto est
Matth. 12, 45. quod supra de evangelio posuimus: 'Erunt novissima hominis illius', id est ad quem
spiritus inmundus cum aliis septęm se ipso nequioribus ingressus fuerit, 'peiora
prioribus'.

(c. 26) Et hęc quidem breviter diximus, ac de multis pauca libavimus, strictim
scilicet volentes ostendere, quantis benedictionum muneribus dignam preparaverit Deus
apostolicam plebem, quantisque e contrario maledictionibus suis meritis repletam infidelem reppulerit synagogam, quatinus et in electis impleretur quod predictum fuerat.
Ps. 83, 8. Etenim benedictiones dabit qui legem dedit, benedicens eos, videlicet iuxta apostolum,
Eph. 1, 3. 'in omni benedictione spiritali in cęlestibus in Christo'. Et illis qui nec Moysi litteris
nec verbis Christi crediderunt, ac per hoc iusto Dei iudicio reprobati sunt, illa male-
Deut. 27, 26; Gal. 3, 10. dictio superveniret, quę ab ipso Moyse ita fuerat prenuntiata: 'Maledictus omnis qui
non permanserit in verbis legis huius', ut faciat ea, nolens audire quod in ea scrip-
Rom. 10, 8. tum est: 'Iuxta te est verbum valde in ore tuo et in corde tuo, ut facias illud' quod
ib. 8—10. apostolus sic exponit: 'Hoc est verbum fidei quod predicamus. Quoniam si confessus
*f. 64'. fueris in ore tuo dominum Iesum et credideris in corde tuo, quod Deus eum *suscitavit[e]
a mortuis, salvus eris; corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad
salutem'.

(c. 27) Breviter ergo ista a nobis perstricta sint. Nam et cedendum est maioribus subtilioribus ac facundioribus, quibus perfacile est altiora et occultiora huius

---

a) quę *corr. in* qui *P.* b) Garizim divisio *in marg.* c) Hebal vorago vetus *in marg.* d) in infidelitate *del. et superscr.* in vetustate *P.* e) eum suscitavit *bis scr. P.*

1) *Hieron. de nomin. Hebraic. (opp. ed. Vallarsius III, 28).* 2) *ibid. (opp. III, 11).*

826—828

rei pandere; quod iam iamque fieri oportet frigescente multorum caritate, habundante ubique iniquitate, incredulorum convalescente improbitate, Antichristi fallatia adpropinquante. (Matth. 24, 12.) Atque utinam iuberet religiosissimi imperatoris industria alicui de suis, ut colligeret omnia quę a magistris ecclesiarum in scripturis sanctis de Antichristo intellegenda vel exposita vel signata sunt. Valeret profecto ad cautelam fidei, ad erectionem spei, ad roborandam et commendandam dulcedinem dilectionis Christi. Amen.

9.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Nibridium Narbonensem archiepiscopum de cavendo convictu et societate Iudaeorum exhortatur. *826—828.*

Cod. P fol. 67—69.

Edd. Masson p. 98—103, Baluzius I, 102—107, Migne CIV, 107—114[a].

*BEATISSIMO PATRI NIBRIDIO[1] AGOBARDUS IN DEO PATRE ET DOMINO IESU SEMPITERNAM SALUTEM. (f. 67.)

Si locorum vicinitas et rerum tranquillitas sineret, vellem quidem frequentius cum paternitate vestra os ad os loqui et, sive in privatis[b] seu in publicis necessitatibus, consilio semper vestrae sanctitatis institui. Sed quoniam prohibent interiacentium spatia longinqua terrarum, quod verbis nequeo, litteris molior adimplere; meam vobis, immo ecclesiae Dei, non minimam necessitatem in notitiam perferens, et in quibus ipse parum fortis invenior, virtutis vestrae presidio, quasi scuto validissimo et muro inexpugnabili, desiderans communiri.

Sciat[c] itaque paternitatis vestrae reverenda canicies me anno presenti, dum paroechiae[d] nostrę populos debita sollicitudine circumirem, et, si qua in his depravata videbantur, pro viribus, quas Dei gratia largiebatur, veritatis ratione corrigerem, denuntiasse omnibus et precepisse secundum legem Dei et sanctorum canonum instituta, ut se, tamquam veri cultores christianę fidei, omni observantia ab infidelium consortio segregarent: non utique gentilium, qui inter nos minime commorantur, sed Iudęorum, qui in nostra hac et in nonnullis aliis vicinis urbibus videntur esse diffusi. Quia et satis indignum ac fidei nostrae inconveniens esse videbatur, filios lucis tenebrarum societate fuscari, et ecclesiam Christi, quam decet sine macula et ruga sponsi (Eph. 5, 27.) caelestis amplexibus *preparari, maculosę, rugosę ac repudiatę synagoge contubernio (f. 67'.) decolorari. Et vere absurdum est virginem castam uni viro Christo desponsatam meretricis dapes expetere, et per communionem cybi ac potus non solum in diversa flagitia corruere, verum etiam fidei periculum sustinere, dum ex familiaritate nimia et assidua cohabitatione aliqui de grege christiano sabbatum quidem cum Iudęis colunt, diem vero dominicam inlicita operatione violant, nec et ieiunia statuta dissolvunt[2]. Pleręque mulierculae ancillarum iurae, aliae ab ipsis velud mercennariae detinentur, nonnullę etiam corrumpuntur, omnes vero huiusmodi vel dominationi vel libidini vel deceptioni eorum in commune prostituuntur, adnitentibus in hoc ipsum

---

a) *Lemma:* Ad Nibridium episcopum. b) *in loco raso.* c) Sicut *P;* Sciat *corr. Bal.* d) paroechiaa *corr. in* -iae *P.*

1) *De Nibridio cf. EE. IV, 433. 605. De anno mortis eius nihil certi constat, v. Simson Ludw. der Fr. I, 396 n. 5.* 2) *Cf. Episcopor. relat. a. 829 (Capitul. reg. Francor. II, 41) c. 11:* Num si . . Iudei more carnali sabbatum carnaliter observare satagunt, quanto magis christianae religionis devotio ob memoriam dominicae resurrectionis eundem diem venerabiliter . . colere debet! Multi namque nostrorum visu, multi etiam quorundam relatu didicimus quosdam in hac die opera ruralia exercentes fulmine interemptos *etc.*

826—828 diaboli filiis odio subdolo et fallacibus blandimentis, dum se patriarcharum progeniem, iustorum genus, prophetarum sobolem superbo ore proloquuntur, ignorantibus miseris, [Isai. 1, 4.] qui hęc audiunt, quod ipsi eorum prophetae gentem peccatricem, populum gravem [Ez. 16, 3.] iniquitate, semen nequam, filios sceleratos, patrem ipsorum Amorreum, matrem Cetheam, [Isai. 1, 10.] Sodomorum principes et Gomorre populum soleant appellare. Sed et illud pariter [*f. 68. Matth. 3, 7.] nescientibus, quod precursor Domini *Iohannes genimina eos dixerit viperarum, et [ib. 12, 34. 39.] ipse Dominus frequenter illos nunc serpentes, nunc generationem malam, pravam, perversam atque adulteram vocitarit. Unde et in tantum erroris pelagus nonnulli ex vulgaribus ac rusticis abducuntur, ut hunc solum Dei esse populum, aput hos pie religionis observantiam, ac multo certiorem, quam[a] nostra sit, fidem, et seducto suspicentur animo et ore impio inter pares et consimiles fateantur.

Quod malum cum im plebe nobis commissa videremus excrescere atque in dies singulos ipsa iam consuetudine propagari, studuimus pro viribus lapsis manum porrigere, et errantes animos ad veritatis lineam revocare, aequum credentes, ut, quomodo ipsis quondam lex Dei precipiebat, ne cum gentibus matrimonium copularent neve cum eis commune convivium celebrarent, ne videlicet per consortia nuptiarum et communionem cyborum a divino quidem cultu deficerent, idolatriae autem iugo libertatem animi inclinarent, ita nunc et noster populus inhibeatur, ne cum Iudęis infidelibus vescendi participium, consortium bibendi, habitandi contubernium habere presumant, ne sub [*f. 68'.] pretextu societatis huius a simplicitate quidem christianę fidei exorbitent, *Iudaicis vero fabulis adtendentes inextricabilibus errorum laqueis implicentur. Cumque nos neminem illorum humanitate tanta et benignitate, qua erga eos utimur, ad spiritalem fidei nostrae virtutem valeamus adducere, pars aliqua ex nostris, dum libenter carnalibus eorum victibus communicat, spiritalibus discipulis capiatur. Hanc etenim divinae legis providentiam patres nostri institutis canonicis videntur esse secuti, quorum[b] nos preceptis, in quantum potuimus, devotis animis obsequuti sumus; periculum scilicet[c] animarum, quę nobis commissę sunt, pertimescentes et earum sanguinem de nostris manibus in divino exquirendum iudicio formidantes.

Temptaverunt porro quidam missi et Evrardus maxime, qui Iudęorum nunc magister est, religiosum hoc opus nostrum destruere, ac sub obtentu edictorum imperialium[d] labefactare. Quibus nos neque ad oram cessimus, ut divinae legis veritas et sanctorum patrum constitutio veneranda immobili apud nos atque inconvulsa observatione perduret[e]. Nec vero tam feralibus iussis ausi sumus adquiescere, aut religiosissimum ac Deo dignum principem quippiam divinae legi contrarium, sacris [*f. 69.] canonibus adversum, saluti ecclesiae periculosum credere potuimus precepisse. *Cuius ad hoc semper invigilat fidelis industria et pietas admiranda, ut lex Dei ubique servetur, ut canonica instituta perpetua vigeant firmitate, ut salus ac virtus ecclesiae toto terrarum orbe gloriosius in dies singulos convalescat.

Unde et tu, pater beatissime, qui columna nunc in omnibus et firmamentum domus Dei crederis, sta super petram ecclesiasticae observationis immobilis, intrepidus, inconcussus, floccipendens adversariae tempestatis ventos, imbres ac flumina, quę fundamento quidem domus Dei inlidi possunt, ipsam vero subruere non possunt, quia [Matth. 16, 18.] nec portę inferi adversus ea[m][f] prevalere queunt. Scientes itaque, pater venerabilis, [Gal. 3, 10.] omnes, qui sub lege sunt, sub maledicto esse, et indutos maledictione, sicut[g] vesti-[Ps. 108, 18.]mento, quę intravit sicut aqua in interiora eorum et sicut oleum in ossa eorum, [cf. Deut. 28, 16—19.] maledictos quoque in civitate et maledictos in agro, maledictos in ingressu et maledictos in egressu, maledictum fructum ventris et terrae et peccorum[h] eorum, maledicta

a) quę *P.* b) -cuti — pertimescentes *in loco raso.* c) scilecet *corr. in* -licet *P.* d) imperalium *P.* e) perdurat *corr. in* -ret *P.* f) ea *P.* g) si cū *P.* h) peccora *corr. in* peccorum *P.*

eorum cellaria, horrea, apothecas, cybos, et ipsorum cyborum reliquias, nec posse quem- [c. 818—828] piam eorum ab hoc tam inmani tamque horribili maledicto legis eripi, nisi per eum, qui [Gal. 3, 13.] pro nobis factus est maledictum. Sciens *etiam in eos, qui predicationem apostolicam [*f. 69'.] nolunt recipere, non solum nullo eorum utendum, sed et pulverem civitatis domus [Matth. 10, 14.] eorum de pedibus excutiendum, remissiusque in die iudicii Sodome et Gomorrę futu- [Matth. 11, 24.] rum quam illis, permane et tu in divinę legis observantia, persiste in canonicis institutis, tene quos potes, terre quos potes, noli dicere nec sinatis quemquam fidelium tantis maledictionibus tamque horrendis damnationibus per maledictorum et condempnatorum prophana consortia communicare. Quin potius et ad vicinos coepiscopos ac fratres cohortationum[a] tuarum munimenta transmitte, ut pari omnium consensu et labore[b] communi tantum hoc malum de Christi ecclesiis auferatur. Impleamus matris ecclesiae gaudium, unum omnes dicentes, unum sapientes, unum sentientes, id est certamen habentes, quia et hoc benignissimi redemptoris nostri desiderium esse cognoscimus, secundum quod pro nobis patrem ipse precatur dicens: 'Non pro his autem rogo [Ioh. 17, 20. 21.] tantum, sed et pro omnibus, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint'. Tanta vero nobis est de parte vestra fidutia, ut credamus opus hoc vel conatu vestro staturum vel vestra, quod absit, remissione lapsurum. 'Deus autem patientiae et [Rom. 15, 5. 6.] solatii det vobis id ipsum sapere in alterutrum secundum Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorificemus Deum et patrem domini nostri Iesu Christi'. Amen.

10.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Matfredo Aurelianensi comiti et consiliario imperatoris iniurias exprobrat quae culpa eius Ludowici regnum perturbent.

c. 818—828.

Cod. P fol. 128—129.

Edd. Masson p. 198—201, Baluzius I, 207—210, Migne CIV, 185—190[a].

*VIRORUM PRESTANTISSIMO ATQUE INLUSTRISSIMO MATFREDO[1] AGOBARDUS IN CHRISTO [*f. 128.] DOMINO VIVIFICATORE AC SALVATORE NOSTRO VITAM ET SALUTEM AETERNAM.

Obsecro precellentissimam claritatem vestram, ut pacienter et clementer audire dignetur quę fidelis suggerit servulus, quia teste Deo, qui scrutatur corda et renes, non [Ps. 7, 10.] alia intentionę dico, nisi propter profectum prosperitatis vestrae presentis pariter et futurae. Omnipotens, sempiternus et misericors Deus, apud quem nihil preteritum, nihil futurum est, sed omnia volumina sęculorum, quę apud mortales et temporales volvuntur, intemporaliter apud eum presentia permanent, elegit vos ante mundi constitutionem futurum nostris periculosis temporibus ministrum imperatoris et imperii, et prae ceteris honorificavit et ditavit, non solum exterius, verum etiam interius, prudentia videlicet, iustitia, fortitudine et temperantia, quibus secundum scripturas nihil [Sap. 8, 7.] utilius est in vita hominis, constituitque vos in latere rerum summam regentis, quatinus et in dispositione aequitatis illi essetis suffragator, et in remuneratione beatitudinis particeps[2]. Nunc igitur quid potissimum expedit devotissimę intentionis vestrae, nisi

---

a) cohartationum *P*. b) labori *P*.

10. a) *Lemma:* Ad Matfredum procerem palatii deploratoria de iniusticiis.

1) *De Matfredo a. 828. Febr. mense* ob culpam inerciae propriis honoribus privato *(SS. XV, 487) cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 43. 44.* 2) *Cf. Modoini rescriptum ad Theodulfum (Poet. Carol. I, 572) de Mahtfrido v. 111:* Ille valet lapsis optatam adhibere medellam, | Naufragioque pium ferre patrocinium.

c. 818—828 ut omni conamine omnique mentis adnisu ita in dispositionem rerum sagacissimę vigiletis, ut opprimatur iniquitas, destruatur fraus et dolus, dissipetur pravitas, conteratur crudelitas, erigatur iustitia, consoletur humilitas, roboretur fides, serenetur ecclesia.

Noverit namque prudentia vestra in istis regionibus, quibus nos vicini sumus, in tantam[a] securitatem venisse[b] impiętatem, ut pęne nullus inveniatur qui iustitiam diligat, ab iniustitiaquę recedat, nisi cuius divina inspiratio mentem tangit et deducit *f. 128'. voluntatem, *ita ut gratuitum putetur, ubicumque bonitatis vestigia conspitiuntur. Quievit timor regum et legum in multis, adeo ut plerique im presenti neminem timendum putent, reputantes apud semetipsos et dicentes in cordibus suis: 'Si quęrela de me ad palatium venerit, causa ad causidicos dirigetur. Illic inveniam parentes vel amicos plures, per quos indubitanter fiet, ut regalem offensionem nullam incurram, Prov. 21, 14. quia donum absconditum extinguet iras et his, qui timendus est, aliis interpositis non videbit insipientias nostras'. Talibus, vir eximię, occasionibus totum pęne illud mirabili[c] ęvo nostro ingruit, quod suo tempore christianos quidem evasisse gloriabatur, apud paganos vero vehementius effervescere, martyr beatissimus Cyprianus lugubri nimis ac merenti voce deflebat[1]: 'Inter leges', inquiens, 'ipsas delinquitur, inter iura peccatur, innocentia nec illic, ubi defenditur, reservatur. Quis inter hęc vero subveniat? Patronus? Sed prevaricatur et decipit. Iudex? Sed sententiam[d] vendit. Qui sedet[e] crimina vindicaturus admittit, et ut reus innocens pereat, fit nocens iudex. Nullus de legibus metus, de questore, de iudice pavor nullus: quod potest redimi non timetur admitti. Consensere peccatis iura et coepit licitum esse quod publicum est. Quis illic rerum pudor, quę esse possit integritas, ubi qui damnent improbos desunt, soli tibi qui damnentur, occurrunt?'. Quodque sine[f] periculo dicere nequeo, multi talium putant vos esse murum inter se et imperatorem, per quem defendantur a correctione. Quin potius, pręstantissimę virorum, date operam, ut sitis murus in augmento felicitatum, qui noxios expugnet, innocentes tueatur, Deo congruat, ab inimico discrepet, supernam remunerationem accumulet.

Et licet satis ex verbis precedentibus animi nostri clarescat intentio, ut tamen *f. 129. absque ulla dubi*tatione sciatis me non proprias querelas deplorare, cognoscat prudens benignitas vestra, hęc a me dici non posse adversum comitem nostrum Bertmundum[2], quippe qui bene satis habeat ordinatum de iustitiis comitatum suum; eo quod talem virum pro se constituerit ad hęc peragenda, qui non solum propter amorem et timorem senioris sui id strenue gerat[g], verum etiam, quod sublimius et laudabilius est, propter amorem Dei et amorem ipsius ęquitatis et iustitiae, ita ut videatur nobis in his partibus nusquam fieri tam diligenter et attente.

Sed prorsus haec omnia dicimus propter fidem, quam sub Deo domno etiam imperatori debemus et pro vestra beatitudine aeterna et presentis vitę felicitate adipiscenda. Quoniam, ut ipsi non ambigitis, tanta familiaritas, quam apud domnum imperatorem obtinere vos Deus fecit, pro magno vobis talento spiritali ab ipso omnipotenti Domino computabitur; et desideramus, ut tam strenuę illud impen- Matth. 25, 23. datis, ut merito audire mereamini a Domino in iudicio eius: 'Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis' et cet. Avertatur autem a vobis illa dura et ib. v. 26. inrevocabilis improperatio, quę in neglegentes redundatura est, Domino dicente: 'Serve male et piger, sciebas, quia meto ubi non seminavi et congrego ubi non sparsi' et cet. Sed neque nominatim personas exprimere debeo, quibus emendatione multa opus est, ne accusatio videatur, quę non est officii mei, sed cupio vos ita esse sollicitum, sicut

---

a) tantum *corr. in* -tam *P.* b) unisse *P.* c) mirabili *P; corr. Bal.* d) sentiam *P.* e) se de *P.* f) *superscr.* g) strenum egerat *P; corr. Bal.*

1) *Ad Donat. c. 10, p. 11—12 ed. Hartel.* 2) *Cfr. Nithardi Historiar. l. I c. 2: (Bernardus)* a Bertmundo, Lugdunensis provinciae praefecto, luminibus et vita pariter privatur.

studiosissimum Dei ministrum et consentaneum boni imperatoris adiutorem, qui ab utroque domino dignus et fidelis inventus merito utriusque re[com]pensationem[a] percipiat. Finit. c. 822—829

11.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Bernardo Viennensi archiepiscopo de privilegiis et iure sacerdotii ex sancta scriptura fuse exponit clericosque in regno Francorum despici vituperat. *c. 822—829.*

Cod. P fol. 78'—92', Lugdunensis civit. 111 saec. X—XI (quond. Petri Marnaesii senat. Gratianopol.). Edd. Masson p. 117—138, Baluzius I, 122—145, Migne CIV, 127—148[a].

*VENERABILI IN CHRISTO FRATRI ET COEPISCOPO BERNARDO[b] [1] AGOBARDUS IN DOMINO PERPETUAM SALUTEM. *f. 78'.

(c. 1) Nuper dum in unum positi conloqueremur, maxime de pressuris, odiis, et dispectione[c] ecclesiarum atque clericorum, quę nunc infervescere coeperunt[d] seculis inaudito et inusitato modo, precipere mihi dignata est sanctitas tua, ut aliqua de scripturis sacris vel sanctorum patrum *dictis excerperem, quę materiem nobis pre- *f. 79.
berent ad inquirenda, consideranda, et deploranda mala temporis nostri, quę ignoraverunt antecessores et patres nostri, licet Spiritus sanctus loquens in prophetis non tacuerit, qui dixit: 'Et erit, sicut populus, sic et[e] sacerdos' et multa huiusmodi. Os. 4, 9. Visum itaque mihi[f] est parituro sanctę devotioni tuę, ut pretermissis dextra levaque his quae de remuneratione[g] bonorum et damnatione malorum sacerdotum a patribus sollicite ac multipliciter scripta sunt, aliquid medium quod utriusque[h] commune est, de privilegio scilicet et iure sacerdotii[i] conarer scribendo non explicare, sed considerandum diligentius strictim attingere[2] . . . . . .

(c. 11) Haec pauca veteris ac novi testamenti collegimus testimonia, in quibus quasi in speculo contueri valeamus fęditatem nostri temporis[k] omni lacrimarum fonte plorandam, quando increbruit[l] consuetudo impia, ut pene nullus inveniatur anhelans[m] et quantulumcumque proficiens ad honorem et gloriam temporalem, qui non domesticum habeat *sacerdotem, non cui oboediat, sed a quo incessanter[n] exigat licitam simul *f. 86'.
atque inlicitam oboedientiam, non solum in divinis officiis, verum etiam in humanis, ita ut plerique inveniantur, qui aut ad mensas ministrent, aut saccata[3] vina misceant[o], aut canes ducant, aut caballos quibus feminę sedent regant, aut agellos provideant. Et quia tales, de quibus hęc[p] dicimus, bonos sacerdotes in domibus suis habere non possunt[q] — nam quis esset bonus clericus, qui cum talibus hominibus dehonestari nomen et vitam suam ferret? — non curant omnino, quales clerici illi sint, quanta ignorantia cęci, quantis criminibus involuti, tantum ut habeant presbiteros[r] proprios, quorum occasione deserant[s] ecclesias[t], seniores et officia publica. Quod autem non habeant eos propter religionis honorem, apparet ex hoc, quod non habent eos in honore. Unde et contumeliosę eos nominantes, quando volunt illos[u] ordinari praesbi-

---

a) repensationem *P.*

11. a) *Lemma:* Ad Bernardum episcopum de privilegio et iure sacerdotii *P;* Epistola quoque eiusdem Agobardi de sacerdotii dignitate ad Barnardum Viennensem episcopum *L.* b) Barnardo *L.* c) despectione *L.* d) cep. *L.* e) *om. L.* f) michi *L.* g) remunaerat *L.* h) *corr. in* utrique *L.* i) sacerdocii *L.* k) Nota *in marg. P.* l) *corr. in* increbuit *L.* m) anelans *L.* n) incessantem *L.* o) *ad marg.* Saccata vina *P.* p) hoc *corr. in* hęc *P.* q) possent *L; corr. in* -sunt *P.* r) praesbit. *L.* s) deserant *bis scr. semel del. P.* t) aeccl. *L.* u) eos *L.*

1) *de quo cf. supra p. 185 n. 2.* 2) *Capitula 2—10 omisi.* 3) *id est per saccum colata BAL.*

c. 822—829 teros, rogant nos aut iubent dicentes[1]: ‘Habeo unum clericionem, quem mihi nutrivi de servis meis propriis aut beneficialibus sive pagensibus, aut obtinui ab illo vel illo homine, sive de illo vel illo pago, volo, ut ordines eum mihi[a] pręsbiterum.’[b] [2] Cum- *f. 87. que factum fuerit, putant *ex hoc quod maioris ordinis sacerdotes non eis sint necessarii, et derelinquunt[c] frequenter publica officia et predicamenta. Impletumque est Os. 4, 4. 5. etiam in nobis quod ait propheta: ‘Populus tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti, ib. 7—9. et corrues hodie et corruet etiam propheta tecum’. Et post paululum: ‘Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei commedent et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum, et erit sicut populus, sic sacerdos; et visitabo super eum vias eius, et cogitationes eius reddam ei’. Ut illud quod scriptura alia loquitur 3. Reg. 13, 33. dicens: ‘Post verba haec non est reversus Hieroboam[d] de via sua pessima, sed e contrario fecit de novissimis populi sacerdotes excelsorum. Quicumque volebat, implebat manum suam et fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccavit domus Hieroboam et aversa est et deleta de superficię terrae’.

(c. 12) Forsitan in his duabus sententiis resistat aliquis dicens: ‘Hęc dicta sunt de decem tribubus Israel, quę per Hieroboam[e] recesserunt a domo David et civitate sancta ac templo et altari, sive ministerio[f] electorum sacerdotum et propterea debent de hereticis intelligi, qui recedunt a veri domo David, id est Christi, et a communione *f. 87'. *vel doctrina sacerdotum catholicorum. Nos ab ecclesia[f] non recedimus nec spernimus nutrices ecclesias[g], sed habemus sacerdotes quales possumus’. Consideret qui haec dicit, quantis modis receditur a domo et corpore David, et inveniet procul dubio valde congruere in hac re omnibus improbandis factis, sicut doctores nostri senserunt. Quamquam sunt aliae divinae auctoritatis multę sententiae, in quibus sine contradictione Mal. 1, 8. temeratio tantę sanctitatis arguitur, sicut est illud Malachię prophetae: ‘Si offeratis caecum[h] ad immolandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum et languidum, nonne malum est?’ Quę sententia[i] potest quidem et de hostiis carnalibus vel spiritalibus specialiter accipi[k], intelligitur tamen probabiliter etiam de offerentibus. Verum quia de his, quales esse vel non esse debeant, patrum dicta sunt plurima, nobis necesse est cum omni cordis contritione[l] tractare, qui in his pessimis temporibus ordinandi et regendi ecclesias[g] ministerium[m] sortiti sumus, ut si ex toto cavere non possumus, saltem[n] quantulumcumque nobis ipsis succurrere studeamus, ne peccatis alienis com- Ps. 37, 5. municemus, quia nostra superhabundant et cum ‘iniquitates nostrae supergressę sint[o] *f. 88. capita nostra *et sicut honus grave gravate sint[o] super nos’, non contempnamus pie 1. Tim. 5, 22. monentem apostolum ac[p] dicentem: ‘Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis’.

(c. 13) Nempe ex quo fides Christi mundo annuntiata[q] est et recepta, non fuerunt rectores ecclesiarum[g] tantis periculis et tam gravibus atque inevitabilibus circumsepti. Quia, sicut iam dictum esse meminimus[3], mundus in annis prioribus velut in iuventute viguit, at[r] nunc ipsa sua senectute deprimitur et quasi ad vicinam mortem

---

a) in *L.* b) praesbit. *L.* c) derelinqunt *L.* d) hierobaam *corr. in* -boam *L.* e) iheroboam *L.* f) misterio *L.* g) ęccl. *L.* h) cecum *L.* i) sentia *P.* k) Nota *ad marg. P.* l) contric. *L.* m) ministerio *corr. in* -ium *P.* n) saltim *L.* o) sunt *L.* p) et *L.* q) annunciata *L.* r) atque *L.*

1) *Cf. Episcop. relatio c. 12 a. 829. (Capitul. reg. Francor. II, 39):* De presbiteris et capellanis palatinis contra canonicam auctoritatem et aecclesiasticam honestatem inconsulte habitis vestram monemus sollertiam, ut a vestra potestate inhibeantur; quoniam propter hoc et honor ecclesiasticus vilior efficitur, et vestri proceres et palatini ministri in diebus sollemnibus, sicut decet, vobiscum ad missarum celebrationes non procedunt. 2) *Cf. ibid. p. 35 c. 15:* De clericis vero laicorum, unde nonnulli eorum conqueri videntur, eo quod quidam episcopi ad eorum preces nolint in ecclesiis suis eos, cum utiles sint, ordinare, visum nobis fuit, ut in utrisque partibus pax et concordia servetur *etc.* 3) *Cf. Beda de temp. rat. c. 66 (Chronica minora ed. Mommsen III, 248).*

c. 822—829

molestiis crescentibus urguetur. Quod nos absque ambiguo de ecclesia[a] dicere possumus, quę in annis prioribus ad tolerantiam passionum robusta, im perfectione veritatis erecta, ad ostensionem signorum valida, studio mirandę continentiae et abstinentiae accincta, contra rabiem luporum sollicita, ad resistendum improbis libera: at nunc omnibus infirmitatibus mentis ita est languida, ut ad dicendum quidem nec tutum sit nec possibile; ad cavendum vero nec promptum nec facile. Atque utinam vel dolere possemus[b] annos istos famis et sterilitatis, quos per somnium Pharao vidit, Ioseph (Gen. 41, 18 sqq.) vir sanctus intellexit et exposuit. Quippe fluvius seculi[c] *huius, de quo ascendere (*f. 88'.) videbantur septem boves pulchrae[d] et crassę[e] nimis, quę pascebantur in locis palustribus, preteritorum temporum[f] significationem gerit, quae habuere doctores doctrina sublimes, sanctitate fulgidos, in defensione veritatis rigidos. Nunc autem — quod sine gravi dolore dici non debet — ex predicto flumine iam emergunt aliae boves foedę confecteque macię[g], de qua [re] si iuxta gracilitatem sermonis nostri aliquid dicere temptamus, offendimus forsitan[h] ad invicem. Tamen si Deo iuvante in unum convenerimus, oportet nos de hoc diligenter et fideliter conloqui, quia et his in quibus sanitas deficit, et infirmitas roboratur, moris est inde cogitare, inde interrogare, ut ad earum rerum perveniant cognitionem.[1] . . . .

(c. 19) Et quoniam nobis nunc de dignitate sacerdotii sermo est, sed et sacerdotum, si tamen concordent moribus mynisterio[i], in fine opusculi sciendum sollicite est quattuor eorum esse genera[k]: unum amandum, alterum tolerandum, tertium[l] contempnendum[m], quartum anathemati*zandum. (*f. 92'.) Amandum itaque genus rectorum est bene viventium et bene docentium. Tolerandum autem bene quidem docentium, sed reprehensibiliter viventium, aut bene viventium, et propter simplicitatem sensus docere[n] alios non valentium. Huius generis priores audiendi sunt, non imitandi, sicut Dominus de talibus loquens ait: 'Quę dicunt facite, quę autem faciunt facere nolite'. (Matth. 23, 3.) Sequentes, si eorum vita pietati subdita est pietatisque doctoribus adhęrens, tendunt procul dubio ad finem precepti, quod est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non (1. Tim. 1, 5.) ficta. Potest quidem et eorum vita aliquibus esse doctrina. Attamen[o] tales inter perfectos predicatores deputari non possunt[p], quia non habent unde proferant nova et vetera et sicut patres dixerunt[2]: 'Latratu canum et baculo pastoris luporum rabies deterrenda est'. Contemnendum vero, sicut supra diximus, genus[q] est reprehensibiliter viventium et quid doceant ignorantium. Postremum quod et anathematizandum[r] diximus qualitercumque viventium, id est vel bene vel male, sed tamen male docentium. Sunt enim heretici, etiamsi bene vivant.

(c. 20) *Deprehensi igitur inter tantas ac tales angustias, de quibus viribus (*f. 93.) nostris evadere non possumus, summopere necessarium nobis[s] est, ut ei qui omnia (Eph. 3, 20.) facere potens est supra quam petimus aut intelligimus, ex[t] toto corde supplicemus, quatinus per habundantiam[u] misericordiae suae, tenens manum dexteram nostram, in voluntatem suam[v] dirigat nos et cum gloria assumat nos; ipse regat regentes, ipse dirigat dirigentes, ut possimus[w] pascere gregem eius cum disciplina, et non in vasis pastoris imperiti. Ipse prestet virtutem et fortitudinem populo et exhibeat ipse sibi mundum et candidum gregem atque in omnibus inmaculatum ac supernis ovibus

a) ęccl. *L.* b) possimus *L.* c) huius seculi *L.* d) Nota de bubus pulchris crassis et de foedis macieque confectis *ad marg. P.* e) crasse *L.* f) temtorum *corr. in* temp. *P.* g) fęde confecteque macie *L.* h) fortassis *L.* i) minist. *L.* k) Nota Quattuor esse genera rectorum *in marg. P.* l) tercium *L.* m) contemn. *L.* n) alios doc. *L.* o) at tamen *L.* p) Nota *ad marg. P.* q) est genus *L.* r) anathemazizandum *P.* s) *om. P.* t) *om. L.* u) hab. h *del. P.* v) voluntatem suam m *del. P.* w) possumus u *in ras. L.*

1) *Capita 14—18 omisi.* 2) *Nescio ubi.*

c. 827—830 dignum, ubi est habitatio laetantium in splendoribus sanctorum, ut in templo eius omnes dicamus gloriam, grex simul et pastores in Christo Iesu domino nostro, cui est honor et virtus in secula seculorum. Amen.

Opto te, pater et frater reverentissime et dilectissime in Christo, semper bene valere et nostri meminisse[a]

12.

Agobardus archiepiscopus, Hildigisus presbyter, Florus diaconus Lugdunenses Bartholomeo Narbonensi archiepiscopo populi quadam illusione moti de signis vel ab angelo vel a diabolo hominibus ostensis exponunt. *c. 827—830.*

Codd. P fol. 124'—127, A (Paris Arsenal 717) fol. 5—8.

Edd. Masson p. 189—198, Baluzius I, 197—207, Migne CIV, 179—186[a].

*f. 124'. *REVERENTISSIMO AC DILECTISSIMO DOMNO ET FRATRI BARTHOLOMEO EPISCOPO[1] AGOBARDUS HILDIGISUS[b] ET FLORUS[2] IN DOMINO IESU CHRISTO SEMPITERNAM SALUTEM.

(c. 1) Cognovimus sollicitam esse prudentiam vestram, quonam modo accipi debeat illud, quod in quodam loco cęperunt fieri quędam percussiones, ita ut caderent quidam modo epilemticorum vel eorum[c] quos vulgus dęmoniacos putat vel nominat. Quod et quidam venerandus frater significavit nobis; maxime in quadam ecclesia, ubi cuiusdam sancti corpus veneratur nomine Firmini[3]. Et nunc per vos comperimus adhuc etiam alio genere fieri, ut videantur et senciantur in corporibus hominum stigmata exustionis, quasi si sulphur arsisse in locis illis contigisset: nec tamen mori aliquem ex his dictum est nobis, nec quemquam[d] alia ante infirmitate languentem curari. Quę vidęntes utriusque sexus et diversę aetatis homines offerunt[e] in loco aut, sicut dicitis, locis — iam enim et in aliis fieri videtur — quędam donaria, quę unusquisque potest, aut in auro et[f] argento vel pecoribus aut in quibuscumque spetiebus nullius exortatione, nulla ratione admoniti, sed inrationabili terrore perterriti.

Quod nobis multum stulte fieri videtur, cum nulla signa sanitatum, nulla spes propitiationis[g] ibidem demonstrentur, propter quod facilius averti poterat, qua esset cautela custodiendum. Et certe sicut verissimum est, quod istę percussiones esse non possunt, nisi Deo permittente, ita certissimum nulla alia virtute ministrante, nisi angelo percutiente. Quis namque ita stultus est qui nesciat et visibiliter et invisibiliter omnipotentem Dominum flagellare homines ad eruditionem et conversionem; non solum per homines et daemones[h], sed etiam per bestias, et per minutissima et vilissima quęque[i] animantia? Nec tantum per ignitos serpentes, sed et per ranas et muscas
*f. 125. et scynifas[k] et locustas? Nec tantum per animantia, sed per et inanimata, *sicut per grandinem, per flumina, per pluvias, per siccitates? Novit itaque prudentia vestra
cf. 2. Par. 6, 28. unde loquamur auctore sancta scriptura. Sed et si dixerimus leones, crabrones

---

a) *in L sequitur:* Incipit liber venerabilis Agobardi archiepiscopi Lugdunensis contra libros quatuor Amalarii abbatis. Amalarius in libro suo *etc.*, *in P:* Item liber contra insulsam vulgi opinionem de grandine et tonitruis. In his regionibus pene omnes homines *etc.*

12. a) *Lemma:* Ad Bartholomeum episcopum de quorundam inlusione signorum *P.* b) Hildigisus — Florus *om. A.* c) ęorum *P.* d) quenquam *A.* e) *corr. in* afferunt *P.* f) aut *A.* g) propitiationibus *A.* h) et daem. *om. P.* i) queque *A.* k) sciniphas *corr. in* -phes *A.*

1) *Nibridii successori, qui postea expulsus est, cf. Simson, Ludw. d. Fr. II, 138.* 2) *Lugdunensis diaconus, cf. Poet. Carol. II, 507. De necessitudine qua cum Agobardo iungebatur v. ibid. p. 357 v. 21.* 3) *Ucetiae in provincia Narbonensi sitae, cf. Amulonis epistolam ad Theodboldum datam, infra edendam (Agobardi opp. ed. Baluz. II, 142), ubi Agobardi litterae laudantur. Fratrem, quem dicit, Elefantum Uceticensem episcopum fuisse Baluzius (l. l. Not. p. 76) probabiliter coniecit. De sancto Firmino v. SS. rer. Merovingic. III, 452.*

brucum, erucam, auruginem, devotationem, id est maledictionem, quo uno nomine c. 827—830
multa intelligi possunt, eadem[a] auctore erit. Si autem et addiderimus ursos, lupos,
cervos et sues silvestres, licet facile de scripturis monstrari non possit, exempla tamen
non deerunt.

(c. 2) Quamvis exustiones istę, super quibus movemini, non multum distent a Exod. 9, 10
vesicis turgentibus, vel, sicut alia editio[b] dicit, fervuris Ęgyptiis[c] inlatis, et illis per-
cussionibus, quas Philisteis inrogatas[d] Samuhelis volumen nominatim demonstrat, in 1. Reg. 5, 9.
suris et extalibus prominentibus. In quibus omnibus quę innumera utique sunt, quis
est qui ignorare permittatur, quomodo agere patientes aut audientes debeant, et Iob 5, 18.
videntes, cum unus sit omnium 'Dominus, qui flagellat et medetur, percutit et sanat, Tob. 13, 2; 1. Reg. 2, 6.
ducit ad inferos et reducit'? De quo beatus Iob confitebatur dicens: 'Miseremini mei, Iob 19, 21.
saltim vos amici mei, quia manus Domini tetigit me', cum certe eadem scriptura dicat:
'Percussit eum Satan ulcere pessimo'. Sed licet percussor percusserit, percussorem Iob 2, 7.
tamen habens im potestate tetigisse dicitur, non solum in corpore, verum etiam in
amissione rerum, sicut idem iterum ait: 'Dominus dedit, Dominus abstulit'. Cum Iob 1, 21.
Dominus dixerit ipsi diabolo: 'Ecce quę[e] habet universa, in manu tua sunt'. Sed Iob 2, 6.
quia hanc percussor potestatem habere numquam potest, nisi acceperit ab[f] eo, in cuius
et ipse potestate est, propterea ipsi tribuenda est potestas, qui dat et retinet, per-
mittit et cohibet. Talibus exemplis plenę sunt scripturae, sicut et illud, quod legitur 1. Reg. 19, 9.
de Saule, quod spiritus malus arripuerit eum. In quibus verbis ammirabiliter ostendit
scriptura divina et potestatem Domino tribuendam[g] esse et malitiam diabolo, quo-
niam utique non accipit, sed a semetipso agit[h]. Quod autem[i] non habet accipit, id
est potestatem.

(c. 3) Sed de his non necesse habemus scribere vobis, quoniam habetis multa
sublimium doctorum sublimiter dicta. Tamen duo videntur nobis genera vobis signi-
ficanda, *quę nobis et vobis pariter quęrenda putamus. Et unum quidem illud est, *f. 125'.
quod utrum correptio, an infirmitas, vel potius virtus dicenda sit, nescimus. Hoc
tantum in eadem re nos scire putamus, quod nullius adversariae potestatis ministerio
geratur; sicut est de beato Zacharia sacerdote incedente in omnibus mandatis et Luc. 1, 6.
iustificationibus Domini sine quęrela, qui[k] quoniam incredulus fuit promissionis[l] Dei ib. v. 20.
a sancto[m] Gabrihele archangelo silentio multatus est. Cui[n] et vir desideriorum beatus
Danihel fatetur dicens: 'Domine, in visione tua dissolutę sunt compages[o] meae', unde Dan. 10, 11. ib. v. 16.
se dicit postea languisse per dies plurimos. Et beatus Iacob[p] luctans cum angelo[q] Gen. 32, 31.
claudus effectus est.

(c. 4) Neque hoc dicimus, quasi diabolus in sanctos nullas accepta potestate
operetur correptiones, cum apostolus aperte dicat datum sibi stimulum carnis, angelum 2. Cor. 12, 7.
Satanę, sed quia hę tales ęxcipi possunt a ceteris percussionibus, etiam ab illa, qua
Maria, soror Moysi, et Aaron et Ozias rex percussi sunt lepra; illa propter peccatum Num. 12, 10. 2. Par. 26, 20.
detractionis, ille propter superbiam praesumptionis. Si vero in his, utrum solo Dei
nutu, an et ministerio angelorum bonorum seu malorum gesta sint dubitatur, nesci-
mus, utrum ita dubitari possit de Nadab et Abiu, de quibus scriptum est, quod egressus Lev. 10, 2.
ignis a Domino interfecerit eos. Cui rei simile videtur de Oza, qui archam Domini
sustentare presumens percussus a Domino legitur et divisus. 1. Par. 13, 10. 11.

(c. 5) Sed quia iudicia Domini semper iusta, frequenter occulta sunt, occultiora cf. Tob. 3, 2.
adhuc nobis videntur in morte Bethsamitarum, ubi exceptis LXX viris, qui forsitan 1. Reg. 6, 19.

---

a) ead. *superscr.* o *A.* b) aeditio *A.* c) ęgęptiis *P.* d) irrog. *P.* e) universa quae habet *A.* f) hab *P.* g) esse trib. *A.* h) ait *P;* g *superscr. A.* i) autem *altero* a *superscr. A.* k) quoniam qui *P.* l) promissioni *A.* m) ei factae *corr. Bal. pro* Dei — sancto. n) Quod *corr. Bal.* o) conpages *A.* p) Iob *P.* q) angelus *corr. in* -lum, *man. rec. in* -lo *A.*

c. 827—830 aut sacrificare aut archam Domini manibus tractare conati sunt, L milia plebis percussi dicuntur a Domino, qui nihil horum fecisse credendi sunt. Qui tamen etsi ministerio angeli percutientis interfecti sunt, recte dicuntur a Domino percussi secundum regulam superius ostensam.

4. Reg. 1, 9—12. (c. 6) Forsitan similiter dubitet aliquis de duobus quinquagenariis cum quinquagenis suis ad Hęliam[a] missis, utrum ministerio angelico sint occisi? propter quod f. 126. scriptura dicat ignem descendisse de caelo *et devorasse eos. Sed adtendat[b] pari Iob 1, 16. modo de beati Iob ovibus dictum: 'Ignis Dei cęcidit de cęlo et tactas oves puerosque consumpsit', cum nemo dubitet hoc ministerio Satanę factum.

(c. 7) Alterum vero genus est, quo in quosdam homines prevalere videtur diabolus, non tam ad percutiendum, quam ad inludendum, de quibus multos audivimus et cognovimus a dęmonibus, lapidibus et fustibus cęsos et in nullo lęsos; aliquos tamen et inlusos et lęsos. In quibus nulla alia causa videtur, qua[c] id fiat, nisi aut inanitas fidei aut delectatio vanitatis. Cuius rei exempla facile de scripturis proferre non possumus, sed tamen nullus poene hominum esse, qui talia non audierit[d] vel viderit, cum plerique vano terrore aut vana ammiratione attoniti inanescunt sensu et virtute animi. 'Novit enim diabolus,' ut ait beatus Leo[1], 'quem merore deiciat[e], quem fallat gaudio, 1. Petr. 5, 9. quem metu obprimat, quem ammiratione seducat'. Unde et apostolus monet: 'Cui resistite fortes [in][f] fide. Qui semper nocendi cupidus est, et cum id se ostendit quod est, et cf. 2. Cor. 11, 14. cum se transfigurat in angelum lucis, et veluti quędam sanitatum signa demonstrat. Cui utique in utroque a vere fidelibus[g] resistendum est, ut nec vanos terrores formident nec vanis miraculis delectentur.

(c. 8) Haec de duobus quibusdam generibus interposuimus; unum, ubi nihil admixtionis habet ministerium[h] diaboli, sicut de beato Zacharia et Danihele ac Iob[i] diximus; alterum ubi[k] infirmitas fidei et inanitas rationis sive exiguitas sensus in causa est. Libet autem hic adiungere illa magna et horribilia, quę Dominus fieri voluit ad eruditionem fidelium, in quibus docemur etiam diabolum rebellem luminis Deo servire et ministrum esse divinę operationis, cum per illum non solum malis, sed et bonis flagella et tribulationes admoventur. Quod enim percussiones impiis et infidelibus per malos angelos inrogentur, psalmysta de plagis, quibus Aegyptus percussa est, loquens, Ps. 77, 49. aperte declarat dicens: 'Misit in eos iram indignationis suae, indignationem et iram et tribulationem, inmissiones per angelos malos'. In libro quoque Ecclesiastico Eccli. 39, 33. *f. 126'. legitur: 'Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt et in furore *suo confirmaverunt Tob. 6, 14. tormenta sua'. Unde et in libro Tobię de Sara[l] filia Raguhelis legitur, quod tradita fuerat septem viris, et dęmonium nomine Asmodeus occiderat eos, mox ut ingressi fuissent ad eam. De rege etiam impio Ahat[m] in libro Paralypomenon scriptura 2. Par. 28, 22. 23. testatur dicens: 'Ipse per se rex Ahat[m] immolavit diis Damasci victimas percussoribus suis et dixit: dii regum Syrię[n] auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis et aderunt mihi', cum e contrario ipsi fuerint ruina eius et universo Israheli. Qui sint autem Ps. 95, 5. dii gentium, ostendit psalmysta, cum dicit: 'Omnes dii gentium dęmonia'. Apostolus 1. Cor. 10, 20. quoque in epistola ad Corinthios[o]: 'Qui immolant, inquid, gentes dęmoniis immolant et non Deo'.

(c. 9) Quod autem etiam impii et fideles malignis interdum tradantur spiritibus ad percutiendum hystoria[p] beati Iob luce clarius manifestat, ubi et expetitio Satanę

a) Heliam *A.* b) adtendat *corr. in* att. *A.* c) qui *corr. in* qua *P.* d) vid. vel aud. *A.* e) conturbet *Leo.* f) *om. A, P.* g) *om. P.* h) mysterium *A.* i) et Iacob *pro* ac Iob *A.* k) ibi *man. rec. corr.* ubi *A.* l) sarra *corr. in* sara *A.* m) Ahaz *A.* n) Syrie *A.* o) Chorinthios *A.* p) istoria *A.*

1) *Leonis sermo 27, in nat. Dom. 7 c. 3 (opp. edd. Baller. I, 94).*

et Dei permissio aperte describitur, et ad extremum post damna rerum, post funera c. 827—830 filiorum, cum os illius et carnem Dei manu tangi expostulasset, et Dominus permitteret Iob 2, 5–7. dicens: 'Ecce in manu tua est[a]. Verumtamen animam illius serva'. Dictum de eo est: 'Egressus igitur Satan a facie Domini percussit Iob ulcere pessimo a planta pedis usque ad verticem eius'. Infirmitates quoque et languores, quibus vel[b] pii vel impii multo tempore affliguntur, per[c] malos angelos inrogari Dominus ostendit in evangelio. Qui cum de muliere, quam spiritum infirmitatem habentem ipse sanaverat, archisinagogo calumnianti responderet, adiecit post aliqua: 'Hanc autem filiam Abrahę[d], quam Luc. 13, 16. alligavit Satanas, ecce[e] XVIII annis non oportuit solvi[f] a vinculo isto dię sabbati'? Hinc est quod beatus Petrus in Actibus apostolorum cum de mirabilibus Domini loqueretur, ait de eo: 'Qui pertransivit benefaciendo et sanando omnes oppressos a Act. 10, 38. diabolo, quoniam Deus erat cum illo'. Paulus quoque apostolus Phyletum[g] et Hermo- 1. Tim. 1, 20. genem dicit se tradidisse Satanę, ut discerent non blasphemare. De eo etiam, qui uxorem patris sui habebat, Corinthiis ita loquitur: 'Ego quidem absens[h] corpore, 1. Cor. 5, 3–5. presens autem spiritu, iam iudicavi, *ut presens eum qui sic operatus est in nomine *f. 127. domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis et meo spiritu, cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi Satanę in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini Iesu'. Hinc de se ipso quod iam commemoravimus ait: 'Et ne magnitudo revela- 2. Cor. 12, 7. tionum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Satanę, qui me colafizet'.

(c. 10) Terrores etiam tribulationum per dęmones fieri in libro Sapientiae legimus, ubi, cum narraret scriptura de percussionibus Ęgypti, quas per malos angelos immissas psalmysta demonstrat[i], ait inter alia: 'Neque enim quę continebat illos Sap. 17, 4. spelunca sine timore custodiebat, quoniam sonitus descendens perturbabat illos, et personę tristes apparentes pavorem illis prestabant'. Unde et propheta protectionem Dei viro iusto promittit dicens: 'Scuto circumdabit te veritas eius; non timebis a Ps. 90, 5. 6. timore nocturno, a sagitta volante per diem, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et dęmonio meridiano'. Has itaque adversarias potestates a Deo expectare et desiderare potestatem feriendi et nocendi et Dominus demonstrat in evangelio, ubi ait discipulis suis: 'Hac nocte Satanas[k] expetivit vos, ut cribraret sicut triticum'. Luc. 22, 31. Et psalmysta cum dicit: 'In ipsa, id est in nocte, pertransibunt omnes bestiae silvae, Ps. 103, 20. 21. catuli leonum rugientes, ut rapiant et quęrant a Deo ęscam sibi'. Et multis aliis locis divinae scripturae.

(c. 11) Et cum, sicut supra diximus, non semper nec in omnibus diabolus accipiat potestatem, semper tamen habeat in omnibus et per omnia omnimodam nocendi voluntatem. Maxime in illos inhiat, quibus, ut dictum est, prevalere se[l] posse videt, eo quod sint exiguę fidei et vacui pondere rationis. Et inde est, quod pueros ac puellas et hebetes quosque deicere videtur et maculis exustionis notare. Quod utique fidelis quisque et ratione preditus[m], cum videt aut audit, cor ad solius Dei timorem levat, qui non permittit nos temptari supra[n] id quod ferre possumus; sicut faciendum 1. Cor. 10, 13. est etiam, cum bestiarum dentibus aut unde*cumque vel[o] ubicumque flagellamur vel *f. 127'. alios flagellari conspicimus.

(c. 12) Quod vero illi, de quibus nobis innotuistis, ad easdem ecclesias, in quibus percutiuntur, concurrunt et quicquid possunt donant, nos credimus omnino, quod terroribus decepti hoc faciant, perdito consilio meliore. Melius enim facerent, si sua pauperibus et hospitibus erogarent, et ad presbiteros ecclesiae currerent unguendi oleo

---

a) sunt *A.* b) *om. P.* c) et per *A.* d) Abrahe *A.* e) exce *corr. in* ecce *A.* f) salvi *corr. in* solvi *P.* g) Filetum *A; P add. et del.* ad *ante* Phyl. h) abssens *A.* i) daemonstrat *A.* k) *om. P.* l) *om. A.* m) praedictus c *postea eraso A.* n) super *A.* o) aut *A.*

—c. 830 secundum preceptum[a] evangelicum et apostolicum cum ieiuniis et orationibus, quibus sociari debet elemosina. Nam si essent signa sanitatum, quę Deo largiente per merita sanctorum concessa viderentur, concursus ad eadem loca consequens esset; et si aliquid oblationum ibi daretur more ecclesiastico et secundum dispositionem patrum, esset utique fructuosum ipso usu misericordię. Nunc autem quia cupiditati quorundam et avaritiae famulantur, non exinde honoratur Dominus nec pauperibus succurritur. Hanc enim rem si secundum voluntatem Dei agerent, iuxta quod per omnes sanctas scripturas eam Deus hominibus[b] voluit indicari, scirent utique quam sublimiter et ammirabiliter huius rei semitam Dominus demonstrare[c] dignatus sit per Micheam prophetam dicentem: Mich. 6, 6. 7. 'Numquid offeram Deo holocaustomata et vitulos[d] anniculos? numquid placari potest Dominus in milibus arietum, aut in multis milibus hyrcorum pinguium? numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animę meae'? Et cum in his omnibus negetur, subinfertur ilico in quibus Dominus placcari ib. v. 8. possit, cum dicit[e]: 'Indicabo tibi, o homo, quid sit bonum, et quid Dominus quęrat a te, utique facere iudicium et diligere misericordiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo'. Sicut enim reprehensibile est rem pauperum non pauperibus distribuere, sic infructuosum, si ea quę deberent ecclesiae debitam[f] reverentiam exhibentibus erogari, cupiditatis ęstu anhelantibus vel avare servanda vel abutenda prodige conferantur. Finit.

13.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Fredegisi abbatis S. Martini Turonensis litteras calumniosas refellit, multa de natura Christi ex scriptura et patribus disserendo. —*c. 830.*

Cod. P f. 106—122.

Edd. Masson p. 157—182, Baluzius I, 165—191, Migne CIV, 159—174[a].

REVERENTISSIMO AC BEATISSIMO DOMNO ET PATRI FREDEGISO ABBATI[1].

(c. 1) Dudum modestiae vestrae benignitas adversum nos, peccatis nostris exigentibus, mota, talibus nos invectionibus perculit, quę lenitatis ac sinceritatis vestrae modum excedere viderentur, nisi in refellendis nobis tali redargutione uteremini, quę verbis tantum a vobis proferretur, corde tamen non approbaretur. Nam si illa omnia quę adversum nos protulistis, et ex parte finxistis, ita a[b] vobis sensa essent, ut pro- *f. 106'. lata sunt, non solum modes*tiam vestram transgrederemini, verum etiam veritatem offenderetis. Et idcirco, sapientissime vir, si dignatur admittere[c] magnitudo vestra, nitimur nos per has litterulas purgare ab illis criminibus, quę adversum nos in vestris litteris exarata repperimus. Recordari dignamini litterarum vestrarum, quas tunc adversum nos novissime dedistis, et cognoscite contra quae crimina nunc respondere curamus.

(c. 2) Scripsistis igitur in praefatione dicentes: 'Si ad omnia, quę in vestrae dilectionis cartula scripta repperimus, respondendum iudicaremus, non tantum cartulę, verum prolixioris libri modum excedere videremur. Sed quia compendii[d] causa, pauca ex plurimis summatim attingere libuit'. Ex quibus verbis vestris apparet omnia

a) precaeptum *P.* b) vol. homin. ind. *A.* c) daemonstrare *A.* d) vitulo *P.* e) dicitur *A.* f) debitum *corr. in* -tam *P.*

13. a) *Lemma:* Ad Fredegisum *P.* b) *superscr.* c) amm. *corr. in* adm. *P.* d) compedii *P.*

1) *Alcvini discipulo et successori in abbatia Turonensi 804—834, inde ab a. 820. etiam abbati S. Audomari, de quo cf. EE. IV, 552. Ex hoc titulo nihil de tempore, quo haec epistola scripta sit, elici posse crediderim, ut F. Marcks (l. l. p. 13 n. 2) voluit.*

—c. 830

vos illa repraehendisse, quę in nostra cartula scripta repperistis[a]. Sed qui omnia reprehendistis, nihil laudatis; cuncta refellitis, nihil recipitis: quam iuste hoc faciatis, ex istis perpendite quę compendii causa summatim attigistis. Quia si ista tam iniustae reprehendistis, quanto iniustius illa quę reliquistis? Et primum quidem de his, quę vobis attingere libuit, assumtis, refragandam nostram sententiam qua[b] diximus: 'Qui enim vere humilis *est, abiecta de se sentit; et qui abiecta de se sentit, errasse se *f. 107. non dubitat'. Quam sententiam, ut veram non esse ostendere videamini, probatis dominum Iesum Christum vere humilem fuisse, et dicitis: 'Quia vere humilis erat secundum nos abiecta de se sentit et errasse se non dubitavit'. Quod[c] quam calumniose a vobis dictum sit, quęsumus dignamini perpendere. Quis enim fidelium ignorat, quia nec nos debemus umquam, cum de abiectionis humilitate et peccati confessione loquimur, quę vera in hominibus procul dubio esse debent, dominum nostrum Iesum Christum ceteris hominibus permiscere. Nec vos debuistis pro eo, quod dominus Iesus Christus abiecta de se non sensit et errasse[d] se numquam cognovit, ceteros homines ab humilitate abiectionis et peccati confessione defendere, in tantum ut ex hoc probare velitis, sicut in vestris apparet litteris, nullum vere humilium abiecta de se sentire, nullum se peccatorem fateri debere[e].

(c. 3) Nempe, ó venerabilis magister, putabat ac putat nostra insipientia, quia cum de talibus rebus loquitur homo, non debet dominum nostrum Iesum Christum ceteris aggregare hominibus, quia humanitas quę a verbo assumpta est, quamquam habeat naturam nostrorum corporum, non tamen habet originem. Nos enim ex humano semine coagulamur, ille de Spiritu sancto natus est; qui etsi homo factus est *propter *f. 107'. nostram salutem, Deus tamen esse non desiit; qui licet homo verus sit, verus tamen et unus est Deus cum Patre et Spiritu sancto. Illa namque humilitas, qua[f] dominus noster Iesus Christus cum in forma Dei patris esset, semetipsum exinanivit, ut formam Phil. 2, 7. servi acciperet, inclinatio fuit miserationis, non evacuatio[g] potestatis. Qui etsi abiecta passionis pertulit, tamen Deo patri aequalem se esse innotuit. Aequalis omnino est Patri, non minor est gloria, non posterior tempore, non inferior potestate; qui propterea factus est homo, non ut erraret, sed ut erraticam ovem inventam humeris suis gestaret cf. Matth. 18, 12. et ad domum caelestis patriae, ad paternam scilicet visionem, perduceret. Et idcirco non est consequens, immo valde iniustum est, ut cum quis ea quę hominum sunt vere loquitur, alter[h] dominica comparatione evacuet. Iterum atque iterum dicimus, quia pervicacis[i] hominis est dominico exemplo impugnare ea quę de puris hominibus veraciter dicuntur, quorum nullus[k] extitit sine peccato, sicut scriptum est: 'Non est Eccl. 7, 21. iustus quisquam, qui faciat bonum et non peccet'. Et iterum: 'Nemo mundus a sorde, etiamsi unius diei fuerit vita eius super terram'. De Domino apostolus Petrus testatur dicens: 'Quia peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius'. Numquid quia 1. Petr. 2, 22. hoc verum est, propterea hoc verum non erit illud quod Paulus ait: *'Omnes enim *f. 108. Rom. 3, 23. peccaverunt et egent gloria Dei'.

(c. 4) Quia dicitis[l]: 'His bene perspectis apparebit hanc vestram non esse veram ratiocinationem[m]', haec qualiter dixeritis[n], aestimare non possumus, affirmare tamen audemus, quia qui hanc ratio[ci]nationem[m] veram esse negat, necdum cognovit, quemadmodum eam[o] oporteat scire. Quid ergo est quod apostolus, dum de Domino loqueretur dicens: 'Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Philipp. 2, 6. 7. Deo, sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens', premisit: 'Hoc sentite in ib. 5.

a) repperitis s *superscr. P.* b) quę *P.* c) Nota *in marg.* d) erasse *P.* e) deberem *corr. in* debere *P.* f) quia *corr. in* qua *P.* g) evacutio a *superscr. P.* h) aliter *P.* i) pervicaces *corr. in* -cis *P.* k) nullius *P.* l) *in marg.* Verba Fredegis[i]. m) rationationem *P.* n) *in marg.* domni Agobar[di]. o) eum *P.*

—c. 830 vobis quod et in Christo Iesu'? Et paulo ante dixerat: 'Nihil per contentionem neque Philipp. 2, 3. per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes'. Si verum non est, ut is[a], qui vere humilis est, abiecta de se sentiat, quare Abraham, cum Gen. 18, 27. Domino loquens, cinerem se pulveremque fatetur? Moyses quoque non se esse elo- Exod. 4, 10. quentem testatur, et ex quo ei Dominus loqui coepit, impeditiorem et tardiorem se ib. 16, 7. esse linguam dicit. De se quoque et Aaron ad populum ait: 'Nos enim quid sumus?' Iudic. 6, 12. Gedeon etiam, quem angelus fortissimum virorum appellat, ille e contrario tam abiecta ib. 15. de se sentit, ut se minimum in domo patris sui dicat, et familiam suam infimam in *f. 108'. 1. Reg. 9, 21. Manasse. Saul quoque cum poene his verbis de minima tribu esse *se diceret, et in eadem tribu minimum se recognosceret, ita ut indignum se regio honore fateretur, in 1. Reg. 15, 17. regem[b] electus est. Unde Dominus ei loquitur: 'Cum esses parvulus in oculis tuis, Act. 13, 22. caput in tribubus Israel factus es'. David quoque (de quo Dominus loquitur: 'Inveni virum secundum cor meum', quia vere humilis erat) tam abiecta de se sensit, ut non solum ad regnandum indignum[c] se esse testaretur, verum etiam gener fieret regis, 1. Reg. 24, 15. qui postea de se ipso clamat ad Saul: 'Quem persequeris, rex Israel? canem mortuum cf. ib. 26, 20. et pulicem unum?' Sicque persequi conqueritur, quasi si persequatur perdix in montibus. Postea vero, cum esset in magna regni gloria, nullumque adversarium pateretur, 2. Reg. 6, 22. ait: 'Ludam et vilior fiam plus quam factus sum, eroque[d] humilis in oculis meis'. Ps. 130, 1. Et iterum: 'Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me' et cet. Errasse se quoque non dubitavit, quia sępissime non solum errores suos confitetur, sed etiam iniquitates, peccata, delicta, scelera, infirmitates quoque et turbationes, timorem ac tremorem, anxietatemque cordis, quorum omnium testimonia si ponere voluerimus, prolixi operis series ordinabitur.

*f. 109. (c. 5) Vos dicitis, quia non est vera ratiocinatio, *ut qui vere humilis est, abiecta de se sentiat aut peccasse se indubitanter credat. Nos vęro e contrario per hanc ratiocinationem[e] omnes sanctos in suis precibus a[f] Domino exauditos esse novimus, sicut Danihelem in suam exhomologesin, ubi confitebatur non solum peccata sua, et peccata populi sui, verum etiam peccata regum ac principum, vel sacerdotum. Dan. 3, 28. 29. Tres etiam pueri in camino ignis clamabant in veritate et iudicio: 'Induxisti omnia haec propter peccata nostra, peccavimus enim et inique egimus recedentes a te'. Dominus quoque in evangelio testatur publicanum, qui ascenderat cum Pharisęo in templum ut oraret, idcirco iustificatum descendisse in domum suam, quia abiecta de se sciens, a longe stabat et nolebat nec oculos ad caelum levare; et peccasse se non Luc. 18, 13. dubitans percutiebat pectus suum dicens: 'Deus, propicius esto mihi peccatori'. De Matth. 8, 10. centurione quoque quare Dominus ait, quod nec in Israel tantam fidem invenerit, nisi quia isdem[g] centurio abiecta de se sentiens, et alta de Domino sapiens, semetipsum, ut ait, indignum arbitratur ire ad deprecandum Dominum, ut sanaret puerum eius, ib. 8, 8. sed potius amicos suos misit, et iterum per internuntium mandavit Domino dicens: *f. 109'. *'Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum'. Mulier vero Cananea, cui Matth. 15, 26—28. Dominus clamitanti respondit: 'Non est bonum sumere panem filiorum et mittere canibus', statim consentiens ait: 'Aetiam, Domine, nam et catelli edunt[h] de micis quae cadunt de mensa dominorum suorum'. Et idcirco audire meruit: 'O mulier, magna est fides tua'.

Iob 17, 2. (c. 6) Quod si aliquis obiecerit nobis verba iusti vere humilis dicentis: 'Non Iob 16, 18. peccavi et in amaritudinibus moratur oculus meus'. Et iterum: 'Haec passus sum absque iniquitate manus meae', audiat rursum eundem iustum humiliter confitentem:

---

a) his *corr. in* is *P.* b) rege *P.* c) in- *e corr. P.* d) heroque *corr. in* eroque *P.* e) ratiotinacionem *P.* f) *superscr.* g) hisdem *corr.* isd. *P.* h) edent *corr.* edunt *P.*

'Peccavi, quid faciam tibi, ó custos hominum'? Et iterum: 'Quantas habeo iniquitates Iob 7, 20. et peccata, scelera atque delicta, ostende mihi'. Et iterum scriptura dicit: Quia is[a] ib. 13, 23. quem Deus propterea flagellat, ut doloribus eruditus abiectionem et peccata sua recognoscat, respicit homines et dicit: 'Peccavi, vere deliqui, ut eram dignus non Iob 33, 27. recepi'. Quare ergo vos dicitis non esse verum, ut vere humilis abiecta de se sentiat aut peccasse se credat? cum apertissime pateat hoc proprium esse sanctorum, non superborum? Cur Iohannes apostolus ait: 'Si dixerimus, quia *peccatum non habemus, 1. Ioh. 1, 8. 9. *f. 110. ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Si vero confiteamur delicta nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata'. Qui si secundum vos magna de se, non abiecta[b], sentire voluisset, habebat, unde gloriaretur, quia et supra pectus Domini Ioh. 13, 23. recubuit et prę ceteris discipulis ab illo dilectus est. Iacobus quoque apostolus ait: 'In multis enim offendimus omnes'. Quae[c] si quis putaverit non veraciter, sed tan- Iac. 3, 2. tum humiliter dicta, noverit se in hoc sensu Pelagium[d] sequi, et propterea, si corrigi vult, legat libros beati Augustini contra Pelagianistas, et sciat omnes sanctos veraciter se de peccatis accusasse, ita ut necesse habeant pro se ipsis dicere: 'Dimitte nobis Matth. 6, 12. debita nostra'. Sed de his quanta dici possunt, vos nosse non ambigimus.

(c. 7) Dicitis[e] etiam tota vos intentione divinam scripturam cum editoribus, interpretibus atque expositoribus suis ab imperitiae nostrae calumniis defendere. Ad[f] quam rem nos respondebimus vobis, quia, sicut de quibusdam dicitur: 'Illic trepida- Ps. 13, 5. verunt timore, ubi non erat timor', ita et vobis dici potest: Illic tota intentione paravit defensionem, ubi nulla erat omnino necessitas defensionis. Quis enim de nobis calumniatus est umquam editorem aut *interpretem aliquem divinarum scripturarum? *f. 110'. Dicitis reprehendisse nos apostolos et interpretem, quos tantum putabamus umquam reprehendendos, quantum nunc putamus veritatis vituperatores laudandos. Diximus namque, quia interpretes divinorum voluminum vel expositores non curarunt omnino tenere indeclinabiliter regulam gramaticę artis; quod utique neque imperitia neque malitia fecerunt, sed ratione condescensionis; ut, sicut usus sanctae scripturae est verbis condescendere humanis, quatinus[g] vim ineffabilis rei humano more loquens ad notitiam hominum deduceret, et mysteria insolita solitis ostenderet rebus, ita et interpretes eius eam sequendo, illud studuerunt summopere transferre, unde manifestiorem sensum legentibus preberent, etiamsi contra grammaticam esset eatenus, ut sacramento rei concordaret. Et ita hoc ad nostram sumsimus defensionem, ut sicut illos, qui poterant, si voluissent, omnia secundum disciplinam grammaticam proferre, sed ut nobis condescenderent, et simplicitatem veritatis non desererent, non sunt veriti aliqua contra eandem disciplinam loqui, reprehendere nullus debet, ita nobis omnino debet parcere, qui etiamsi velimus[h] omnia secundum grammaticam loqui, non possumus, si tamen fidem rectam et sen*sum catholicum tenemus, in hisque verbis quibus possumus dici- *f. 111. mus. Sicut et vos testimonio Prisciani[1] ostenditis qui dixit: 'Nihil[i] enim ex omni parte perfectum in humanis credo esse inventionibus posse'.

(c. 8) Assumsistis grandem laborem, non necessarium, quasi defendentes evangelistam vel interpretem, quod non frustra vel evangelista ediderit, vel interpres transtulerit plurali numero sanguines[k] secundum quod certa ratio flagitavit. Quam rem non solum non reprehendimus, sed neque ab impiis audivimus umquam reprehensam. Et cum in hac defensione tantopere laboraveritis, nihil nobis vestro labore innotuistis. Iam enim legeramus sanctos doctores ita ut exposuisse, quod interpres ideo plurali

a) his *corr.* is *P.* b) abiectam *corr. in* -ta *P.* c) Nota *in marg.* d) palagium *P.* e) *in marg.* Fredegisi. f) *in marg.* Domni Agobardi. g) quatenus *corr. in* -tinus *P.* h) Nota *in marg.* i) Prisciani *in marg.* k) *post* sang. *verbum erasum est.*

1) *Institut. grammat. l. I, praef. (Grammat. lat. ed. Keil II, 1).*

c. 830 numero sanguines in hoc loco transtulit, quia sensum evangelistae, quem ille in Greco edidit, hoc in Latino transferre aliter non potuit; non, sicut vos dicitis, propterea fecit, quia in Greco pluraliter invenit. Nam sunt multa nomina, quę in Hebreo vel Greco alterius generis aut numeri esse inveniuntur, non eius cuius sunt in Latino[a]. Nec tamen interpretes eodem genere quo invenit, transferre curavit, quia nulla necessitas compulit. Sicut verbi gratia spiritus apud Hebreos genere dicitur feminino, et cum sit in Latino generis masculini, nullus interpretum Hebraicum sequens genere feminino *f. 111'. in La*tino ponere temptavit, etiam cum necessitas posceret. Nam invenitur in scripturis, ubi Spiritus sanctus per genus femininum significatur, nec tamen a Latinis feminino genere dicitur. Peccatum quoque in Hebreo generis masculini est, in Greco feminini, in Latino neutri. Et cum in scripturis multis rebus significetur, nullus tamen Latinorum genus eius mutavit, quia nec aliqua utilitas postulavit. Haec idcirco diximus, quia vos dicitis propterea interpretem sanguinem plurali numero transtulisse, quia apud Grecos pluraliter effertur, cum non ita sit. Sive interpretes sive expositores divinorum eloquiorum, ut integritatem sensus ostenderent, contra grammaticam loqui non timuerunt, quos non solum non repraehendimus, verum etiam per eos a reprehensione defendi cupimus. Quia sicut illi laudandi sunt in verbis contra grammaticam prolatis, ita nos tolerandi, quia illi divites in verbis, sicut voluerunt, dixerunt: nos[b] vero pauperes, ut possumus, per angustias verborum tenuiter ea quę volumus significamus. Etsi illorum filii sumus et ab eorum sensu et fide non erramus, quod in illis amatur, in nobis toleretur; atque is[c] cui loquimur sensum attendat, non verba, ut 2. Tim. 2, 14. 1. Tim. 6, 4. audiat consilium apostoli dicentis: 'Noli verbis contendere'. Et: 'Ne sit languens *f. 112. circa *questiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspiciones malę'.

(c. 9) Illud vero quod post verba doctorum verbis vestris subiunxistis[d]: 'Ita igitur hoc uno modo apostoli et evangelistae et totius divinę scripturae interpretes cum catholicis eius expositoribus ab imperitiae calumnia[e] rationabiliter defendi quęunt. Nihil enim omnino contra regulam grammaticae dixerunt quod non ita aut[f] ratio aliqua aut causa mysterii[g] dici exigeret'. Ab[h] his verbis vestris multum ecclesiastici doctores dissonant. Exiguitati nostrae videtur, quod neque vos neque nos de hac re aliquid sentire aut dicere debemus, nisi ea quę horthodoxos[i] magistros sensisse aut dixisse legimus. Ista tamen inconcussa et firma auctoritas illorum auctorum est, per quos Spiritus sanctus novi et veteris testamenti volumina confecit, de quibus nulli umquam homini licuit[k] aut licet cogitare, vel unam litteram aliter eos dicere debuisse, quam dixerunt, quoniam eorum auctoritas firmior est caelo ac terra secundum quod Luc. 16, 17. Dominus ait: 'Facilius est cęlum et terram transire, quam de lege unum apicem cadere'. Post hos quoque firma auctoritas est LXX interpretum, quos constat ante adventum Domini de Hebraico in[l] Grecum eloquium[m] vetus testamentum transtulisse. *f. 112'. Interpretis[n] quoque nostri Hieronimi *presbiteri fidelis est editio, quę de Hebraico in Latinum magnifice transtulit. Fuerunt preterea aliqui venerandi et catholici interpretes Latini, qui LXX editionem in Latinum transtulerunt eloquium. Extra hos itaque multi fuerunt interpretes reprehensibiles et iustę reprehensi: sicut illi famosissimi interpretes[1] iudaizantes et heretici, Aquila scilicet et Theodotio ac Simachus, ex quibus unus fecit duas editiones inter se dissonantes. Fuerunt etiam Latini aliqui, quos

---

a) latinum *P.* b) Nota humilitatem viri *in marg.* c) his *corr.* is *P.* d) *in marg.* Fre[degisi]. e) calumniae *corr. in* -ia *P.* f) ut *corr.* aut *P.* g) *post* myst. ita *deletum est.* h) *in marg.* Ag[obardi]. i) *alterum* h *superscr.* k) *in marg.* Nota. l) an *corr. in* in *P.* m) eloquio *corr. in* -quium *P.* n) interpretes *corr. in* -tis *P.*

1) *Hieronymi opp. ed. Vallarsius IX, 1099. 1100.*

Hieronimus presbiter reprehendit in illis utique prefationibus, quas preposuit libris, [— c. 830] quos de Greco in Latinum aut transtulit aut emendavit. Sicut in illa prefatione, quam iuxta Grecam emendationem in libro beati Iob fecit[a], asserens[1], quod idem liber apud Latinos ita erat decurtatus conrosusque, ut foeditatem suam publice legentibus ostenderet. Sic etiam in aliis locis quosdam reprehendit interpretes.

(c. 10) Hęc de interpretibus idcirco ita dicimus, quia magistri spiritales non omnes equaliter receperunt, aut indifferenter laudaverunt, sicut vos facere videmini, neque omnibus ęqualiter fidem adhibuerunt. De expositoribus quoque multo aliter, quam[b] vos dicitis, beatus pater Augustinus tenendum tradidit, qui non solum de illis qui reprehensi sunt [a][c] doctoribus, etiam de probatissimis, in libro quem adversus Faustum Manicheum scripsit, ita *dicit[2]: 'Quod genus litterarum, id est expositionum, non [*f. 113.] cum credendi necessitate, sed[d] cum iudicandi libertate legendum est'. Soli namque divinae auctoritatis libri legendi sunt non cum iudicandi libertate, sed cum credendi necessitate. Quam[e] formam apostolus tradidit dicens: 'Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite [1. Thess. 5,19–22.] spernere, omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni spetię mala abstinete vos'. In hoc loco apostolus Paulus prophetias[f] dixit doctrinas et expositiones doctorum, sicut alibi insinuat dicens: 'Prophetae duo aut tres dicant et cęteri diiudicent', [1. Cor. 14, 29.] non illam prophetiam, de qua apostolus Petrus ait: 'Non enim voluntate humana allata [2. Petr. 1, 21.] est aliquando prophetia, sed[g] Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines'.

(c. 11) Haec omnia idcirco dicimus, ut appareat, quia quam iniuste a vobis criminamur, cum dicitis nos reprehensores apostolorum et divinarum scripturarum esse, tam iniuste, vel potius multo iniustius[h] quoscumque interpretes atque expositores coequatis apostolis et evangelistis, cum Symmacum et Paulum et Dydimum et Iohannem una defensione indifferentique laude dignos ducitis. Bonum est recordari verborum Domini, quibus ait[3]: 'Nonne si recte offeras et non recte dividas[i], peccasti?' Qui enim recte credit catholicam fidem, *recte videtur offerre. Sed si quibuscumque [*f. 113'.] doctoribus aut interpretibus cum apostolis et evangelistis equalem venerationem tribuit, non recte dividit atque ideo peccat.

(c. 12) Post illa, quę superius dicta sunt, verba nostra addidistis dicentes: 'Turpe est enim credere Spiritum sanctum, qui omnium gentium linguas mentibus apostolorum infudit, rusticitatem potius per eos quam nobilitatem uniuscuiusque linguę locutum esse'. Haec qua intentione dixeritis, nullus eorum qui otiosa loqui timent, intellegent; nisi forte hoc etiam nobis crimen superadditis[k], quasi rusticitatis reprehendamus Spiritum sanctum. Quod si ita est, id est tali intentione ista dicitis, quid ad[l] haec respondere possumus, nisi: 'Ipse occultorum cognitor, cordium testis, scrutator [cf. Dan. 13, 42.] renum, omnipotens Deus, videat et audeat'. Extra hoc autem quod tale sacrilegium nobis impingere videmini, apparaet etiam in his verbis vestris, quod ita sentiatis de prophetis et apostolis, ut non solum sensum predicationis et modos vel argumenta dictionum Spiritus sanctus eis inspiraverit, sed etiam ipsa corporalia verba extrinsecus in ora illorum ipse formaverit. Quod si ita sentitis, quanta absurditas sequetur, quis dinumerare poterit? Et imprimis quidem, ut caute scientiae vestrae loquamur, *recor- [*f. 114.] damini, quid Moyses Domino dicat, cum se excusaret, ne ad Pharaonem mitteretur [Exod. 4, 10.] asserens se gracilis esse vocis et impeditioris[m] linguae. Cui Dominus nequaquam

a) fecerit *P.* b) que *corr. in* quam *P.* c) *om. P.* d) se *corr. in* sed *P.* e) quę *corr. in* quam *P.* f) *in marg.* Prophetias expositiones. g) s *corr. in* sed *P.* h) multos iniustos *P; corr. Bal. Masson in erratis.* i) diiudicas *in marg. al. man.* dividas *P.* k) super *superscr.* l) *superscr.* m) impeditionis *corr. in* -ris *P.*

1) *Hieronymi opp. IX, 1097. 1098.* 2) *August. contra Faustum l. XI c. 5 (opp. edd. Benedict. VIII, 221; ed. Zycha p. 320).* 3) *Cf. Gen. 4, 3 sqq. Hunc locum ita laudat Augustinus contra Faustum l. XII c. 9 col. 231, ed. Zycha p. 337.*

— c. 830 respondit: 'Mentiris', sed annuens obsecranti ait: 'Ecce Aaron frater tuus, scio, quod
Exod. 4, 14. ib. 7, 1. 2. eloquens sit, ipse erit propheta tuus, tu loquaris ad eum et ille loquetur ad Pharaonem'.
Adtendite, queso, si secundum vos ipsa verba corporalia in ore Moysi sonantia et[a]
vox quae sonabat, eius erant, quare ergo gracilis vox? quare ergo impeditior sermo?
Aaron erat propheta Moysi, Moyses propheta Dei, quare ergo robustior vox et ex-
peditior sermo im propheta Moysi, quam im propheta Dei? Numquid et hoc vitium,
gracilitatem scilicet vocis et linguae impeditionem, Spiritui sancto tribuetis? Restat
Num. 22, 28. ergo, ut, sicut ministerio angelico vox articulata formata est in ore asinae, ita dicatis
formari[b] in ore prophetarum. Et tunc talis etiam absurditas sequetur, ut si tali modo
verba et voces verborum acceperunt, sensum ignorarent. Sed absit talia deliramenta
cogitare. Nos si de eloquentia Pauli apostoli aliquid diximus, verba Hieronimi
doctoris[1] posuimus[c], quibus in quodam loco ait: 'Qui putant Paulum iuxta humilitatem,
2. Cor. 11, 6. *f. 114'. et non vere dixisse: Et si imperitus sum sermone, non tamen scien*tia[d], defendant huius loci
consequentiam'. Et iterum: 'Si[2] vero quis[e] potest iuxta sermonis eloquio[f] contextum docere,
apostolum fuisse perfectum et in artis grammaticae vitia non incurrisse, ille potius auscultandus[g]
est. Nos quotiescumque soloecismos aut tale quid adnotamus, non apostolum pulsamus, ut mali-
voli criminantur, sed magis apostoli assertores sumus; quod Hebreus ex Hebreis absque rethorici[h]
sermonis nitore verborum compositione et eloquii venustate numquam ad fidem Christi totum
1. Cor. 1, 17. mundum transducere[i] valuisset, nisi evangelizasset, eum non in sapientia verbi, sed in virtute Dei'.
Qui etiam im prefationibus Hieremiae, Esaiae et Hiezechielis quid [de][k] differentia
locutionis prophetarum eorum dixerit, diligenter perpendite, et invenietis nobilitatem
divini eloquii, non secundum vestram assertionem more[l] philosophorum in tumore et
pompa esse verborum, sed in virtute sententiarum, secundum quod ipse apostolus ait:
1. Cor. 4, 20. 'Non enim in sermone est regnum Dei, sed in virtute'. Esaias quoque philosophus[m]
Isai. 33, 19. populum dicit esse alti sermonis, ita ut non possit intellegi dissertitudo linguae eius,
Ezech. 3, 5. 6. in quo nulla est sapientia. Et Dominus ad Hezechielem dicit: 'Non enim ad populum
*f. 115. profundi *sermonis et ignotę linguę tu mitteris, quorum non possis audire sermonem'.
Ex quibus patet nobilitatem sacrę scripturae, non secundum philosophos in dissertitu-
dine esse verborum, in quo nulla est sapientia, sed in[n] potentia et astutia[o] sensuum
2. Cor. 10, 4. 5. atque virtute sententiarum, sicut apostolus ostendit dicens: 'Arma militiae nostrae
non carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, et
omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes
1. Cor. 1, 17. omnem intellectum in obsequium Christi'. Et iterum: 'Non enim misit mę Christus
baptizare, sed evangelizare, non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi'.
1. Cor. 2, 1. Et rursum post aliqua: 'Et ego cum venissem ad vos, fratres, veni non per subli-
mitatem sermonis aut sapientiae, annuntians vobis testimonium Christi'. Et iterum:
ib. 6. 7. 'Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam vero non[p] huius seculi neque princi-
pum huius seculi qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio[q], quę
ib. 13. abscondita est'. Et post pauca: 'Quę et loquimur non in doctis humanę sapientiae
verbis, sed in doctrina spiritus'.

(c. 13) Ecce quia laus divinę sapientiae in sacris mysteriis et in doctrina spiritus
*f. 115'. invenitur, non in[p] adinventionibus verborum. Vos sumpsistis testimonia beati *Augu-
stini multa de laude scripturę, sed non in illo modo vos laudatis, quo laudavit

a) eius erant et vox quae sonabat *P postea mutatis.* b) formare *corr. in* -ri *P.* c) possumus *corr. in* posuim. *P.* d) scientiam m *deleto P.* e) qui *P.* f) eloquia *corr. Bal.;* et eloquii *Hier.* g) obscultandus *P.* h) ci *superscr.* i) s *superscr.* k) *om. P.* l) morum *corr. in* -re *P.* m) propheta *corr. Bal.* n) im *corr. in* in *P.* o) astucia *corr. in* -tia *P.* p) *superscr.* q) ministerio *P.*

1) *Hieron. comment. in ep. ad Gal. l. III c. 6 (opp. VII, 520).* 2) *Hieron. comment. in ep. ad Ephes. l. II (opp. VII, 587).*

Augustinus aut Hieronimus, Ambrosius atque Gregorius. [— c. 830] Nam illi maiestatem divinę loquutionis admirantes, sed rem ineffabilem fando non explicantes, obpressi gloria in laude eius subcubuerunt, cum magis admirando sufficerent quam loquendo. Vos sic laudatis, ut laude vestra magis minoretur, quam augeatur, quoniam in his quę extrinsecus sunt, dicitis nobilitatem linguarum ministrasse apostolis Spiritum sanctum, ut confuse[a] et indifferenter cum apostolis omnes interpretes et quoscumque expositores laudetis et defendatis. Nam si secundum vos omnibus auctoribus divinorum librorum exteriorem nobilitatem ęqualiter ministravit Spiritus sanctus, quare unus apostolus, id est Paulus, disertior[b] invenitur in Hebraica lingua quam in Greca, sicut predictus Hieronimus in prefatione epistolae quae ad Hebreos pretitulatur scribit dicens[1]: 'Non est sane mirum, si eloquentior videatur im proprio, id est Hebreo, quam im peregrino, id est Greco sermone, quo cęterę epistolae sunt scriptę'. Ecce habes disertiorem[b] Paulum in una epistola quam in cęteris. Sed tamen ipsę ceterę epistolae, licet in sermone minus ab illa aliquid habere videantur, tamen in archanis sensibus, secretis mysteriis ac figuris locutionum, in quibus omnem sapięntiam huius mundi *incomparabiliter superant, [*f. 116.] minoris virtutis non sunt.

(c. 14) Post multas[c] et graves calumnias, quas nobis inflixistis, dicentes nos divinę locutionis reprehensores, defenditis bene vos dixisse 'anima quando ad corpus pervenit', et sumitis testimonia de scripturis dicentes: 'Spiritus redeat ad Deum[d], qui [Eccl. 12, 7.] dedit illum' et 'revertatur anima pueri intra eum'. [3. Reg. 17, 21.] Quę testimonia nullatenus congruunt rei cui defendendę adhibentur. Quis enim ignorat animam semel a Deo creatam substantiam esse, deinceps et ęternam atque in sua substantia inmortalem? Ac[e] per hoc, post solutionem corporis, posse a Deo redire iustam et deorsum descendere iniustam, et intra corpus reverti ad hanc vitam resuscitandam? Haec de animabus a corporibus iam solutis fieri nullus ignorat. Sed nos hoc reprehendimus, quod vos de animabus corporibus infundendis dixistis: 'anima quando ad corpus pervenit', quasi[f], noveritis, de qua regione adveniat, aut forsitan nostis, in qua regione iaceat illa incognita materies, unde animas dicitis creari in vacuo, super quem aquilo extensus est, aut in interioribus austri, vel forsitan in ortu solis aut occasu, aut unde dicitis animas pervenire; utique inde pervenire possunt, *ubi creantur, ut ad corpora transmittantur. [*f. 116'.] Sed cum dicitis eas pervenire, non ipsis eas corporibus creatas creditis, sed longe alicubi. Et inquisivimus a vobis, utrum in caelestibus an in aliqua parte mundi sit ipse locus,[f] vel extra mundum. Sed de hoc sit ut vultis, tantum ut cuiuscumque testimonium cum Augustino altercantis tamquam eiusdem Augustini non nobis opponatis. Nos tamen illud precipue tenendum putamus, quod divina scriptura de hac re docet dicens: 'Quomodo nescis quę sit via spiritus, et qua ratione compingantur[g] ossa [Eccl. 11, 5.] in ventre[h] pregnantis? Sic nescis opera Dei, qui fabricator est omnium'. Ecclesiastici[i] quoque doctores in suis dogmatibus fidem tenendam docuerunt, animam non esse partem divinae substantiae vel naturae, nec esse eam, priusquam corpori misceatur, sed tunc eam cręari, quando et corpus creatur, cui admisceri[k] videtur. Philosophorum sententiae dicunt esse animam, priusquam nascatur in corpore: quod verum esse nullis approbatur indiciis, nam utrum ante fuissemus, nec ipsi novimus, nec quis hominum dicat habemus. Non est ergo quęrendum quod querendum magis est inridendum.

(c. 15) Deinde interrogastis nos, utrum aliud[l] sit Deus, aliud[l] veritas, ita ut Deus ipse veritas non sit. *Hanc vestram interrogationem in tantum miramur, ut [*f. 117.]

a) confusa *corr. in* -se *P.* b) dissert. *corr. in* disert. *P.* c) multa *P.* d) eum *P.* e) Hac *corr. in* ac *P.* f) Acute *in marg.* g) compinguantur *corr. in* comping. *P.* h) ventrę *corr. in* -tre *P.* i) Nota catholice dictum *in marg.* k) admisci *corr. in* -ceri *P.* l) alius *corr. in* aliud *P.*

1) *Hunc locum non inveni, cf. Hieron. de viris illustr. c. 5 (opp. II, 825. 826).*

— c. 830 putemus vos[a] illam iocando et ridendo dictasse. Quis audivit talem interrogationem?
Numquid si aliud aliquid veritas fuerit, iam Deus veritas non erit? Dicite vos, si ubicumque in sacris scripturis veritas nominatur, semper Deus intellegendus est? Certe nos dicimus frequenter in scripturis nominari veritatem, quę contraria est mendatio, sicut etiam solet nominari caritas hominum dilectio, quę contraria est hodio, et con-
Rom. 9, 1. cordia, quę opposita est discordiae. Ergo ubi Paulus ait: 'Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior', sic intelligitis, quasi diceret: Deum dico aut Christum dico in
Eph. 4, 25. Christo Iesu. Aut ubi ait: 'Deponentes mendatium loquimini veritatem, unusquisque cum proximo suo' ipsum Deum, intelligitis veritatem. Et iterum ubi scriptum est:
Prov. 29, 14. 'Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in aeternum firmabitur'. Et iterum:
Prov. 12, 19. Ps. 14, 3. 'Labium veritatis firmum erit'. Et rursum: 'Qui loquitur veritatem in corde suo'. In
Ier. 9, 4. 5. Hieremia quoque: 'Omnis amicus fraudulenter [incedet][b] et veritatem non loquetur'.
Os. 4, 1. Et Oseę: 'Non est enim veritas et non est iusticia et non est misericordia Dei in
Zach. 8, 16. terra'. Et in Zacharia: 'Veritatem et iudicium pacis iudicate im portis vestris'. Num-
*f. 117'. quid sic intel*ligi poterit, quasi diceret: Deum iudicate im portis vestris? Ecce habes in scripturis frequenter dici veritatem non pro ipso Deo, sed pro illa virtute, quę opposita est iniustitiae et falsitati. Attamen non sicut vos vultis, ut Deus ipse veritas non sit, sed potius, ut et Deus veritas sit.

(c. 16) Deinde vero cum vestris sillogismis affirmare nitimini christianos non fuisse omnes sanctos patriarchas et prophetas, reges et sacerdotes in veteri testamento, dicentes nobis: 'Si eos christianos dicendo eos esse affirmare vultis, multum est absurdum[c], ut christiani essent prius quam Christus'. Ecce quibus verbis negatis sanctos veteris testamenti christianos fuisse. Sed multo peius negatis illo tempore non esse Christum. Credite, venerabilis magister, quia, si dixissetis, 'non dicebantur christiani', parva forsitan esset blasphemia. Cum autem dicitis 'non erant christiani', iniuste tantam multitudinem sanctorum blasphematis. Simili etiam modo si de domino Iesu Christo diceretis: 'necdum ab omnibus fidelibus[d] manifeste vocabatur Christus', tolerabile esset. At cum dicitis: 'Non erat Christus', tam grandis blasphemiae est, ut non multum distet ab illa Pauli Samosateni predicatione.

*f. 118. (c. 17) Deinde subiungitis quasi exortantes nos ac dicentes: *'Sed quomodo nondum erat Christus?' Legite librum beati supradicti patris Augustini capitulo VI[to] et ponitis ipsum capitulum multo alium sensum continentem quam vos sentitis. In illo enim capitulo scriptum est[1]: Cum ergo Christi nomen ex eo illi sit quod scriptum est:
Hebr. 1, 9. 'Unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis'. Unde ad id quod homo factus est, pertinet, id est, quod formam servi accipiens, habitu est inventus ut homo, qui utique habitus
Philipp. 2, 6. 7. coepit ex [eo][b] tempore. De ipso tamen eodemque Christo dictum est: 'cum in forma Dei esset'. Et post pauca[2]: 'Nondum ergo erat Christus quod esse coepit, cum semetipsum exinanivit, non formam Dei ammittens, sed formam servi accipiens'. Ecce verba beati Augustini, de quibus vos vultis affirmare Deum verbum Christi nomen prius non habuisse, quam caro factum est, cum e contrario Augustinus im predicta sententia dicat: 'De ipso tamen eodemque Christo dictum est, cum in forma Dei esset'. Ecce habes Christum in forma Dei esse, deinde formam servi accepisse. Quam[e] utique antequam acciperet, nondum erat filius hominis, sed filius Dei, tamen Christus. Iterum Augustinus dicit: Nondum ergo[f] erat Christus quod coepit esse, cum semetipsum exinanivit,
*f. 118'. *Ecce et hic Christus dicitur, qui nondum erat hoc quod esse coepit, cum semetipsum

a) nos *corr. in* vos *P.* b) *om. P.* c) absurdi *corr. in* -um *P.* d) fidelis *corr. in* -libus *P.* e) *in marg.* Nota multum. f) *superscr.*

1) *Contra sermon. Arianor. c. 8 § 6 (opp. VIII, 630).* 2) *Ibidem.*

exinanivit, id est homo. Nam quid aliud[a] esse coepit nisi homo, cum formam servi —c. 830 accepit? Certe Augustinus non ait: Non erat Christus qui esse cępit, sed: Non erat quod esse coepit.

(c. 18) Nam si Christus ante Mariam non erat, quid est quod apostolus ait: 'Christus Iesus heri et hodie ipse et in secula'. Si Christus non erat et sancti veteris Hebr. 13, 8. testamenti non erant christiani, quare iterum apostolus dicit: 'Memores estote, quod Eph. 2, 11. 12. aliquando vos gentes in carne qui dicimini, preputium ab ea quę dicitur circumcisio, in carne manu facta, quia eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel et hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, et sine Deo in mundo'. Ecce apostolus docet gentes sine Christo fuisse illo tempore, quando promissionis spem habebat Israel. Et quid est dicere: 'eratis sine Christo alienati a conversatione Israel', nisi oblique demonstrare non fuisse sine Christo Israel tempore promissionis? Si[b] Christus non erat, neque christiani. Cur idem apostolus de Moyse dicit: 'Negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, Hebr. 11, 24—26. quam temporalis peccati habere iocunditatem; maiores divitias[c] estimans thesauro Ęgyptiorum improperium Christi: aspiciebat enim in remunerationem'. Si sub lege positi Christum et boni non coluerunt, et mali non temptaverunt, cur iterum dicit *de *f. 119. colentibus eum: 'Bibebant de spiritali, consequenti eos, petra. Petra autem erat 1. Cor. 10, 4. Christus'. De temptantibus vero: 'Neque temptemus Christum, sicut quidam eorum ib. 9. temptaverunt et a serpentibus perierunt'. Nam ut noveritis sub lege non solum christianos, sed etiam filios Christi fuisse, audite iterum apostolum. 'Decebat[d] enim, Hebr. 2, 10. inquit[e], eum[f] propter quem omnia et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per[g] passiones consumari'. Anna, mater Samuhelis, orans in templo dicit: 'Dominus iudicabit fines terrae, et dabit imperium regi suo, et 1. Reg. 2, 10. sublimabit cornu christi sui'. Et hoc et in illo tempore, quo necdum erat rex in Israel, et antequam ungueretur, vel etiam nasceretur Saul, quem dignum elegistis ad negandos christianos. De David scriptum est: 'Dixit vir, cui constitutum est de 2. Reg. 23, 1. christo Dei Iacob, egregius psalmista Israel'. Ipse David ait: 'Magnificans salutes Ps. 17, 51. regis[h] eius et faciens misericordiam christo suo'. Eman quoque ait: 'Tu vero reppu- Ps. 88, 39. listi et dispexisti, distulisti christum tuum'. Abbacuc dicit: 'Egressus es in salute Habac. 3, 13. populi tui, in salute cum christo tuo'. Hieremias deplorat dicens: 'Spiritus oris nostri Thren. 4, 20. christus dominus captus est im peccatis nostris'.

(c. 19) Deinde subiungitis dicentes[i]: 'Non ergo omnis chrismate unctus christianus dicendus est, potius enim illi christi quam christiani dicebantur, *ut illud in *f. 119'. psalmis: Nolite tangere christos meos'. In his verbis vestris[k] negatis unctos, id est Ps. 104, 15. reges et pontifices, fuisse christianos, et ponitis testimonium psalmi, quod non de pontificibus aut regibus, sed tantum de patriarchis, Abraham scilicet Isaac et Iacob, scriptura dicit: 'Ipsi enim transierunt de gente in gentem et de regno ad populum ib. 13. alterum', id est de Chaldea in Mesopotamiam, deinde in terram Chanaan et Ęgyptum, ac rursum in Gerare. Pro ipsis correpti sunt reges, Abimelech scilicet, Pharao, Hemor et Sichem et alii. Super ipsis precepit Dominus: 'Nolite tangere christos ib. 15. meos', dicens non tam verbis quam certitudine defensionis: Ecce habetis christos dictos patriarchas, quos nulla omnino corporali unctione probare poteritis fuisse unctos. Unde ergo christi, si non uncti? Quia dicitis, 'ergo illi erant ab unctione multi christi', cum numquam legatis vel plures simul fuisse reges nec duos simul pontifices illo tempore. Nam quod reges et pontifices ungebantur, non aliter nisi, uno decedente,

a) aliud aliud *P.* b) qu *post* Si *del. P.* c) Nota *in marg.* d) dicebat *corr. in* dec. *P.* e) Inquid *corr. in* -quit *P.* f) cum *P.* g) pro *P.* h) salutis reges *corr. P.* i) Fre[degisi] *in marg.* k) nostris *corr. in* vestris *P.*

—c. 830 unus succedens ungebatur[a] in figura unius veri Christi; et hi quidem dicebantur christi.

(c. 20) Sed nos de patriarchis interrrogamus, quomodo eos creditis sine visibili *f. 120. chrismate absque aqua *baptismatis, sed unctos invisibili tantum et spiritali chrismate. Similiter in veteri testamento non solum omnes sanctos patriarchas, sed et multos etiam in gentilitate positos credimus invisibili chrismate unctos, per quam unctionem membra Christi et unum corpus cum omnibus ad aeternam vitam predestinatis fierent. Unde et apostolus, cum enumerasset omnia dona gratiarum, quę per Spiritum sanctum 1. Cor. 12, 12. 13. tam veteris testamenti fidelibus quam novi distributa sunt, subiunxit: 'Sicut enim corpus unum est, et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum corpus sunt, ita et Christus. Etenim[b] in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, sive Iudęi sive gentiles, sive servi sive liberi, et omnes in uno spiritu baptizati sumus'. Hoc spiritu uncti sunt patriarchę, hoc multi martyres, qui sine baptismate corporali ad vitam ęternam transierunt. Qui omnes, quomodo unum corpus baptizati sunt[c], patriarchę scilicet et martyres, cum ceteris fidelibus veteris et 1. Cor. 10, 1—4. novi testamenti et in uno spiritu, audi iterum eundem apostolum dicentem: 'Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes per mare transierunt, et omnes in Moyse[d] baptizati sunt in nube et in mari et omnes *f. 120'. eandem escam spiritalem manducaverunt *et omnes eundem potum spiritalem biberunt'. 1. Cor. 12, 13. Quem potum[e]? Illum, quem in superiori sententia premisit: 'Uno spiritu potati sumus'. Et quam escam spiritalem, nisi participationem corporis Christi? Denique apostolus Gal. 3, 28. 29. dicit: 'Omnes enim vos unum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi, ergo Abrahae semen estis'. Et vos dicitis, quia Abraham non fuit christianus, cum nos ib. 16. christiani esse non possumus, nisi efficiamur semen Abrahę. Apostolus dicit: 'Abrahę dictę sunt promissiones et semini eius qui est Christus'. Et vos dicitis Abraham ib. 9. fuisse sine Christo. Apostolus ait: 'Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli ib. 13. 14. Abraham'. Et iterum: 'Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, ut in gentibus benedictio Abrahae fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem'. Et vos dicitis tam diversa benedictione Abraham et nos benedictos, etiam diverso spiritu unctos, ut ille Christus potuerit esse non christianus, nosque christiani possumus esse, non Christus.

Eph. 1, 22. 23. (c. 21) Apostolus dicit, quia Deus pater omnipotens omnia subiecit sub[f] pedibus filii sui domini Iesu Christi et ipsum dedit caput super omnem ecclesiam, quę corpus Eph. 2, 14—22. ipsius [et][g] plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur'. Et iterum: 'Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem macheriae, solvens *f. 121. inimicitiam in carne sua, legem mandatorum *decretis evacuans, ut duos condat in semetipsum in unum novum hominem, faciens pacem, et reconciliet ambos in uno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso. Et veniens evangelizavit [pacem][g] vobis[h] qui longe fuistis et pacem his qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Ergo iam non estis ospites et advenę, sed estis cives sanctorum, et domestici Dei, superhedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo hedificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino, in quo et vos cohedificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto'. Et quare hanc ecclesiam, hoc corpus, quod est plenitudo capitis, hoc unum, quod ex utraque fecit, hos conditos in semetipso, hos ambos reconciliatos in uno corpore Deo per crucem; hanc hedificationem constructam, hoc templum sanctum in Domino, hoc habitaculum Dei in spiritu, vultis ita dividere,

---

a) ungebantur *corr. in* -batur *P.* b) Nota *in marg.* c) sumus *P.* d) moysi *corr. in* -e *P.* e) potuimus *corr. in* potum *P.* f) sup *corr. in* sub *P.* g) *om. P.* h) nobis *corr. in* vobis *P.*

ut aliud illi fuerint, aliud nos simus? Quid ergo profuit, quod per caput habemus [— c. 830] accessum ambo in uno spiritu ad patrem, si nullam communionem habet radix olivę [cf. Rom. 11, 17. 24.] cum oleastro sibi inserto? Tribus Ruben et tribus Gad ac dimidia[a] tribus Manasse [Ios. 22, 9. 10.] propterea construxerunt altare ultra Iordanem, quia iam timebant vos ne diceretis illis, cum Iordanem *transisissent: 'Non pertinetis ad nos, non estis christiani, sine [*f. 121'.] Christo estis, quia necdum erat Christus. Nihil omnino differt aliud inter illos et nos, nisi quia sacramenta salutis, quę per mediatorem operata sunt, propter nos et propter illos, nos salvant preterita, illos futura, quia nos credimus et tenemus preterita, illi crediderunt ac tenuerunt futura. Et illi in sola conscientia et figuris futurorum, nos etiam im publica professione, votis et annuntiatione preteritarum rerum cum significatione tractabilium sacramentorum, sicut et illi duo, qui unum botrum in falango [Num. 13, 24.] portabant, unum opus faciebant indifferenter, nisi quia[b] eundem botrum unus post dorsum, alter ante faciem habebant. Sicut et illi qui precedentes et sequentes Do- [Matth. 21, 9.] mino intranti Hierusalem clamabant: Osanna.

(c. 22) Si quis autem ad haec obiciendum putaverit illud, quod in Esaia[c] vel in Apocalypsi nomen novum dicitur, quod procul dubio christianum intelligitur, sciat sanctos doctores ita intellexisse, ut novum dicatur propterea, quia nuper dispersum, non quia nuper inventum. Ac per hoc non novella vel nuper exorta est christianorum religio, sed ab ipsa mundi origine descendens, eodem Christo doctore[d] et institutore. *Nam inde ab initio speciem formamque suspiciens, porro de unitate fidelium veteris [*f. 122.] ac novi testamenti beatus Hieronimus dicit[1]: 'Quomodo enim omnes im protoplasto Adam necdum nati moriuntur, ita omnes etiam hi, qui ante adventum Christi nati sunt, in secundo Adam vivificantur: atque ita fit, ut et nos legi servierimus im patribus, et illi gratia salventur in filiis. Iste intellectus ecclesiae catholicae convenit, quę veteris et novi testamenti unam asserit providentiam, nec distinguit in tempore quos conditione sociavit: 'Omnes ędificati simus super [Eph. 2, 20. 14.] fundamentum apostolorum et prophetarum, continente nos angulari lapide, Iesu Christo domino nostro, qui fecit utraque unum et medium parietem, dissipans inimicitiam[e] utriusque populi in sua carne destruxit et antique legis difficultatem evangelicorum dogmatum[f] integritate mutavit Vere in Christo unus panis sumus et duo consensimus super terram et quomodo nos super prophetas fundati sumus, ita et patriarchę iam apostolorum fundamine constiterunt'. De domino quoque Iesu Christo predictus doctor[2] ait: 'Postquam[g] ob nostram salutem de virginis utero dignatus est nasci Dei et hominum homo Christus Iesus, sequester est dictus[h]. Antequam vero humanum corpus assumeret et esset apud Patrem et omnes sanctos, quos scriptura commemorat, sine additamento hominis, quem necdum assumpserat, mediator tantummodo nuncupatur. Ipse quippe[3] precioso sanguine suo et nos et illos, patriarchas scilicet et prophetas, de maledicto legis redemit'. Omnes enim ex fide Christi iustificati sunt. Siquidem Abraham vidit [Rom. 5, 1. Ioh. 8, 56.] diem Christi et laetatus est; et Moyses maiores divitias ęstimavit thesauro Egyptiorum [Hebr. 11, 26.] improperium Christi; aspiciebat enim in remunerationem.

14.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Eboni Remensi archiepiscopo amico ab eo rogatus librum manualem de spe et timore secundum sanctam scripturam scribendum pollicetur. *816 — c. 833.*

Cod. P fol. 208'—212.

Edd. Masson p. 381—385, Baluzius II, 76—80, Migne CIV, 323—326.

---

a) dimidie *corr. in* -dia *P.* b) *superscr.* c) esaie *corr. in* -ia *P.* d) *superscr.* e) inimiticiam *P.* f) dogmatę *corr. in* -tum *P.* g) Nota multum *in marg.* h) ductus *corr. in* dictus *P.*

1) *Comment. in ep. ad Gal. l. II c. 4 (opp. ed. Vallarsius VII, 446).* 2) *Ibid. c. 3 (col. 441) paucis omissis.* 3) *Ibid. col. 432.*

816—c. 833 MAGNIFICENTISSIMO AC DESIDERANTISSIMO DOMNO PATRI ET FRATRI EBONI, ECCLESIAE REMORUM EPISCOPO[1], AGOBARDUS IN DOMINO DEO AETERNAM SALUTEM.

Cum quadam die valde diligenda, honoranda atque laudanda devotio tua precipue
mihi, cui gratis, id est absque merito, sola tua te[a] benignitate instigante, piam ami-
*f. 209. citiam impendis, et manibus *gestaret et ore proferret ea quae ad edificationem bona-
rum mentium pertinent, cognoverunt qui presentes aderant sollertissimam intentionem
tuam velle secum semper habere de scripturis divinis aliqua; in quibus non solum in
equm ascendens[b], sed etiam de equoque descendens, pro locis et temporibus congruae
Ps. 1, 1–3. quantitatis secundum beatum virum, qui non[c] abiit[d] in consilio impiorum, in lege
Domini meditareris die ac[e] nocte. Quatinus vere esse possis tamquam lignum iuxta
fluenta scripturarum plantatum, cuius omnia prosperantur quae facit. Et quae facit?
utique poma et folia quae intelleguntur[f] facta et dicta, ut poma sint in actibus, folia
in verbis. Cuius ligni folium non defluit, quia secundum quod scriptum est de
1. Reg. 3, 19. *f. 209'. Samuele 'non cadit de omnibus sermonibus eius in terram', curat *sollicite, ne quid
frivolum vel inane proferat, quod oblivione potius quam memoria dignum sit. Sic
1. Tim. 4, 7. enim et[g] apostolus unanimem comitem instruit dicens: 'Ineptas autem et aniles fabulas
ib. 1, 4. devita'. Et iterum precipit denunciare quibusdam, 'ne intendant fabulis et genealogiis
interminatis, quae questiones prestant magis quam edificationem quae est in fide'. Et
2. Tim. 2, 16. 17. iterum: 'Profana[h] autem et inaniloquia devita; multum enim proficiunt ad impietatem,
et sermo eorum ut cancer serpit'.

Igitur Deo devota et fidelis sanctitas tua cum mihi dignaretur talia pandere,
suggestum est a me, ut inprimis iuberes tibi scribere in eodem quod gestabas enchiri-
dion de divinis libris arduas et dificiles sententias ad observandum, quae precipue sunt
ad deprimendas per timorem mentes hominum, ne elevari possint in vanam presum-
*f. 210. tio*nem; et his[i] diu diligenterque perspectis, iuberes demum alia quę viderentur con-
grua proprio inserere manuali. Cumque hęc ego suggessissem[k], dignatus es precipere,
ut ego inchoarem, sicut mihi videbatur et sanctitati tuae diiudicanda transmitterem[l].

2. Tim. 3, 16. 17. 'Omnis itaque scriptura divinitus', ut ait apostolus, 'inspirata utilis est ad docen-
dum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne
opus bonum instructus'. Quae scriptura tante firmitatis, tante perpetuitatis est, ut
auctor illius, sempiterna veritas, verbum et sapientia patris, dominus et redemptor
Luc. 16, 17. noster, testetur de illa dicens: 'Facilius est celum et terram transire, quam de lege
unum apicem cadere'. Et iterum: 'Celum et terra transibunt, verba vero mea non
transient'. Cumque hec perennia verba plena sint regulis morum ac disciplinarum
*f. 210'. atque virtutum, operis et fidei, *inter cetera extant due res penitus necessarie
moderationi mentium humanarum, id est spes et timor, de quibus sacerdotibus et
Deut. 24, 6. omnium plebium fidelium doctoribus Dominus mistice per legem precipit dicens: 'Non
auferes loco pignoris superiorem et inferiorem molam'. Que mole licet utrumque
testamentum recte figurari possint, intelleguntur tamen utiliter spes et timor, ut in-
ferior dicatur timor, superior spes. Cui autem[m] una defuerit, farinam facere non potest,
quia in mente sua nihil sanum pertractare potest, quem aut timor sine spe premit
Ps. 146, 11. aut spes sine timore levat. Unde psalmista in utrumque coniungens dicit: 'Bene
placitum est Domino super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia
eius'. Iudas denique proditor post dominicam traditionem, quia sine spe timuit, dicens:
Matth. 27, 4. 5. 'Peccavi tradens sanguinem iustum', ideo 'abiens laqueo se suspendit, et crepuit medius,

---

a) *superscr.* b) ascendens — equo *suppl. in marg. P.* c) *post* non *linea erasa est.* d) habiit h *del. P.* e) *post* ac *littera* t *erasa est.* f) -letur *corr. in* leguntur *P;* Nota *in marg.* g) *in marg.* im Ninus habet creta. h) pro- *P.* i) Ero *superscr.* k) suggoss. *corr. in* suggess. *P* l) transmiterem *P.* m) *superscr.*

1) *a. 816—835.*

833

atque effusa sunt viscera eius'. E contra*rio autem, quia sine timore sola spe elevabantur illi qui Domino respondebant: 'Semen Habrahe sumus et nemini servivimus[a] umquam', dedignati sunt credere in salvatorem, quia presumebant non se esse salvandos, sed salvatos. Cuius rei exemplis tota est plena scriptura divina. Semper autem necesse est, ut he due mole fidelium mentibus incessanter adsint, ut quia spes animum semper erigit, metus autem premit, et metus spem et spes temperet metum, ac ne spes in superbiam erigat, metus continuo adiacens mentem premat; rursum ne inmoderatus metus animum in desperationem obruat, hunc confestim spes erigat. Metus namque si sine spe fuerit, desperatio rectius vocatur, spes vero si fuerit sine metu, vana presumptio esse monstratur. Tali namque temperamento, quasi quodam antidoto, vult nos celestis medicus uti, utpote qui solus est scrutator et cognitor internarum infir*mitatum[b], cui dicitur: 'Tu solus nosti corda filiorum hominum'. Quique dicit: 'Ego sum scrutans renes et corda', cuius 'sermo est vivus et efficax et penetrabilior[c] omni gladio ancipiti, et pertingens usque ad divisionem anime ac spiritus, conpagum quoque ac medullarum, et est discretor cogitationum et intentionum cordis', sciens mentem humanam his duabus virtutibus in meditullio stabiliter posse servari.

*f. 211. Act. 1, 18. Ioh. 8, 33. f. 211'. 3. Reg. 8, 39. Apoc. 2, 23. Hebr. 4, 12.

Cum hęc ergo ita sint, visum mihi est, ut primum de illis sententiis, quae ad inferiorem molam pertinent, id est ad ineffabilem terrorem mencium, quoniam sunt nimis arduae, aliqua describam; ut quia preceptum nobis est, ut cum timore et tremore nostram ipsorum salutem operemur, et omnes fideles salutem desiderant[d], prius[e] illa cum quibus salus operatur, id est timor et tremor, in studiis nostris fundentur ut superponenda, quia faciliora sunt istarum in*pulsione necessario requirantur. Nam et naturale est anime humane, ut, timorem non sine quadam molestia[f] tolerans, rursum sponte ad spem recurrere festinet, quae letior putatur; quamquam timor non sit minus necessarius et utilis. Quia igitur si de omnibus divinis libris huiusmodi sentencias excerpimus[g], nimis prolixum opus efficitur, illas nunc nobis assumere sufficiat, quae in prompto habentur et magis in usu; maxime quia et vos tale fieri iussistis opus quod paulisper manu gestetur, non quod in armario vel in scrinio reservetur. Hec mihi igitur incoanti optulit se[1] prima illa[h] sententia septimi psalmi, quam cantamus dicentes: 'Domine Deus meus, si feci[i] istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi malum, decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus [meus][k] animam meam et conprehendat et conculcet in terra vitam meam et gloriam meam in pulverem deducat'[l].

Philipp. 2, 12. *f. 212. Ps. 7, 4–6.

15.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus Ludowico imperatori memoriam successionis imperii Lothario adiudicatae revocat eiusque iura redintegrata vult. *833.*

Cod. P fol. 187—190[a].

Edd. Masson p. 349—354, Baluze II, 42—47, Migne CIV, 287—292.

*DOMINO GLORIOSISSIMO HLUDOWICO[b] IMPERATORI AGOBARDUS SERVULUS. *f. 187.

(c. 1) Cum unusquisque fidelis omni fideli fidei sinceritatem debeat, dubium non est, quod pręcipuę fideli prelato, cui res publica ad gubernandum conmissa est,

---

a) servimus *P.* b) interfirm. *P.* c) penetratrabilior *P.* d) desidesirant *corr. in* desidederant *P.* e) p̃us *P.* f) morelestia re *eraso P.* g) exerpimus *P.* h) *superscr.* i) fecit t *eraso P.* k) *om. P.* l) *hic finit fol. 212. fol. 212' habet nonnullas probationes pennae:* Scribere qui nescit nullum putat esse laborem | Tres digiti scribunt corpus totumque laborat *(bis).*

15. a) *Lemma:* Agobardus *literis maiusc. P* b) Ludovico *P.*

1) *'Vel ex eo loco constat multa heic deesse, et inchoationem hoc potius libri esse, quam librum' adnotat BAL. II, 139.*

833 fides servanda sit ab omnibus, qui divinę dispositioni[a] fideliter subiecti sunt, sicut Rom. 13, 1. apostolus docet: 'Omnis' inquiens 'anima potestatibus sublimioribus subdita sit'; quamquam circa nullum infideliter agendum sit. Propter quod et alius apostolus dicit: 1. Petr. 2, 13. *f. 187'. 'Subditi estote omni humanę creaturę propter Deum' et docemur *orare 'pro omnibus 1. Tim. 2, 1. 2. hominibus, pro regibus et his qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam Rom. 13, 5. agamus in omni pietate'. Et in alio loco dicitur: 'Ideo necessitate[b] subditi estote, non solum propter iram, sed[c] propter conscientiam'.

(c. 2) Cum autem hęc ita sint et omnes vobis fideles esse debeant, quomodo quisquam fidelis vobis esse poterit, si videns aut intellegens vestrum periculum, non se ingerit quantum[d] potest, ut vobis indicet et cognitum faciat, si tamen locus aut Ps. 7, 10. facultas penitus illi non denegatur? Testor omnipotentem Deum, qui scrutator est cordium et renum, quia nulla alia extat causa, pro qua hęc scribere praesumo, nisi quia doleo[e], quantum dicere non possum, de periculis, quę vobis imminere videntur, et maxime animę. Nam quanto excellentior substantia est anima corpore, tanto excf. Matth. 10, 28. cellentiori sollicitudine curam animę gerere debemus, quam corporis, ita Domino docente in evangeliis, sicut ipsi[f] optime nostis.

(c. 3) Anno itaque prȩsenti[1] in attritione et commotione[g], agitatione et afflictione terrę et habitantium in ea, quanta mala increbruerint, nemo hominum est qui enumerare possit, nulla exigente causa, nulla compellente necessitate, ut ita fieri *f. 188. oporteret certamina que tenemus, quia, si voluissetis[h], tranquillam *et quietam vitam ageretis cum filiis vestris, non minus quam pater vester et avus[2]. Adsit omnipotens et misericors Deus, qui habitator est pectoris vestri; adsit etiam patientia vestra, qua cęteros homines prȩcellitis, ut hęc quę suggero tranquille audire et perpendere dignemini.

817 (c. 4) In illo tempore, quando filium vestrum[3] participem nominis vestri facere curastis[i], ita in publicum vestrum interrogando hoc inchoastis dicentes: 'Quod ad stabilimentum regni pertinet et ad robur[k] regiminis debet homo differre an non?' Cumque omnes respondissent, quod utile et necessarium est non esse differendum, sed[l] potius accelerandum, statim vos, quod cum paucissimis tractaveratis, omnibus aperuistis, et dixistis vos velle propter fragilitatem vitę, cui incerta est mors, ut dum valeretis, nomen imperatoris uni ex tribus filiis vestris imponeretis, in quo voluntatem Dei quoquomodo cognoscere potuissetis. Propter quam cognoscendam iniunxistis, ut facerent omnes ieiunium triduanum[4], offerrent sacerdotes sacrificia omnipotenti Deo, Ps. 85, 5. qui suavis et mitis et multę misericordię est omnibus invocantibus se. Fieret quoque ab omnibus elemosina per illud triduum solito largior, ut omnipotens Deus, qui *f. 188'. *summa benignitate regit corda in se sperantium, infunderet in corde vestro voluntatem suam, et non sineret super alium inclinari voluntatem vestram, nisi super eum qui sibi placuisset.

Itaque perfecistis omnia, quae in tali re facienda erant, tali fide et spe, ut hoc a Deo vobis infusum[m] et inspiratum nemo dubitaret. Cęteris filiis vestris[5] designastis

---

a) dispositione *corr. in* -ni *P.* b) necessitā *P.* c) et *del.;* et *corr. in* sed *P.* d) quamtum *P.* e) deleo *corr. in* dol. *P.* f) ipse *P.* g) commo- *e correct.* h) voluisetis *P.* i) *in ras.* k) roborem *corr. in* robur *P.* l) et *corr. in* sed *P.* m) *in ras.*

1) *'id est anno 833. Tunc enim Ludovicus filiorum rebellionem compescere meditatus exercitum adversus eos collegit, infelici prorsus eventu' BAL. p. 108. Ad. Ebert (Gesch. der Liter. des Mittelalters II, 218) hanc epistolam, quam mutilam esse censuit, anno 830. assignare voluit, Marcks (l. l. p. 28) eandem opinionem argumentatus eam mihi non persuaserunt.* 2) *Karolus Magnus et Pippinus.* 3) *Lotharium, cf. Ann. regni Francor. a. 817 (p. 146 ed. Kurze).* 4) *Cf. Ordinat. imp. (Capitul. reg. Franc. ed. Boretius I, 271):* Idcirco necessarium duximus, ut ieiuniis et orationibus et elemosinarum largitionibus apud illum obtineremus quod nostra infirmitas non praesumebat. 5) *Pippino et Ludowico.*

partes regni vestri, sed ut unum regnum esset, non tria, prętulistis eum illis[1], quem participem nominis vestri fecistis. Ac deinde gesta scribere mandastis, scripta signare et roborare, et consortem nominis vestri factum Romam misistis[2] a summo pontifice gesta vestra probanda et firmanda; ac deinde iurare omnes[a] iussistis, ut talem electionem 821 et divisionem cuncti sequerentur ac servarent[3]. Quod iuramentum nemini visum est spernendum aut superfluum, sed potius oportunum atque legitimum, eo quod ad pacem et concordiam pertinere videretur. In processu quoque temporis, quotienscumque aut quocumque imperiales litterę mitterentur, amborum imperatorum nomina continebant[4].

Postea vero mutata voluntate convulsa sunt[b] statuta et de litteris nomen omissum 829 est, et in omnibus contraria attemptata sunt; cum neque per se ipsum Deus neque per angelum neque per prophetam vobis dixerit: 'Penitet me ita constituisse', 1. Reg. 15, 11. sicut de Saule dixit Samueli. Adhuc *quoque nescitis[c], qualiter in secretis Dei consiliis *f. 189. definitum sit. Et ecce sine ulla ratione et consilio quem cum Deo elegistis, sine Deo repudiatis, et cuius voluntatem in eligendo quesistis, non expectato exitu voluntatis eius rem probatam reprobatis. Non ignorat prudentia vestra, [quod][d] sequendus[e] est Deus, non prędecendus. Nam qui prędecere vult temptat, quod non est ex fide, dicente ipso Domino: 'Non temptabis dominum Deum tuum'. Matth. 4, 7.

(c. 5) Oro, domine mi, adsit benignissima pietas vestra, ne aspernanter ista 833 accipiatis, sed potius ingredimini sacrarium mentis vestrę cum Deo et loquimini cum illo mediante fidei pietate, et invenietis vos dixisse Deo non verbis, sed rebus: 'Domine, rogavimus et deprecati sumus faciem respectus tui suppliciter[f], ut tua[g] inluminatione et gubernatione eligeremus participem imperii, sed quia tecum bene non fecimus, sine te melius consilium invenimus. Absit, absit, avertat Deus a vobis, ut inspirationem Dei repudietis, et voluntates hominum carnalia tantum sapientium statuatis, ut in errorem inducamini et deducamini. Obsecro clementiam vestram, ut secundum a Deo vobis conlatam prudentiam perpendatis, quomodo beatus Iacobus apostolus reprehendat eos qui propriis animorum motibus proponunt aliqua se facturos sine prospectu divinę permissionis dicens: 'Ecce nunc qui dicitis: hodie aut cras ibimus Iac. 4, 13–15. *in illam civitatem et faciemus quidem ibi[h] annum et mercabimur, et lucrum *f. 189'. faciemus, qui ignoratis, quid erit in crastinum. Que enim est vita vestra? Vapor est ad modicum parens, deinceps exterminabitur pro eo, ut dicatis: si Dominus voluerit et si vixerimus, faciemus hoc aut illud'. Et cavete ab hominibus qui secuntur spiritum suum, quia non omnium est fides.

(c. 6) Cognovit Dominus qui sunt eius et quicumque eius sumus, quantulacumque 2. Tim. 2, 19. veritatis luce fruimur et veritate inluminante sinceriter vos amamus, fideliter vestram sempiternam felicitatem exoptamus; et idcirco tanta mala, tanta scelera isto anno ex hac occasione perpetrata dolemus et timemus valde, ne in vos[i] furor Dei concitetur. Recordamur namque ardentissimę religionis vestrę, quam cognovimus semper in assiduitate orationum, in psalmis et hymnis[k] et canticis spiritalibus cantantem et psallentem Deo in corde puro, in contritione cordis, in conpunctione placidę mentis, in sollicitudine misericordiarum et omnium bonorum strenuitate. Et ideo, ut dictum est, timendum

---

a) *in marg.* b) *superscr.* c) nesșcitis *P.* d) *om. P.* e) quendus se *superscr. P.* f) subpl. *corr. in* suppl. *P.* g) *post* tua *locus rasus.* h) *superscr.* i) ne in vos *bis scr. tum del. P.* k) himnis *corr. in* hymn. *P.*

1) *Ordin. imp. l. l.:* sub seniore fratre regali potestate potiantur. 2) *cf. Simson, Ludw. d. Fr. I, 108 n. 5.* 3) *Ann. regni Franc. a. 821 (p. 155):* ibique *(sc. Noviomagi)* constitutam annis superioribus atque conscriptam inter filios suos regni partitionem recensuit ac iuramentis optimatum, qui tunc adesse potuerant, confirmavit. 4) *inde ab autumno a. 825, cf. Mühlbacher Reg. p. 379.*

833 nobis videtur, ne tepescat, ne frigescat; optandum vero, ut fervescat et augeatur perseverando usque in finem, ut salus sempiterna sequatur.

(c. 7) Et quia superius de legitimo et oportuno iuramento mentio facta est, videtur mihi non celandum excellentię vestrę, quod multa murmuratio est nunc inter homines propter contraria et diversa iuramenta; et non sola murmuratio, sed et *f. 190. tristitia et detractio ad*versum vos; quod mihi usquequaque displicet. Quorum murmuratio ad illud pertinere eis videtur, quod beatus Hieronimus in expositione Hiere- Ier. 4, 2. mię[a] dicit in illo loco, ubi propheta ait: 'Et iurabis: vivit Dominus in veritate et in iudicio et iusticia'. Ait ergo prędictus doctor[1]: 'Simulque animadvertendum, quod iusiurandum hos habeat comites[b]: veritatem, iudicium atque iustitiam. Si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium'.

16.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus a Ludowico imperatore ad militiam evocatus monet eum, ne a sede Romana dissideat Gregoriique papae adventum laudat, si ob pacem restaurandam venerit. *833.*

Cod. P fol. 190—192'.

Edd. Masson p. 354—359, Baluzius II, 48—53, Migne CIV, 291—298.

DOMINO CLEMENTISSIMO ET CHRISTIANISSIMO AC[a] PER HOC OMNI LAUDE DIGNISSIMO IMPERATORI LUDOVICO[b] AGOBARDUS[c].

(c. 1) Iubet vestra prudentissima sollertia contra commotiones huius temporis paratum esse utrumque ordinem, militarem videlicet et eclesiasticum, id est et eos qui seculari militię et illos qui sacris ministeriis inserviunt; et illos quidem ad certandum ferro, istos autem ad disceptandum verbo, ut similes similibus obsistere valeant. In qua re summopere sciendum est, quod in congressione armorum plus expectanda est iustitia superni regiminis, quam robur brachiorum; in altercatione[d] autem sermonum plus expectanda est veritas, quam copia verborum. Propter quod orandum est Ps. 26, 1. ab omnibus tota intentione mentis, ut ille, de quo vos dicitis: 'Dominus inluminatio *f. 190'. cf. Ps. 30, 17. mea et salus mea', quia inluminatio[e] vestra est, *inlustret faciem suam super vos; et quia salus vestra est, salvum vos faciat in sua misericordia, ut huic orationi con- ib. 30, 18. gruenter vos subiungatis[f]: 'Domine, non confundar, quoniam invocavi te'.

(c. 2) Ego igitur servulus vester cum cognovissem ex vestro sacro precepto iussum michi esse ad vestram presentiam properare ita paratum, ut cum cęteris ecclęsiasticis viris contra iniustos reprehensores iustę reprehensionis oppositionem adhibere possem[g], visum michi est, ut in Dei et vestro servitio de anteriorum patrum actibus et sensibus haec verba, quę subter adnexa sunt gloriosissimę excellentiae vestrę mitterem, quatinus[h] sancta religio vestra pie perpendere dignetur, cuius reverentiae debitores estis ad vestrum cotidianum profectum erga sedem apostolicam. Denique beatus Pelagius papa[2] cum quosdam redargueret episcopos, eo quod nomen eius reticerent in actione sacri misterii, id est in sollempniis missarum, in principio[i] scilicet, ubi dicere solemus[3]: 'in primis quae tibi offerimus pro aecclęsia tua sancta chatholica, quam pacificare[k], custodire, adunare et regere digneris toto orbe terrarum, una cum famulo

---

a) hieromię *corr. in* -emię *P.* b) Nota Tres comites iuramento *in marg.*

15. a) hac h *del. P.* b) Lud. *superscr.* c) Agobardus *in marg.* d) altercane tio *superscr. P.* e) inlumitio na *superscr. P.* f) subiugatis *P.* g) possemus *P.* h) quatenus *corr. in* -tinus *P.* i) printipio *P.* k) patif. *corr. in* pacif. *P.*

1) *Comment. in Ierem. (opp. ed. Vallarsius IV, 864).* 2) *I, ap. Mansi Coll. conc. IX, 716, Jaffé 939.* 3) *in canone missae.*

tuo papa nostro', ait ad eosdem episcopos: 'Divisionem vestram a generali ecclesia, quam 833 tolerabiliter ferre non possum, vehementer stupeo. Cum enim beatissimus Augustinus, dominicę sententię memor, quę fundamentum ecclesię in apostolicis sedibus collocavit, in scismate[a] esse dicat quicumque se a presule earumdem sedium auctoritate vel communione suspenderit, nec aliam manifestet esse ecclesiam, nisi quę in pontificalibus apostolicarum sedium est solidata radicibus, quomodo vos ab universi orbis communione separatos *esse non creditis, si mei inter sacra misteria *f. 191. secundum consuetudinem nominis memoriam reticetis[b]? in quo, licet indigno, apostolicę sedis per successionem episcopatus presenti tempore videtis consistere firmitatem.

(c. 3) Beatissimus quoque Leo papa ad universos Viennensis provintię episcopos de auctoritate et privilegio apostolicę sedis ita scribit[1]: 'Divinę cultum religionis, quem in omnes gentes omnesque nationes Dei voluit gracia coruscare, ita dominus noster Iesus Christus, humani generis salvator, instituit, ut veritas quę antea legis et prophetarum preconio continebatur, per[c] apostolicam tubam in salutem universitatis exiret, sicut scriptum est: 'In omnem Ps. 18, 5. terram exiit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum'. Sed[d] huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium apostolorum officium[e] pertinere voluit, ut in beatissimo Petro apostolorum[e] omnium summo principaliter collocaret, ut ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in[f] corpus omne diffunderet, ut exortem se mysterii[g] intellegeret esse divini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium individuę unitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari dicendo: 'Tu es Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam', Matth. 16, 18. ut aeterni templi edificatio mirabili munere gratię Dei in Petri soliditate[h] consisteret, hac ecclesiam suam firmitate corroborans, ut illam nec humana temeritas posset appetere, nec portę contra ib. illam inferi prevalerent. Verum hanc petrę istius sa*cratissimam firmitatem Deo, ut diximus, *f. 191'. aedificante constructam nimis impia vult presumptione violare, quisquis eius potestatem temptat infringere, favendo cupiditatibus[i] suis et id quod accepit a veteribus non sequendo'. Hęc beatus Leo, sed et alii multi huiusmodi docentes, ut illius stabilis petrę sempiterna soliditas, super quam Dominus salvator noster propriam fundavit ecclesiam, a solis ortu usque ad occasum primatus sui apicem successorum suorum auctoritate, tam per se quam per vicarios suos firmiter obtineret. Ex quibus beatus Anastasius papa ad imperatorem scribens docet[2], quod pro Christo fungatur legacione, qui pro pace precatur ecclesię. Et ipsum imperatorem ammonet, ut constitutis apostolicę sedis obtemperet.

(c. 4) Certe, clementissime domine, si nunc Gregorius papa inrationabiliter[k] et ad pugnandum venit[3], merito et pugnatus et repulsus recedet[4]; si autem pro quiete et pace populi et vestra laborare[l] nititur bene et rationabiliter[m], obtemperandum[n] est illi, non repugnandum. Si enim quod vestra voluntate et potestate[o] cum consensu totius imperii vestri factum est; et postea in apostolica sede roboratum, hoc vult in pristinum reducere statum, satis racionabilis et oportunus est eius adventus. Quia nullatenus quod ita est constitutum a vobis, debetis mutare, nec enim sine gravi periculo et reatu animę fieri potest.

---

a) sism. c *superscr. P.* b) *post* retic. *locus rasus.* c) post *P.* d) set *corr. in* sed *P.* e) officium — apostol. *in marg.* f) *superscr.* g) mist. *corr. in* myst. *P.* h) solitate *P.* i) ta *in* cupidit. *superscr.* k) inrationabiter *P.* l) ra *in* labor. *superscr.* m) rationabiter *P.* n) obtemperamdum *P.* o) postest. *corr. in* pot. *P.*

1) *Ep. 10 c. 1, opp. edd. Ballerini I, 633, Jaffé 407.* 2) *ed. Thiel I, 616, Mansi Coll. VIII, 188, Jaffé 744.* 3) *V. Hludowici c. 48 (SS. II, 635):* tandem ad id ventum est, ut .. Gregoriumque papam advocarent, sub ornatu quasi qui patri solus filios reconciliare deberet et posset; rei tamen veritas post claruit. 4) *Cf. Hincmari epist. ad Hadrianum II papam datam (opp. ed. Sirmond II, 695):* Et quomodo Gregorius subreptus cum Lothario patre suo repugnante in Franciam venit et pax postea in Francia ut antea non fuit et ipse papa cum tali honore sicut decuerat et sui antecessores fecerunt Romam non rediit.

833 (c. 5) In his sacratissimis diebus paschalibus[1] perlatę sunt ad me litterę istius *f. 192. apostolici *precipientes, ut ieiunia et orationes[a] cum abstinentia faceremus, si forte omnipotens Dominus effectum conatui eius prestare dignetur; quatinus apud vos obtineri possit, ut pax et concordia pristina domui et regno vestro restituatur. Quod ego audiens, conpunctus faciem cordis mei, quantum valui, ad Iesum Christum dominum nostrum levavi, vehementer exoptans, ut sine sanguinis effusione tam iniustus tumultus per benignissimam omnipotentiam eius sedetur[b].

(c. 6) Dignetur sublimis prudentia vestra pie perpendere[c] quod apostolus dicit: 2. Tim. 3, 1. 'In novissimis diebus instabunt tempora periculosa'. Quę pericula beatus papa[d] Gregorius suo iam tempore, quando adhuc status idem[e] multo et inconparabiliter[f] melior erat quam nunc, ita deplorat dicens[2]: 'Tantis quippe in hoc loco huius mundi flu[c]tibus[g] quatior, ut vetustam ac putrescentem navem, quam regendam occulta[h] Dei dispensatione suscepi, ad portum dirigere nullatenus possim. Nunc ex adverso fluctus inruunt, nunc ex latere[i] cumuli spumosi maris intumescunt, nunc a tergo tempestas insequitur. Interque hęc omnia turbatus cogor modo in ipsa clavum adversitate dirigere, modo, curvato navis latere, minas fluctuum ex obliquo declinare. Ingemesco, quia sencio, quod neglegente me crescit sentina viciorum, et tempestate fortiter obviante iam iamque putridę naufragium tabule sonant'. Heu heu, *f. 192'. *si tunc iam putrescebat navis ecclesię et si eius tabulę iam putridę erant, quid nunc est?

(c. 7) Hęc verba, piissime domine, beatissimi doctoris propterea ad memoriam vestram reducere presumpsi, ut quia nemo vos dubitat multo et ineffabiliter plus[k] esse amatorem regni cęlestis, quam terreni, permansuri quam transituri, et iuxta vestram sanctam fidem spem et caritatem de nullo alio opere potestis tam care Deum placare quam de sollicitudine et administratione pacis et unitatis ecclesię vestra sollertissima religio elaboret, ut omnis anima fidelis proficiat in fide et cognitione Dei, quę res omnibus rebus Deo carior est et huius rei nisus merita vestra adproprinquare faciat[l] apostolicis meritis.

17.

Gregorius IV papa ad Francorum episcoporum epistolam acerbe severeque respondet, castigat eorum insolentiam, convicia repellit, minas deridet. *833.*

Cod. P fol. 192'—196'.

Edd. Masson p. 359—366, Baluzius II, 53—60, Mansi Coll. concil. XIV, 519, Migne CIV, 297—308; Jaffé 2578.

Romano[a] pontifici scribentes contrariis eum in pręfacione nominibus appellastis, fratrem videlicet et papam, dum congruencius esset solam ei paternam reverenciam exhibere. Adventu quoque eius conperto, laetari vos dicitis, credentes omnibus principi scilicet subiectis profuturum, et optasse; occursum vestrum nobis non negandum, nisi sacra iussio imperialis pręveniret. Quę verba repręhensibilia sunt: uno quidem modo, quia iussio apostolice sedis non minus vobis sacra videri debuerat, quam illa quam dicitis imperialem; deinde quia veritate caret, quod dicitis illam pręvenisse; non enim *f. 193. illa pręvenit, set nostra, id est pontificalis. Neque ignorare debueratis *maius esse regimen animarum, quod est pontificale, quam imperiale, quod est temporale.

---

a) -nes *superscr.* b) sedaretur *Bal.* c) per- *e correct.* d) *in marg.* e) eadem *corr. in* iadem *P.* f) -li- *superscr.* g) flutibus *P.* h) octulta *corr. in* occulta *P.* i) letere *corr. in* lat. *P.* k) plu *P.* l) fiat *corr. in* faciat *P.*
17. a) *linea vacua antecedit in P.*

1) *c. 13. April. mens.* 2) *Registr. I, 41 Leandro episc. (EE. I, 56. 57), Jaffé 1111.*

Beatus Gregorius Nazanzenus non hoc timuit coram imperatoribus in ecclesia 833
prędicarę. Sic enim ipsis imperatoribus loquitur dicens[1]: 'Suscipitisne libertatem verbi, libenter accipitis, quod lex Christi sacerdotali vos nostrę subicit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim et nobis potestatem, dedit principatum multo perfecciorem principatibus vestris. Aut[a] numquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni, si a terrenis cęlestia superentur, si divinis pręferantur humana'. Quare igitur vos, sicut veri sacerdotes, divini videlicet cultus minystri, non humani, non respondetis imperatori, cuius sacra vos[b] dicitis iussione preventos, sicut isdem beatus Gregorius alloquitur imperatorem pręsentem dicens: 'Pacienter, quęso, accipe libertatem nostram. Scio te ovem esse gregis mei a Christo mihi summo pastore annumeratam, et a sancto Spiritu consignatam; scio te inter sacra altaria cum veneracione subici manibus sacerdotis; scio te beatę Trinitatis cultum fide[c] quidem tua, sed nostra predicacione servare'. Et post aliqua: 'Memento semper quod una tibi natura est, eademque substancia cum omnibus qui tibi subiecti sunt; tu tamen animo esto cum Deo [et][d] non tam dominari tę mundo, quam dominari tibi Christum gloriare'.

Quare etiam nunc commorantes cum imperatore, intermittentes stultissimas adolaciones, non ei predicatis cum beato Augustino[2] dicentes: 'Felices dici*mus impera- *f. 193'.
tores, si iuste imperant; si inter linguas sublimiter honorancium et obsequia nimis humiliter salutancium non extolluntur; et se homines esse meminerunt; si suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum maiestati eius famulam faciunt; si Deum timent, diligunt, colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habere consortes; si tardius vindicant [et][d] ignoscunt; si ea[n]dem[e] vindictam pro necessitate regendę tuendęque rei publicę, non pro saturandis inimiciciarum odiis exerunt; si eandem veniam non ad impunitatem[f] iniquitatis, sed ad spem correccionis indulgent; si quod aspere coguntur plerumque decernere misericordię lenitatę et beneficiorum largitate compensant; si luxuria tanto eis castigacior, quanto posset esse liberior; si malunt cupiditatibus, quam quibuslibet gentibus imperare; et si hęc omnia faciunt[g], non propter ardorem inanis glorie, sed propter caritatem felicitatis eternę; si pro suis peccatis humilitatis et miseracionis et oracionis sacrificium Deo suo vero immolare non neglegunt[h]. Tales christianos imperatores dicimus esse felices, interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod expectamus advenerit'. Vos autem e contrario, quia non vultis esse veri aedificatores, estis procul dubio veri deceptores[i], sicut scriptum est: 'Popule meus, qui be*atum te dicunt, ipsi te decipiunt, et viam *f. 194. Isai. 3, 12.
gressuum tuorum dissipant'.

Deinde postquam dixistis vos letatos esse de adventu nostro, iterum intulistis quorumdam relacione magno merore affectos, quod utique facit instabilitas mentis. Verum est omnino, quoniam 'qui hęsitat, similis est fluctui maris qui a vento movetur'. Iac. 1, 6.
Set inter has hesitaciones nimis stolide nos iudicatis inmemores esse pastoralis officii et districtissime moderacionis. Deinde, sicut scriptum est, 'cum sit timida nequicia, Sap. 17, 10.
dat testimonium condemnata', adiungitis[k] quod omni verecundia dignum est, dicentes nos venire propter quandam presumptiosam[l] et omni racione carentem exconmunicacionem faciendam[3], et ammonetis nos nimis involutis et confusis sermonibus et sensibus, ut neque nostra voluntate neque alterius ortatu pręsumpcione prorumpamus; eo quod, ut dicitis, pertineat ad iniuriam ac dehonestacionem imperialis potestatis et ad diminoracionem et reprehensionem nostrę auctoritatis. Dicite, quaeso, que sunt

---

a) Aud *P.* b) vobis *P.* c) fidem *P.* d) *om. P.* e) eadem *P.* f) im- *superscr.* g) *in ras.* h) neglegent *corr. in* -gunt *P.* i) -ce- *superscr.* k) aiungitis *P.* l) presumptionis *corr. in* presumptiosam *P.*

1) *Orat. 17. ad cives Nazianzenos (Greg. Nazianz. opp. ed. Bened. I, 322—323) c. 8. 9, sed verba minime congruunt.* 2) *De civit. Dei l. V c. 24 (opp. VII, 141).* 3) *V. Hludowici c. 48, cf. infra p. 231 n. 2.*

833 ista portenta verborum? Et quid[a] pocius pertinet ad dehonestacionem imperialis
potestatis, opera digna excommunicacione, an ipsa excommunicacio? Sed quia hęc
verba vestra exaggerare laboriosum est, eo quod plena sint nausię, tantum illud flagito,
ut dicatis, quomodo potest fieri, ut, manente apostolicę sedis honore, mea tantum per-
sona in causa reprębensionis et vituperacionis remaneat? Nullo modo enim fieri potest,
*f. 194.' ut, si is qui *locum beati Petri tenet, exhonoratur, sine crimine dumtaxat, cathedra
eius honorata permaneat. In tantum autem honoranda est cathedra pontificalis, et
propter cathedram sedens in illa, ut eciam de Caipha crudelitate et incredulitate[b]
Ioh. 11, 51. impio dicat evangelista: 'Hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset pontifex
anni illius prophetavit, quia Iesus moriturus erat[c] pro gente'. Unde constat etiam
impium Caipham propter cathedram honoratum esse prophecia. Vos autem fidelem et
cultorem pietatis pontificem dehonestandum prędicitis absque iniuria sedis, quod om-
nino falsum est. Bene autem subiungitis memorem me esse debere iurisiurandi causa
fidei facti[d] imperatori. Quod si feci, in hoc volo vitare periurium, si annunciavero ei
omnia, que contra unitatem et pacem ecclesię et regni committit[e]. Quod si non fecero,
periurus ero sicut et vos, si tamen iuravi. Vos tamen, quia procul dubio iurastis
et reiurastis, promittentes ei erga illum omnia fideliter vos agere, et nunc videntes
illum agere contra fidem, et pręcipitari in perniciem, non revocatis eum quantum ex
vobis est, periuri estis, quia pro eius salute secundum fidem promissam non laboratis.

Deinde promittitis mihi venerabilem recepcionem, si tamen ita ad illum venero, ut
eius voluntas est. Hec non in libris divinis, sed in vestris conscienciis legitis, qui
cf. Matth. 11, 7. *f. 195. omnia facitis propter temporalem retribucionem, eo quod *sitis harundines vento
agitatę et omnes aure vos flectant. Pensate, pensate fratres, quam longe est mens
vestra ab illa peticione, qua in celebracionibus missarum soletis dicere Deo, non
voluntate, sed voce: da nobis pro amore tuo prospera mundi dispicere et nulla eius
Luc. 11, 9. adversa formidare. Nam si ex corde hec peteretis, iam dedisset[f] ille qui dicit: 'Petite
et dabitur vobis'.

Deinde dicitis illam primam divisionem regni[1], quam inter filios suos fecerat
imperator nunc iuxta rerum oportunitatem esse mutatam: quod omnino dupliciter
falsum est. Uno quidem modo, quia non est oportunitas, sed inportunitas[g], eo quod
sit causa et origo conturbacionis et dissensionis, commocionis et depredacionis et om-
nium malorum, quę per singula dicere longum est, extra periuria innumera et fidei
ac pacis expulsiones[h]. Alio[i] vero modo, quia necdum scitis, utrum sit commutata an
per verum regem et dominum maneat inlibata. Ista enim commutacio, quam vos
dicitis, iuxta rerum oportunitatem factam, inde cognoscitur, quia non fuerit per Deum,
quia multorum peccatorum origo exsistit. Illud namque quod per voluntatem Dei fit,
plerumque causa est pressure et persecucionis, sicut factum est adversum sanctos
apostolos et martires, qui non propter aliut passi sunt, nisi propter defensionem et
confirmacionem euvangelicę veritatis. Causa autem peccatorum et scęlerum esse non
potuit, sicut vestra divisio est, quam dicitis fuisse oportunam.

*f. 195'. Deinde, quod grandi *supercilio[k] dicitis, quia si reverenter venerimus ad im-
peratorem, per ipsum cognoscemus omnem rei veritatem, quare oportune et utiliter
mutata sit divisio, hoc loqui cogit vos magnitudo superbię, estimantes solos vos[l] posse
rerum cognoscere causas. Vere dico vobis, quia non solum stultus, sed et infelix est,

---

a) qu *in* quid *superscr.* b) incrudelitate *P.* c) *in marg.* d) factum *P.* e) mit- *e correct.* f) dedissed *P.* g) -tu- *superscr.* h) expulsisones s *del. P.* i) alia *P.* k) super alio *P, corr. Masson in erratis.* l) suos *P.*

1) *a. 817.*

qui non intelligit[a], quantos et quales fructus malorum protulit vestra commutacio et 833
de cuius thesauro maligni cordis processit, et pro qua re vos laudatores et defensores cf. Matth. 12, 35.
estis huius malignitatis.

Deinde subiungitis, quia nisi secundum voluntatem vestram venero, non habeo ecclesias vestras consentaneas, sed in tantum contrarias, ut nihil mihi in vestris parrochiis agere vel disponere liceat, nec quempiam excommunicare vobis obsistentibus.
Vere verum est quod veritas dicit: 'Malus homo de malo[b] thesauro cordis sui pro- Matth. 12, 35.
fert mala'. Quare mihi contrarii cum ecclesiis vestris esse debetis in legacione pacis
et unitatis, quod Christi donum et ministerium[c] est? An ignoratis angelorum cantu Luc. 2, 14.
promissam esse pacem in terra hominibus bone voluntatis? per apostolum autem
'tribulacionem et angustiam in omnem animam hominis operantis malum'? Hic apparet, Rom. 2, 9.
quod congruat vobis illud quod scriptura dicit: 'Arma et gladii in via perversi'. Vos Prov. 22, 5.
conamini obsistere perversitatibus vestris nobis, qui legacione fungi*mur pacis. Nam *f. 196.
quicumque inter vos menbra Christi sunt, non eum potestis abscidere a corpore capitis, quod est Christus. Nam etsi vos datis operam separandi a corpore vos ipsos,
tamen sicut semper fuit, est et erit, ut unguentum illud, Spiritus videlicet sanctus, cf. Ps. 132, 2.
qui descendit a capite Christo in barbam[1], que est apostolorum chorus; et de hac barba in ora vestimenti, quę est capicium tunice, ecclesie scilicet Christi, quod capit caput, ut inhabitet Christus per fidem in corde eius, in omnibus ubique fidelibus servet
unitatem spiritus in vinculo pacis. Hec idcirco dicimus, ut noveritis non vos[d] posse Eph. 4, 3.
dividere ecclesiam Gallicanam et Germanicam ab unitate tunice, que subiacet capicio, sublimioribus videlicet menbris ecclesie, qui proximiores sunt barbe, apostolis scilicet ac per hoc apostolicis sedibus, sicut barba non potest esse nisi in capite.

Deinde dicitis, rem ridiculam subinferentes, et 'quod pocius tacere quam dicere maluimus: sic autem non egeritis, assensum consilio nostro non prebueritis, honoris vestri periculo subiacebitis'; si pocius maluistis, id est magis voluistis, tacere, quam dicere, quare non tacuistis? Consuetudo[e] est in vobis, ut id quod minus est, vincat quod maius est. Maior voluntas extitit in vobis tacere, minor autem dicere, et tamen[f] minor vincit maiorem. Credendum est omnino, quoniam in discordiarum amatoribus
victrix est cupiditas, victa con*tinencia. Illud vero quod minari vos cognoscimus *f. 196'.
periculum gradus[2], quis explicare poterit, quantum sit absurdum, quantumque inconveniens et stultum, cum vestra comminacio[g] non sit propter crimen, homicidium scilicet, sacrilegium aut furtum vel aliquid huiusmodi; sed nisi ita venerimus, sicut ipsi[h] vultis. Cui rei in argumento adiungitis iuramentum, et non recordamini erubescentes, quia periuri[i] peieratum degradare non possunt, etiam si essem? Denique vos non me scitis esse peieratum. De vobis autem nemo qui dubitet hoc esse[k]? In hac re memor esse debuerat sollercia vestra, quia quicumque cloacam commovet, quanto amplius commoverit, tanto ampliorem fetorem exalari facit.

Quod autem de sequentibus me fratribus et coepiscopis similiter promittitis[l] agendum et additis 'inretractabiliter', miranda in hoc presumcio vestra cognoscitur. Num-

a) intellegit *corr. in* -ligit *P.* b) molo *corr. in* malo *P.* c) misterium *corr. in* minist. *P.* d) nocivos *pro* non vos *P.* e) A *add. P ante* consuetudo. f) tam *P.* g) communicacio *P; emend. Bal.* h) ipse *corr. in* ipsi *P.* i) Nota *in marg.* k) essae *P.* l) promititis *P.*

1) *August. contra liter. Petil. l. II c. 104 § 239 (opp. IX, 292).* 2) *Cf. V. Hludow. c. 48 (SS. II, 635):* Cum vero rumor usquequaque diffusus sereret de ceteris quod verum erat, de papa vero Romano, quod ideo adesset, ut tam imperatorem quam episcopos excommunicationis inretire vellet vinculis, si qui inoboedientes essent suae filiorumque imperatoris voluntati, parum quid subripuit episcopis imperatoris praesumptionis audatiae, asserentibus nullo modo se velle eius auctoritati succumbere, sed si excommunicans adveniret, excommunicatus abiret; cum aliter se habeat antiquorum auctoritas canonum.

c. 838 quid quod in parte agitur, retractari apud universitatem non poterit? Numquid quod apud homines a rectitudine deviantes agitur, apud meliores, recti[a] videlicet tenaces, retractari non debet? Aut quod in presenti malitiose iudicatur, Dei iudicio retractandum non erit[b]? Quod vestrę minę continent, numquam adhuc ab inicio ecclesię factum est. Nam etiamsi ego fuissem periurus[c], aptandum vobis erat illud evangelicum: Luc. 23, 40. 'Neque tu times Deum, cum in eadem damnatione sis?'[d]

18.

Agobardus Lugdunensis archiepiscopus ecclesiae suae cantoribus de modo recte canendi in ecclesia secundum patrum auctoritatem exponit figmentis recentioribus reiectis. *c. 838.*

Cod. P f. 216—230'.

Edd. Masson p. 390—405, Baluzius II, 85—101, Migne CIV, 329—340.

DILECTISSIMIS IN CHRISTO FRATRIBUS ET PRĘCIPUE CANTORIBUS ECCLESIAE LUGDUNENSIS AGOBARDUS IN EODEM CHRISTO DOMINO ET SALVATORE NOSTRO SEMPITERNAM SALUTEM.[1]

(c. 1) In divinis laudibus exsolvendis quanto studio fugienda sit levitas gravitasque sectanda, frequenter dilectioni vestrae in mutua conloquutione suggessimus, scilicet ut rationabili consideratione sicut prudentes ecclesiae filii et rationabili eius lacte ab incunabulis enutriti, quod Deo displicet refugientes, concordi studio id quod gratum *f. 216'. *acceptumque est, sicuti et factis, sectaremini. Si enim apud graves et sapientes viros non solum morum, sed etiam verborum levitas reprehensibilis iudicatur, quanto magis apud Deum, totius sanctae gravitatis ac sapientiae auctorem? cui psalmista Ps. 34, 18. Rom. 12, 1. dicit: 'In populo gravi laudabo te', et cui nos apostolus rationale obsequium admonet exhibere. Neque vero passim et absque diligenti examinatione quod cuique visum Rom. 8, 26. 27. fuerit in Dei laudibus usurpandum est, cum dicat apostolus: 'Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis'. Unde et apostoli humanae ignorationis conscii orandi formulam a Domino Luc. 11, 1. petiere dicentes: 'Domine, doce nos orare'. Certe manifestum est maius esse Deo *f. 217. quempiam *digne laudes exsolvere quam pro infirmitate proprię exorare, praesertim cum hoc praesentis vitae fine terminetur, illud vero hic inchoetur, in futuro autem Ps. 83, 5. perficiatur, iuxta quod psalmista ait: 'Beati qui habitant in domo tua, Domine, in secula seculorum laudabunt te'.

(c. 2) Si ergo orantes doctrinam sancti Spiritus indigemus, multo magis, cum Deo laudes offerimus, quia, sicut nemo nisi ipso inspirante secundum Deum postulat, ita nullus nisi eo erudiente Deum digne conlaudat. Non ergo cuiuscumque figmentis, Num. 3, 4. sed Spiritus sancti eloquiis maiestas divina laudanda est. Denique et filii Aaron ignem alienum Domino offerentes non obsequii remunerationem, sed damnationem praesumptionis experti sunt. Unde hoc nostrum exemplum summopere vitantes, illud *f. 217'. sollicite adtendamus quod[a] vel in proverbiis scriptum est: 'Omnis *sermo Dei ignitus Prov. 30, 5. clipeus est sperantibus in se. Ne addas quicquam verbis illius et arguaris invenierisque mendax'. Nihil itaque Dei verbis addentes et timentes argui invenirique mendaces verbo Dei ignito, qui clipeus spei est, tempore orationis et laudis inflammemur pariter Ioh. 6, 64. et muniamur. Cumque Dominus dicat: 'Verba quae ego loquutus[b] sum vobis, spiritus

---

a) recte *P.* b) noverit *P.* c) Nota *in marg.* d) *Post lineam vacuam secuntur sine titulo:* Audite hęc omnes gentes *etc., quae edidit G. Waitz SS. XV, 275—279, cf. supra p. 151 n. 3.*
18. a) qui *P.* b) locutus qu *superscr. P.*

1) *Cf. ad hanc epistolam Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. d. Fr. II, 186 sq.*

et vita est, omnia humana figmenta, quae vanitate sui mortua iudicanda sunt, respuentes c. 838 viventibus Christi eloquiis, in ipsius obsequiis personemus, quatinus voces nostrae non quasi alienae ab eo respui, sed ut proprię cum supernis virtutibus quae maiestatem Dei trementes adorant atque conlaudant mereantur admitti.

(c. 3) Hac de causa et antiphonarium pro viribus nostris magna ex parte correximus amputatis his, quae vel superflua vel levia vel menda*tia aut blasphema *f. 218. videbantur. Et vos frequenter admonuimus et tenorem ammonitionis nostrae propter aliquorum pręsentes seu futuras quaerimonias in fronte eiusdem libelli ponere necessarium duximus, non generale aliquid statuentes, sed iuxta mediocritatem sensus nostri in domo Dei, cuius nobis cura commissa est, quod possumus offerentes; nec de sensu nostro aliquid praesumentes, sed scripturae sanctae auctoritatem et sacrorum canonum[a] sanctionem catholicorumque patrum instituta et exempla sectantes.

De quibus antequam aliquid proferamus, congruum videtur exempli gratia nonnullas ineptias[b], quę praefato continebantur libello, notare breviter ac leviter redarguere, ut ex his perpaucissimis evidentius agnoscatur, quam necessario quae in sequentibus dicturi sumus a patribus constituta sint, quantoque timore ac sollicitudine eorum scita nobis ex*pediat observare. *f. 218'.

(c. 4) Ac primum quale illud est quod in vigilia natalis Domini in choro fidelium et fidelium eruditorum cantabatur: 'Dum ortus fuerit sol de caelo, videbitis regem regum procedentem a patre tamquam sponsum de thalamo suo'. Certe fides catholica habet verbum Dei quod in principio erat apud patrem, in thalamo uteri virginalis coniunxisse sibi sponsum, cuius naturam in unitatem personę suscipiens Ioh. 1, 2. caro factum est, ut habitaret in nobis. Naturae enim nostrae unitus tamquam sponsus ib. 1, 14. de thalamo virginali processit ex utero, et non eam de caelis attulit, sicut heretici affirmare ausi sunt. Ac per hoc non tamquam sponsus de thalamo processit ex patre, verbum quippe Dei, filius Dei processit a Patre et venit in mundum. Nec aliud fuit evenire in mundum, quam in utero virginis naturae humanę veritatem assumere, in qua visibilem se praeberet mundo. Hanc *igitur humanitatis nostrae naturam, cui *f. 219. unitus sponsus ecclesiae factus est, non de sinu patris traxit, sed de carne virginis sumpsit.

(c. 5) Est praeterea in praedicta antiphona notanda temeritas evidensque mendatium, dum et sacrae scripturae verba sui sensus perversitati[c] coaptat et nativitatem salvatoris, qua vel de patre ante sęcula vel de matre in plenitudine temporum natus est, tanta confusione permiscet, ut de qua loqui velit, intelligi omnino non possit. Quod summopere ubique cavendum est, ne divinorum verborum ordo mutetur et de scriptura veritatis labyrintus texatur erroris.

(c. 6) Illud etiam responsorium, quod in eisdem vigiliis cantabatur quanta fidei severitate reiciendum est; in quo ait vanus ille praesumptor *de illa occulta habita- *f. 219'. tione sua egressus est filius Dei, descendit visitare et consolare omnes, qui eum de toto corde desiderabant. Quod cum sermonum imperitia, tum[d] sensus quoque absurditate ac falsitate turpatur[e]. Nam et occultam filii Dei habitationem summa levitate dixit; et eum omnes desiderantes se visitasse consolatumque esse mendaciter asseruit, cum potius eos quos visitare dignatus est se agnoscentes ac desiderantes effecerit.

(c. 7) Considerentur etiam verba alterius responsorii, quod quasi de mysterio nativitatis Christi compositum contra morem nocturni officii ab eminentiori loco pompatice concrepabat: 'Descendit de caelis missus ab arce patris, introivit per aurem virginis in regionem nostram indutus stola purpurea et exivit per auream portam lux et decus uni*versae fabricae mundi'. Ubi primum qui descenderit non designat; arcem *f. 220.

---

a) canorum *P.* b) ineptas *P.* c) perversitatis s *del. P.* d) tam *P.* e) turbatur *corr. in* turp. *P.*

c. 838 vero patris quid dixerit, ipse quoque penitus ignoravit. Numquid est aliquod aedificium caeleste, aut per caeleste quod factum sit ab eo, aut aliud aliquid quod non est ipsum quod Pater, aut est ipse Pater: quod si est, quomodo sibi est arx? Nec per aurem virginis verbum Dei introisse catholicae aures ferunt, quia cum sit incorporeum et totum ubique praesens nec localiter accedit nec aditu corporeo indiget; nisi forte nobis persuadere voluit angelicorum sono verborum sacram virginem Dei filium concepisse. Quod quantum a fidei veritate discordet, ex verbis ipsius angeli perspicuum est, qui ipsi virgini interroganti, quomodo fiet istud, quia virum non cognosco? respon- Luc. 1, 34. 35. f. 220'. dit: 'Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obum*brabit tibi'. Quomodo autem virginalis uterus regio nostra possit intelligi, cum et virgo illa unici filii mater sit? et nos omnes non ex virginea, sed ex corrupta carne nascamur, prorsus inveniri non potest. Deinde quod eum stola indutum purpurea aurem dicit virginis introisse sive humano more cultu regio indutum sive humanam formam non ex virgine suscepisse, sed de caelo Dei verbum attulisse putaverit, eamque stolam purpuream appellarit apertissime blasphemiae est. Iam vero per auream portam eum exisse, quanta vanitate proferre ausus est: cum nativitas Christi ex virgine non supervacuis verbis adumbrari, sed confessione simplici debeat declarari; qui non ut ille ait, universę fabricae mundi, sed iuxta veritatem evangelicam rationalis tantummodo creaturae lux est.

f. 221. (c. 8) Aliud *quoque responsorium de verbis evangelii, sed non ordine evangelico, quod iam utique correctum a vestra dilectione psallitur, nescio quis composuit dicens: 'Tenebrę factę sunt, dum crucifixissent Iesum Iudęi, et circa horam nonam exclamavit Matth. 27, 46. Iesus voce magna: 'Deus, Deus, ut quid me dereliquisti?' Tunc unus ex militibus lancea latus eius perforavit et inclinato capite emisit spiritum. Nempe omnibus fidelibus certum est, quod salvator noster non aliqua doloris violentia coactus, sed spontaneae pro nobis est mortuus, nec animam necessitate amisit, sed potestate posuit, Ioh. 10, 18. sicut ipse ait: 'Nemo tollit a me animam meam, sed ego pono eam a me ipso, ut iterum sumam eam'. Sed iste et evangelici ordinis et fidei veritatis ignarus prius dixit lancea a militibus latus Domini perforatum, et tunc ab eo spiritum emissum. f. 221'. Quod omnino paganum est Christum non benignitate propriae voluntatis, sed vi do*loris mortuum opinari, cum e contrario in evangelio referatur, quod Dominus voce magna Luc. 23, 46. clamaverit: 'Pater, in manus tuas commendo spiritum meum', et haec dicens expiravit. Quam mortem Christi in tantum milites qui aderant admirati sunt, ut continuo Deum glorificasse, eumque Dei filium confessi esse referantur, ac postea Iudaeis petentibus Ioh. 19, 31 34. latronum crura, qui cum eo fuerant crucifixi Pilatus frangi concesserit, Iesu autem iam mortui non crura confracta, sed militis lancea latus narraretur apertum, non, ut iste imperite protulit, perforatum.

(c. 9) Iam vero quanta illa sunt vaticinia, ut ita dictum sit, falsa in responsoriis et antiphonis, quae quasi ex voce Domini pronuntiantur, cum in nullis divinis scripturis repperiantur. Ut est: 'octava decima die decimi mensis ieiunabitis, dicit Dominus, et mittam vobis salvatorem et propugnatorem pro vobis, qui vos praecedat et f. 222. introducat in terram quam iuravi patribus vestris'. *Et iterum: 'Coronam gloriae ponam super caput eius, dicit Dominus, et induam illum stolam candidam, quia servavit mandata mea, et propter nomen meum effusus est sanguis eius in terra'. Et iterum: 'Sancti estis, dicit Dominus, multiplicabo numerum vestrum, ut oretis pro populo meo in loco isto'. Et multa huiusmodi ridiculosa et fantastica, quarum inventoribus congruere mihi videntur illa, quae Dominus per Iezechielem prophetam Ez. 13, 3. adversus falsos prophetas loquitur dicens: 'Vae prophetis insipientibus qui sequuntur ib. 6–9. spiritum suum et nihil vident'. Et post pauca: 'Vident vana et divinant mendatium dicentes, ait Dominus, cum Dominus non miserit eos et perseveraverunt confirmare sermonem. Numquid non visionem cassam vidistis et divinationem mendacem loquuti

estis et dicitis, ait Dominus, cum ego non sim loquutus. Propterea haec, dicit domi- c. 838 nus Deus, quia loquuti estis vana et didicistis mendatium, ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus, et *erit manus mea super prophetas, qui vident vana et divinant men- *f. 222'. datium, in concilio populi mei non erunt, et in scriptura domus Israhel non scribentur, nec terram Israhel ingredientur.

(c. 10) Sed haec et similia quorum in praefato libro infinita erat copia, quia indignum est scribere et vestrae prudentiae fastidiosum audire, facilius conloquendo et fideliter pertractando diiudicari possunt.

Nunc superest, ut sacrorum statuta canonum catholicorumque patrum sententias (sicut superius promisimus) exsequamur, ut ex his perspicue declaretur, qua cautela levissimorum hominum excogitationes[a] vitande sint, quę nulla veritate subnixae, nulla ratione ornatę contemptui patent.

(c. 11) In concilio Africano talis constitutio promulgata est[1], 'ut preces et orationes, nisi probate fuerint in concilio, non dicantur, nec aliqua ex his omnino cantentur in ęcclesia, nisi quae a prudentioribus *tractata et conprobata in synodo fuerint, ne forte aliquid *f. 223. contra fidem vel per ignorantiam vel per studium sit compositum'. Ubi breviter considerandum, quod non solum ea quae studio perfidiae, sed etiam illa quę simplicitate[b] ignorantiae contra fidei regulam composita fuerint, pari animadversione repudiantur.

(c. 12) Beatus Hieronimus cum exponeret praeceptum apostoli, ubi ait: 'Im- Eph. 5, 18. 19. plemini spiritu loquentes vobismetipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritalibus, cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino' non tacuit, quod in cantoribus aecclesiae reprehendendum videbat. 'Canere igitur', ait[2], 'et psallere et laudare Dominum magis animo quam voce debemus. Hoc est quippe quod dicitur: cantantes et psallentes in cordibus vestris Domino. Audiant haec adulescentuli, audiant hi quibus psallendi in ęcclesia officium est; Deo non voce, sed corde cantandum, nec in tragoedorum *modum guttur et fauces dulci medi- *f. 223'. camine colluendas[c], ut in ęcclesia teatrales moduli audiantur et cantica[d], sed in timore, in opere, in scientia scripturarum. Quamvis sit aliquis ut solent illi appellare kakofonos, si bona opera habuerit, dulcis apud Deum cantor est. Sic cantet servus Christi, ut non vox canentis, sed verba placeant quae leguntur, ut spiritus malus qui erat in Saule eiciatur ab his qui ab eo similiter possidentur, et non introducatur in eos qui de domo Dei scenam fecere[e] populorum'. In quibus verbis magnopere pensandum est, quod eos qui in morem psallentis David cum timore et gravitate spiritali canunt, malignum spiritum etiam ab auditoribus suis excludere posse confirmat, eos vero qui teatralibus sonis et scenicis modulationibus et quamvis in divinis verbis vocis dulcedine intemperantius delectantur, eum non solum ab aliis non excludere, sed, quod *est terribile, in seipsos introducere testatur. Unde *f. 224. et in alio loco idem doctor cum sententiam Aesaię exponeret: iniqui sunt coetus Is. 1, 13. vestri, ait[3]: 'Omnis conventus qui non offert hostias spiritales nec audit illud quod in quinquagesimo psalmo canitur: sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Ps. 50, 19. Deus non despicit, abhominabilis Deo est'. Mens ergo libera, id est sensibus corporis non succumbens, ita resistere debet vanę ac noxiae delectationi aurium, sicut et delectationibus sensuum[f] ceterorum, visus videlicet et olfactus, gustus et tactus; quorum perturbationibus anima praegravatur et capitur. Quantum denique oblectationes aurium virtutem mentis enervent, testatur praefatus doctor qui ait[4]: 'Auditus vario organorum cantu et vocum inflexionibus delinitur, et in carmine poetarum et comediarum mimorumque *urbanitatibus et strophis, et quicquid per aures introiens virilitatem mentis effeminat'. *f. 224'.

---

a) excogitatione *P.* b) inplacitate *P, corr. Bal.* c) colliniendas *Hier.* d) cantici *P.* e) facere *P.* f) sensum *P.*

1) *Conc. Milevit. II c. 12 (Mansi Coll. concil. IV, 330).* 2) *Comment. in Eph. l. III c. 5 (opp. ed. Vallarsius VII, 651. 652).* 3) *Comm. in Isai. l. I c. 1 (opp. IV, 21).* 4) *Adv. Iovinian. l. II § 8 (opp. II, 337).*

c. 838 (c. 13) Sed et beatus martyr Cyprianus simili modo dicit exponens illud apostoli: 1. Petr. 5, 8. adversarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit querens quem devoret. Ait ergo[1]: 'Circuit ille nos singulos, et tamquam hostis clausos obsidens muros explorat et temptat, an sit pars aliqua membrorum minus stabilis et minus fida cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis[a] formas inlices et faciles voluptates, ut visu destruat castitatem; aures per canoram musicam temptat, ut soni dulcioris auditu solvat et molliat christianum vigorem'.

(c. 14) Quod et beatus Augustinus[2] ad temptationem diaboli intellegens pertinere, in libris confessionum suarum Deo gratias refert, quod ab hoc vitio liberatus sit. *f. 225. 'Voluptates', inquid, 'aurium tena*tius me implicaverant et subiugaverant. Sed resolvisti et liberasti me. Nunc in sonis quos animant eloquia tua, cum suavi et artificiosa voce cantantur, fateor aliquantulum adquiesco, dum ipsis sanctis dictis religiosius et ardentius sentio[b] moveri animos nostros in flammam pietatis, cum ita cantantur, quam si non ita cantarentur'. Et rursum post aliqua de utilitate psallendi in aecclesia discretam proferens sententiam dicit[3]: 'Tutius quidem mihi videtur, quod de Alexandrino episcopo Athanasio sępe mihi dictum commemini, quia tam modico fluxu vocis faciebat sonare lectorem psalmi, ut pronuntianti vicinior[c] esset quam canenti. Verumtamen cum reminiscor, lacrimas meas quas fudi ad cantus aecclesiae tuae in primordiis recuperate fidei meae et nunc ipso[d] cum[e] moveor non cantu, sed rebus quae can- *f 225'. *tantur, cum liquida voce et convenientissima modulatione cantantur, magnam instituti utilitatem rursus cognosco magisque adducor, non quidem inretractabilem sententiam proferens, cantandi consuetudinem approbare in ęcclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior[f] animus in affectum pietatis assurgat. Tamen cum mihi accidit, ut me amplius cantus quam res quę canitur moveat, pęnaliter me peccare confiteor, et tunc mallem non audire cantantem'. Ecce vir sanctissimus atque doctissimus et approbat institutum cantandi propter infirmos, quos in affectum pietatis facit assurgere, et tamen accidit, ut plus moveat animum cantus, quam res quae canitur, poenale dicit esse peccatum, ita ut melius sit non audire cantantem, et utique in cantu et sonis, quos divina eloquia animant ac vivificant, ut vita cantuum ac sono- *f. 226. rum in senten*tiis sit divinorum eloquiorum. Ceterum si in diebus suis audisset aliquos non de divinis eloquiis, sed de humanis adinventionibus cantantes, numquid non mortuum et sine vita talem cantum iudicaret?

(c. 15) Verum quia Gregorii praesulis nomen titulis praefati libelli praetendit et hinc opinione sumpta putant eum quidem a beato Gregorio Romano pontifice et inlustrissimo doctore compositum, videamus, quid sanctus ille vir de cantu ecclesiastico ordinaverit vel quid eius tempore Romana ęcclesia decantarit. Ait igitur in decretis suis[4]: 'In sancta [h]ac[g] Romana ęcclesia, cui divina dispensatio praeesse me voluit, dudum consuetudo est valde repręhensibilis exhorta, ut quidam ad sacri altaris mi[ni]sterium[h] cantores eligantur et in diaconatus ordine constituti modulationi vocis inserviant, quos ad praedicationis *f. 226'. officium *elemosinarumque studium vacare congruebat. Unde fit plerumque, ut ad sacrum ministerium dum blanda[i] vox quaeritur, [quaeri][k] congrua vita neglegatur et cantor minister Deum moribus stimulet, cum populum vocibus delectat. Qua de re praesenti decreto constituo, ut in sede hac[l] sacri altaris ministri cantare non debeant solumque evangelicae lectionis officium inter missarum sollemnia exsolvant. Psalmos vero ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos vel, si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire temptaverit, anathema sit, et responderunt omnes: anathema sit'. Ecce vir apostolicus reprehendit consuetudinem, quia diaconibus cantandi officium [in]iungebatur[m], nec in eis

---

a) oculus, *corr. in* -lis *P.* b) sensio *P.* c) vitinior *P.* d) ipsum *P.* e) quod *Aug.* f) infirmor *P.* g) ac *P.* h) misterium *P.* i) planda *P.* k) *om. P.* l) haec *P.* m) iungebatur *P.*

1) *De zelo et livore c. 2, ed. Hartel p. 420.* 2) *Confess. l. X c. 33, § 49 (opp. I, 187).* 3) *Ibid. § 50 col. 187. 188.* 4) *Gregor. Reg. V, 57a c. 1 (EE. I, 363).*

blandam vocem, sed congruam vitam dicit esse requirendam, stimularique Deum talium [c. 838] ministrorum moribus asserit, etiamsi populum *vocibus delectent. [*f. 227.] Damnata vero tali consuetudine psalmos ac reliquas lectiones per subdiaconos vel per minores ordines censet exhiberi, solo videlicet evangelicae lectionis officio diaconibus delegato. Ex quibus perspicuę demonstratur psalmos tunc in ecclesia decantari solitum, unde maximam partem divinorum officiorum etiam nunc constat esse conpositam, et non figmenta quorumlibet hominum, quae a tanto illo viro non esse conposita, nemo nisi qui sincerissime eius fidei excellentissime eruditionis ignarus est, dubitat.

(c. 16) Igitur quia sanctorum patrum dictis satis ostensum est[1], quantum humanae levitates et mendatia devitanda, quantumque divinorum eloquiorum veritas ac sinceritas amplectenda sit, libet pauca ex verbis beati martyris Cypriani[2] subnectere, quibus ostendatur, qua reverentia, qua *gravitate [*f. 227'.] et modestia divina officia caelebranda sint. 'Sit', inquit, 'orantibus sermo et precatio cum disciplina, quietem continens et pudorem. Cogitemus sub conspectu Dei stare. Placendum est divinis oculis et habitu corporis et modo vocis. Nam ut impudentis est clamoribus strepere, ita congruit verecundo modestis precibus orare. Et[3] quando in unum cum fratribus convenimus et sacrificia divina cum Domini sacerdote caelebramus, verecundiae et disciplinae memores esse debemus, non passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modeste Deo tumultuosa loquacitate iactare, quia Deus non vocis, sed cordis auditor est, nec ammonendus est clamoribus, qui cogitationes videt probante Domino et dicente: 'Et scient omnes aecclesiae, quia ego sum scrutans renes et corda'. [Apoc. 2, 23.] 'Sonet[4] psalmos[a] *convivium sobrium, [*f. 228.] sit nobis spiritalis auditio, prolectet aures religiosa mulcedo'.

(c. 17) His ergo et huiusmodi patrum monitis informati et eorum sequentes vestigia, quos ad Dominum praecessisse non ambigimus, cunctas adinventiones hominum quasi superfluas respuentes, verbis Domini quae ad omnia sufficiunt in eius laudibus personemus, ut cum beato David dicere valeamus: 'Et quae de manu tua accepimus, dedimus tibi'; [1. Par. 29, 14.] quia, ut beatus Augustinus[5] ait, 'nihil Deo recte offertur, nisi quod ab eo accipitur'. Quia et alio loco praecepit suis[5]: 'Nolite cantare nisi quod legistis esse cantandum'. Quod quidam religiosi viri sequentes subiectis sibi fratribus praeceptum tale dederunt: Nullus praesumat responsoria aut antiphonas quae solent aliqui composito sono pro suo libitu non ex canonica scriptura assumpta canere in congregatione ista vel meditari vel dicere. Oportet enim nos sanam et simplicem apostolicam *et patrum [*f. 228'.] nostrorum imitari doctrinam et gratia stabilire cor moresque subdere disciplinae. Ea igitur cantare debemus, quae, sicut beatus Augustinus dicit, ita scripta sunt ut cantantur, quae autem non ita scripta sunt, non cantemus, quia nec alio modo, quam quo ipse Dominus iussit, per prophetas et apostolos suos manifestari ea hominibus debent, a nobis oboedientiae quam victimarum sacrificium quaerit, [cf. 1. Reg. 15, 22.] nec cantilenae artificioso studio, sed observantia mandatorum et cordis munditia delectatur.

(c. 18) Haec sincerissima patrum statuta omni diligentia et veneratione observanda sunt, quia per hoc et fidei puritas ac religionis disciplina saluberrime custoditur, et duo mala nimis pietati contraria utiliter resecantur, videlicet dum et vanissimorum hominum praesumptio, qui non solum inepta et superflua, sed etiam profana et here-

---

a) psalmus *P.*

1) *Cf. de psalmod. div. (f. 213'):* Sed et reverenda concilia patrum decernunt nequaquam plebeios psalmos in ecclesia decantandos et nihil poeticę compositum in divinis laudibus usurpandum. 2) *De domin. orat. c. 2, p. 268 ed. Hartel.* 3) *Ibid. p. 269.* 4) *Cypr. ad Donat. c. 16, p. 16 ed. Hartel.* 5) *Hunc locum non inveni.*

c. 838 tica in ecclesiis *decantare audent, funditus excluditur[1] et adulescentulis atque omni- f. 229. bus generaliter quibus cantandi officium iniunctum est, magna occasio stultae et noxiae occupationis aufertur. Ex quibus quam plurimi ab ineunte pueritia usque ad senectutis canitiem omnes dies vitae suae imparando et confirmando cantu expendunt et totum tempus utilium et spiritalium studiorum, legendi videlicet et divina eloquia perscrutandi, in istiusmodi occupatione consumunt. Quodque animabus eorum procul dubio valde est noxium, ignari fidei suae, inscii scripturarum sanctarum et divinae intellegentiae inanes ac vacui, hoc solum sibi sufficere putant. Et ob hoc etiam ventosi et inflati incedunt, si sonum et vocem decantationis utcumque addiscant et in numero *f. 229'. cantorum deputari videantur. Quibus omnino, dum, sicut *beatus Gregorius supra ait[2], Deum moribus stimulant, cum populum vocibus oblectent, metuendum est, ne etiam Matth. 15, 8. ipsi illa Dei increpatione feriantur, qua dicit: 'Populus hic labiis me honorat, cor Amos 5, 23. autem eorum longe est a me'. Et iterum: 'Aufer a me tumultum carminum tuorum et cantica lyrae[a] tuae non audiam'. Nam et beatus Hieronimus, ut supra memoratum est[3], de huiusmodi hominibus manifeste dicit, quod de ecclesia Dei scenam fecerint populorum. Hanc enim occupationem superfluam in eisdem sacris officiis devitantes antiqui, cum eis profecto suppeteret ex divinis libris et multiplex copia laudationis et peritia modulationis, maluerunt tamen eadem sępe repetere, quam infinitis et non necessariis psallentium animos occupare vel gravare.

(c. 19) Quapropter auxiliante Dei gratia omni studio pietatis instandum atque *f. 230. observandum est, ut sicut *ad caelebranda missarum sollemnia habet ecclesia librum mysteriorum fide purissima et concinna brevitate digestum; habet et librum lectionum ex divinis libris congrua ratione collectum, ita etiam et hunc tertium officialem libellum, id est antiphonarum, habeamus omnibus humanis figmentis et mendaciis expurgatum, et per totum anni circulum ex purissimis sanctae scripturae verbis sufficientissime ordinatum, quatinus in sacris officiis peragendis iuxta probatissimam fidei regulam et paternae auctoritatis venerabilem disciplinam una a nobis atque eadem custodiatur forma orationum, forma lectionum et forma ecclęsiasticarum modulationum, quae a boni ingenii adulescentibus quam cęlerrimę imbibita, eos et divinis laudibus concinendis sufficienter[b] et graviter idoneos reddat, et a potioribus ac spiritalibus studiis non impediat. Quis enim ita contentiosus, immo insanus et ab omni veritatis ratione *f. 230'. aversus est, ut non hoc *rectius et convenientius ac salubrius fateatur in Dei laudibus decantari, quod ex divinis dictis et libris videat fideliter assumi, quatinus, sicut in symbolo catholico fidem nostram, non nostris, sed apostolicis verbis profitemur, et in dominica oratione, non nostris, sed ipsius Domini et salvatoris nostri sermonibus supplicamus, ita etiam in divinae laudis honore, non humanis, sed divinis et spiritalibus iuxta apostolum psalmis, hymnis et canticis personemus. Superfluo namque alia quaeruntur, ubi ista sufficere et superhabundare noscuntur.

---

a) lirae *corr. in* lyrae *P.* b) suffienter *P.*

1) *Cf. de psalmod. div. (f. 213'):* Quod si praedictus calumniator humiliter et oboedienter pensare studuisset, nequaquam ad tantam deveniret fatuitatem, ut verba quorumlibet hominum, quorum nec nomina nec sensum nec fidem novit, tamquam divinas scripturas defenderet et per phantasticas ac ridiculosas allegorias explanare conaretur. 2) *Cf. supra p. 236 v. 38.* 3) *Cf. supra p. 235 v. 31.*

19.

(Agobardus vel Amulo) Lugdunensis archiepiscopus (Ludowici vel Lotharii) imperatoris fidem pro Iudaeorum pueris ab eo baptizatis implorat. *c. 830—850?* c. 830—850?

Cod. S. Mariani Autissiodor. O. P[a]*, qui nunc latet.*

Ed. Dacherius Spicil. XII, 52—53 (ed. alt. I, 598. 599); Migne Patr. CXIX, 422.

Ex epistola episcopi ad imperatorem de baptizatis Hebraeis.

(XVIII) Postquam divinae gratiae auxilio et vestrae pietatis patrocinio iuxta auctoritatem divinae legis et ecclesiasticorum patrum constituta pro Iudaeorum inluminatione coepimus laborare, adiuvante eadem divina gratia conversi sunt plures ex eis ad Dominum, tam viri quam feminae, maiores natu et iuvenes, adulescentes et pueri, et cum eis etiam seorsum aliqui ex servis et ancillis. Cumque hic numerus coepisset multiplicari, et gaudium matris ecclesiae de salute conversorum in dies augeri, coeperunt conversi invitare aversos ad eam quam cognoverant veritatem, maxime pueros et innocentes, eo quod ceteri magis existant duri, utpote inveterati dierum malorum. Coeperunt ergo pueri et adulescentuli quod videbant in istis desiderare fieri in seipsis, et maxime, ut arbitror, quia per singula sabbata a fratribus et sacerdotibus nostris in synagoga verbum Domini praedicatur. Quod cum impii sensissent parentes, coeperunt eos furtim et maxime noctibus ad inferiores provinciae partes, id est Arelatem urbem, dirigere, quo magna eorum multitudo tam ex Cabilonense quam ex Matisconensi[b] et Viennensi civitatibus translata est. Quod cum mihi ab eisdem qui crediderant Iudaeis dolenter nuntiatum fuisset, iussi eos qui residui erant absque laesione vel damno aliquo in praesentiam meam sub conspectu ecclesiae deduci, ut si qui inter eos essent qui nostra desiderarent, pateret eis ianua matris ecclesiae, ereptis de manibus impiorum. Statim igitur, mirabile dictu, sex pueruli, priusquam ab aliquo exhortari coepissent, sacerdotum nostrorum pedibus provoluti profitebantur se velle baptizari, atque, ut ad me perducerentur, orabant. Cumque perducti essent, similiter supplicantes et rogantes omnium gratulatione suscepti sunt. Post vero et alii numero XLVII qui idem professi sunt, quos omnes sub conspectu Dei et ecclesiae bonis et fidelibus fratribus tradidi instruendos, et in solemnitate paschali generalis lavacri celebritate baptizandos et nutriendos Domino. Reliquos vero in quibus nihil boni desiderii vel petitionis agnovi, restitui intactos parentibus suis.

Vestrae est bonitatis, vestrae ortodoxae christianitatis et pietatis, quatinus et isti absque interpellatione atque inquietudine malignorum tranquille in filios ecclesiae educentur, et illi, qui crudeliter, ne salvi fierent, ab impiis Arelatem translati sunt, per episcopum eiusdem ecclesiae a vestra serenitate diligenter admonitum et ad divinum opus exercendum alacriter instigatum, similis aliquid gratiae auxiliante Domino consequantur. Si enim magnae elemosynae opus est in causis temporalibus aliquem vi oppressum eripere, aut ex bestiae alicuius faucibus rapere, quanto maior de illo merces speranda est, qui vel ab impiis hominibus vel a malignis spiritibus, ne ad Deum venire possit, opprimitur, sicut potestas et facultas congrua datur, valuerit ad
salutem lucrari. Testatur hoc apostolus Iacobus exhortans et dicens: 'Si quis autem Iac. 5, 19. 20.
erraverit a veritate, et converterit quis eum, scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius a morte et operit multitudinem peccatorum'.

---

a) *Collectanea de Iudaeis quae antecedunt hoc titulo insignita sunt:* Haec a domno Floro viro prudenti collecta sunt ex lege et canone. b) Matacensi *C., corr. Dacher.*

V.

AMALARII EPISTOLAE.

Amalarius (Amalhere), de cuius origine nihil constat, inter annos c. 809. et 814. archidioecesi quidem Trevirensi praefuit[1], *sed neque archiepiscopi titulo insignitus esse neque episcopos suffraganeos rite gubernavisse videtur. Episcopi vero dignitate functus ecclesiam Hamburgensem modo fundatam consecravit*[2] *ac Vulfario archiepiscopo, cum Frotharium Tullensem episcopum anno 813. Remis ordinaret, adstitit*[3]. *Carolus Magnus imperator et anno c. 811. ei, sicut Magno, Leidrado, Maxentio, Odilberto aliisque archiepiscopis quaestiones de baptismi caerimoniis proposuit*[4] *et anno 813. cum Petro abbate monasterii Nonantulani cum ad Michaelem imperatorem Graecum legatum misit*[5]. *Ex quo itinere periculoso, de quo carmen octoginta versibus heroicis conditum postea Petro abbati dedicavit, redux Carolum interea mortuum doluit nec multo post, nescimus qua causa, episcopatu Trevirensi renuntiavit, abhinc in presbyteris tantummodo numerandus.*

Ad Hildvinum, Ludowici imperatoris archicapellanum, Amalarius abbatis titulo ornatus[6] *epistolam copiosam de ieiuniorum tempore aliisque institutis ecclesiasticis dedit. Tum a. c. 820. Ludowico ipsi opus doctissimum quatuor libris comprehensum de officiis ecclesiasticis dedicavit, in quo multorum patrum testimoniis usus etiam Alcvini Turonibus*

---

1) *Gesta Treveror. c. 25 (SS. VIII, 163):* post quem *(sc. Wazzonem)* Hamularius Fortunatus cardinalis Romanus qui librum officiorum conscripsit *etc. Idem cognomen occurrit in codice Trevirensi officiorum s. XI., cf. ibid. adn. 69 et Arch. VIII, 605. In codice autem Parisino 2400 saec. XI. (Mabillon Anal. vet. 93. 100, Delisle in Notices et Extraits XXXV, 296):* Explicit liber Simphosii Amalarii presbiteri venerabilis de divinis officiis *etc. In inscriptione Eugippii quem scribi iussit dicitur* Amalheri episcopus civitatis Treforensis *(Brower Ann. Treviror. I, 400; Gallia christ. XIII, 390). Non in omnibus episcoporum Trevirensium catalogis numeratur, cf. SS. XIII, 299—301. Hetti successor eius inde ab a. 816. vocatur.* 2) *Vita Anskarii c. 12:* per quendam episcopum Galliae Amalharium nomine. 3) *Flodoard. hist. Rem. eccl. II c. 18 (SS. XIII, 466; cf. XIV, 101):* Trevericae urbis archiepiscopum Amalharium .. iussione imperatoris magni Karoli ab eodem scil. Vulfario metropolitano convocatum .. eidem paruisse reperimus. *De tempore cf. Neues Arch. XXI, 749.* 4) *Cf. supra epistolas a me editas EE. IV, 533—540.* 5) *Cf. Caroli epistolam ad Michaelem datam (ibid. 536):* Amalharium venerabilem Treverorum episcopum *et Amalarii versus marinos, Poet. Carol. I, 426—428.* 6) *Eum ab Amalardo Hornbacensi abbate distinguendum esse post alios Sahre recte censuit (Der Liturgiker Amalarius, Dresden 1893 in programmate gymnasii sanctae crucis p. XXII). In codicibus Vaticanis 1146. 1147 legitur:* Inc. prologus Amelarii episcopi in libr. officior.

discipulum se fuisse profitetur[1]. *Quod opus post alterum iter Romanum*[2] *a. 831. iussu Ludowici susceptum retractavit. Concilio Lutetiae Parisiorum a. 825. celebrato et ipse interfuit, sed Constantinopolim cum Halitgario episcopo, quamvis imperatori in animo fuisset, iterum non missus est*[3].

Libro illo alioque, quo exemplar antiphonarii Romani non Romae, sed Corbeiae inventum secutus antiphonarium Mettense in Francorum imperio usitatum reformare conatus erat, magnum Agobardi Lugdunensis archiepiscopi odium in se concitavit, qui singulari libello in eum acriter invectus est[4]. *Postquam enim Agobardo Lugduno expulso cura ecclesiae Lugdunensis ei commissa est*[5], *Amalarius ecclesiae cantum ex opinione sua corrigere studuit. At Florus Lugdunensis diaconus, Agobardi discipulus, doctrinas Amalarii impugnare perrexit*[6] *et in concilio Carisiacensi a. 838. habito haereseos eum sine iusta causa accusavit. De ultimis Amalarii, hominis ut videtur, tumidi atque elati, fatis nihil memoriae proditur, at a. c. 850. inter vivos eum etiamnunc fuisse scimus*[7] *nec dubium est libros eius quamvis Lugduni damnatos inter aequales et posteros multum valuisse.*

De Amalarii persona magna dubitatio exorta est, cum plerique recentiores Sirmondo duce duos Amalarios, Trevirensem episcopum et Mettensem presbyterum, distinguendos esse existimarent, quibus nonnulli etiam tertium incertae sedis episcopum addere voluerunt[8]. *Nos quamquam non omnes difficultates tollere possumus, et in itinere Constantinopolitano*[9] *et in studio rituum ecclesiae aeque diligentissimo utriusque Amalarii nixi, cum patre Morin*[10] *unum tantum extitisse magis probamus. Qui in basilica S. Arnulfi Mettensi quidem sepultus est*[11], *sed utrum cum ecclesia Mettensi umquam artius coniunctus fuerit necne*[12], *pro certo affirmari non potest.*

Berolini anno 1896.

Ernestus Duemmler.

---

1) *De ord. antiphon. c. 58 (Bibl. patr. Lugdun. XIV, 1056):* Audivi illos canere in isto ordine, quando videbar puer esse ante Albinum doctissimum magistrum totius regionis nostrae. Cuius auctoritate delectatus et fretus postquam libertate usus sum *etc.; c. 67 (p. 1058):* Audivi illas *(sc. antiphonas)* canere Albinum doctissimum magistrum nostrae regionis, de quo saepe mentionem feci; *De eccles. off. l. IV c. 17 (p. 1198):* audivi cantari in vigiliis paschae in ecclesia Turonensi. 2) *De ord. ant. c. 58 (p. 1056):* Post hoc veniens Romam anno ab incarnat. Domini octingentesimo tricesimo primo indict. nona sub imperio domini et piissimi imperatoris Ludovici et apostolatu gloriosissimi apostolici Gregorii interrogavi de ordine responsoriorum *etc. (Hunc locum Simson, Ludw. der Fr. I, 294 n. 5 neglexit), cf. ibid. prologum (p. 1032):* Nam quando fui missus Romam a sancto .. imperatore Ludovico ad sanctum .. papam Gregorium de memoratis voluminibus; *c. 11 (p. 1040—1041). Eum semel iam Leone III. vivo Romae fuisse testatur ipse De ecclesiast. off. l. III c. 42; l. IV c. 40 (p. 1000. 1029).* 3) *Cf. de synodo Parisina et de legatione Constantinopolitana Simson Ludw. der Fr. I, 249—252, Mühlbacher Reg. N. 794.* 4) *Cf. epistolam eius cantoribus Lugdunensis ecclesiae missam, in qua Amalarii nomen tacetur (supra p. 232—238) et librum de correctione antiphonarii. Alterum libellum, cui de divina psalmodia inscribitur similis argumenti R. Mönchemeier (Amalar v. Metz p. 60—62) non Agobardo ipsi, sed Floro potius tribuere vult.* 5) *V. Mönchemeier l. l. p. 34.* 6) *Cf. libr. de psalm. div. l. l. (P f. 213):* Quia nuper stultus et improbus ipsaque stultitia et improbitate sua omnibus notus calumniator erupit, qui sanctam ecclesiam nostram, id est Lugdunensem, non solum verbo (verba *P*), sed etiam scriptis lacerare non cessat, quasi non recte nec more paterno, sive usu divinę decantationis sollemnia peragentem *etc. Alterum Flori libellum Amalarii errores castigantem Mönchemeier primus luci dedit (l. l. p. 235—254), tertius infra iterum edetur.* 7) *Mönchemeier l. l. p. 62. 63.* 8) *Cf. Simson l. l. I, 249 n. 2.* 9) *De off. eccles. l. II c. 1 (p. 967); c. 21 (p. 1045); IV c. 21 (p. 1016); Flori epist. infra ed., ubi Amalarius iactat* se fuisse Constantinopoli, se apud Histriam sive Lucaniam. 10) *Revue Bénédictine a. 1891 VIII, 433—442; IX, 337—351, cui repugnat Mönchemeier l. l. p. 259—261.* 11) *Necrol. Mett. (Forsch. zur Deutschen Gesch. XIII, 598):* III. Kal. Mai. Obiit Amalarius episcopus, *cf. Hist. liter. IV, 535.* 12) *De Amalarii origine Mettensi dubitavit R. Sahre l. l. p. XII—XVII. Morin eum clericum iuvenem multo ante a Leidrado episcopo vocatum ad ecclesiam Lugdunensem accessisse, ut psallendi ordinem ibi restauraret (EE. IV, 542) acute coniecit, sed in inimicitias Agobardo, Leidradi discipulo, cum Amalario intercedentes haec vix quadrant.*

1.

Carolus I. imperator Amalario episcopo Trevirensi mandat, ut baptizandi ritum
811—812 *sibi exponat*[a]. *811—812.*

Cod. Turic. pagi C. 102 s. X fol. 69, unde descr. Meyer de Knonau.

Edd. Alcuini opp. ed. Frobenius II, 520, Migne Patr. XCIX, 892, Jaffé Bibl. IV, 102. — Mühlbacher Reg. 461.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. KAROLUS SERENISSIMUS AUGUSTUS A DEO CORONATUS, MAGNUS PACIFICUS IMPERATOR ROMANUM GUBERNANS IMPERIUM, QUI ET PER MISERICORDIAM DEI REX FRANCORUM ET LONGOBARDORUM, AMALARIO VENERABILI EPISCOPO ETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Sepius tecum, immo et cum ceteris collegis, familiare conloquium de utilitate sancte Dei ecclesie habere voluissemus, si absque molestia corporali id efficere potuisset. Set quamvis sanctitatem tuam in divinis rebus tota intencione vigilare non ignoremus, omittere tamen non possumus, quin tuam devocionem sancto incitante Spiritu nostris apicibus conpellamus atque conmoneamus, ut magis ac magis in sancta Dei ecclesia studiose ac vigilanti cura laborare studeas in predicacione sancta et doctrina salutari, quatenus per tuam devotissimam sollerciam verbum vite eterne crescat et currat, et multiplicetur numerus populi christiani in laudem et gloriam salvatoris nostri Dei.

Nosse itaque per tua scripta aut per te ipsum volumus, qualiter tu et suffraganei tui doceatis et instruatis sacerdotes Dei plebem vobis commissam de baptismi sacramento. Id est: cur primo infans caticuminus efficitur, vel quid sit caticuminus. Deinde per ordinem omnia, que aguntur. De scrutinio: quid sit scrutinium. Et de simbolo: quid sit eius interpretacio secundum Latinos. De credulitate: quomodo credendum sit in Deum patrem omnipotentem et in Iesum Christum filium eius natum et passum et in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam[b] et cetera, que secuntur in eodem simbolo. De abrenunciacione satane et de omnibus operibus eius atque ponpis: quid sit abrenunciacio vel que opera diaboli et pompe. Cur exsufflatur vel cur exorcizatur. Cur caticuminus accipit[c] salem. Quare tangantur nares; pectus ungatur oleo. Cur scapule[d] signentur. Quare pectus et scapule[e] linientur. Cur albis induitur vestimentis. Cur sacro chrismate[f] caput perunguitur et mistico tegitur velamine; vel corpore et sanguine dominico confirmatur.

Hec omnia subtili indagine per scripta nobis, sicut diximus, nunciare satages; vel si ita teneas et predices, aut si in hoc, quod predicas, te ipsum custodias.

Bene valete et ora pro nobis.

2.

Amalarius episcopus Trevirensis Carolo I. imperatori de baptizandi ritu respondet. De suffraganeis suis verecunde addit[1]. *c. 811—812.*

Codd. Turicens. pagi C 102 s. X. fol. 70 (T), S. Galli 446 s. X. p. 147 (G). Extat etiam in cod. Christ. reg. 284 s. X. Partem posteriorem habet cod. lat. Monac. 13581 s. IX. (D) fol. 245—245'. Einsidl. 40 s. XI. p. 142.

Edd. Canis. Ant. lect. VI, 369—379 ex cod. Weingart., Quercetanus Alchwini opp. col. 1151—1162, Frobenius Alc. opp. II, 520—524, Gerbert Monum. lit. II, 264—269, Migne Patr. XCIX, 893—901, Jaffé Bibl. IV, 406.

1. a) *Lemma:* Interrogacio Karoli imperatoris *T.* b) cotholicam *C.* c) accepit *C.* d) spadule *C.* e) scabule *C.* f) chrimate *C.*

1) *Hanc epistolam Alcvino perperam attribuerunt Canisius et Quercetanus.*

GLORIOSISSIMO ET EXCELLENTISSIMO AUGUSTO A DEO CORONATO KAROLO[a] SERENISSIMO VITA SALUSQUE PERPETUA. c.811—812

Domine mi, christianissime imperator, misistis ad servulum vestrum inquisitiones, secundum vestram misericordiam de sacro baptismate per ordinem interrogantes, cur unaqueque[b] res agatur in baptisterio aut in scrutinio. Sicut in omnibus Christi exemplum sequimini, sic et in isto; qui[c] ad hoc interrogavit Philippum, ut doceret, dicens: 'Unde ememus panes, ut manducent hi?' Tamen ut evangelista ait: 'Ipse enim sciebat, quid esset facturus'. Ioh. 6, 5. 6.

Quamquam idoneus[d] non sim vestrę interrogationi[e] respondere, tamen inobedientem me non oportet esse, nisi omnibus sensibus et intellectu[f] meo vestris sanctis iussionibus optemperem[g]. Ideoque, quod conicere potuimus[h], scripsimus de his rebus, quas vestra dominatio interrogavit; et quod in promptu[i] invenimus in dictis sanctorum patrum, illuc magis aciem[k] mentis direximus ex his, quę ammonitioni vestrę congrua videbamus. Nos vero, quanquam ignari simus[l], non cessamus pro vobis et vestra misericordia, quam exercetis[m] in omnes Dei cultores, gratias Deo agere et stabilitatem atque[n] sapientiam inprecari vestro sancto regimini.

Quarum interrogationum prima hęc consistit: Cur infans catecuminus fiat ante babtismum? De catecuminis[o]: Scimus enim, excellentissime imperator, omnes homines sub iugo peccati teneri ab ipso articulo[p] nativitatis eius[q] ....

Haec, piissime imperator, causa oboedientiae[r] posuimus; quia dignum est vestrae voluntati omnibus viribus oboedire[s]. Tamen in omnibus his, quae diximus, parati sumus a vestris inclitis doctoribus corrigi et emendari.

De nostra credulitate haec dicimus et recipimus, quod Isaias[t] dixit: 'Verbum adbreviatum[u] faciet Dominus super terram'. Credimus deum [Patrem][v] unum vivum et verum semper esse inmutabilem, tamen mutabilia operantem[w] ...... Haec est, iustissime imperator, nostra credulitas, haec spes firma, hunc Deum amamus, quem ardentius amare desideramus. Rom. 9, 28.

Dixistis, serenissime auguste, velle vos[x] scire, qualiter nos[y] et nostri[z] suffraganei doceremus populum Dei de baptismi[a] sacramento[b]. Haec[c], prout potuimus, prelibavimus.

Suffraganeus est nomen mediae significationis. Ideo nescimus, quale fixum ei apponere[d] debeamus: aut presbiterorum aut abbatum aut diaconorum aut ceterorum[e] graduum inferiorum. Si forte episcoporum nomen, qui aliquando vestrae civitati[1] subiecti erant, addere debemus, oro, ut hoc[f] non inputet dominus servo suo, quia usque in presens tempus non sum ausus ea[f] attingere[g], quae nobis iniuncta non sunt[2]. Sed paratus sum omnium Christi servorum vestigia sequi. Et si forte presbiterorum supra dictum ordinem[h], docuimus illos et ammonuimus[i], ut sepe doceant[k] populum Dei, vana huius mundi derelinquere[l] et vere[m] caelestia petere.

Ex hoc, unde me coegit[n] vestra iussio[o] respondere, si in hoc quod predico me ipsum custodiam, ita respondeo: 'Oculi mei semper ad Dominum, quoniam Ps. 24, 15.

2. a) Carolo *Chr.* b) una quaque *T.* c) quia *T.* d) idoneus — respondere *in marg. suppleta G.* e) interrogacione *T.* f) intellectum *T.* g) obtemporem *T.* h) poimus *T.* i) prumptu *T.* k) acie *T.* l) scimus *T.* m) exceseris *T.* n) adque *T.* o) catecumino *G.* p) asticulo *T.* q) *ipsa responsa* de catechuminis, de scrutinio, cur in fronte faciamus signum *cet. omisi.* r) oboediencia *T.* s) obaudirę *G.* t) Esaias *G, D.* u) adbrevatum *T.* v) *om. G.* w) *cetera de hac re omisi.* x) nos *D.* y) etenim *add. D.* z) *om. D.* a) babt. *D.* b) sacramenti *D.* c) He *T.* d) aponere *T.* e) ceterum *T.* f) *om. T.* g) adting. *D.* h) *an* supra dictus ordo est? *J.* i) iam monuimus *T.* k) docean *T.* l) relinquere *G.* m) vera *T.* n) cogit *G.* o) vestrę iussioni me *G.*

1) *Trevirensi.* 2) *De his verbis cf. Hauck Kirchengeschichte Deutschlands II, 192 n. 3.*

c. 811—812 ipse evellet de laqueo pedes meos'. Sciat, domine mi, sanctissima gubernatio vestra
nulli me predicare, ut peccet[a], sed ut non peccet. Et tamen recolo[b] sententiam[c]
Iac. 3, 2. Iacobi apostoli, ubi ait: 'In multis enim offendimus omnes'. Cum summus Christi
loqueretur apostolus et premisit: in multis, subiunxit: omnes; ut tanto cautius se
inperfecti quique in agendo vel loquendo circumspexerint, quanto certissime cognoscerent, quia[d] nec perfecti quidem[e] boni et qui Spiritus sancti gratia duce incedunt,
huius vitę viam sine offensione[f] peccati alicuius transire[g] nullatenus possent. At-
1. Ioh. 1, 9. que[h] ideo docemus sic: 'Si confiteamur[i] peccata nostra, fidelis et iustus est, ut remittat
nobis[k] peccata nostra'; quia sine peccato in hac vita esse non possumus. Prima
salutis spes est confessio, nec quisquam se iustum putet et ante oculos Dei erigat
1. Petr. 4, 8. cervicem; deinde dilectio, quia: 'Caritas operit multitudinem peccatorum'.

3.

Carolus I. imperator Amalario episcopo Trevirensi de responso sibi super ritu baptizandi dato gratias agit. Ad sacram doctrinam urgendam hortatur. De ecclesiae Trevirensis suffraganeis se posterius statuturum esse[a]. *c. 811—812.*

Cod. Turic. pagi C 102 s. X. fol. 70, ex quo Meyer de Knonau descr.

Edd. Alcuini opp. edd. Froben. II, 524, Migne Patr. XCIX, 901, Jaffé Bibl. IV, 409. Mühlbacher Reg. 462.

IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. KAROLUS SERENISSIMUS AUGUSTUS, A DEO CORONATUS, MAGNUS PACIFICUS INPERATOR ROMANUM GUBERNANS IMPERIUM, QUI[b] ET PER MISERICORDIAM DEI REX FRANCORUM ET LANGOBARDORUM, AMALARIO VENERABILI EPISCOPO IN DOMINO SALUTEM.

Scripta nobis tua sanctitate directa[1] grata suscepimus dextera. Pro quo tibi laudes et gracias referimus; maxime quia, cum ipsam perlegere in presencia nostra fecissemus, catholicam et omni laude dignam[c] invenimus. Et hoc, quod nobis obediens fuisti et nostris iussionibus accelerare curasti, graciam agimus.

Quamvis enim tuam sanctitatem in spiritalibus et christianis doctrinis sollicitam esse non ignoramus, adhuc te admonemus et exortamur, ut magis ac magis in christiana doctrina et predicacione sancta omnes, qui sub tuo regimine consistunt et ad tuam diocessim pertinent, inbuere non graveris.

De episcopis suffraganeis ad ecclesiam Treforum[2], in qua Domino annuente te presulem esse voluimus[d], sicut anterius[e] nostram ordinacionem et disposicionem atque iussionem expectasti, volumus, ut, interim quod ad nostrum veneris[f] conloquium, ita expectes.

Ceteris vero gradibus, id est presbiteris diaconibus et omni clero vel plebi tue tibi conmisse, inter tuam parrochiam conmorantibus, cum omni devocione predicare et docere viam veritatis studeas.

Bene[g] vale et ora pro nobis.

---

a) peccetur *G.* b) recole *T.* c) sentententiam sancti *G.* d) qui *T.* e) qui idem *T.* f) offensionem *G.* g) transiere *D*, transigere *T.* h) Adque *T.* i) confiteamus *T.* k) a nobis *T.*

3. a) *Lemma:* Hec epistola missa est post lectam responsionem *T.* b) quia *T.* c) dignum *T.* d) volumus *T.* e) antenus *T.* f) veniens *T.* g) Benene *T.*

1) *ep. 2 supra. p. 242.* 2) *Trevirorum, cf. supra p. 243 n. 2.*

4.

Petrus abbas Nonantulanus Amalarium episcopum Trevirensem rogat, ut opuscula duo sibi mittat. *post 814 Ian.* post 814 Ian.

Codd. Turicensis C 102 s. X. fol. 76 (T), Monac. lat. 13 581 s. X. fol. 243 (D)[a].

Edd. Frobenius Alcuini opp. II, 519, Migne Patr. XCIX, 890, Jaffé Bibl. IV, 422.

DOMINO ET[b] VENERABILE[c] ET MIHI CUM SUMMO AMORE NOMINANDO AMALARIO PRESULI ALMO PETRUS INDIGNUS ABBA[1] IN DOMINO SALUTEM.

Notum sit venerabili almitati tuę, quia propiciante[d] Deo sani sumus et sedulo in pręcibus existentes[e] pro tua tuorumque sospitate. Et humili prece[f] tuam beatitudinem deposcimus, ut pro nobis apud Deum intercessor existes[g].

Et obsecramus tuam amabilem et inviolabilem caritatem, ut illum expositionis codicem, quem, dictante Spiritu sancto, corde[h] tuo in itinere[i] maris[2] exposuisti, nobis dirigere digneris ad augmentum[k] et statum sanctae ecclesiae nostrae; ut, qui legerint[l] et aedificati fuerint, pro te, beatissime pastor, Domino preces[m] fundant. Iterum obsecro de illa exposicione[n], quam ipse[o] de fide et scrutinio seu baptisma[p] imperante piae memoriae domno Karolo exposuisti[3], ut pariter dirigas.

Haec nostra postolacio[q] impleta, magnam te apud Deum mercedem invenire[r] credas et pro te plures oratores, et me indignos fratresque nostros in omnibus servientes, quicquid nobis tua veneranda almitas iusserit. Et nobis de sanitate tua queso[s] nunciare digneris.

5.

Amalarius episcopus Trevirensis Petro abbati Nonantulano mittit de 'officio quod agitur in missa' opusculum in navigatione scriptum, de ritu baptizandi librum ad Carolum I. imperatorem missum, duas Caroli epistolas, 'versus marinos'.

post 814 Ian.

Cod. Turicensis c 102 s. X. fol. 68 (T).

Edd. Frobenius, Alcuini opp. II, 519, Migne Patr. XCIX, 890. Jaffé Bibl. IV, 423.

DESIDERANTISSIMO ET REVERENTISSIMO AC SANCTISSIMO, IGITUR MERITO LAUDANDO PATRI ET FRATRI PETRO, GRANDEVO VENERABILI ABBATI MONASTERIO NONANTULE, AMALARIUS EXIGUUS IN DOMINO PERENNEM SALUTEM.

Nuperrime suscepi a vestra sanctitate directam[a] epistolam, plenam caritate et humilitate. In qua inter alia continebatur, ut meum — non tantum meum, sed et vestrum — quamvis parvum opusculum, quod inter equoreas cominationes cudimus, vestre celsitudini scriberem. In quo si quid dignum, si quid onestum, si quid racionale reperitur, non mee nempe[b] doctrine, sed vestre merito[c] sanctis precibus deputantur. Unde oro, sanctissime pater, quicquid in eo, temeritate mea faciente ac stulta presumcione, irracionabiliter scriptum est, per vestram prudentiam[d] correptionem[e] habere mereatur et nos indulgenciam apud omnes doctores. Scripsi enim, quicquid mihi videbatur iustum et honestum, non eo animo, ceu[f] valuerim omnem rectitudinem

---

4. a) *Lemma:* Epistola venerabilis abbati (abbatis *D*) Petri *T.* b) *om. D.* c) venerabili *D.* d) propit. *D.* e) pręcibus exsistentes *D*, existentibus *T.* f) precem *T.* g) exsistes *priore* s *del. D.* h) cordi *D.* i) re *in* it. *superscr. D.* k) aumentum *T.* l) legeriint *T.* m) praeces *D.* n) exposit. *D.* o) ipsa *T.* p) babtismo *D.* q) postulatio *D.* r) inveneri *T*, inveniri *D.* s) qui *T.*
5. a) directa *T.* b) nemppe *T.* c) meritos *T.* d) preudentiam *T.* e) corept. *T.* f) cecu *T.*

1) *Nonantulanus, 804—821, cf. Nomina abbat. Nonantulanor. (SS. rer. Langobard. p. 571); Mühlbacher Reg. N. 682.* 2) *Amalarium scimus una cum Petro abbate Nonantulano vere anni 813. a Carolo imperatore Constantinopolim missos esse annoque 814. paulo post imperatoris obitum rediisse; v. Annales Lauriss. mai. (ed. Kurze p. 137).* 3) *ep. 2 supra p. 242.*

post 814 Ian. presumpti operis indagare, sed ut tangerem meo incepto viros[a] industrios, qui facillime possent rei veritatem dilucidare eius, quam vehementer desiderabam.

Scripsi, ut nostis, quo illos[b] arbitrabar immitari, qui in choro stant et cantant intrante episcopo in ecclesiam, ut postea in sequenti opere demonstrabitur: que consencientia[c] esset nostro toto officio, quod agitur in missa, sive in psallendo, sive in situ, sive in qualitate, sive in quantitate cum nostris autenticis, quos omnis ecclesia colit; repputans apud me nihil statutum esse in ecclesia neque aput anticos patres neque apud recentiores, quod racione careat. Si enim gentiles argumentantur[1] ludos aliquos suos allegoricae promere — sicut alleatores, qui perhibent tribus tesseris suis tria tempora significari: presens preteritum et futurum, et vias eorum senario numero distingunt propter sex etates hominum — quanto magis christianam industriam ac rationem[d] sibi a Deo concessam[e] nullo modo excederet frustra aliquid statuere[f]. Non ideo exemplum de gentilibus posui[g], ut eos imitemur. Sed si illi hoc vel illud argumentantur[h] racionis, quanto magis totum, quod racionis est, christianus sequi
Luc. 16, 8. debet, qui summae racioni Deo se sponsorem facit. Non ideo Dominus vilicum iniquitatis laudatum esse dicit, ut illum imitaremur; sed si ille ex villicatu iniquitatis prudenter sibi in futurum providit, quanto magis oportet christianum ex iustis censibus adquirere, qui eum recipiant in eterna tabernacula.

Rogo, pater, ut non ad puplicas aures libellus noster mittatur[i], ne intrem in dentes obtrectatorum neque cacinnis superborum per auras resultans de humilima doctrina paupertatis nostre. Quoniam non me prefero magistrum[k] de hac scriptione, sed discipulum[l], inquirentem quod diligo scire.

Addidit[m] etiam sanctitas vestra in epistola commemorata scedas, quas legisti missas ad domnum Karolum imperatorem a nostra parvitate de scrutinio et baptisterio[2], predicto operi innectere. Quod non distuli[n], preponens illud; quoniam antea quisquis catetizatur[o] et baptizatur[p], quam perveniet ad sacros ordines.

Addidi etiam et ipsas epistolas, quas gloriosissimus[q] imperator memorativas[r] misit nobis; in prima[3] nos excitans ad id faciendum, in secunda[4] prebens auctoritatem operi facto.

Similiterque vos precor, ut non pigeat dilectionem vestram perlegere ea, que modo addimus et ille non legit; ut, sicut[s] que ipse legit, sic et hec, que vobis leguntur, ex vestra sancta auctoritate corrigantur que corrigenda sunt, et firmentur que firmanda[t] sunt. Mihique libuit vestram epistolam[5] operi vobis specialiter directo preponere cum versibus quibusdam marinis[6]. Vos enim meum nullum latere volo.

Pertractavi, postquam corpore sequestrati sumus, aliqua inquirere: de nocturnalibus officiis et de aliis, que in die aguntur; et de cena Domini et parasceue et sabbato sancto. Ad quod si vestre oraciones[u] me perduxerint, credo meis motibus adesse et adfuturam fore misericordiam Domini. Valete in Christo.

---

a) utros *T*, viros *coni. Frobenius.* b) quos illo *T.* c) conscientia *T.* d) orationem *T.* e) concessa *T.* f) fratuere *T.* g) posuit *T.* h) argumetantur *T.* i) mitatur *T.* k) magi nostrum *T.* l) dscipulum *T.* m) Adidit *T.* n) distulli *T.* o) catetiz . . r . tur *T.* p) baptizaur *T.* q) gloriosimus *T.* r) memoraturas *T.* s) *sequitur* ex ua; *cf. infra* ex vestra. t) firmenda *T.* u) oracionis *T.*

1) *Isid. Etymol. l. XVIII c. 64 (opp. ed. Arevalus IV, 411):* Quidam autem aleatores sibi videntur physiologice hanc artem per allegoriam exercere . . Nam tribus tesseris ludere perhibent propter tria seculi tempora praeterita praesentia et futura, quia non stant, sed currunt. Sed et ipsas vias senariis locis distinctas propter aetates hominum ternariis lineis propter tempora argumentantur. 2) *V. ep. 2 supra p. 243.* 3) *ep. 1 supra p. 242.* 4) *ep. 3 supra p. 244.* 5) *ep. 4 supra p. 245.* 6) *Hos versus post Frobenium edidi inter poetas Carolinos I, 426—428.*

6.

Amalherius abbas Hildvinum S. Dionysii abbatem de tempore ieiuniorum aliisque disciplinae ecclesiasticae quaestionibus consulit. post 814 *post 814.*

Cod. Einsidlensis 168 s. X. p. 134—160, de quo cf. Arch. VIII, 738; ipse contuli[a].

Ed. P. Gabriel Meier in Neues Archiv XIII, 308—323.

*MAGNIFICO VERE ET REVERENTISSIMO MAGISTRO, HUMILI ET EXCELLENTISSIMO PAPE, HILDVINO[1] GRATIA INENARRABILIS DEI PROVENIAT[b] IN OMNI INTROITU ET EXITU, USQUE DUM CONDATUR AD POPULUM SUUM. *p. 134.

Ó quam salutiferum et optabile est nautis[c] vallatis procellosis turbinibus et periculosissimis aequoris adprendere portum, ut evadant loetum[d]. Ita mihi, quotiescumque mentem fragilitatis meae quatiunt fluctus emergentes novarum rerum, vitale est, si potuero transnare ad gremium prudentiae vestre. Hic mihi portus est de omnibus questionibus insperate insurgentibus, si videro in eis vestrum[e] intellectum. Quod si forte non semper et per omnia presens est, quia sepius nubicula sollicitudinum temporalium obducit animum, ne clare aspiciat supernum et semper serenum lumen, est vobis locus a Deo et occasio data, ut quodcumque salubriter indagare coeperitis, adpre*hendatis, a terminis Histri fluminis usque ad mare Tyrrenum et usque ad fines *p. 135. Germaniae, a terminis maris Gallici, quod est inter Sardiniam et Baleares insulas, usque ad insulas Brittonum[f] et Scottorum. Oportet excellentiam vestram certare, ut amoveat errores nostros propter talentum acceptum.

Salventur animę nostrę per vestram correctionem, ut fruamini dicto: 'Quoniam Iac. 5, 20. qui converti fecerit peccatorem ab errore viae suae, salvabit animam eius (sive suam, ut alia translatio habet[g]) a morte'. Et reliqua.

Quamvis quatiar in multis presenti rota[h] nativitatis meae et innumeris, in promptu[i] operior dilucidari a vestra prudentissima indagatione de his, quę per loca in sequentibus titulabuntur.

Quando fui apocrisiarius, quamvis indignus, videlicet minimus a maxima potestate 813 in partibus Grecorum, audivi inter nostros, id est meos socios, et eos qui ad imperium Grecorum pertinent, diversa sentire de temporibus fixis apud nos sacrorum ordinum[k]. Ut repperi apud quendam archiepiscopum, ipso narrante, de civitate[l] Iadhare[2], sine aliqua observatione nostrę consuetudinis celebrant consecrationem sacrorum. Retulit[m], quomodo vellet aliquem diaconum promovere ad presbiteratus officium in vigilia paschę: ipso rennuente eodem tempore, promotus est in festivitate sancti Petri in loco, ubi Iun. 29. eram, vigilia memorata festivitatis sancti Petri. Erat quidem, ut retulit diaconus nobiscum qui veniebat, a partibus Romę, confirmans[n] se factum diaconum ab apostolico Leone[3]. Rogitavit me, ut in illo die proveherem illum. Ego ammodum *restiti et *p. 136. legato, qui me ducebat, et ipsi diacono, et vix evasi. Socii nostri Petrus abba[4] et sui monachi dissentiebant a meis in ordinatione primi mensis. Dicebant se velle habere duodecim lectiones secundum Romanum usum semper in prima septimana quadragesimę, in quocumque mense sive tempore mensis eveniret. Ego non habebam quid dicerem, nisi quod scriptum tenebam in nostris libris: 'primi mensis prima sabbati'. Cogitabam et me tenere Romanum usum, quia scripta, quę legi in Frantia, de

---

6. a) *Lemma:* Epistula Amalherii abbatis ad Hilduinum abbatem *E.* b) proveniet *E, corr. Wattenb.* c) nautos *corr.* nautis *E.* d) loeto *corr.* loetum *E.* e) vestrum *suppl. sec. man. E, post* intell. vestrum *deletum est.* f) Brettonum *corr.* Britt. *E.* g) habet *sec. man. E.* h) ta *suppl. sec. m. E.* i) promtu *corr. sec. m. E.* k) n *suppl. sec. m. E.* l) civitatis *E.* m) r *corr. in* R *E.* n) confirmas n *sec. man. superscr.*

1) *abbati S. Dionysii Paris. a. 814—c. 840., atque archicapellano a. 819—830.* 2) *Zara in Dalmatia.* 3) *III. 795—816.* 4) *Nonantulanus, de quo cf. supra p. 245 n. 1.*

post 814 eodem loco cogitavi advolasse. Etiam[a] hinc angebar amplius, quoniam audivi hic in isto palatio proferre tempore domni Karoli, quod consuetudo Romanę ecclesiae licentiam nobis daret in mensibus declaratis quattuor temporum per unamquamque sabbati duodecim lectiones et consecrationes caelebrare. Quos ego secutus olim, ita feci, suadentibus clericis ecclesiae Treforicę[1], insuper referentibus, quod Ricbodo[2] ita faceret necessitate cogente. In secundo mense, ubi scriptum est: 'secunda sabbati, tertia sabbati', causa necessitatis consecravi presbiterum, nesciens tamen, cur hoc facerem, nisi quia audivi ceteros ita fecisse, et cogitabam semper animo, quomodo potuisset fieri, quod sine ratione aliqua prętixi essent descripti dies, qui vulgo vocantur apud nos quattuor temporum. Modo video observare, ut scriptum est, illa tria tempora, nisi necessitas alias cogeret[b], id est quinti mensis secunda sabbati, septimi *p. 137. mensis tertia sabbati, *decimi mensis quarta sabbati, nisi aliquoties inpediat nativitas domini nostri Iesu Christi, et faciat in tertia sabbati celebrari. Sed in ancipiti tramite nuto de primo mense, qui aliquoties exercetur tali consecratione prima sabbati, aliquoties secunda sabbati.

Quid amplius dicam secundum arbitrium uniuscuiusque potestatem habentis. Quapropter precor nostrae parvitati intimari a vestra celsitudine, si simili modo licitum sit nobis ceteras festivitates mutare, quas tenemus a Romana consuetudine, sicuti est pascha, sicuti est quadragesimale tempus. Nam et de his refert tripertita historia in libro nono[c], capitulo XXXVIII.[3] aliquando ecclesiam dissonasse. 'Quidam', inquiens, 'observabant quarto decimum[d] diem, quidam sabbati[e] custodiebant, aliqui voluerunt Iudęos sequi in sacra festivitate, alii declinaverunt dicentes post aequinoctium caelebrari, dum sol esset in ariete'. Similiter et in ipso ieiunio ante pascha diversa sentiebant, ut in eodem libro et eodem capitulo refertur. Romani enim tres[f] septimanas ante pascha ieiunabant, preter sabbatum et dominicam, Alexandria sex, alii vero septem, et cetera multa diversa fuerunt. Quę omnia studuerunt sancti patres ad concordiam unius consuetudinis revocare, et si non per omnia regna, tamen in propinquis locis, utpote nos qui propinqui[g] sumus Romę atque in eodem regno sub beatissimo et piissimo principe Hludowico[4] quem Deus ita hic gubernet, ut hinc illum ciendo celestes cives cum *p. 138. gaudio suscipiant, et beato Petro principe apostolorum acciti[h] ad fidem, *merito eius ecclesie usum salubrem tenemus, cui ipse pręsedit. Nam Greci adhuc octo ebdomadas ieiunant, preter sabbatum et dominicam diem et solum sabbatum festivitatis paschę ieiunant, in memoratione luctus apostolorum, qui fuit tempore passionis Christi. Et legi in litteris Albini magistri, missis ad Karolum imperatorem[5] sanctę memorię, referendo de septuagesimo, quod audiret in coetu Romanę ecclesię quosdam ab illo tempore, id est septuagesimi numeri, olim orientales inchoasse ieiunium, quod fieri potest propter refectionem quintę ferię. Melciades[6], qui fuit XXXIII. a beato Petro ita: 'Ne[i] quinta feria ieiunium quis de fidelibus agat, quia in his diebus pagani quasi sacrum ieiunium celebrant'.

Quapropter non est alienum a fide, ut sicuti Greci octo ebdomadas ieiunant propter refectionem quintę ferię et sabbati, siquidem et nos non discrepamus[k] ab ipso ieiunio. Ieiunamus de alleluia VIIII ebdomadas. Ieiunium humilitatem significat[7], Ps. 34, 13. sicut dicitur in psalmo: 'Et humiliabam in ieiunio animam meam'. Humilior lingua

---

a) etiam *corr. in* Etiam. b) cogerit *sec. m. corr. in* -ret. c) octavo *E.* d) quartumdecimum *Cass.* e) sabbatum *Cass.* f) sex *Cass. (al. cod.* tres*).* g) pro *suppl. sec. m. E.* h) accidi *corr. in* acciti *E.* i) de *E, cf. Liber pontificalis XXXIII ed. Duchesne I, 168:* hic constituit, ut nulla ratione die dominico aut quinta *etc.* k) discrepemus *coni. Watt.*

1) *Id est Trevirensis. Cf. supra p. 244 n. 2.* 2) *archiepiscopus, 791—804.* 3) *Cassiodorus l. c. ed. Garet I, 323.* 4) *Pio, 814—840.* 5) *Alcvini epist. 143, E. IV, 225, quae extat in eodem codice.* 6) *Cf. Caroli M. epist. l. l. p. 229.* 7) *Cf. Augustini Ep. 36 c. 13 (opp. II, 73).*

latina greca. Antiqui etiam ciborum abstinentiam, ut refertur in suprascripto libro[1] post 814 et in eodem capitulo, non similem habebant. Nam alii ab animatis[a] abstinebant, alii tantummodo de animatis pisces comedebant; alii cum piscibus volatilia; alii abstinebant a caulibus et ovis; alii sicco pane vescebantur; alii ieiunabant usque ad horam nonam et sine discretione ciborum reficiebant. Et sicut in eodem libro capitulo XXXV.[b] legi, quando confitebantur peccata sua, non uno eodemque modo abstinentia[c] *agebatur[d]. *p. 139. Sic enim scriptum est[2]: 'At illi afflictionibus sponte vacantes, aut ieiuniis, aut abstinentia lavacri, aut suspensione ciborum, aut rebus aliis'. Quem usum videtur tenere ecclesia nostra propter communionem universalis ecclesiae, ut aliquo modo a licitis abstinendo cum universali concordemur, id est ab alleluia novem septimanas, concordando cum his, qui dicuntur ieiunare aut ieiunasse novem septimanas. Dictum est enim ieiunium humilitatem significare. Qua de causa humiliore glosa latina aperte ieiunium demonstratur in abstinentia alleluia. Ad id etiam valet, ut profusius ieiunium exprimatur circa ipsud tempus paschale, quando apostoli tristabantur et ipse Christus, sicut refert evangelium: 'Tristis Matth. 26, 38. est anima mea usque ad mortem', quod a sonoris campanis aereae[e] vocis aures ieiunant. Precellit enim aes ligno. Eodem enim signo ante Stephanum pontificem[3] per omnes horas consecratas colligebantur fideles ad ecclesiam. Quem usum Ilirici et omnis Gręcia adhuc observat[4].

Sane quia mentionem fecimus de septuagesimo, oportet dicere, cui numero occurrat, videlicet paschali, id est clauso pasche[5], a pascha Domini usque ad septimam sabbati sanctam, et eadem festivitas est secundum legem Mosaicam. Scriptum est in Exodo: 'Sollemnitatem azimorum custodies. Septem dierum comedes azima'. Et iterum Exod. 23, 15. in Levitico: 'Septem diebus azima comedetis. Dies primus erit vobis celeberrimus Lev. 23, 6. 7. sanctusque'. Et paulo post: 'Dies autem septimus erit celebrior et sanctior', *atque ib. 8. *p. 140. in nostra ecclesia pro uno die accipitur totum illud tempus. Qua de re cottidie cantamus: 'Haec dies' et cottidie dicimus in celebratione missae: 'In hac[f] potissimum die'. Ut diximus septuagesimus pervenit usque ad clausum pascha[g], sexagesimus usque ad medium, quinquagesimus usque ad primum, quadragesimus usque ad cenam Domini. Referri oportet, quid meae parvitati videatur in his terminis rationis haberi. Denarius quater ductus in quadragenarium surgit. Significat introitum vocati populi ad baptismum, quod demonstratur in libro Exhodi, ubi scriptum est: 'In introitu vero Ex. 27, 16. atrii'; et paulo post: 'Columnas habebit quattuor cum basibus totidem'. Quod ita intellegendum tradunt doctores ecclesie[6]: 'In introitu atrii quattuor sunt columnę, quia nonnisi per fidem et sacramenta evangelii, quę quattuor libris continentur, unitatem sanctae ecclesiae quis ingredi peterit. Unde pulcher in ipsa ecclesia mos antiquitus inolevit, [ut his][h] qui cathecizandi et christianis sunt sacramentis initiandi, quattuor evangeliorum principia recitentur ac de figuris et ordine eorum in apertione aurium suarum solerter erudiantur. Quo sciant exinde ac meminerint, qui et quot[i] sint libri, quorum verbis maxime in fide veritatis debeant erudiri. Decim enim verba legis in evangelio replicantur. Per quattuor evangelia docetur quisque auditor, ut habeat unius Dei notitiam et ipsum Deum non cogitet esse aliquam creaturam; ut *septimum diem *p. 141. sanctificet, id est ut in dono septiformis spiritus accepta remissione peccatorum quic-

a) n *superscr. est super* atis *E.* b) XXXVI *E.* c) *in ras. E.* d) agebantur *E.* e) areae *E.* f) in hac *suppl. sec. m. E.* g) pasche *corr. in* pascha *E.* h) ut his *om. E.* i) quod *corr. in* quot *E.*

1) *Hist. tripartit. L. IX. c. 38; Cassiod. ed. Garet. I, 348.* 2) *Hist. tripart. L. IX. c. 35; Cassiod. ed. Garet. I, 346.* 3) *an Stephanum IV 816—817?* 4) *Cf. Amal. de ecclesiast. off. l. IV. c. 21 (Bibl. patr. Lugdun. XIV, 1016):* adhuc iunior Roma, quae antiquis temporibus sub uno domino cum antiqua Roma regebatur, usum lignorum tenet, non propter aeris penuriam, sed propter vetustatem. 5) *Cf. EE. IV, 226 n. 1.* 6) *Beda de tabernaculo et vasis eius l. II, opp. ed. Giles VII, 314.*

post 814 scat a pravis tumultibus. Septem precepta, quae secuntur ad denarium perficiendum,
Ex. 20, 12. ubi est primum: 'Honora[a] patrem tuum', ad dilectionem proximi pertinent. In multis hominibus ante baptismum naturaliter inserta sunt, et si non sunt, hoc agitur in scrutinio ante baptismum ut inserantur[b]. Quaterno currente per denarium pervenitur ad baptismum[c]; scilicet per quattuor evangelia discendo, decim precepta legis intrat, vocatur ad sacramenta baptismi. Unde et mos antiquus obtinuit, ut qui corruperint baptismalem innocentiam, poenitentia afflicti eodem die, id est cena Domini, redirent ad reconciliationem episcoporum, ut penitentia mundati participes sint in pascha Domini ablutis unda baptismatis. Inter quintam et primam duo differunt. Habet enim duo catecuminus, quae differunt, secundum quod scriptum est in evangelio de caeco nato
Ioh. 9, 35. et inluminato a Domino. Dixit ei Dominus: 'Tu credis in filium Dei?' Ecce inlumi-
ib. 36. natos oculos habet. Ille respondit: 'Quis es domine?' In hac ignorantia ostendit se
cf. 1. Petr. 2, 3. nondum gustasse, quam dulcis est Dominus. Quoniam nondum est baptizatus, propterea non manducat carnem Domini. Quadragenario scilicet numero temporalis in hoc mundo cohabitatio demonstratur, quoniam quaternarius in XL numerus prevalet. Quattuor autem partes habet et annus et mundus. Iam in quinquagesimo intrabitur ad celestem
Phil. 3, 20. habitationem. De qua dicit Paulus: 'Nostra autem conversatio in caelis est'. Quin-
p. 141. quagesimus *pervenit usque ad primum pascha. Pascha transitus dicitur[1]. Factus
Ioh. 9, 36. 38. est iam transitus. Videamus, qualis. Ille qui dicebat Domino: 'Quis es, domine?' modo dicit: 'Credo domine', et adorat eum. Transitus iste de ieiunio transit ad cibum sumendum, scilicet corpus et sanguinem Domini. Quinque denarium multiplicando faciunt L. Nostra omnis remuneratio in denario consecrata est. Ipsumque denarium primo in baptismo possidemus. Sit homo exterior integer, qui constat
cf. Matth. 22, 37. quattuor elementis[2]. Fit interior integer ex trina dilectione, qua diligit Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota virtute. Ipse Deus trinitas est. Fabricata domus[d]
Ps. 32, 12. merito possidetur a fabricatore. Deus sedet in hereditate sua. Dicit propheta: 'Beata gens cuius est dominus Deus eius, populus quem elegit in hereditatem sibi'. Quinque sensus carnalis hominis, qui ducebantur per diversas cupiditates huius mundi, iam coniuncti sunt denario interiori, ut eodem currente per denarium perveniant ad quin-
cf. Num. 36, 4. quagesimum sempiternum, scilicet iobeleum annum, qui plenissime reddetur in resurrectione sanctorum. Post ea sexagesimus occurrit medio pasche, ubi senarius coniunctus est denario, ut sciat quisque fidelis non debere vacare[e] domo mundata scopis et digna facta habitaculo. Senarius enim numerus perfecta opera demonstrat, quoniam ipse suis partibus compositus primus perfectus est[3] et in sex diebus Deus opera sua fecit, et ibi similiter duo differunt inter primam feriam et quartam feriam; distat enim resurrectio nostra a resurrectione Domini: Illa clarificata est naturaliter, nostra vero
*p. 143. *per gratiam. Deinde per septuagesimum pervenitur ad clausum pascha, in quo baptismi celebratio finitur. Denarius currens per septenarium septuaginta facit. Spiritus
Isai. 11, 2. 3. sancti[f] dona in scripturis septenario precipue numero commendantur, sive apud Esaiam
Apoc. 1, 4. sive in Apocalipsi[g], ubi apertissime septem spiritus Dei perhibentur propter operationem septinariam unius eiusdemque spiritus. Deus enim, qui nos fecit suam domum in primum pascha, et precepit operari perfecta opera in medio pascha, ipse effectum operationis tribuit in clauso pascha. Sicut bonus dominus, qui fabricat domum, ponit

---

a) ho[no]ra *E.* b) ut[in]serantur *E.* c) pabtismum *E.* d) domo *corr. in* domus *E.* e) vocare *corr.* vac. *E.* f) sanctus *E.* g) appocalipsi *uno* p *del. E.*

1) *Isid. Etym. VI, 17, 11, opp. ed. Arevalus III, 272:* a transitu hebraeo verbo pascha appellatum. 2) *ib. XI, 1, 16, opp. IV, 3:* Caro autem ex quatuor elementis conpacta est. 3) *Cf. Isid. Etym. III, 4, 2, opp. III, 121:* Senarius namque numerus, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri significatione declarat; *August. de civit. Dei l. XI c. 30, opp. VII, 296.*

in[a] ea custodes, ut tueatur a furibus, et dat semen seminanti, unde in futuro capiat fructum. Et hic similiter duo differunt inter quartam feriam et septimam. Septem ebdomadarum ieiunium Telesforus, nonus a beato Petro principe apostolorum, sanxit[1]. De sex nullus dubitat, quin ipsius ecclesiae consuetudo[b] sit, exponente beato Gregorio de XXXVI diebus, qui in sex septimanas exceptis dominicis continentur. Unde miror, quia dicit in omelia sua[2] non plus esse in abstinentia quam XXXVI dies, cum si quis inchoaverit ieiunium secundum constitutionem antiphonarii et missalis, qui eius nomine titulatur, dies XL habeat in abstinentia. Non enim possumus vere dicere, quod non esset quadragesimus hic ante sanctum Gregorium, cum Augustinus dicat[3], qui pręcessit sanctum Gregorium, ut XL illi dies ante pascha observentur, ecclesiae *consensio[c] roboravit. Ut finem huic dubitationi meae vestra prudentia imponat, obnixe posco. post 814 *p. 144.

Ista prelibata, quae in itinere occurrerunt, tempus est, ut de metatu cogitem. Firme teneo, quod nihil subsicivum a patribus sanctis constitutum sit, sed omnia ratione dignissima, et nihil in ecclesia frequentetur, quod non sit tritum eorum vestigiis. Qua de re vestram auctoritatem operior de duodecim lectionibus primi mensis, pro quibus istę litterae scriptę sunt, ut ipsam constituat[d] in portum tutissimum. Promam tamen, quamvis presumptiose, quod mihi videtur posse[e] congruere presenti rationi, non pręponendo potiori. Quod si probabile est, oro, probetur per vos; si corrigendum est, corrigatur per vos[f]. Ipsa enim consecratione hoc agitur, ut homo Deo coniungatur. Respondente Gregorio interrogationi Augustini, ubi interrogavit[4], si propter longinquitatem itineris unus episcopus ordinare posset. Illo respondente, si difficultas esset aliorum episcoporum, posse; sin autem, essent tres aut quattuor. Qua de causa ita inquit[5]: 'Nam in ipsis rebus spiritalibus, ut sapienter et mature disponantur, exemplum trahere a rebus carnalibus possumus. Certe enim, dum coniugia in mundo celebrantur, coniugati quique[g] vocantur, ut qui in via iam coniugii pręcesserunt, in subsequentis[h] quoque copulę gaudio misceantur. Cur non ergo et in hac spiritali ordinatione, qua per sacrum *ministerium homo Deo coniungitur, tales conveniant, qui vel in profectu[i] ordinati episcopi gaudeant, vel pro eius custodia omnipotenti Deo preces pariter fundant. *p. 145. Primi[k] apostolici semper in Decimbrio mense, in quo nativitas domini nostri Iesu Christi celebratur, consecrationes ministrabant usque ad Simplicium[6], qui fuit a beato Petro[l] quadragesimus nonus[m]. Ipse primus sacravit in Februario, ni fallor, nullam ob aliam causam, nisi intimando, coniungendos propinquius Christi corpori, qui per sacrum ministerium provehuntur. Quinquagesimus primus Gelasius secundo in eodem, quinquagesimus tertius Simmachus in eodem similiter, quinquagesimus sextus Felix quartus in eodem, et ipse primus in Martio. Gregorius, qui fatus est omelias evangeliorum numero quadraginta, et explicuit Iob et ceteros quam plurimos libros, sexagesimus sextus ordinavit in quadragesima et primus in Septimbrio; Leo iunior octogesimus secundus primus in Iunio. Omnes hos menses consecratos ab eisdem apostolicis viris illorum consecratione videmus. Nescio quis titulum fecisset, quem habemus, quod oppido[n] opto scire per vos. Si de Gelasio agitur, Gelasius nam-

---

a) in *sec. man. E.* b) consueto ud *sec. m. superscr. E.* c) con consensio *E.* d) *in ras. sec. man. corr. E.* e) posse posse *uno del. E.* f) si *corr.* — vos *suppl. sec. man. in marg. E.* g) *man. sec. suppl. E.* h) subsequentes *corr.* -tis *E.* i) profecto *corr.* -tu *E*, provectu *Beda.* k) primi *corr.* Primi *E.* l) betro *E.* m) quadragesimum *corr. in* quadragesimus nonus *E.* n) opido p *superscr. E.*

1) *Lib. pontific. ed. Duchesne I, 129.* 2) *In Evang. L. I, Hom. 16. ed. Bened. I, 1494. 1495; cf. EE. IV, 228 n. 3.* 3) *Sermo CCX cap. VI § 8, opp. ed. Benedict. V, 930.* 4) *Cap. 6, Bedae Hist. eccles. I, 27, ed. Holder p. 40; Reg. XI, 56a, EE. II, 336.* 5) *Cap. 6, Bedae Hist. eccles. I, 27, ed. Holder p. 41; Reg. XI, 56a, EE. II, 336.* 6) *Cf. de sequentibus lib. pontific. ed. Duchesne I, 249. 255. 263. 279. 312. 360.*

[post 814] que in Februario[a] consecravit, et post illum Simmachus et Felix. Unde apparet a modernis tenor observatus, quem nos hodie tenemus. In quo quid mihi veri simile videatur, monstrabo, ut dixi, vestrae solertię. Hoc est in singulos articulos Christi [*p. 146.] genealogiae tangant. Et merito, quia, ut protulit sanctus Grego*rius [1], Deo homo coniungitur per sacrum ministerium. Scimus enim per L et duas ebdomadas extendere solem[b] cursum suum. His tripertitis per tres tesserecedecades, fiunt ebdomadę [Matth. 1, 17.] XL duae. Tot sunt generationes secundum Matheum Christi cum ipso. Tot enim ebdomadę inveniuntur a prima sabbati primi mensis usque ad quartam sabbati decimi mensis. Inter finem decimi mensis quarta sabbati et initium primi mensis prima sabbati decim ebdomadę supersunt. Haec mihi videtur ratio, ut prima sabbati primi mensis, quod est initium XIIII ebdomadarum, quasi in loco Habrahę coniungantur per sacrum ministerium Deo fideles. Et in quarto mense secunda sabbati, quod est initium secundi catalogi[c] quatuordecim ebdomadarum, similiter coniungantur quasi in loco David. In Septimbrio tertia sabbati, quod est initium tertii catalogi[c], quasi [Ier. 37, 1.] in loco Iechoniae Deo coniungantur[d], et habent finem in ipsa nativitate Christi, ubi aliquando in tertia ebdomada finiuntur propter anticipationem nativitatis Domini, aliquando in quarta propter tarditatem. Neque hoc sine ratione est, quia si[e] conputatur [Matth. 1, 12.] catalogus[d] novissime tesserecedecatis[f] et semel computetur Iechonias, non amplius inveniuntur cum ipso Christo, quam tredecim. Si ipse bis computetur, quattuordecim inveniuntur. Quattuordecim ebdomadę sunt a prima sabbati usque ad quarti mensis secundam sabbati; similiter ad septimi mensis tertiam[g] sabbati. Dein iterum quattuor- [*p. 147.] decim usque ad quartam sabbati decimi mensis. *Congruunt sibi tempora annorum et statio memoratorum optimatum. Abraham radix pululat[h] totius ecclesiae, cui dictum [Gen. 12, 3.] est: ‘In te benedicentur omnes gentes terre’, quasi primus mensis anni, quando incipit terra germinare[i] foetus suos. David Iunio congruit, qui ęstate fit, per quam [Matth. 13, 20. 21.] designatur fidei persecutio, Domino manifestante, qui interpretatus est semen iactatum in petrosam terram et solis ortu ęstuans persecutionem et tribulationem significare. Ut omnibus liquet, David sepissime persecutus est a Saule et, in regno constitutus, ab Absalon filio suo. Iechonias Septimbrio, quando tempus mite est, iam[k] superato populo Israhel, et in captivitatem ducto, non seviebat furor Chaldeorum[l], sicut eo tempore, quando erant in fronte duelli. Christi adventus Decimbrio, quando tempestates et turbines sęculi incumbunt. Magna tempestas circa Hierusalem erat eo tempore, quando in finibus Beniamin et in toto Iuda occidebantur parvuli innocentes a funesto [Act. 8, 1.] Herode. Eodem tempore lapidatus est Stephanus et omnes discipuli dispersi sunt per regionem. Haec distantia fixa ebdomadarum pro captu meo monstravi magistro; ipse ponat lineam, ubicumque anfractum viderit, poliet. Nunc tangor, ut dicam cur duodecim dies currant per ternarium numerum divisi memoratis mensibus. Dixissem de [Zach. 8, 19.] ieiunio constituto a propheta Zacharia quarti mensis, quinti mensis, septimi mensis, [*p. 148.] decimi mensis, si idem ordo servaretur apud nos. *Nunc quia[m] mutati sunt menses, oportet considerare quod in manu tenemus. Adversarius noster diabolus semper est [Ap. 9, 15.] paratus ad decipiendum nos, sicut legimus in apocalipsi Iohannis: ‘Et soluti sunt’, inquiens, ‘quattuor angeli, qui parati erant in horam et diem et mensem et annum, ut[n] occiderent[o] tertiam partem hominum’ id est sunt maligni spiritus parati, qui singulis horarum et temporum momentis humanam esuriunt mortem. Quapropter patres

---

a) in bruario fe *superscr. E.* b) sole in *E.* c) cathalogi h *eraso E.* d) coniugantur *E.* e) quasi *corr. in* quia si *E.* f) tesserecedechatis h *deleto E.* g) tertia *E.* h) polulat *corr.* pul. *E.* i) geminare r *superscr. E.* k) nam *corr. Watt.* l) chadeorum l *superscr. E.* m) qua *corr. in* quia *E.* n) et *corr. in* ut *E.* o) occident *sec. m. corr. in* occiderent *E.*

1) *Cf. supra p. 251 v. 28.*

nostri scuta apta paraverunt contra eorum iacula, ut strictim dicam de horis et die et (post 814) intellegatur nullum aditum apertum diabolo derelictum. Sunt equinoctiales noctes duodecim horarum et dies similiter duodecim. In nocte XII psalmos habemus, unumquemque psalmum per singulis horis. In die similiter, quamvis unus psalmus cantetur, tamen totidem invenitur divisus, cum primo: 'Deus in nomine tuo'. (Ps. 53, 1.) Excipitur matutinale, quod recto ordine mutato[a], id est aurora surgente, canitur, (unde et ethimologiam habet) et vespertinale officium, quę in numero psalmorum propriam rationem habent. Completorium, quod celebratur secundum Romanum usum, quattuor psalmis quattuor vigilias custodit noctis. Unde dicitur in evangelio: 'Quarta autem vigilia (Matth. 14, 25.) noctis'. Per singulas dominicas XVIIII psalmi frequentantur. Tot enim habet horas longissima nox. Ignotum est mihi, cur in festivitatibus sanctorum et in nativitate Domini novem canantur, et tres in ebdomada pascali, quod valde desidero per vos invenire.

*Hac de causa ut reor pro singulis mensibus singulos dies patres nostri con- (*p. 149.) stituerunt in abstinentia. Ipsaque tempora apta sunt nostro corpori, quod constat ex aere et igne et terra et aqua[1]; aer namque humidus et [calidus verno][b], calidus et siccus aestati; terra sicca et frigida autumno[c]; aqua frigida et humida hiemi[d][2]. Propterea dictus est homo minor mundus. Fas est consentientibus[e] nobis supradictis qualitatibus atque faventibus ad peccandum, videlicet aere, igne, terra et aqua, ut potius oboediant ad luenda peccata, scilicet in verno, aestate, autumno[c] et hieme. Martius ad vernum pertinet, Iunius ad aestatem, Septimber ad autumnum, December ad hiemem. Id ipsum demonstravit sanctus Gregorius in omelia sua dicens[3]: 'In hoc enim mortali corpore ex quattuor elementis subsistimus, et per voluptates eiusdem corporis preceptis dominicis contraimus[f]'. Et paulo post: 'Qui[g] ergo per carnis desideria decalogi mandata contempsimus, dignum est, ut eandem[h] carnem quater decies affligamus'. Sicut enim idem beatus papa docuit[4] decimam[i] anni solvere per dies quadragesimales, ita docemur in oratione quattuor temporum commissa uniuscuiusque mensis generaliter deflere. Altiore sensu dicam de singulis temporibus seorsum. In unoquoque tempore hoc agitur in consecratione, ut perveniatur ad gradum presbiteratus[k]. Tres namque dies ac noctes habent horas LXX duas. Sol iste visibilis omnes mundi partes in LXX duabus horis supra *infraque lustrando tribus vicibus circuit. (*p. 150.) Hore LXX duę LXX duos discipulos figurate demonstrant, qui et ipsi ad predicandum (Luc. 10, 1.) verbum sunt missi[l] a Domino; gradum sacerdotii minoris, qui presbiteratus vocatur, sua electione signarunt. Unde merito ieiunium triduanum illo in tempore agitur, quo digni fiant sacrandi ad merita LXX duorum discipulorum pervenire. Et hoc fiat quater in anno, quia quattuor[m] sunt plagę mundi, in quibus consecratio celebratur. Et quattuor sunt tempora, quę sol iustitiae sua luce inradiat, ad exemplum solis mundani, qui per menses[n] XII signiferum lustrare circulum et totum ambire consuevit. Nam et quattuor ordines in rationali, quod erat in pectore (Exod. 39, 9–14.) summi pontificis, qui ternos habebant lapides, congruunt anni vertentis ordini, qui per ternos menses in quattuor tempora distinguitur. Annus Domini, quem sol iustitię per cuncta tempora nostra inlustrat, ipse est, de quo Esaias pręcinebat dicens: 'Ut pre- (Isai. 61, 2.)

a) mutata *E.* b) cal. verno *om. E.* c) autummo *E.* d) gemi *corr. in* hiemi *E.* e) -nti *in ras.* f) contrahimus *E.* g) quia *Greg. l. c.* h) eundem *E.* i) decinam *corr. in* -mam. k) presbiteratum *corr.* -tus *E.* l) amissi *corr. in* missi *E.* m) quatuor t *superscr. E.* n) mensis *corr. in* -ses *E.*

1) *Cf. Isid. Etym. XI, 1, 16, supra p. 250 n. 2.* 2) *Amal. de eccles. off. l. II c. 2 (p. 968):* De ieiunio annuo quatuor temporum. Ver est calidum et humidum .... Aestas sicca est et calida .... in autumno qui est humidus et siccus .... in hieme quae est frigida et humida. 3) *In Evang. I. Hom. 16 § 5, ed. Bened. I, 1494.* 4) *ibid.:* quasi anni nostri decimas Deo damus.

post 814 dicarem annum placabilem Domini et diem ultionis Deo nostro'. Dicam et alio modo
quo perveniatur ad culmen apostolicum. Duodecim menses duodecim apostolorum
Ap. 22, 2. doctrinam possumus intellegere. Unde scriptum est in apocalipsi: 'Ex utraque parte
fluminis lignum vitę afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum
suum'. Per doctrinam duodecim apostolorum crux Christi fructificat, de qua descendit
*p. 151. sanguis et aqua, quod nos redimendo *et abluendo, cottidie facit crescere in augmen-
Exod. 28, 17–21. tum[a] corporis Christi. Ipsi sunt duodecim lapides, qui tipice portabantur[b] in pectore
Aaron quadripertito ordine, sicuti quadripertita sunt tempora, scilicet in unoquoque
versu tres[c] lapides, ut in unoquoque tempore tres dies. Erant in rationali duodecim
lapides cum inscriptis nominibus XII patriarcharum; singuli autem lapides singulis
patrum nominibus inscribuntur, dum sanctorum vitam rector inspiciens, qui quibus
maxime virtutum operibus floruerint, sedula inquisitione scrutantur. Et haec cuncta
in abditis sui pectoris meditando colligere atque operando proferre satagit. Decorem[d],
quem operatus est nitor gemmarum in pectore Aaron, operetur in nostro sobrietas
ieiuniorum. Quod vero diversi generis lapides idem inscripti[e] sunt, denuntiat figurate,
quia multiplex est varietas in gratia bonorum operum, quibus pręfata sanctorum fides
et spes et caritas confirmata refulget. Diversa etenim sunt nostra quattuor[f] tempora,
sicuti prędiximus. Quattuor namque ordines gemmarum habet in pectore sacerdos,
quando omne quod cogitaverit, iustitia eximium, prudentia circumspectum, temperantia[g]
a malis omnibus secretum, fortitudine fuerit firmum. Quamquam iste virtutes singulo-
rum corda sanctorum suo fulgore ornent, et precipue dominicum, qui est fons omnium
virtutum et in quo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.

*p. 152. *Tamen coaptando convenientia presenti structurę ponam singulas singulis cor-
Iac. 2, 23. dibus, adiuvante nos scriptura. Iusticia in Abraham, de quo legitur: 'Credidit autem
1.Reg. 18, 14. Abraham Deo et reputatum est illi ad iustitiam'; prudentia David, de quo legitur: 'In
omnibus quoque viis suis David prudenter agebat et Dominus erat cum eo'. Et iterum:
ib. 30. 'Prudentius se agebat David, quam omnes servi Saul'; temperantia[h] in Iechonia, in
Ier. 37, 1. quo omnis voluptas extincta erat in captivitate; fortitudo in tempore Christi, quando
fortis diabolus a fortiore Christo et eius corpore devictus est. Unde et Gabrihel, qui
fortitudo Dei dicitur[1], missus perhibetur ad Mariam. De quo tempore specialiter
Matth. 11, 12. dictum est: 'A diebus Iohannis regnum cęlorum vim patitur et violenti rapiunt illud'.
Supradicti ordines ternas habent gemmas, cum eadem iustitia, prudentia, temperantia[h],
fortitudo, sanctę Trinitatis fuerint fide consecrata. In unoquoque tempore nostro
quattuor temporum tres dies sunt ieiunii. Deo enim, sanctę Trinitati, coniunguntur
per sacrum ministerium fideles, ut dictum est. Possumus sane in vario decore lapi-
dum spiritalium accipere carismata virtutum ac miracula sanitatum. De quibus ipse
ib. 10, 8. Dominus apostolis: 'Infirmos', inquit, 'curate, mortuos suscitate, leprosos mundate,
doemones eicite'. Que[i] omnia haec oportet agere in nomine sanctę Trinitatis. Vere
*p. 153. sive hoc sive illud *sive utraque designent, recte duodenarius in rationali numerus
fieri precipitur, ut eorum solummodo actus et miracula, qui apostolice fidei et caritatis
unitatem sequuntur, accepta Deo esse noverimus. Quod sequitur nostra consuetudo
in temporibus. Hoc totum ideo dixi, ut recordemur qui Abraham filii[k] sumus, et con-
secrationis donum accipimus, apostolorum conversationis et meriti. Ut, sicut in
memoratione dominici ieiunii XL dies ieiunamus, ita in memoratione apostolici[l]
ieiunii XII.

---

a) agmentum *E.* b) portantur ab *superscr. E.* c) cres *corr. in* tres *E.* d) decorum *corr. in* -em *E.* e) inscripta *corr. in* -ti *E.* f) quatuor t *superscr. E.* g) temporantia *corr. in* -er *E.* h) temporantia *E.* i) Quia *corr. Meier.* k) fili *E.* l) dominici ap. *E.*

1) *Isid. Etym. VII, 4, 10, opp. III, 314:* Gabriel hebraice in linguam nostram convertitur fortitudo Dei.

post 814

Nunc oportet dicere de diebus fixis ieiuniorum, id est quarta feria et sexta et sabbati. Sanctus Augustinus ita refert de quarta feria et sexta ad Casulanum presbiterum[1]: 'Cur autem quarta et VI. maxime ieiunet ecclesia, illa ratio reddi videtur, quod considerato evangelio, ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, consilium repperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Iudęi. Intermisso autem uno die, cuius vespera Dominus pascha cum discipulis manducavit, qui finis fuit eius diei, quem vocamus quintam sabbati, deinde traditus est ea nocte, quae iam in[a] sextam sabbati, qui dies passionis eius manifestus est, pertinebat. Hic dies primus azimorum fuit a vespera incipiens. Sed Matheus evangelista quinta[b] sabbati dicit fuisse primum[c] diem azimorum; quia eius vespera consequente[d] futura erat caena paschalis, qua coena incipiebat azimum et ovis immolatio manducari. Ex quo colligitur quartam sab*bati (*p. 154.) fuisse, quando ait Dominus: 'Scitis quia post biduum pascha fiet et filius hominis tradetur ut crucifigatur' (Matth. 26, 2.). Ac per hoc dies ipse ieiunio deputatus est, quia sicut evangelista sequitur et dicit: 'Tunc congregati sunt principes sacerdotum et seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas, et consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent et occiderent' (ib. 26, 3. 4.). Intermisso autem uno die de quo dicit evangelium: 'Prima autem azimorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere pascha?' (ib. 26, 17.) hoc ergo die intermisso, passus est[e], quod nullus ambigit, sexta sabbati; quapropter et ipsa sexta recte ieiụnio deputatur'. Huc usque Augustini. De eisdem[f] feriis ita refert tripertita historia[2]: 'In Alexandria quarta et sexta feria scripturę leguntur, easque doctores interpretantur et omnia fiunt preter sollemnem oblationis[g] morem'. De sabbato ita scriptum est in libro episcopali[3] de Innocentio papa: 'Hic constituit sabbato ieiunium celebrare, quia sabbato Dominus in sepulchro[h] positus est et discipuli ieiunaverunt'. Unde et ipse refert in decretalibus[4]: 'Sabbatum vero esse ieiunandum[i], ratio evidentissima demonstrat' et reliqua quae secuntur. Et paulo post: 'Nam utique constat apostolos biduo isto, id est sexta feria et septima, in tristitia[k] et in merore fuisse et propter metum Iudęorum se occuluisse. Quod utique non dubium in tantum eos ieiunasse biduum memoratur, ut traditio[l] ecclesie habeat isto biduo *sacramenta penitus non celebrari, quae forma utique per singulas (*p. 155.) tenenda est ebdomadas' et cetera. Ubi datur intellegi non missam eos celebrasse in supra dictis diebus per annum, sicut nos hodie non cęlebramus in parasceue et in sabbato sancto. Quod aperte demonstrat tripertita historia in libro nono[5]: 'Nam dum', inquiens, 'per ecclesias in universo[m] terrarum orbe constitutas, die sabbatorum per singulas ebdomadas sacrificia celebrentur[n], hoc in Alexandria, et in Roma, quadam[o] prisca traditione non faciebant'. Et in eodem sequitur: 'Rome sabbata universa ieiunant'.

Cum superius scriptum sit, quod tres ebdomades ieiunarent ante pascha preter dominicam et sabbatum, vere possumus intellegere, quod primo non ieiunabant et postea constitutum fuit ieiunium. Ponamus de eodem ieiunio verba sancti Augustini[6] ad memoratum Casulanum: 'Sabbatum, quo die caro Christi in monumento requievit, sicut in primis operibus mundi requievit Deus illo die ab omnibus operibus suis. Hinc exorta est ista in regia illa veste[p] varietas (cf. Ps. 44, 10.), ut alii, sicut maxime populi orientis, propter requiem significandam mallent relaxare ieiunium, alii propter humilitatem mortis Domini ieiunare, sicut Romana et nonnullae[q] occidentis ecclesie. Quod quidem uno die, quo pascha celebratur, propter renovandam[r] rei geste memoriam, qua[s] discipuli humanitus mortem Domini doluerunt, sic ab omnibus ieiunatur, ut etiam illi sabbati ieiunium devotissime celebrent, qui cete*ris (*p. 156.) per totum annum sabbatis pran-

a) ad *Aug.* b) quintam *August.* c) primam *August.* d) sequente *August.* e) dominus *Augustin.* f) eiusdem *E.* g) oblationes *corr. in* -nis *E.* h) sepuchro *E.* i) ieiunando *corr. in* -dum *E.* k) tristicia *corr. in* -tia *E.* l) raditio t *superscr. E.* m) uno verso *corr. in* universo *E.* n) celebrarentur *E.* o) quedam a *superscr. E.* p) vesci *E.* q) nonnulli *E.* r) eandam *in ras. E.* s) quia *E.*

1) *Ep. 36 cap. 13, § 30, edit. Benedict. II, 80.* 2) *L. IX. c. 38; Cass. ed. Garet. I, 348.* 3) *ed. Duchesne I, 222.* 4) *Ep. ad Decentium ep. Eugubinum c. 4 § 7, ed. Schoenemann p. 609.* 5) *L. IX c. 38, ed. Garet. I, 348.* 6) *L. l. c. 13. 14, § 31. 32, col. 80—81.*

post 814 dent; utrumque videlicet significantes, et in uno anniversarii die luctum discipulorum et ceteris sabbatis quietis bonum. Duo quippe sunt, quae iustorum beatitudinem et omnis miserię finem sperari faciunt, mors et resurrectio mortuorum. In morte requies est, de qua dicitur per prophetam: Isai. 26, 20. 'Plebs mea, intra in[a] cellaria tua, abscondere pusillum, donec transeat ira Domini.' In resurrectione autem in homine toto, id est in carne et spiritu, perfecta felicitas. Hinc factum est, ut horum duorum utrumque non significandum putaretur labore ieiunii, sed potius refectionis hilaritate, excepto paschali uno sabbato, quod discipulorum[b], sicut diximus, luctus propter rei geste memoriam fuerat ieiunio prolixiore signandus. Sed quoniam non invenimus, ut iam supra commemoravi, in evangelicis et apostolicis litteris, quę ad novi testamenti revelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus evidenter preceptum observanda esse ieiunia, et ideo res quoque ista, sicut aliae plurimę, quas enumerare difficile est, invenit in veste illius filiae regis, hoc est ecclesię[c] varietatis locum. Indicabo tibi, quid mihi de hoc requirenti responderit venerandus Ambrosius, a quo baptizatus sum, Mediolanensis episcopus. Nam cum in eadem civitate mater mea mecum esset, et nobis adhuc cathecuminis parum ista curantibus, illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem *p. 157. nostrae civitatis *sibi esset sabbato ieiunandum, an ecclesiae Mediolanensis more prandendum; ut hac eam cunctatione liberarem, interrogavi hoc supradictum hominem Dei. At ille: 'Quid possum, inquit, hinc docere amplius, quam ipse facio?' Ubi ego putaveram nihil eum ista responsione precepisse, nisi ut sabbato pranderemus; hoc quippe ipsum facere sciebam; sed ille secutus adiecit: 'Quando hic sum, non ieiuno sabbato; quando Rome sum, ieiuno sabbato, et ad quamcumque ecclesiam veneritis, inquit, eius morem servate, si pati scandalum non vultis aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eique sufficit nec dubitavit esse oboediendum. Hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniam contigit, maxime in Africa, ut una ecclesia vel unius regionis ecclesiae, alios habeant sabbato prandentes, alios ieiunantes, mos eorum mihi sequendus videtur, quibus eorundem[d] populorum congregatio regenda commissa est'. Huc usque. Ubi hic inquisitio est, utrum sabbato ieiunandum esset, an more Mediolanensis prandendum, non mihi videtur velle significare ieiunium, quod fit a carnis abstinentia et sine discretione horarum reficiendo, sed illud quod protrahitur usque post meridiem. Hanc discretionem sanctus Gregorius aperit cum dicit[1]: 'Idcirco convivium Dei non prandium, sed cena nominatur, quia post prandium *p. 158. cena restat, post cenam vero convivium nullum. Quapropter, qui modo precipiunt *secundum auctoritatem Innocentii[2] sabbato die[e] ieiunare, et id ipsum ieiunium agere in abstinentia carnis sine discretione horarum, videtur nobis aliter commendare illud, quam ipse commendasset, precipue cum dicat secundum normam parasceues et sancti sabbati ieiunandum'.

Proposui duos metatus vos rogandos; unum elicui in superioribus, hoc est stationem firmam de consecratione primi mensis. Nunc secundum praesto habemus, hoc est de ieiunio sabbati, utrum vobis placeat teneri morem provintiae, quod placuit sancto Ambrosio, aut interrogari Romanum pontificem, in cuius ecclesia olim mos idem erat. Nescio si adhuc sit. Absit, ut ideo dicam quasi coner resistere ammonitioni episcopi mei in aliquo. Vere ipse nondum aliquid precinuit de ieiunio memorato, sed familiariter a vobis vestrum velle requiro, quia vestrum est omnia inaequalia ad aequitatem reducere. Multa sunt necessaria mihi ad investigandum a vestra prudentia, quę non possum hic titulare. Titulabo in altero pittatio quamvis non omnia, tamen plura. De quibus omnibus iamdudum mihi desiderium manet didasculum invenire, qui me in his instrueret. Et quia prope omnes a fonte Romanę ecclesiae ad nos fluxerunt, illud tendi animo, ut inde precipue biberem.

De fermento, unde collocuti sumus, ut retuli, ita narratum est dare apostolicum *p. 159. in sabbato ante palmas oblatas *populo, quibus non dabat aurum et argentum. Haec

a) in *om. E.* b) quodiscipulorum *E.* c) ecclesia *E.* d) eorum *Aug.* e) diei *E.*

1) *In Evang. L. II Hom. 36, opp. ed. Bened. I, 1620.* 2) *Cf. supra p. 255 n. 4.*

narratio frivola videtur mihi esse, quia quod in lectionario dicitur, quando papa fer- c. 820
mentum[a] dat, in missali dicitur et in antiphonario, quando elemosinam dat. Sic enim scriptum est in episcopalibus gestis[1]: 'Ab eodem die fecit, scilicet Melciades, oblationes consecratas per ecclesias ex consecratu episcopi, ut dirigerentur, quod declaratur fermentum'. Et iterum de Siricio[2]: 'Hic constituit, ut nullus presbiter missas celebraret per omnem ebdomadam, nisi consecratum[b] episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur fermentum'. Innocentius papa declarat[3], quid velit ipsa missio, ut quia in[c] domo una coniungi[d] non poterant diebus festis, saltim coniungerentur[e] fermento, id est dilectione, in una ecclesia. Fermentum hanc vim habet, ut ait Hieronimus[4], si farine mixtum fuerit, quod parum videbatur, crescat in maius et ad saporem suum universam conspersionem trahat. Fermentum est donum caritatis. Quod si fuerit parum, in corpore multorum corda condit suo sapore, quia caritas[f] lata[g] est et suo vinculo omnium fidelium corda ligat. Quod significat evangelium, accipiente muliere fermentum et abscondente in farina satis Matth. 13, 33.
tribus, donec fermentetur totum. Mulier est vir apostolicus quasi ecclesia, qui suam dilectionem prebet farinę, id est clero suo, ut omnes suo exemplo provocet ad veram dilectionem. *Quod pangit Iuvencus presbiter dicens[5]: *p. 160.

'Fermento par[h] est munus caeleste salubri,
Quod magna condit mulier sub mole farinae.
Illa dehinc modico fermenti mixta calore
Conducto, unius coalescit corpore massae'.

Sive isto modo vocetur fermentum, quod agitur in sabbato memorato, sive alio modo vestra sagax prudentia poterit indagare, presto sum ad disquirendum[i], si iusseritis.

Hic finit liber. Amen.

7.

Amalarius episcopus Ludowico Pio imperatori librum de ordine missae compositum dedicat laudibus eius actis. *c. 820.*

Codd. Vindobon. 914 (Rec. 17) s. X. fol. 82—83, quem cont. Holder-Egger (V); Parisinus 9421 fol. 28' s. X. (P), quem cont. H. Lebègue; Parisinus 329 (Cluni 84) s. IX. (C): Officialis liber, *quem cont. Hampe; Einsidlens. 109 s. X. p. 10—13 (E), quem contuli ipse. Extat etiam in codd. Casin. 153 s. XI., Parisino 2852 s. X. f. 1.*[a]

Edd. Bibl. max. patr. Lugdun. XIV, 934; Migne CV, 985—988; ex cod. Augustano VIII Historisch-polit. Blätter XXXVII, 451—53 (a. 1856) sub Rabani nomine.

Gloriosissime imperator et magnificentissime ac centies invictissime a Deo coronate necnon et conservate atque conservande, H.[b] servus ego[c] vester, quamvis omnium[d] minimus, afficiebar olim desiderio, ut scirem rationem[e] aliquam[f] de ordine nostrae missae, quam consueto more celebramus[g], et amplius ex diversitate, quae solet fieri in ea, hoc est quod[h] aliquotiens[i] una epistola legitur, aliquotiens[i] duae et cetera talia

---

a) fermen *superscr.* tum *E.* b) consecratione *E.* c) uno *E, corr. Watt.* d) coniugi n *superscr. E.* e) coniugerentur *E.* f) caritatis *E.* g) laeta *corr. in* lata *E.* h) pars *E.* i) disquer. *corr. in* disquir. *E.*

7. a) *Lemma:* Incipit prologus Amellarii episcopi in libro officiorum *V*; Incipit liber officialis Amelarii corepiscopi id est de ecclesiastico ordine ceterisque officiis quatuor libri ad Hludowicum imperatorem *P.* b) *om. C, V, E, edd.* c) ergo *corr. in* ego *V.* d) min. omn. *C, E.* e) *om. V.* f) *corr. in* aliqua *V.* g) cęlebr. *V,* caelebr. *C.* h) ut *E.* i) aliquoties *C, E.*

1) *ed. Duchesne I, 168.* 2) *Lib. pontific. ed. Duchesne I, 216.* 3) *Cf. epist. ad Decentium ep. Eugubin. c. 5 § 8, ed. Schönemann p. 610.* 4) *Comment. in ev. Matth. l. II, opp. VII, 120.* 5) *Evangelicae histor. II, 820—824, ed. Marold p. 55.*

c. 820 simulque de ceteris officiis. Praeterita proxima aestate[a] videbatur mihi quasi in cripta[b] posito fenestratim[c] lucis scintillas radiare usque ad[d] nostram parvitatem[e] de re, quam desiderabam longa esurie[f] avidus, non frenum passus sum timoris alicuius magisterii[g], sed ilico[h] mente gratias agens Deo scripsi quod sensi.

Deinde[i] tractare coepi[k] cui[l] sapientum[m] porrigerem[n] ea quae[o] scripsi, ut eius auctoritate statuerentur ea quae ordinate[p] sunt scripta, seu corrigerentur quae[q] inordinate[p]. Venit in mentem inter[r] omnes spiritales[s] mentes[t] in hoc saeculo degentes vestram potissimum pollere, cui inest caritas[u] sine livore, sapientia sine praeiudicio
1. Cor. 8, 1. scientiae quae[v] inflat, humilitas cum pietate, quae nulli rectitudini resistit, quae vos cotidie[w] exaltat ante Dominum et eos, qui vestigia vestra intuentur sequendo[x], ab infimis et caducis ad sublimia et sempiterna erigit. Quapropter[y] arbitratus sum[z] posse meam[a] parvitatem aditum reperire[b] ad vestram excellentissimam[c] praesentiam. Insuper[d] etiam me cognovi debitorem vestri servitii[e], quamvis absens degerem, et non vacuum[f] redire[g] ad vestram gloriosissimam et piissimam praesentiam debere, dicente Domino
Exod. 23, 15. Matth. 22, 21. in lege: 'Non apparebis in conspectu meo vacuus'. Et iterum in evangelio: 'Reddite quae[h] sunt caesaris caesari'. Praesumpsi propter nimiam humilitatem vestram, de qua diximus[i] vestrae excellentissimae[c] potestati ea offerre, praesertim cum sciamus[k] vos rectorem esse[l] totius christianae religionis, quantum ad homines pertinet. Ardor mihi inerat[m], ut scirem, quid[n] priores auctores haberent in corde[o], qui nostra officia[p] statuerunt[q]. Sed quia hoc[r] difficillimum[s] mihi est affirmare, ut identidem[t] scripsissem quod illi meditabantur, unum tamen suffugium mihi est, si ea quae scripsi videbuntur vestrae pietati a via caritatis[u] non excedere. Ex libro Augustini[v] de[w] doctrina christiana defendar ab illis, qui me voluerint carpere[x], quasi periculose scripsissem, eo quod mentes auctorum officii nostri non presentes haberem. Dicit memoratus doctor in libro memorato primo[1]: 'Quisquis vero talem[y] inde sententiam duxerit[z], ut[a] huic aedificandae[b] caritati[c] sit utilis, nec tamen hoc[d] dixerit, quod ille quem[e] legit eo loco sensisse probabitur, non perniciose fallitur nec omnino mentitur. Inest quippe in mentiente voluntas falsa[f] dicendi[g].' Et paulo post[2]: 'Sed quisquis in scripturis aliud sentit, quam ille qui scripsit, illis non mentientibus fallitur. Sed tamen, ut dicere coeperam[h], si ea sententia fallitur, qua[i] aedificet caritatem, quae[k] finis precepti est, ita fallitur, ac si quisquam errore deserens[l] viam, eo[m] tamen per agrum pergat, quo etiam via illa perducit. Corrigendus[n] est tamen, et quam sit utilius viam non deserere demonstrandum est, ne consuetudine deviandi etiam in transversum aut perversum ire cogatur'. Notandum est etiam, ne videretur parvitas mea quasi furtim[o] interpolare[p] verbis[q] meis sanctorum dicta patrum, interposui in fine[r] eorum et principium meorum[s] signum crucis †[t].

---

a) etate *V*, est. *E*. b) criptam *V*, crypta *C*. c) fenestrati in in *eraso V*. d) *om. V*. e) pravitatem *V*. f) Longam esuriȩ *V*, esuriȩ *C*. g) magistri *V*, *C*. h) illico *V*. i) Dein *P*, *C*. k) caepi *P*, cepi *V*, cępi *E*. l) cuius us *eras. V*. m) sapientium *V*, sapienti *E*. n) ea quȩ scr. porrig. *E*. o) que *passim V*. p) -natae *corr. in* nate *C*. q) ea *add. V*. r) venit in mente. Inter *V*. s) spirituales *P*. t) *om. E*. u) kar. *V*. v) non *add. P*. w) cottidie *E*. x) ab inf. seq. *E*. y) Quiapr. *corr. in* Quapr. *V*. z) ut *add. al. man. V*. a) possem eam *V*, ad *ante* eam *al. man. superscr. V*. b) repperire *C*, *E*. c) excelent. *V*. d) pres. *bis scr.* insuper *om. E*. e) servicii *P*. f) vacue e *al. man. in. ras. V*. g) redirem m *eraso V*. h) ergo que *V*. i) dixi mus *eras. V*. k) sciam us *eras. V*. l) ęsse *V*. m) inherat *V*. n) inquid *V*. o) corda *P*, *V*. p) officio *post corr.* officia *V*. q) constituerunt *E*. r) Sed quid hoc *P*. s) mihi diffic. *E*. t) illud idem *V*. u) karit. *V*. v) Agustini *C*. w) *om. V*. x) capere *P*, *C*, *E*. y) tale *V*. z) dixerit *V*, *P*, *C*. a) *om. P*. b) hedificande *V*. c) karitati *V*. d) *om. V*. e) qui *V*. f) falso *V*. g) quendi *post add.* lo- *V*. h) caeperam *P*, cep. *V*, cęp. *E*. i) qua *C*. k) hedif. karit. que *V*. l) dese- *al. man. in ras.* rerit *V*. m) *om. V*. n) corrigiendus *P*. o) furtum *C*. p) interplorale *V*. q) meis verb. *C*. r) finem *V*. s) meorum *priore* m *eraso V*, eorum *P*. t) † *om. V*.

1) *l. I c. 36 § 40, opp. III, 17.* 2) *ib. § 41 (col. 18).*

Divo[a] Hludowico[b] vita. Novo David perennitas[c]. Da principi, Domine, vitam. Ipsi novo Salomoni[d] felicitas[e]. Pax mundi vos estis. Pio principi prosperitas. Domine, vitam ipsi concede. Vestra fides vos servet. Christus, quem vos[f] honoratis, ipse vos servet[g]. Potestatem vestram Deus conservet[h]. Deus pacificet regnum vestrum. Iudith[i] orthodoxae[k], nobilissimae atque prudentissimae augustae[l1] salus per multos annos. Lumina[m] pacis, Domine, serva. Lumina[n] mundi, Domine, serva[o]. Vita vestra tutela omnium est. Vestra fides ecclesiarum[p] est gloria. Piissimos dominos nostros imperiales[q] natos Hlotharium[r] gloriosissimum coronatum et fratres eius Christus[s] conservet. Ex proavis orthodoxos[t], Domine, serva[u]. Custodes fidei, Domine, serva[v]. 818—828

8.

Amalarius episcopus Ieremiam Senonensem archiepiscopum quomodo nomen Iesu recte scribatur, interrogat. Cui Ieremias archiepiscopus respondet. *818—828.*

Codd. S. Galli 278 s. IX. p. 349 (G), Vindobon. 914 (Rec. 17) s. X. fol. 165' (V), Laudun. 220 s. IX. f. 175 (L), Parisin. 2852 s. X. f. 256 (Pa), Parisinus 2329 s. XI. fol. 96 (P), Vaticanus 1146 s. XI. ex. fol. 144 (R) cont. Krause, Monacensis 16105a s. XI. fol. 39 (M), cont. Hampe, Christinae reg. 146 s. X., quem descr. Bethmann (C). Extat etiam in codd. Aurelianensi 136 s. X. fol. 436 (Cuissard Invent. p. 77), Einsidlensi 110 p. 250—262 s. XI. (Arch. VIII, 737), quem inspexi.

Edd. Dachery Spicil. VII, 164 ex cod. abbatiae Corbeiensis; ed alt. III, 330; Migne Patrol. CV, 1333.

(XLIIII)[a]. De nomine Iesu[b].

CARISSIMO[c] PATRI ET ACUTISSIMO RETHORI HIEREMIAE[d2] VATI IN NOSTRA HIERUSALEM[e] AMALARIUS.

Scribunt[f] nostri salvatoris[g] Ihesu nomen per aspirationem[h]: cuius rationis expers[i] sum. Scio autem vobis ignotum[k] non[l] esse, si alicuius rationis causa postponatur[m] post I[n] aspiratio[o] in nomine Ihesu[p], quam intimate[q] filio vestro, si assit. Scio, si est, adfore[r] in promptuario[s] mentis vestrae[t] quod fluat[u] ad me. Antequam pergeret domnus Karolus[v] Romam novissime[3], audivi sacerdotes Galliae[w] nostrae sonare Gisus[x], quod neque cum Hebreis[y] neque cum Grecis conveniebat. Ab illo tempore audio Iesus[z], ut[a] opinor, quod convenit cum Hebreis[b], quorum ducis[c] nomen legimus[d] Iesus. Qui[e] Iesus nomine suo praefigurabat nostrum Ihesum, ut Sedulius[f4]:

---

a) Diuot *V*, Diu ó *E*. b) Hluduwico *P*, *C*, Ludovico *V*. c) peraennitas *C*, perhenn. *V*. d) Salemoni *P*. e) faelicitas *V*. f) *om. V*, *C*, *E*. g) conservet *V*. h) servet *V*, *C*, *E*. i) Iudit *V*. k) ortodoxae *C*, ortodoxę *E*. l) orthodoxe -me -me -te *V*. m) Luminam m *eraso V*. n) Lumina— serva *om. V*. o) servet *P*. p) aeccles. *V*, *P*. q) inperiales *V*. r) tholotharium *V*. s) cons. Chr. *P*. t) prosuauis orthodoxis *V*, ortodoxos *C*, *E*. u) conserva *V*. v) Explicit prologus *add. V*, *tum* Incipiunt capitula.

8. a) *hoc numero et sequentibus capitula libri III de officiis ecclesiasticis significantur, cui Amalarius ipse has epistolas vel epistolarum fragmenta addidit, sed non in omnibus eius exemplaribus habentur.* b) domini *E*. c) karissimo *G*, *R*, *E*, *M*, *P*. d) Iheremie *P*. e) Ierusalem *P*, intra (*pro* in n.) Hier. *C*. f) scribit n. s. *R*, *V*, g) nostri salvat. nostri *G*, *E*, salv. nostri *L*, *C*. h) aspiratio nomine *P*. i) rationem inexpers *V*, rationem expers *corr. alt. man.* inexpers *R*, expressum (*pro* exp. sum) *Pa*. k) ignotam *C*, *V*, ignoratum *corr. alt. man. in* ignotum *R*. l) *om. V*. m) postponitur *R*, preponatur *Pa*. n) hii *L*, post I *om. V*, II *C*. o) aspiratione *C*, *corr. alt. man.* aspiratio *R*. p) Christi *post* Iesu *alt. man. del. R*. q) intimante *V*, *corr. in* intimate *R*. r) affore *G*, *P*, *E*, *ex* a fronte *corr. R*, forte *V*. s) prumptuario *G*, prumtuario *Pa*, promtuario *V*. t) ment. v. *in ras. V*. u) fluet *corr. in* fluat *V*, ad *om. R*. v) Carolus *L*. w) Galilęę *V*. x) Gisus *corr. in* Iisus *G*, Iisus *M*, Gysus *C*, *L*, Gesus *V*, Ysus *E*. y) Ebreis *R*, *V*, *superscr.* h *G*. z) Ihesu *V*. a) ut opinor—qui *om. C*, —Iesus *om. L*. b) Ebreis *R*, *V*, *G*, *E*. c) ducos *corr. in* ducis *R*, *V*. d) leginus *corr. in* -mus *V*. e) quia *man. alt. corr.* qui *R*. f) ut Sedulius *om. V*, *add. man. alt. R*.

1) *inde ab anno 819.* 2) *cancellario quondam Karoli Magni, tum archiepiscopo Senonensi 818—Dec. 828.* 3) *i. e. a. 800—801.* 4) *Carm. Pasch. I, 168. 169.*

818—828 'iam tunc[a] famulata[b] videbant[c]
Sidera[d] venturum[e] praemisso nomine Iesu[f]'.

Nam Greci[g] his[h] notis $\overline{IC}$[i] scribunt[k] illud nomen, et legitur[l] Isus[m], Unde mihi[n] videtur, si tamen vobis non alias, oportere[o] scribi per I et H[p] et C sive S, quod legimus Iesus. Quibus notis memoratum nomen scribere debeam, oro[q], ut mandetis[r].

(XLV) Responsio[s] Hieremiae[t] archiepiscopi.

Porphirius[u] philosophus[1] nomen Ihesu in anacrostica[v] sua latine[w] scribit[x] hoc modo 'Iesus'[y], quem novimus utriusque linguae peritissimum fuisse[z]. Usus[a] videlicet Ita greca littera[b] pro[c] H longa[d], quam[e] Greci[f] in lingua propria pro i longa semper sonant, Latini[g] vero pro e longa. Alia[h] vero ratione imitantes[i] Hebreos[k] Ihesum pronunciamus[l], non per aspirationem, sed per H grecum scribentes[m].

8a.

Amalarius Ionam episcopum Aurelianensem de modo Iesu nomen scribendi interrogat, cui Ionas respondet.

Codd. et Edd. ut supra, C excepto.

AMALARIUS IONAE VENERABILI EPISCOPO[2].

Pater intimate nato[a], quibus notis inferius figuratis rectius videatur vobis[b] pingi nomen Iesu: IHC[c] an IHS[d].

At ille inquit[e] sicut X et P[f] grecis litteris et alia qualicumque latina[g] convenienti[h] superioribus scribitur Christi nomen, ita I et H addita convenienti[i] latina scribitur IHS[k].

9.

Amalarius Rantgario Noviomensi episcopo ab eo rogatus de calice in canone missae exponit. — *c. 829.*

Codd. G p. 350, P fol. 96'—97, M fol. 40—40', V fol. 165'—166, R fol. 144, Parisinus (Pa) 329 s. IX. fol. 156, quem cont. Hampe.

Edd. Dachery VII, 165—167, ed. alt. III, 330; Migne CV, 1333—1335.

---

a) tum *G, V, M, E,* per *post superscr. V.* b) famulatum *R, V.* c) videbunt *G, M, E.* d) sydera *R, V, M, P, E,* sidera *corr. in* sydera *G.* e) Ihesum *add. V, R.* f) Ihesum *R, L, corr. in* Ihesu *V.* g) grece *G, M.* h) huius *V, corr.* his *R.* i) hic *V.* k) scribitur *G, M, R, V, E.* l) legunt *M, V, P, Pa.* m) Iesus *C, L.* n) michi *V, P.* o) oporteret *R.* p) et H *om. V.* q) nostro *corr. alt. man.* oro *R.* r) manus detis *P.* s) *titulus deest in Pa.* t) Ieremiae *R.* u) Porfirius *G, L, E.* v) anachrostica *Pa, E.* w) latinę *V.* x) hoc m. scr. *R.* y) Hiesus *L.* z) fuissae *L.* a) Ysus *E.* b) grecam litteram *G, V, R, E.* c) porro *G, V, R, E.* d) longam *G, V, R, E.* e) quam—longa *om. C (?).* f) greca *R, V.* g) latine *V.* h) Alii *L, C.* i) *cetera desunt in L.* k) Ebreos *V, G, R.* l) pronuntiamus *alt. man. corr. in* pronuntiantes *R.* m) grece conscribentes *Pa,* Responsio Hieremiae explicit *add. C.*

8a. a) noto *V, corr. in* nato *R.* b) nobis *corr. in* vobis *G,* vobis *add. alt. man. R.* c) *corr. in* $\overline{IHS}$ *M,* Gisus *R.* d) iesus *G, M.* e) inquid *V.* f) cum *superscr. V.* g) littera *superscr. V.* h) convenientis *corr. in* -ti *R, V,* conventi *P.* i) conventi *P.* k) $\overline{IHC}$ *M.*

1) *Publil. Optatianus Porfyrius ed. L. Müller p. 40.* 2) *Aurelianensi post Theodulfum 818—844.*

(XLVI) Epistola[a] ad Rantgarium[b] episcopum. — c. 829

AMALARIUS RANTGARIO[c] REVERENTISSIMO EPISCOPO CIVITATIS NOVIOMENSIS[d] [1].

Memini me interrogatum a vestra paternitate, quomodo intellegerem[e] quod scriptum est in dominica insitutione: 'Hic[f] est calix sanguinis mei novi et[g] aeterni testa- cf. Marc. 14, 24. menti, mysterium[h] fidei'. Quia comperi vos velle scire, quomodo intellegerem[e] illud[i] ideoque scriptis paucis litteris intimo, quomodo sentiam.

Fuit enim calix veteris testamenti, de quo in Exodo scriptum est capitulo XCVIII: Exod. 24, 6. 'Tulit itaque Moyses[k] dimidiam partem sanguinis et misit in crateram, partem autem residuam fudit super altare[l]'. Et paulo post: 'Hic est', inquit[m], 'sanguis foederis[n] quod ib. 24, 8. pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his'. Hunc calicem consummavit[o] Dominus in caena[p] sua secundum Lucam dicentem: 'Et accepto calice gratias egit et Luc. 22, 17. 18. dixit: Accipite et dividite inter vos. Dico enim vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat'.

Calix veteris testamenti sanguine animalium inrationabilium redundabat. Ille sanguis[q] figura fuit[r] veri sanguinis Christi[s]. Quem calicem, id est in quo bibimus sanguinem Christi, initiavit nobis ipse in memorata[t] caena[u] post consummatum[v] priorem calicem, ut idem Lucas memorat in sequentibus: 'Similiter et calicem postquam caena- ib. v. 20. vit, dicens: 'Hic[w] est calix novi testamenti in sanguine meo, qui pro vobis fundetur'. Hic[x] calix est in figura corporis mei, in quo est sanguis, qui manabit de latere meo ad complendam legem veterem. Quo effuso deinceps erit novum testamentum, quoniam novus sanguis et innocens, id est hominis absque peccato, effundetur pro redemptione[y] humana, quod antea non est factum sanguine[z] alicuius animalis[a]. Iste[b] sanguis novus est, qui[c] effusus est pro salute nostra, quia non est animalis alicuius inrationalis, sed hominis rationalis, propterea dicitur novi testamenti, quoniam illo[d] effuso vetera transierunt et facta sunt nova.

Ipse[e] vocatur aeterni testamenti, quia novum testamentum non mutabitur ad aliud testamentum, sicut mutatum[f] est vetus in novum. Ipse vocatur mysterium[g] fidei, quoniam qui credit se redemptum ab eo sanguine, et imitator fit passionis ipsius, ei proficit[h] ad salutem et ad vitam aeternam. Unde ipse Dominus dicit: 'Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habe- Ioh. 6, 54. bitis vitam in vobismetipsis'[i]. Hoc[k] est: nisi participes fueritis meae passionis, et credideritis me mortuum pro vestra salute, non habebitis vitam in vobis. Mysterium[g] grece[l], latine secretum, quia fides ista latet[m] in cordibus electorum, propterea vocatur secretum fidei. Mysterium[g] fides est, ut Augustinus[n] in[o] epistola ad Bonifacium[p] episcopum[q] [2]: 'Sicut ergo secundum quendam modum sacramentum corporis Christi corpus[r] Christi est, sacramentum[s] sanguinis Christi sanguis[t] Christi est, ita sacramentum fidei fides est'.†[u]

---

9. a) Epistola *om. M,* Epistola — episcopum *om. V,* Epistola ad Rantgarium epistola *Pa, R in marg.* b) Rangarium *G, R, E,* Ragnarium *P.* c) Ramgario *V,* Ragnario *P,* Rangorio *R.* d) ait *add. V in marg.* e) *post corr. in* intellig. *V.* f) hoc *corr. in* hic *Pa.* g) *om. P, E.* h) misterium *P, V.* i) hoc *M.* k) Moises *P, V.* l) altari *V.* m) inquid *P, V.* n) fęderis *M,* federis *V.* o) consumavit *P, V.* p) cena *V, M.* q) sanguinis figura *corr. in* sanguis fuit figura *R.* r) *om. V.* s) erat *superscr. V.* t) merita *P.* u) cęna *P, V.* v) consumatum *V, P.* w) id *P,* Hic — fundetur *om. V.* x) Hic — alicuius animalis *om. Pa asterisco adiecto.* y) redemtione p *eraso V.* z) non *G, M, P, R, V.* a) inrationalis *add. G, P, R, V, M.* b) Iste — sunt nova *om. G, P, R, V, M.* c) qui — nostra *secuntur in Pa post* rationalis. d) effuso illo *Pa.* e) sanguis *suppl. V in marg.* f) mutatus *V, corr. in* mutatum *R.* g) misterium *V, P.* h) prosit *V, G,* profit *M.* i) metipsis *om. V.* k) Hoc — in vobis *om. V.* l) grecę *G.* m) *om. R, V.* n) Agustinus *Pa.* o) in ep. *om. Pa,* sua *add. R.* p) Bonifatium *R, V, Pa,* Bonefatium *P.* q) *V add.* ait *in marg.* r) est corp. Chr. *P.* s) sacramentum — est *om. R, V.* t) *om. M.* u) *cruces habet G.*

1) *Nomen eius in serie episcoporum huius sedis occurrit, SS. XIII, 383. 751, vocatur annis 825. et 829. (Capitul. reg. Franc. I, 308; II, 38; Mansi Coll. conc. XIV, 605).* 2) *Epist. 98 § 9, opp. II, 267.*

— c. 829? Simili modo[a] possumus dicere: 'hic est calix sanguinis mei novi et[b] aeterni testamenti, ac si dicat: hic est sanguis meus, qui pro vobis datur, unde deinceps[c] novum et[b] aeternum testamentum a me accipiatur et teneatur. Sequitur mysterium[d] fidei, hoc credere debetis id est hanc fidem habere debetis, ut per illum remissio vobis sit omnium peccatorum.

10.

Amalarius Hetdonem abbatem de genere verborum seraphin et cherubin docet.

Codd. G p. 352—354, P fol. 97, M fol. 41—41', R fol. 144, V fol. 166'—167. — *c. 829?*

Edd. Dachery Spicil. VII, 167; ed. alt. III, 331; Migne CV, 1335—36.

(XLVII) Ad Hetdonem[a] abbatem[1b].

Dignata est fraternitas vestra nobis[c] mandare, ut auctorem illum vobis nominarem, qui distinctionem facit inter seraphin, quando neutri generis est et quando masculini[d]. Non omnia mihi[e] in promptu[f] possunt occurrere, quae de illis agminibus legistis[g] et legi. Tamen illum auctorem modo promam, qui discernit inter cherubin neutri generis et masculini, necnon et illum, qui seraphim per m masculini generis dicit[h], et neutri per n. Opinor, quod eisdem finalibus terminetur[i] apud Grecos cherubin et seraphin.

Dicit Hieronimus[k] in tractatu Ezechielis[l] tertii[m] libri[2]: 'Quanquam[n] plerique ta[o] cherubin neutrali genere numeroque plurali dici putent, nos scire debemus singulari numero esse cherub generis masculini[p], et plurali[q] eiusdem generis cherubim. Non quo sexus in ministris Dei sit, sed quo unumquodque iuxta linguae suae proprietatem diversis appelletur generibus. Angeli vocantur numero plurali malachim[r] et cherubim et seraphim[s] eiusdem generis et numeri.' †

Ubi sanctus Hieronimus dicit: 'Nos scire debemus'[t], Latinus Latinis fuit locutus. Ipse erat Latinus, Paula et filia eius Eustochium[3] Latinae erant. Ex hoc[u] intellegere[v] possumus, quod nos latine debemus illorum ministrorum nomina masculino[w] genere tenere iuxta hebraicam[x] auctoritatem[y], quam Hieronimus interpretatus[z] est, ubi dicit: 'Non quo sexus in ministris Dei sit, sed quod unumquodque iuxta linguae suae proprietatem diversis appelletur generibus'.

Ex hoc intellegimus[v], quod alterius generis sunt[a] ministri memorati in peregrina lingua. Dicit Beda in libro primo de tabernaculo et vasis eius[4]: 'Et quidem[b] numero singulari cherub[c], plurali autem cherubin dicitur et est nomen generis masculini, sed greca consuetudo[d] neutro genere posuit[e] cherubin, m littera in n mutata[f]. Verum noster interpres, hebreum[g] secutus idioma, masculino genere posuit.' †

---

a) similitudo *corr. in* similitudine *V.* b) *om. P, Pa.* c) deincebs *P.* d) misterium *M, P, V.*

10. a) Hecdonem *R.* b) Ad — abbatem *om. V.* c) vobis *man. alt. corr. in* nobis *R.* d) masculi *P.* e) michi *P, V.* f) improptu *M.* g) legitis *corr. in* legistis *R.* h) dicitur *R, corr. in* dicit *V.* i) terminentur *M.* k) Iheronimus *P.* l) Hiezechielis *corr. in* Iez. *V.* m) tercii *M.* n) quamquam *V, P,* enim *add. P.* o) tam *G, M, R,* ta *Hier.* p) masculi *P.* q) plurali *M.* r) malachin — cherubin — seraphin *V, R.* s) seraphym *P.* t) quod *add. R, ed.* u) quo *M.* v) *post corr. in* intellig. *V.* w) masculini *V,* masclino *M.* x) ebraicam *G.* y) veritatem *R, V.* z) interpręt. *G.* a) sint *V.* b) quid est *P.* c) cherubim *M, P.* d) consuetudine *R, V.* e) cherub inposuit *G.* f) in — mutata *P.* g) ebreum *G.*

1) *cf. Dacherium p. 167: 'Is forsitan Hetto sive Hectus qui abbas fuit Epternacensis post episcopus Treverensis.' Minime: Heth fuit primo abbas Mediolacensis, tum episcopus Trevirensis (c. 814—847) atque eodem tempore i. e. annis 827—838. abbas quoque Epternacensis. De Hetdone nostro nihil constat.* 2) *Lib. III c. 9, opp. ed. Vallarsius V, 94.* 3) *quibus tractatum illum dedicavit.* 4) *Opp. ed. Giles VII, 239 c. 5.*

Monstrabo[a] iterum, ubi[b] idem interpres Hieronimus[1c] ponat seraphin neutro genere. — c. 829? Scribit in libro, quem fecit de seraphin quae leguntur in Esaia[d] inter cetera, nullum prophetarum extra Esaiam[e] vidisse seraphin circa Deum stantia, et ne ipsa quidem Isai. 6, 2. seraphin alibi lectitari †[f]. Novit caritas[g] vestra, quando dixit[h] stantia, et ipsa neutro genere ea protulisse[i]. Habemus et non minimam[k] auctoritatem ex consuetudine ecclesiae[l], quae solet cotidie[m] in oratione quae fit super mensam[n], proferre beata[o] seraphin.

11.

Amalarius se apud Guntardum discipulum de consuetudine sua spuendi post eucharistiam sumptam excusat, ut corpus Domini saepius sumatur, suadet. — *c. 829?*

Codd. G p. 354—361, M fol. 41'—45, P fol. 97'—98, R fol. 144 sq., V fol. 167—168' bis.

Edd. Dachery VII, 168—173, ed. alt. III, 331—333; Migne CV, 1336 sqq.

(XLVIII) AMALARIUS[a] GUNTARDO[b] DILECTO FILIO[2] IN DISCIPLINA CHRISTI.

Fili mi, recordatus sum percontasse[c] pollens ingenium tuum[d], quare non me cum maiore[e] cautela[f] custodirem, ne ilico post consumptum sacrificium spuerem. Addidisti[g], quod non videres ceteros[h] sacerdotes hoc facere, id est spuere post comessam[i] eucharistiam. Quando hoc audivi a te, nec multum tibi dixi, nec[k] cogitavi ex hoc tibi respondere. Nausiam[l] duxi talem percontationem, iam in itinere degens aporiatus sum tua dilectione, ne aliqua suspicio remaneret tibi falsa in pectore, quasi ego proterve hoc agerem contra nostram religionem et neque[m] remaneres in aliquo errore ignorantiae, idcirco potissimum, quoniam[n] sensi te[o] sensisse[p] me agere contra consuetudinem religiosorum presbiterorum, malui ex itinere formare tibi animam meam[q], quam diutius remanere ardens ingenium tuum in suspicione[r] inutili[s].

Adtende[t] primo, fili mi, sententiae Pauli dicentis: 'Spiritualis iudicat omnia, ipse 1. Cor. 2, 15. autem a nemine iudicatur.' Si quod circa spiritum est, in suo ordine manet, ea quae per corpus geruntur recta deputantur, dicente eodem apostolo: 'Omnia[u] munda mun- Tit. 1, 15. dis'. Multi sunt qui munditiam corporis observant secundum usum phariseorum, ex quorum tamen mentibus inmunda procedunt, quae Dominus computat[v] in evangelio dicens: 'De corde enim[w] exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, Matth. 15, 20. furta, falsa testimonia, blasphemia; haec sunt quae coinquinant hominem'. Inter[x] ista non deputatur sputum nec procedit ex mala cogitatione, quae coinquinat hominem. Sputum naturale est nobis, sine peccato procedit ex nobis, sanitati nostrae proficit eius[y] processio, sine vituperatione religiosorum hominum agimus quod Christus egit pro salute[z] nostra, docente evangelio: 'Lutum fecit Dominus ex[a] sputo[b]; et linivit Ioh. 9, 6. oculos caeci nati'. Et iterum secundum Marcum[c]: 'Misit digitos suos in auriculas[d] et Marc. 7, 33.

---

a) Monstravi *V*, monstravit *corr. in* -vi *R*. b) iterum ubi *om. V*. c) Iher. *P*, ubi *add. V*. d) Ysaia *V*, Isaia *R*. e) Ysaiam *V*, Is. *R*. f) lectitare *R, V*. g) kar. *P*. h) karitas vestra *add. P*. i) proculisse *P*. k) nimiam *P*. l) ęcclesię *V, M*, ecl. *G*. m) cottidie *M, P*. n) domini *suppl. V in marg*. o) beatam *V*.

11. a) Amalarius—Christi *om. V, add. man. alt. in infer. marg. R*. b) Gunthardo *M*. c) percunctasse *R*, percunctatum esse *ed*. d) suum *V*, *corr.* tuum *R*. e) maiorem cautelam *alt. man. corr. R*. f) cautaela *G*. g) addidistis *R*. h) cęteros *G*. i) comestam *V*. k) neque *M, V*. l) pauci *R, V*. m) ne *P, ed*. n) quomodo *V*. o) sentite *P*. p) te sensissime *M*. q) animum meum *R, V, P*. r) suspitione *G, V*. s) *om. V*. t) Attendite *G, M, R, ed*. u) inquit *suppl. V in marg*. v) in ev. comp. *R*. w) *om. R*. x) Inter—hominem *om. R, V*. y) eis *P*, nobis eius nobis *post del. R*. z) nostra sal. *R*. a) e *G*. b) puto *P*. c) Marchum *M*. d) ei *corr. in* eius *add. R*; auricolas *M*.

1) *In Isai. l. III c. 6, opp. IV, 91.* 2) *de quo nihil constat. Episcopum iuvenem vocat eum Florus, cf. infra p. 269 c. 4.*

— c. 829? exspuens tetigit linguam eius.' Corpus Domini saluti hominum consecratum est in aeternum. Eiectio sputi salutem prestat temporalem. Ad hoc deprecamur sanitatem temporalem[a], ut potius occurramus aeternae saluti. Quod[b] est officium aeternae salutis 2. Cor. 12, 10. non est contra institutionem Domini. Quamvis apostolus dixisset: 'Quando infirmor, tunc fortior sum et potens', tamen sanitati studebat, ut novimus ex ammonitione[c] facta 1. Tim. 5, 23. ad Timotheum, cum dicat: 'Noli aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum[d] et frequentes tuas infirmitates'.

Tu fili in redargutione tua non propter aliud ostendisti mihi[e] tali displicere me sputo, nisi quia[f] cęteros sacerdotes perspexisti a sputo diutius se abstinere post sacrificium. Tu adhuc puerulus[g] non vidisti multos sacerdotes; forsan quos[h] saepissime vidisti venatoribus iuncti sunt, qui solent manus[i] lavare a recenti sanguine bubalorum, suum[k] et hircorum[l], sicut[m] et populares faciunt, quando ad communem[n] mensam[o] accedunt. Non haec dico, quod non[p] debeamus venerari corpus Domini pre omnibus sumptibus, sed[p] quodsi veneratum fuerit ab interiore homine, quicquid naturaliter ab exteriore agitur, dominico honori deputatur. Quamvis sagacitas infantiae tuae nobilissima[q] mihi[r] quod displiceret non ostenderet, tamen, ut reor, video, quid[s] tibi displiceat in eo[t] sputo, hoc est quasi sumptum corpus simul cum sputo proiciam. Fili, non ita retur animus[u] Ps. 58, 10. patris tui: illum precor cui dicit psalmista: 'Fortitudinem meam ad te custodiam'. †

Flegmaticus[v] homo si studuerit sanitati suae, saepius curabit flegma[w] eicere. Non est prohibitus flegmaticus[x] a promotione sacrorum ordinum. Non enim ignoravit Paulus humores nocivos[y] et nimium habundantes[z] saepius fore necesse exire ab homine, tamen Tit. 1, 7. quando renuit[a] episcopum superbum, iracundum, vinolentum, percussorem, turpis lucri cupidum, non renuit[b] flegmaticum. Forte tui animales inflati munditia corporis possunt videre vitia nociva in[c] secreto figmento suo, quae Paulus[d] apostolus non potuit praevidere in Spiritu sancto. Absit.

Fili mi, si potuissem[e] me abstinere tamdiu a sputo, quamdiu satisfacerem[f] tuis, ut non haberent quod reprehenderent in me, hoc ultra curarem, precipiente[g] apostolo: Rom. 12, 17. 'Providentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus'. Sed quia mihi[h] hoc difficile est, tamen confido in Domino, si mens mea pia[i] fuerit et humilis in conspectu eius, ut faciat intrare corpus suum ad animam meam vivificandam[k], et quod exeundum est propter sanitatem[l] corporis, faciat exire sine dispendio[m] animae. Si quis hoc non credit eum posse si voluerit, non credit eum omnipotentem esse. Et 1. Tim. 2, 4. qui non sperat eum hoc velle, non recipit sententiam Pauli dicentis: 'Qui omnes[n] homines vult salvos fieri', id est illos, qui salvationi deputati sunt. Fili mi, recordare Ps. 126, 2. quod saepissime solebas mihi proferre: 'Nisi Dominus custodierit civitatem, frustra vigilant[o] qui custodiunt eam'. Si aliquod scrupulum[p] tuae[q] menti adhuc heret[r] de re prelibata, vita comite noli patri tuo abscondere. Tene quod tenes, Dominus tibi multiplicet sensus prelibatos ultro quam[s] petere scias.

De corpore Domini[t] quod sumimus est mihi[u] dicendum, quamvis sit dispar exemplum presenti rei, quod[v] Valentinianus imperator dixit militibus, qui ei socium

---

a) salutem (vel sanitatem *add. man. alt. R*) corporalem *R, V.* b) enim *add. V in marg.* c) admon. *P, R.* d) stomacum *P.* e) michi *P, V.* f) nisique *P.* g) puer *R, V.* h) quo *P.* i) suas *add. R.* k) suorum *G, V, R.* l) hyrcorum *G, R;* ircorum *V.* m) et sicut *V.* n) *corr. in* communionem *man. alt. R.* o) mensem *P.* p) *om. V.* q) *hac voce finit cod. P.* r) michi *V.* s) quod *P.* t) meo *P, ed.* u) iteret car (*corr. in* cor) animus *V.* v) flecmaticus *M,* flaecmaticus *R.* w) flecma *M, corr. in* flegma *R.* x) flecm. *M, R.* y) nocuos *corr. in* nocivos *R.* z) abund. *M, P.* a) rennuit *G, V, R;* abnegavit *ed.* b) rennuit *R,* abnegavit *ed.* c) ein *M.* d) ap. Paul. *R, V.* e) *corr. in* potuisset *R.* f) tuis satisf. *R, V.* g) precipienti *corr. in* -te *V.* h) michi *V,* hoc mihi *M.* i) pura *ed.* k) vificand. *V.* l) fanit. *M.* m) dispendium *corr. in* -dio *R.* n) vult omn. hom. *R.* o) vigilat — custodit *M.* p) aliquis scrupulus *M.* q) menti t. *R, V.* r) eret *V.* s) ultroque *V pro* u. quam. t) *om. V.* u) michi *V.* v) quem *M.*

— c. 829?

adsciscere[a] voluerunt[1]: 'Vestrum fuit', inquit[b], 'quod me constituistis imperatorem, meum est socium eligere quem voluero'. Ita vero vestrum[c] est velle et precari[d] Dominum cor mundum[e], suum est corpus suum per artus et venas diffundere ad salutem nobis aeternam. Ipse enim dixit, quando panem tradidit apostolis: 'Hoc est corpus (Luc. 22, 19.) meum, quod pro vobis tradetur'. Suum corpus quando voluit et quando vult[f] in terra versatur[g]. Etiam post ascensionem suam non dedignatus est se Paulo apostolo monstrare in templo Hierosolimis, quod erat in terra: 'Domini est terra et plenitudo eius'. (Ps. 23, 1.) Omnis terra in sua conditione sistens[h] benedicit Domino. Sola mala voluntas facit vas suum pollutum ad suscipiendum Dominum. Haec propterea dico, ut si forte me ignorante aut non consentiente exierit de ore meo[i] ex corpore Domini, non me putes alienum a religione christiana, quasi contemptui habeam corpus Domini mei; aut ipsum[k] illuc dirigatur quo non voluit seu non vult venire. Per hoc corpus anima nostra vivit dicente eodem Domino: 'Nisi manducaveritis carnem filii hominis et bibe- (Ioh. 4, 54.) ritis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobismetipsis'. Si enim ipsum[k] corpus vita nobis est, non ei[l] aufertur propter nostram separationem, ubicumque fuerit quod ex se habet et nobis ex se tribuit.

Fili mi, dic presbiteris tuis, ut caveant, ne unum[m] verbum ex his, quae Dominus locutus est in evangelio, excedat de corde eorum, quoniam et[l] ipsum[k] vita nobis[n] est, sicut panis[o] consecratus. Dicit Dominus in evangelio: 'Verba, quae ego locutus sum (Ioh. 6, 64.) vobis, spiritus et vita sunt'. Preceptum est mihi[p] in lege: 'Si aliquid remanserit de (Exod. 29, 34.) agno, ut igne[q] comburam illud'. Ille agnus Christi carnem prefigurabat[r]. Reliqua[s] agni, quae igne comburi[t] videbantur, mysteria[u] sunt divinitatis, quae capi non possunt quaeque[v] Domini precepto igne caritatis consumenda[w] sunt in caelesti oblatione. Illi, id[x] est igni[y] caritatis, omnia commendo[z] mea[a], ut et illo vitia consumantur[b] et boni affectus assumantur.

Ita[c] vero sumptum corpus Domini bona intentione, non est mihi[p] disputandum, utrum invisibiliter assumatur in caelum, aut[d] reservetur in corpore nostro usque in diem sepulturae, aut exhaletur[e] in auras, aut exeat de corpore cum sanguine, aut per poros emittatur, dicente Domino: 'Omne quod intrat in os[f], in ventrem vadit et in (Matth. 15, 17.) secessum emittitur'. Hoc solum cavendum est, ne Iudae corde[g] sumam[h] illud; et ne contemptui[i] habeatur, sed discernatur saluberrime a communibus cibis.

De altero, unde redarguisti[k] patrem, non modo respondeo per omnia: forte dederit Dominus, ut te aliquando aliquo modo adhuc videam et loquar de eo ore ad os[l]. Interim dico: Dic[m], fili, quare non cecinisti patri tuo[n] Virgilianum[2] istud[o]:

'Frigidus, o pueri, fugite hinc[p], latet anguis in herba[q].'

Precipitur[r] in canonibus[3], ut omnes ingredientes ecclesiam[s] communicent. Quodsi non communicaverint, dicant causam, quare non communicent, et si rationabilis[t] extiterit,

---

a) asissere *corr. in* asciscere *G*, assistere *R*, *V*. b) inquid *V*. c) nostrum *R*, *V*. d) precare *V*, vel praepare domino *superscr. R*. e) cor (*post corr.* corde) mundo *V*. f) quomodo voluit *pro* quando vult *V*, voluit *R*. g) administratur *V*, min. *in loco raso*. h) consistens *ed*. i) aliquid *suppl. Dach*. k) ipsud *corr. in* ipsum *G*. l) *om. V*. m) verb. un. *M*. n) est nobis *M*, *V*, *R*. o) est *add. R*. p) michi *V*. q) igni *V*. r) prefig. *corr. ex* fig. *R*. s) Reliquiae *ed*. t) conburi *G*. u) misteria *M*, *V*. v) quę *V*, quae *R*; a nobis sed *ed*. w) consummanda *corr. in* consumenda *G*, assumenda *ed*. x) Illud *G*, *R*, *M*, *V*, Illi id *ed*. y) igne *R*, *V*. z) commendo *corr. in* commedendo *R*, comedendo *V*. a) in eo *V*. b) *corr. ex* consumentur *R*. c) Idem *V*. d) an *ed*. e) exhalatur *corr. in* exhaletur *G*, exaletur *V*. f) hos *V*. g) cordę *V*. h) sumamus *R*. i) i *eraso V*. k) radarg. *corr. in* redarg. *G*. l) hos *V*, vos *corr. in* os *R*. m) tibi *V*; da *G*, *M*, *R*. n) patri tuo *om. R*. o) illud *M*, *G*. p) hic *R*, *V*. q) erba *V*. r) Pricipitur *V*. s) ęclesiam *G*, ęccl. *M*, in eccl. *V*. t) rationab. *corr. ex* rationalis *R*.

1) *Hist. tripart. l. VII c. 7, opp. I, 305 ed. Garet., sed non ad verbum.* 2) *Ecl. III, 93.* 3) *Canon. apost. cap. 9, Mansi Coll. conc. I, 51; Concil. Antioch. c. 2, ib. II, 1322.*

— c. 829? indulgeatur[a] illis[b], sin autem, excommunicentur. Comperi te anchoram mentis tuae fixisse in pelago et non[c] in portu; fixisti illam in Gennadio Massiliensi[d] episcopo. Hortor, ut potius figas illam in portu tutissimo Augustino[e], scilicet testificato per universas ecclesias[f]. Hortatus[g] est te Gennadius[1], ut precipue[h] per dies dominicos communices; forte non erat consuetudo illius, ut per singulos dies missam celebraret[i]. Si enim esset[k], non hortaretur[l] per solos[m] dominicos dies potissimum communicare: Grecorum aliquorum presbiterorum consuetudo est[c], ut a quinta feria se preparent et sanctificent ad[n] missam celebrandam[o]; potest evenire, ut[p] in tertia feria sive quarta[q] peccatum committamus, quod non abluatur[r] usque post finitum diem dominicum. Quapropter non rite communicamus[s] per singulos dies dominicos et potest fieri, ut Deo placeamus
1. Petr. 2, 3. per singulos[t] dies unius ebdomadis, in quibus gustare et videre fas est, quam dulcis sit Dominus. A tam dilecto hospite[u] non oportet dilectores diu abesse, quem com-
Luc. 24, 13. 29. pulerunt secum hospitari[v] in die resurrectionis eius duo ex discipulis in Emaus[w].

Fuge, fili mi, a pelago[x] ad tutum portum Augustinum[y], ipse enim tibi[z] dicit ad Ianuarium[2]: 'Rectius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet, ut in Christi[a] pace permaneant[b]. Faciat unusquisque, quod secundum suam[c] fidem pie[d] credit faciendum esse. Neuter eorum abhorreat[e] corpus et sanguinem Domini, sed saluberrimum sacramentum certatim honorare
Luc. 19, 6. contendant. Neque enim[f] litigaverunt inter se, aut quisquam eorum se alteri preposuit Zacheus
Matth. 8, 8. et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam susceperit Dominum, alter dixerit: 'Non sum dignus, ut intres sub tectum meum'.'

Fili mi, si te cognoscis peccatorem, oportet ut a te non repellas Dominum[g], sed
cf. Ps. 50, 19. satis ei[h] fac per poenitentiam[i] et in spiritu contrito et humiliato suscipe illum; si[k] iustus es, gaudens suscipe illum[f], si infirmus, precare ab illo sanitatem et cade in faciem
Luc. 17, 16. 19. ante pedes eius, sicut[l] unus de decem[m] leprosis, gratiasque[n] age, ut dicat tibi: 'Surge et vade, quia fides tua te salvum fecit'. Et ne differas de die in diem converti ad illum, quia quacumque die[o] conversus ingemueris[p], salvus eris. Iuxta Augustinum[q] [3] quando videris[r] pium affectum esse in te, sume corpus Domini, ut tibi vitam sempiternam prestet. Noli differre ad diem dominicum, quia nescis, si contingas illum.

12.

Amalarius episcopum quendam electum cohortatur.

Cod. S. Albini Andegav. qui nunc latet, Amalarii epistolas continens.

Ed. Martène et Durand Thesaur. anecdot. I, col. 25.

Sufficere[4] quidem credimus fidei tuae, quoniam quaeris in Christo Iesu ac sacer-
Matth. 7, 14. dotalis nominis arctam tibi et angustam intellectus viam in Domini reserari, quia prae-

---

a) indulgetur *R, V.* b) eis *R.* c) *om. V.* d) mansiliensi *V.* e) Agustino *G.* f) ęcclesias *M, G, V.* g) Ortatus *V.* h) precipuę *V.* i) cęlebr. *G, V.* k) et *add. M.* l) ortaretur *V.* m) *om. R,* singulos dies dom. *V.* n) *om. R, G, V.* o) ad cęlebrandum *G;* ad canendam *V,* ad canendum *R.* p) non *add. M.* q) feria *add. G, M.* r) abluitur *corr. in* abluat. *R.* s) comunic. *V.* t) gulos *V.* u) osp. *V.* v) hospitare *G, M.* w) Emmaus *R, V.* x) ad pelagus *corr. in* a pelago *R.* y) Agustinum *G.* z) *om. V.* a) Christo *corr. in* Christi *M.* b) permaneat *R.* c) fid. suam *R, V.* d) pię *V.* e) aborreat *R, V,* exhorreat *Aug.* f) *om. V.* g) Deum *M.* h) fac ei *R, V.* i) pęnit. *M,* penit. *G, R.* k) si — illum *om. R, V.* l) ut *M, R, V.* m) decim *corr. in* decem *G.* n) gratias *G, ed.* o) *om. V, post in marg. suppl.* hora. p) ingemuerit *corr. in* -ris *R.* q) Agust. *G.* r) videbis *ed.*

1) *De ecclesiast. dogmatibus c. 23, Augustini opp. ed. Bened. VIII app. 78:* Omnibus tamen dominicis diebus communicandum suadeo et hortor. 2) *Epist. 54 c. 3 § 4, opp. II, 125.* 3) *Ibid. c. 3 § 3, opp. II, 125.* 4) *Martène hanc epistolam forte scriptam esse aut ad Ieremiam aut ad Rantgarium episcopos censuit, Mönchemeier vero (Amalar von Metz p. 107) ob stili dissimilitudinem eam Amalario abiudicare vult.*

cedentibus meritis ac virtutis insignibus ad officium a Domino electus es, licet in multis gratia Christi in eis operibus comprobetur et cessante merito conversationis ac vitae sola Dei dona fructificent. Tamen quia tu prae ceteris dilectus a Domino comprobaris, quia et legis opera complesti et commoraris in gratia, usque ad eminentem scientiae caritatem intellectum Dei tecum conloquentem festinas, et existentibus cogitationibus insignibus hoc vis nosse quod factus es: totius tibi ecclesiae prout praecipit sacramenta reserabit, ordinem locumque custodiens, et quid qualiter observare debeas docens, si modo ad iniuriam non revoces novelli exhortationis industriam, ac te pudeat paulumper minorem esse, cum dicis quia seposito ut vilis privilegium dignitatis habes. 838

Explicit Amalarius.

13.

Florus Lugdunensis diaconus Drogoni Heti Aldrico Alberico episcopis Rabano abbati de rebus novis ab Amalario in ecclesia Lugdunensi actis scribit eumque haereseos accusat.
838.

Cod. Parisinus 13371 fol. 22—33' (quondam Harlaeanus) s. X., quem cont. H. Lebègue.

Edd. Martène et Durand, Vet. mon. coll. IX, 641—649 ex duob. mss. Pelteriano (id est bibliothecae Claudii le Peletier, Ludovici XIV. regis ministri, nunc dispersae qui latet) et Harlaeano (= H); Mansi Coll. concil. XIV, col. 663—670; Hartzheim Conc. Germ. II, 67—72; Migne Patrol. CXIX, 71—80.

Incipit epistola Flori totius veritatis plena contra falsiloquas adinventiones Amalarii quondam Lugdunensis chorepiscopi[a].

(c. 1) DOMINIS BEATISSIMIS REVERENTISSIMIS ET PIISSIMIS PASTORIBUS GREGIS CHRISTI, RECTORIBUS ECCLESIAE DEI, PRAEDICATORIBUS ET PROPUGNATORIBUS CATHOLICAE FIDEI, DROGONI SACRI CONCILII[b] MAGISTRO ET PONTIFICI CLARISSIMO[1], HETI REVERENTISSIMO[c] TREVIRORUM ANTISTITI[2], ALDRICO REVERENTISSIMO CENOMANNORUM EPISCOPO[3], RABBAN[d] ABBATI VENERABILI[4] ET EX PROVINTIA LUGDUNENSI PRIMA ALBERICO LINGONUM[5], REVERENTISSIMIS EPISCOPIS ECCLESIAE CATHOLICAE INDIGNUS FILIUS ET PIETATIS AC PATERNITATIS VESTRAE EXIGUUS SERVULUS FLORUS.

Obsecro, mansuetissimi et benignissimi servi Christi, ut extremitatem meam periculis ecclesiae Dei condolentem et compatientem ac per[e] hoc necessitates eius humiliter et fidenter ad vos referentem in ipsius Christi et Dei ecclesiae piae matris amore, pio ac benigno suscipiatis affectu. Exigua quidem et indigna est persona quae loquitur, sed Dei[f] est res, Dei[f] est causa quam loquitur[6]: digna certe quae a melioribus suggereretur, et idonea quae ad vestrum iam olim iudicium examinanda perferretur, sed quoniam fortius clamare solent qui atrotius vapulant, et qui maxima cogente indigentia importunius postulant, miseratione potius[g] quam indignatione digni habentur: sit et mihi minimo sub vestra pietate tutum ac liberum inter flagella vapulantis ecclesiae tristius vociferari de cladibus eius ac miseriis conqueri et a vobis paternae opis auxilium deprecari.

(c. 2) Idcirco enim ad vos, o domini et patres beatissimi, qui et dignitatis culmine et fidei sinceritate et Dei timore et scientiae probitate praecellitis, et Lugdunensi

---

13. a) de corpore Domini tripartito *add. ed.* b) consilii *ed.* c) *om. ed.* d) Ralban *H.* e) pro *ed.* f) domini *ed.* g) postius *corr. in* potius *H.*

1) *Mettensi episcopo, 823—855.* 2) *Trevirensi, c. 814—847.* 3) *832—856.* 4) *Fuldensi, 822—842.* 5) *qui ob. a. 838, cf. Ann. S. Benigni Divion. a. 838 (SS. V, 39):* Albericus episcopus Lingonensis obiit XV. Kal. Ianuar. 6) *Cf. Flori carm. ad Moduinum episc. v. 3. 4 (Poetae aevi Carol. II, 555):* Sum modicus, sed magna loquar, quia maximus ille est, | cuius res parvo carmine nunc agitur; *Agobardi ep. de lege Gundob. c. 5 (supra p. 160):* indignus digna loquor et pusillus grandia.

838 ecclesiae quidam[a] familiarius obstricti estis, querelam hanc potissimum credidi deferendam, ut quanto plures divini muneris largitate praeitis, tanto instantius et religiosius pro divinae fidei et veritatis tuitione certetis, memores Spiritus sancti per Salomonem
Prov. 24, 11. 12. talibus, quales Christi estis gratia proclamantis: 'Erue eos qui ducuntur ad mortem, et qui trahuntur ad interitum liberare necesse est[b]. Si dixeris, vires non suppetunt, qui inspector est cordis ipse intellegit, et servatorem animae tuae nihil fallit reddetque homini iuxta opera sua'.

Praecessit enim in praefata nuper ecclesia per praelatum eius Amalarium[1] error insanus et vanus, fidei et veritatis inimicus[c], religioni et saluti contrarius, quem primum quidem aggregata presbiterorum synodo circumsedentibus omnibus et velut praeceptorem audientibus, viva voce conatus est serere, immo tanta[d] intentione et studio per totum triduum proponendo, exponendo, exigendo omnibus inculcavit et
2. Cor. 3, 3. tradidit, quasi novi testamenti minister tabulis cordis carnalibus cuncta quae asserebat indelebiliter vellet imprimere. Deinde etiam magnum quendam codicem quattuor[e] voluminibus diffusum, a se compositum atque digestum, legendum transcribendumque tradidit, asserens eum Officialem nuncupari, tanquam de sacris officiis prudentissime et sufficientissime disputantem, qui tantis vesaniis et erroribus confertus est, ut quibuslibet etiam imperitis palam ridendus conspuendusque videatur. Protulit quoque antipho[na]rium[f], velut a se digestum atque correctum, cui talia ex suo sensu inseruit, ut pro eius impudenti audacia frons legentis pudore ac rubore feriatur. Novissime nunc[g] novum digessit volumen, et apud Lugdunum ornate indui ac vittis sericis distingui fecit[2]: quod ad palatium ferens vel principi[3] vel magistro concilii[h] dicitur oblaturus. In quo vere tam inepto eloquio, tam absurdis sensibus, tam exquisitis et inauditis fantasiis involvitur, ut putes eum limphatico more bachari. Vocat huius insulsissimae garrulitatis librum embolim[4] opusculorum suorum et rectissime omnino; est enim multiplicium errorum eius velut cameli gibbus procrescens ac redundans augmentum[i].

(c. 3) De singulis vel[k] pauca proponere et vestrae gravitati fastidiosum et meae supplicationis sermoni videtur incongruum, quem metuo rebus frivolis facere prolixiorem, ne in seriis ac necessariis onerosior videatur. Certe libri ipsi fere ubique dispersi, fere omnibus noti sunt, neque ullatenus ambigo, quin gravium ac prudentium virorum iudicio severius reprehendantur, quam exiguitatis meae aut comprehendi ingenio aut exaggerari possit eloquio. Attamen ne frustra opem sanitatis videar implorare, si dissimulo aut formido vulnus detegere, nonnulla vel breviter replicabo. Vos ut caelestis cooperatores medici sive antidoto fidei sive scalpello aut cauterio sincerissimae veritatis curate languida, resecate putrida, urite vitiosa et saluti corporis Christi in commune prospicite. Absit, absit a vestrae gravitatis censura, ut in[l] huiusmodi erroribus et ineptiis confutandis, aut personae respectu aut adulationis fuco aut humanae offensionis seu discriminis metu cuiusque[m] pii et fidelis animus retardetur. Cum res fidei, cum causa ecclesiae, cum negotium Christi agitur[5], sola fides, sola mater ecclesia, solus amator veritatis, immo veritas, Christus pre oculis habeatur.

---

a) quidem *ed.* b) necesses *H.* c) inimicos *corr. in* inimicus *H.* d) tota *ed.* e) quatuor *corr. in* quatt. *H.* f) antiphorium *H.* g) vero *ed.* h) consilii *ed.* i) argumentum *ed.* k) autem *ed.* l) *superscr. prim. man. H.* m) cuiusquam *ed.*

1) *qui loco Agobardi exulis ecclesiam tunc administravit.* 2) *Cf. Wattenbach, Schriftwesen im Mittelalter ed. 3 p. 388.* 3) *Ludowico Pio.* 4) *i. e. additamentum. De libro ipso nihil constat.* 5) *Cf. supra p. 267 n. 6.*

(c. 4) Docet[1] praeceptor ipse egregius scilicet[a] Amalarius ita corpus Christi 838
esse triforme et tripertitum[b]; tria esse[c] Christi corpora: primum quod ipse suscepit, secundum in nobis, qui super terrram ambulamus, tertium in illis qui sepulti iacent. Asserit in mysterio sacrificii hac de causa tres debere fieri partes, unam calicis pro Christo, alteram in patena pro vivis, tertiam in altari pro mortuis. Dicit[2] panem illum esse carnem Christi, sanguinem animam, ut sit totus Christus. Hesitandum dicit[3], utrum corpus Christi de altari sumptum in corpore nostro maneat usque in diem sepulturae, an recipiatur invisibiliter in caelum, an quando venam incidimus, cum sanguine profluat, an cum ceteris quae in os intrant in secessum labatur. Epistola eius est in suo officiali libro ad iuvenem nescio quem episcopum scripta, quae hoc continet[4]. Ubi[5] etiam de sputis et flegmatibus spurcissime disputat et, cum sit tam sordidae mentis putidaeque doctrinae, se spiritalem iactat, qui omnia diiudicet, et alios carnales et animales vocat. Calicem Domini vocat sepulchrum, presbiterum Ioseph ab Arimathia, archidiaconum[d] Nichodemum tamquam sepultores Christi[6], diaconos retro acclines apostolos, se in passione Domini velut contrahentes et occultare volentes[7]; subdiaconos ad faciem erectos mulieres libere astantes. Aliam partem mysticae orationis, qua corpus Domini consecratur, Christo tribuit oranti in monte Oliveti; aliam in cruce pendenti, et post, nescio quas, fatuas divisiones aliam morienti. Cum vero presbiter inclinatur, hoc esse: 'Et inclinato capite tradidit spiritum'. Ioh. 19, 30.

(c. 5) Quattuor[e] in anno legitima ieiunia ad quattuor humores refert[8], quibus corpus vegetatur humanum et pro his fieri asserit in eisdem ieiuniis. Duas lectiones quarta feria ad missam[f] legi propter duo sidera ipso die condita, ut paganis eius verbis utar[9], Phebum et sororem eius Phebam. Nam et sanctum David semper in Domino fortem et bellicosum more ethnico arsisse dicit[10] in Marte, quem daemonem esse pessimum incentorem[g] tumultuum atque bellorum proclamat etiam poeta gentilis[11] dicens: 'Saevit toto Mars impius orbe.' In evangelio maioris letaniae per panem in- cf. Luc. 11, 11. 12.
tellegit[12] fruges terrae, in pisce genita ex aquis, in ovo animalia, quae ex utroque sexu gignuntur in terris, talemque fantasiam sensus sui evangelico[h] praeferens sensui asserit pro talium rerum conservatione tunc[i] a fidelibus celebrari laetanias. Nam et menses[k] tunc in profectum sunt, inquit, et pisces tunc veniunt et pulli campos tundunt. Addit insuper et quasdam significationes monstruosas, et instar antipodarum capite deorsum, pedibus sursum versis, ita ut in his praecedat res ipsa et sequatur figura, cum e contrario umbrae legis iuxta apostolum res designent futurorum bonorum. Hebr. 10, 1.
Cum ab altari sumitur evangelium, ipsum altare significat Hierusalem, unde evangelium processit. Locus altaris locum illum significat, ubi Iacob dormiens angelos vidit. Gen. 23, 12.
Romanus pontifex cum sabbato ante palmas elimosinam dat, mulierem significat, quae Dominum unxit[13].

(c. 6) Iam de sacerdotum et ministrorum sacris vestibus, de vasis divini ministerii, de cantorum tabulis, de signis aereis, de ipsis etiam indumentorum et calciamen-

---

a) *om. ed.*, .s. amalarius *superscr. prim. man. H.* b) ut *add. ed.* c) *om. ed.* d) archidianum *H.* e) *om. ed.* f) admissa *H.* g) inventorem *ed.* h) evangelio c *superscr. H.* i) c *in ras. H.* k) messes *ed.*

1) *De eccl. off. l. III c. 35, cf. Florum ap. Mönchemeier p. 241.* 2) *Cf. ibid. III c. 34, Mönchemeier p. 245. 246.* 3) *Cf. ap. Mönchemeier p. 250.* 4) *Ep. ad Guntardum data, supra p. 265 v. 27.* 5) *Cf. ibid. p. 264.* 6) *De eccl. off. III c. 26.* 7) *ib. c. 28.* 8) *ib. II c. 2; cf. ap. Mönchemeier p. 250, supra p. 253 v. 15.* 9) *Cf. Florum ap. Mönchemeier p. 250:* Similiter dicis ut paganus in ipsis ieiuniis quarta feria duas lectiones fieri propter duo luminaria, quae tu nominas Phebum et Phebam sororem. 10) *De off. eccl. II c. 1, cf. Florum l. l.:* Dicis etiam in doctrina daemoniorum ostendi per divinas hystorias David ardentem fuisse in Marte. 11) *Verg. Georg. I, 511, cf. Mönchemeier Amalar v. Metz p. 251:* quem etiam gentilis poeta impium nominat dicens *etc.* 12) *De eccl. off. I c. 37.* 13) *ib. I c. 9.*

838 torum fimbriis, coloribus[a], speciebus, de officiis quoque sacris et psalmorum distributionibus, quam inepta et fatua et omni risu digna confingit[b], quasi ei soli licuerit post legem et prophetas, post evangelia et apostolos, res typicas et mysticas in ecclesia statuere, ita ut mysteriorum eius praevaricator habeatur, qui usu et consuetudine simplici aliud quid celebrare praesumpserit. Dicit se in talium fantasiarum adinventionibus sancti Augustini[1] auctoritatem sequi, eo quod obscura quaeque et ambigua tamdiu ille tractari iubeat atque versari, donec ad dilectionem Dei vel proximi Matth. 22, 40. intellegentia perducatur, in quibus duobus mandatis tota lex pendet et prophetae. Nec considerat nimia novitatum cupiditate caecatus, haec illum de sanctarum[c] scripturarum indagandis sensibus tradidisse: nempe libri in quibus haec loquitur de doctrina christiana titulantur, de sola in his scripturae sacrae intellegentia regulae traduntur, multa ibi de rebus, multa de signis disseruntur; et tamen de huiusmodi significationibus, quas iste perquirit, nihil penitus dicitur, immo in libris ad Ianuarium[2] omnem ecclesiasticarum observationum varietatem triplici genere distinguit, universas videlicet aut ex scripturae sacrae auctoritate, aut ex generali ecclesiae traditione, aut[d] diversorum locorum multiformi consuetudine eas asserens propagatas; et primas quidem ostendit numero esse paucissimas[e], observatione facillimas, significatione prestantissimas; secundas quoque pari religione asserit venerandas; in terciis vero nullam omnino significationem, nullum requirens mysterium, sincerissimam atque gravissimam beati Ambrosii sententiam sequitur ac velut caeleste oraculum sequendam proponit, quam eidem respondit de talibus consulenti[3]: 'Ad quamcumque', inquiens, 'ecclesiam deveneris, eius morem serva, si non vis alteri esse scandalum, nec quemquam tibi'. In eisdem ad Ianuarium libris[4] quicquid humana auctoritate statuitur ac veluti sacramentum et mysterium teneatur, nullatenus approbandum, immo et indubie asserit resecandum.

(c. 7) Quid igitur iste[f] novellus iste praeceptor de mysteriis suis faciet? qua ratione tot vanitatum suarum commenta defendet? Scripturae sanctae[g] auctoritas deest, ecclesiae in talibus generalis traditio et regula nulla est, doctrina patrum repugnat, libellum Romani ordinis tantae auctoritatis habet, ut eum pene ad verbum nititur[h] exponere; et tamen statim sibi ipse contrarius asserit hunc Romano archidiacono, cuius traditionibus gloriatur, ignotum. Quod si scripturarum sensus ad suas fabulas trahit et commenta erroris sui ex his fulcire conatur, quis[i] hanc nesciat hereticorum propriam esse insaniam, ut sua semper mendacia veritatis specie pallient, ver- Isai. 1, 22. tentes iuxta Esaiam argentum in scoriam et caelestis vigorem vini terrenae fatuitatis aquae miscentes.

Ignoscat mihi indigno et exiguo vestra paternitas, si rem necessariam fidei et salubrem ecclesiae devota supplicatione suggessero. Claudendus est plane iuxta legis Exod. 21, 28, 29. praeceptum bos cornipeta et os eius sempiterni freno silentii constringendum, immo quia iam aut virum aut mulierem fortassis invasit, id est vel qui sibi fortis videtur vel qui vere infirmus in fide est, scandalizavit, divinarum sententiarum lapidibus obruendus nec carnes eius, id est doctrina et sensus, ullatenus comedendae. Nam quotiens de his arguitur vel monetur, nequaquam, ut piorum moris est, libenter et humiliter adquiescit, sed tunc iactantius et insolentius cornua erigens multiplicat vesaniam suam, sic sentire clamans omnem Germaniam, sic totam Italiam, sic ipsam Romam,

a) et *add. ed.* b) contingit *ed.* c) sacrarum *ed.* d) ex *add. ed.* e) sed *add. ed.* f) *in ras. H,* nov. iste *ed.* g) sacrae *ante* sanctae *eras. H.* h) nitatur *ed.* i) quid *corr. in* quis *H.*

1) *De doctr. christ. l. IV c. 10 § 24, opp. III, 73.* 2) *Epist. 54 c. 1. 2, opp. II, 124.* 3) *Ib. c. 2 § 3, opp. II, 124.* 4) *Ib. c. 19 § 35, opp. II, 142.*

se fuisse Constantinopoli[1], se apud Histriam sive Lucaniam, et idcirco in talibus 838
singularis auctoritatis existere. Nec ei sat est, quod ipse tantis implicatur erroribus atque fantasiis, nisi et totum pene orbem sui complicem infamet. Persistit namque sub multorum pontificum ficta auctoritate suum de sacrosanctae eucharistiae divisione ineptissimum, immo blasphemum confirmare sensum. Neque enim nos cuiusquam morem ecclesiae repraehendimus, nec alteram alteri superbe praeferimus, quas omnes in Christo constat vinculo pacis unitas et sancti Spiritus distributione distinctas, sed sensum profanum redarguimus, quem manifestissime et scripturae sanctae et fidei catholicae et unitati ecclesiae inimicissimum constat. Vere nulli umquam licuit corpus Christi dicere triforme vel tripertitum, quod apostolus unum semper et unitum[a] 1. Cor. 10, 17. proclamat, dicens: 'Unus panis, unum corpus multi sumus'. Et iterum: 'Multi unum Rom. 12, 5. corpus sumus in Christo'. Et alibi: 'Unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis Eph. 4, 14. in una spe vocationis vestrae'. Vere unius capitis Christi unum est omnium electorum corpus, uno spiritu vegetatum, suo capiti inseparabiliter unitum, suorum membrorum indissolubili conexione solidatum atque compactum, sola gratiarum varietate distinctum, nec mortalitate divisum, nec ipsa morte solvendum. Neque enim quia talium figmentorum doctor[b], adhuc mortaliter vivit, pater autem forsan mortuus et pulveri redditus est, idcirco vel a Christo, si eius membra meruerint[c], vel a se invicem, quantum ad gratiam unitatis corporis Christi attinet, mortalitatis aut mortis obstaculo divisi sunt, quoniam conditio mortalitatis et mortis ad poenam pertinet praevaricationis antiquae, non ad spiritalis innovationis ineffabilem unitatem. Unitatem istam sola caritas compaginat, sola iniquitas dissecat testante apostolo: 'Qui adheret Domino unus spiritus 1. Cor. 6, 17. est' et propheta e contrario inclamante: 'Iniquitates vestrae diviserunt inter vos et Isai. 59, 2. Deum vestrum'.

(c. 8) Repraehendit sanctus Augustinus[2] Tichonium, quod in libro regularum unam de septem de corpore Domini bipertito nominaverit, mutatoque nomine inreligioso, potius eam de corpore Domini vero atque simulato, vel de corpore Domini permixto asserit nuncupandum, ita sanctus pater edocuit esse nunc propter unam bonorum et malorum piscium captionem in Christi corpore permixtionem.

(c. 9) Divisionem vero repudiavit, quoniam indissolubilis sacramenti unitas nullam penitus recipit sectionem. Quam misera autem anxietate ventilatur et coartatur, cum corpus Christi humanae corruptionis sordibus inquinari formidat, et idcirco vel in caelum recipi invisibiliter vel in corporis nostri velut conditorio reponi mira vanitate delirat. Addit quoque usque in diem sepulturae, metuens videlicet ne vel tunc, nisi nescio quo invisibili modo, a nobis discretum fuerit corpus Christi, nostri corporis conditione in pulverem dissolvatur. Quid autem honoris ei confert, si ex venae incisione, mirum cur non et narium fluxu simul fluere opinatur? Annon videmus, quibus et quam sordidis animalibus sive locis fusus pateat sanguis humanus? absint ab animo fideli de mysterio salutari atque caelesti tam ineptae et sordidae cogitationes! Prorsus panis ille sacrosanctae oblationis corpus est Christi, non materie vel specie visibili, sed virtute et potentia spiritali. Neque enim in agro nobis corpus Christi gignitur aut in vinea sanguis eius exoritur, vel torculari exprimitur. Simplex e frugibus panis conficitur, simplex e botris vinum liquatur, accedit ad haec offerentis ecclesiae fides, accedit mystice precis consecratio, accedit divinae virtutis infusio; sicque miro et ineffabili modo quod est naturaliter ex germine terreno panis et vinum, efficitur

---

a) unicum *ed.* b) cum *add. ed.* c) meruerunt *ed.*

1) *Haec ad legationem eius Constantinopolitanam a. 813. susceptam referenda sunt, cf. supra p. 247 v. 26.* 2) *De doctrin. christ. l. III c. 32 § 45, opp. III, 58.*

838 spiritaliter corpus Christi, id est vitae et salutis nostrae mysterium, in quo aliud oculis corporis, aliud fidei videmus obtentu; nec id tantum quod ore percipimus, sed quod mente credimus, libamus. Unde et fideliter petimus, ut quod ore contingimus pura mente capiamus. Mentis ergo est cibus iste, non ventris; non corrumpitur, sed permanet in vitam aeternam, quoniam pie sumentibus confert vitam aeternam. Pie autem sumit qui spiritu fidei illuminatus, in illo cibo et potu visibili virtutem intelligibilis gratiae esurit ac sitit; et minus indulgentiae et salutis spiritaliter percipit ...... 1. Cor. 1, 24. nullatenus cogitanda vel metuenda est in hoc mysterio ulla pollutio. Christus enim Sap. 7, 26. Dei virtus et Dei sapientia in eo sumitur; quae sapientia, ut scriptura testatur, candor ib. 25. est lucis aeternae et emanatio quaedam claritatis Dei sincera, et ideo nihil inquina- ib. 24. tum in illam incurrit, attingit autem ubique [propter] suam munditiam. Corpus igitur Christi, ut praedictum est, non est in specie visibili, sed in virtute spiritali, nec inquinari potest fece corporea, quod et animarum et corporum vitia mundare consuevit.

(c. 10) Obsecro, patres beatissimi, ut reminiscantur piissima corda vestra, et cum omni timore ac tremore cogitent, quanta exstiterit in antiquis patribus cautela fidei et cura[a] veritatis, et quanto zelo perfidiae semina et impietatis scandala extirpaverint, quatinus ecclesia Christi sponsa, agni sponsa ac domini sui sanguine redempta Eph. 5, 27. et ornata, sine macula inveniretur et ruga. Taceo Sabellium et Arrium, qui in summae atque individuae et coaeternae Trinitatis fide peccaverunt. Praetermitto Nestorium et Euticen, quos in fide incarnationis unigeniti impia sensisse vulgatum est. Nec illos contingo qui, licet eandem fidem Trinitatis tenentes scismate obstinationis spiritu ab ecclesia recesserunt. Ad eos venio quos in cultu et celebratione sanctorum vel sacrorum[b] seu in superstitiosis quibusdam observantiis evanescentes antiqua sinceritas foras misit. Sint[c] Catafriges funesta et Manichei spurca celebrantes mysteria[1] iure damnati; habeantur etiam Adamitae ob impudentiam iure ab ecclesia pulsi[2]. Nudi enim viri et feminae ad imitationem Adae mysteria exercebant, ecclesiamque suam paradisum vocitabant[d], et tamen a superstitiosi cultus observantia quantum differt superstitio nuditatis. Artotiritae[e], qui greco eloquio ex pane nuncupantur et caseo, merito iudicentur extranei, quoniam pro pane et vino evangelico in mysteriis suis, velut Cain et Abel imitatores, panem et caseum offerebant[3]. Aquarii quoque similiter, utpote aquam solam contra praeceptum evangelicum offerebant[4], et tamen pie considerandum quod et hi et illi ob hoc solummodo abiecti sunt, quia in mysterio sacrificii contra evangelicum et apostolicum constitutum vel mutare quippiam vel addere aut subtrahere praesumpserunt. Haec igitur in sacris rite improbata iure videntur esse punita, utpote quibus tantum mysterium impie violatur. Oro, quid commeruerunt Euchitae, greco vocabulo ab orando nuncupati?[5] quid Dactilici a digito, quid Askitae ab utre vocitati deliquerunt[6], ut ecclesia excluderetur? Bona est oratio, et tamen primi ob nimium orationis excessum repulsi. Bonum est et silentium, sed ob nimiam silendi superstitionem, ita ut digitum labiis opponerent, secundi abiecti sunt. Iam vero Askitae quid agebant? quam leve nunc, quam non curandum, quam etiam ludicrum putaretur. Utrem inflatum et opertum ebrii circumeuntes se utres novos evangelico vino repletos dicebant.

Cavendum ergo, patres beatissimi, et paterna vigilantia providendum, ne forte 1. Petr. 5, 8. et nunc hostis antiquus, qui tanquam leo rugiens circumit quaerens quem devoret, qui

---

a) cura *superscr. prima man. H.* b) vel sacr. *superscr. prima man. H.* c) Sin *H*, Sunt *ed.* d) vocabant *ed.* e) Artonitae *H*, *ed.*

1) *August. de haeresib. c. 26. 46, opp. VIII, 10. 15.* 2) *Ibid. c. 31 (opp. VIII, 11), ubi Adamiani vocantur.* 3) *Cf. Isid. Etymol. l. VIII c. 5, 22; August. de haeres. c. 28 (opp. VIII, 10).* 4) *Ib. c. 5, 23; August. l. l. c. 64 (col. 20).* 5) *August. l. l. c. 57 (col. 19).* 6) *Ib. c. 62. 63 (col. 20).*

magnum de modico saepe malum excitat, et de scintillis conflat incendia nova, per has novas fantasias in simplicium et ignorantium cordibus errorum semina nutriat. Curandum etiam ne per earum inperitissimum auctorem[a] divina volumina violentur, confert enim ea assidue cum Hebreis et quia nullam linguae eorum, nullam litterarum familiaritatem habet, frequenter ut audio quae sunt recta pervertit. Nam et in hac parte tantam patres adhibuere cautelam, ut evangelia quae beatus Hieronimus[1] ab Esitio sive Luciano falsata esse commemorat, inter libros non recipiendos abiecerunt. Quanto etenim magis istius emendatio debet esse suspecta, qui in tantis, ut res ipsae demonstrant, praeceptum calcat scripturae dicentis: 'Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui'. 811—812 Prov. 22, 28.

(c. 11) Haec sunt, o sanctissimi patres, quae pro timore Dei, pro honore fidei, pro amore vestro, immo totius ecclesiae, mansuetudini vestrae credidi intimanda. Nunc precor indignus et obsecro per dominum nostrum Iesum Christum, qui dilexit ecclesiam suam, et se ipsum tradidit pro ea, mundans eam lavacro aquae in verbo, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, ut inflammemini veritatis [zelo][b] et una cum sancto concilio expugnetis errorem insulsissimum, neque de hac solum nostra[2], quae praedae et direptioni et conculcationi patet, sed et ex aliis Christi ecclesiis huius superstitionis pestilentiam exterminetis. Credite enim, domini omni mihi veneratione dignissimi, quia nihil ita haec misera et miserabilis plangit ecclesia sicut veritatis quam non audit dispendium, et multiplicium errorum, quos tolerare compellitur, incrementum. Videtis, sanctissimi, pro qua et adversus quem supplicem: pro ecclesia videlicet Christi, cui fidem et caritatem usque ad mortem debeo; adversus fabricatorem mendacii et cultorem perversorum dogmatum, qui temporibus prudentissimorum antistitum, temporibus religiosissimi principis[3], contra veritatem scripturarum, contra auctoritatem ecclesiasticorum patrum, contra omnem rationis ordinem, ecclesiae Dei vivi, que est columna et firmamentum veritatis, ausu temerario atque sacrilego, tanta errorum et superstitionum scandala inferre conatus est, quae procul dubio habent initium truncum et medium putridum et finem ruinosum. Nam aut humiliter confitebitur errorem, ut possit dignam praebere satisfactionem aut si insaniarum suarum commenta pertinaciter atque impudenter asserere maluerit (quod ei non expedit nec optamus) habet praecedentium in talibus rebus, ut supra ostendimus, exempla, quorum exitus pertimescat. Explicit. Eph. 5, 27. 1. Tim. 3, 15.

14.

Amalarius, ut dicitur, Treverensis episcopus[4] *a Carolo imperatore interrogatus de baptismi ritibus exponit.* *811—812.*

Cod. Monac. (quondam Weihenstephan.) 21568 fol. 79—79' s. XII, quem descr. K. Hampe.[a]

Edd. D. Morin, Revue benedict. XIII (a. 1896) p. 290—291, fragmentum huius epistolae de Reiffenberg, Bulletin de l'acad. de Bruxelles X (1843) p. 166 ex cod. Bruxell. Wiltheimii 17349—17360.

DOMINO[b] MEO KAROLO SERENISSIMO IMPERATORI AUGUSTO A DEO CORONATO MAGNO ET PACIFICO REGI FRANCORUM ET LONGOBARDORUM AC PATRICIO ROMANORUM.

Gratias etenim agimus Deo omnipotenti, qui tantam sapientiam corde vestro inspirare dignatus est, ut semper sanctam ecclesiam defendere et servientes ecclesiis

---

a) actorem *ed.* b) *om. H.*

14. a) *Lemma:* Ammolarius treverenssis episcopus *C.* b) Domino — sere- *litteris uncialibus scripta sunt,* D *littera artificiose picta.*

1) *Praefat. ad Damas. (opp. X, 661):* codices quos a Luciano et Hesychio nuncupatos *etc.* 2) *Lugdunensi.* 3) *Ludowici Pii.* 4) *Morin loco supra laud. Amalario hanc epistolam recte abiudicavit, quia responsio eius genuina iamdiu nota sit (supra p. 242), ideoque nomen eius falso a librario additum esse censuit.*

811—812 nullo tempore admonere desistitis. Venit enim nobis epistola serenitatis vestre, in qua scriptum erat, qualiter nos vel suffraganei nostri in ęcclesiis Dei presbiteros et populum nobis a Deo commissum docuissemus. Nos vero Deo adiuvante in quantum valuimus secundum tradicionem patrum et antecessorum nostrorum ęcclesiasticorum[a] virorum responsum dare satagimus,

Primitus[1] enim paganus caticuminus fit. Caticuminus enim instructus vel inbutus dicitur, accedens ad baptismum, ut renuntiet maligno spiritui et omnibus damnosis eius et pompis. Pompas autem nos dicimus siniu gelp anda sinen willon[b]. Tunc fiunt scrutinia[c], *f. 79 col. 2. ut exploretur *saepius[d], an post renuntiationem satane sacre verba data fidei radicitus corde defixerit, sicut in sacramentorum libro continetur. Simbolum autem nos dicimus collationem verborum, sicut apostoli nos docuerunt sive signum, ut alii dicunt. Et interrogabunt[e] illum patrinum: Credis in Deum patrem omnipotentem, creatorem celi et terre?

Responsio[f]: credo. Et in Iesum Christum filium eius natum et passum? Credo. Et in Spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam sanctorum communionem, remissionem peccatorum[g], carnis resurrectionem et vitam eternam amen? Responsio: Credo. Deinde exsufflatur etiam, ut fugato diabolo Christo deo nostro paretur introitus. Exorzizatur, id est coniuratur malignus spiritus, ut recedat et exeat dans locum Deo vero.

Accipit caticuminus salem, ut putrida et[h] fluxa eius peccata sapientie sale divino munere mundentur. Tanguntur et nares, ut quamdiu spiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoque eodem perungitur[i] oleo, ut signo sancte crucis diabolo claudatur ingressus. Signantur et scapulę, ut undique muniatur. Item in pectoris et scapulę unctione signatur fidei firmitas et bono- *f. 79' col. 1. rum operum perseverantia. Et sic in nomine sancte Trinitatis trina submersione *baptizatur, idest in nomine patris et filii et Spiritus sancti. Tunc albis[k] induitur vestibus propter gaudium regenerationis et castitatem vite et angelici splendoris decorem. Tunc sacro crismate caput perungitur et mistico tegitur velamine, ut intellegat se diadema regni et sacerdotii dignitatem cf. 1. Petr. 2,9.5. portitare iuxta apostolum: 'Vos estis genus regale et sacerdotale offerentes vosmetipsos Deo vivo hostiam sanctam et Deo placentem'. Sic corpore et sanguine dominico confirmatur, ut illius capitis sit membrum, qui pro nobis passus est et resurrexit. Novissime autem per impositionem manus a summo sacerdote septiformis gratie spiritum accipiat, ut roboretur per spiritum gratiam vite donatus ęterne.

Nos itaque credimus et sic docemus in ecclesiis a Deo nobis commissis, sicut inferius scriptum tenetur exemplum fidei Niceni concilii CCC[torum] XVIII patrum[2]: Credimus in unum[l] Deum patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum dominum nostrum Iesum Christum, natum ex patre unigenitum, hoc est ex substantia patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero, natum [non][m] factum, ομουσιον, hoc est ex eiusdem substantię [cum][m] patre[n], per quem omnia facta sunt que in celo et que in terra. Qui propter f. 79' col. 2. nos *homines et propter nostram salutem descendit de celo, incarnatus[o] est et homo factus est; passus est et resurrexit tertia die, ascendit[p] in celos. Inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: erat tempus quando non erat, et priusquam[q] nasceretur, non erat, et quia nullis subsistentibus factus est aut[r] ex alia substantia vel essentia dicunt esse τρεπτον hoc est convertibilem atque mutabilem filium Dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

a) ęcclesiaticorum *C.* b) siniugel pardo sinen willen *C, corr. Gallée, Altsächs. Sprachdenkmäler s. 252.* c) srutinia *C.* d) servus *C.* e) *sic corr. ex* interrogabant *C.* f) ℞, *ita et in sequentibus.* g) *sic corr. ex* peccatorem. h) ex *C.* i) pertingitur *C.* k) *sic corr. ex* albati *C.* l) I *superscr.* m) *om. C.* n) ex substantię (ei'dē patre) *sic in codice ab eadem manu superscriptum.* o) na *superscr.* p) as | ascendit *C.* q) priusq *C.* r) aut *C.*

1) *Eadem sed breviora habet Alcvinus in epistola ad Oduinum presbyterum data, EE. IV, 202 (cf. p. 214), quo nostrum usum esse Morin existimavit.* 2) *Mansi Coll. conc. t. II, 665. 666.*

VI.

FROTHARII EPISCOPI TULLENSIS EPISTOLAE.

Pauca sane de Frotharii episcopi Tullensis vita moribusque nobis nota essent, nisi felici casu pars epistolarum eius ad nos pervenisset; neque enim, sicut multi aevi Carolini episcopi, in re publica versari solebat, sed potius intra dioecesin suam rebus ecclesiasticis operam dare praeferebat. Qui cum in monasterio Gorziensi, ut ipse in epistola 28 dicit, adolevisset, abbas factus est monasterii S. Apri ante muros Tullenses siti[1]*, cui etiam postea favere non destitit. Deinde Wannico episcopo Tullensi mortuo Frotharius electus et Caroli Magni imperatoris iussu a Vulfario archiepiscopo Remensi anno 813. (aut anno praecedente) Mart. 22. consecratus est*[2]*. Inter annum exeuntem 825. et a. 830.*[3] *adquisivit, sicut Gesta episcoporum Tullensium*[4] *tradunt,* a Ludowico et Lothario imperatoribus immunitatem comitatus et thelonei et restitutionem cartarum concrematarum et forestem cum banno quam Ermundies dicunt[5]. *In monasterio S. Apri, cuius res interea per inertiam rectorum quorundam in peius mutatae erant, Frotharius veterem disciplinam haud multo ante a. 838.*[6] *restituit et Ludowico imperatore approbante*[7] *possessiones ad monasterium pertinentes instrumento confirmavit*[8]*. Paulo post litem inter idem monasterium et ecclesiam S. Iohannis Tullensis de finibus parrochiae S. Maximini, quae S. Apro reddita erat, obortam in synodo Tullensi a. 838. Oct. 15. in monachorum favorem iudicavit*[9]*. De cetero Frotharium constat synodo Maguntiae mense Iunio anni 829. habitae*[10] *interfuisse atque tam in synodo a. 835. Theodonisvillae celebrata Ebonis archiepiscopi Remensis damnationi*[11]*, quam eiusdem restitutioni a. 840. in conventu Ingelheimensi a Lothario imperatore statutae*[12] *assensum esse. Cum iam ante Ian. 16. anni 845. Frothario Berardus chorepiscopus adiunctus esset*[13]*, ipse, postquam per 35 annos episcopatui summa cum diligentia praefuit, anno 848. (aut anno praecedente) Mai. 22. vel 31. defunctus*[14] *atque in coemeterio S. Apri sepultus est*[15]*. Per tot annos qualem se in episcopatu administrando praestiterit, melius, quam istae paucae notitiae ex chronicis instrumentisque*

---

1) *Gesta episcoporum Tullensium c. 26, SS. VIII, 637.* 2) *Flodoardi Hist. Remens. eccl. l. II c. 18, SS. XIII, 466; et annus et dies prorsus certi non sunt, cf. N. Archiv XXI, 749. 750.* 3) *Cf. N. Archiv l. l. 752.* 4) *SS. VIII, 637.* 5) *Cf. Pfister, Annales de l'Est IV, p. 270 sq.* 6) *Cf. N. Archiv l. l. p. 756 n. 6.* 7) *Cf. Bouquet Recueil VIII, 620 n. 222, IX, 340 n. 10.* 8) *Mabillon, De re dipl. p. 524 n. 79, qui huic privilegio annum 836. immerito ascripsisse videtur.* 9) *Gallia christ. 2. ed. XIII, (instr.) p. 450.* 10) *Cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. d. Fr. I, 313 n. 5.* 11) *Ibid. II, 127.* 12) *Cf. Flodoardi Hist. Remens. eccl. l. II c. 20, SS. XIII, 473.* 13) *Mühlbacher Reg. n. 1084.* 14) *Cum Gesta episc. Tull. SS. VIII, 637 episcopatum eius 35 annos durasse referant, annus mortis dependet ab anno ordinationis. Ibidem dies mortis Mai. 22. reperitur, in necrologio vero Romarici montis (N. Arch. XIX, 70) dies Mai. 31. Cf. N. Arch. XXI, 759.* 15) *Gesta episc. Tull. l. l.*

haustae, epistolae eiusdem ostendunt, quas hic recudendas curavimus. — Inveniuntur in unico codice Parisino lat. 13090 (olim S. Germani 980), cuius inter diversa fragmenta chirographorum variis saeculis exarata[1], *in fol. 80—91 epistolae nostrae 32 leguntur, una manu s. IX. ex. ita scriptae*[2], *ut singulae neque intervallo neque numeris, sed maiore tantum littera inter se distinguantur. Quare fieri potuit, ut in editionibus duabus epistolis (infra epp. 24 et 1) sub uno numero (20) coniunctis 31 tantum epistolae numerarentur. Cum in fol. 80 sine inscriptione incipiant atque in fol. 91 exeunte in media epistola 5 abruptae sint, non nisi partem Frotharii epistolarum nobis traditam esse veri simile est, neque ordinem earum integrum codex, ut nunc iam se habet, nobis servasse videtur; verbis enim: EXPLICIT AMEN, quae librarius in fol. 87' extremae epistolae 1 (nostrae editionis) addidit, ultimis quatuor paginae versibus vacantibus, finem certe totius collectionis significare voluit, quae fortasse in fol. 88 (ceteris sordidiore) ita incepit, ut nostri ordinis ep. 4 olim fuerit epistola prima. Quae opinionem nostram confirmaverunt, qui codicis ordinem turbatum atque antea iam satis ex arbitrio constitutum in editione nostra esse neglegendum epistolasque temporis ordine servato denuo disponendas esse arbitrati sumus. Mendis quoque multi loci corrupti sunt, eademque epistola (30) per librarii neglegentiam bis in codice scripta est. Ex epistolis nostris 22 ab ipso Frothario confectae, reliquae, tribus (epp. 13—15) exceptis, ad eum missae sunt, nominibus interdum omissis vel in modum formularum verbo 'ille' suppletis.*

Ex membranis tunc Carnotensibus hucusque solus Andreas Duchesne a. 1636. in Historiae Francorum Scriptoribus t. II p. 712 sq. Frotharii epistolas publici iuris fecit, cuius editionem postea repetiit paucisque notis illustravit Martinus Bouquet in Recueil des historiens des Gaules et de la France t. VI p. 386 sq., unde identidem eam recudendam fecit I. Migne in Patrol. lat. t. CVI col. 863 sq., singulis epistolis aliis in libris repetitis.

De Frothario episcopo eiusque epistolis paucis ante annis egit G. Pfister in Annales de l'Est (1890) IV p. 261—313, quem saepius in epistolis illustrandis ducem secuti sumus.

Nos Ludowici Bethmann collatione usi textum Parisiis codice iterum adhibito castigavimus, in nonnullis locis corruptis aliis Chesnii emendationibus retentis, aliis reiectis, novis additis.

Cui tempori epistola quaeque addicenda sit, in commentariolo nostro: 'Die Datierung der Briefe des Bischofs Frothar von Toul' in Neues Archiv t. XXI, 747—760 exposuimus atque novum epistolarum ordinem argumentis fulsimus, qui eo qui sequitur indiculo facile cum codicis dispositione in editionibus prioribus servata comparari potest.

Numeri priorum edd. codicis ordinem servantium.	Numeri nostri	Numeri priorum edd. codicis ordinem servantium.	Numeri nostri	Numeri priorum edd. codicis ordinem servantium.	Numeri nostri	Numeri priorum edd. codicis ordinem servantium.	Numeri nostri	Numeri priorum edd. codicis ordinem servantium.	Numeri nostri
1	22	8	7	15	13	sub 20	1	26	32
2	23	9	17	16	14	21	4	27	8
3	21	10	28	17	15	22	11	28	3
4	18	11	9	18	12	23	10	29	27
5	19	12	30	19	31	24	6	30	26
6	25	13	16	20	24	25	2	31	5
7	29	14	20						

Berolini mense Iunio 1898.

Karolus Hampe.

1) *Cf. descriptiones codicis: Archiv VIII, 317 et Delisle, Inventaire des manuscrits latins de S. Germain-des-Prés, separatim recus. ex Bibl. de l'École des chartes p. 90; N. Archiv XXIII, 641.*
2) *L. Bethmann manum saeculo X. addixit; nos cum L. Delisle et G. Pfister eam saeculo IX. ascribimus.*

1.

Frotharius episcopus Tullensis (Carolo Magno imperatori) refert, quot lupos, ex quo tempore episcopatus officio fungatur, interfecerit. 813—817
813 (?) Mart. 22.—814 Ian. 28.

Edd. Duchesne II, 720 sub n. 20 = Bouquet VI, 394 = Migne CVI col. 876[a].

— — — Vestra dudum largissima a Deo data providentia[1] ovile sanctae ęcclaesiae[b] ita manibus meis cummisit, ut inruentium luporum morsibus contrairem eosque pariter quanta valuissem virtute conprimerem[c] atque necarem. Sed quia adhuc de eodem certamine tempus rationem reddendi non est, referam tamen interim vestrae industriae, in nece luporum corporalium qualiter decertavi[2]. Postquam enim illud episcopium mihi commendastis, interfeci in vestris forestibus lupos CCXL, interfeci dico, quia me iubente et ingenuante capti fuerunt[d].

2.

Hetti archiepiscopus Treverensis, legatus Ludowici imperatoris, Frotharium episcopum Tullensem in dioecesi sua omnibus, quibus conveniat, iubet imperare, ut ad bellum contra Bernardum regem Italiae quam celerrime se praeparent. *817 c. Nov.*

Edd. Duchesne II, 721 n. 25 = Le Cointe Ann. eccl. Franc. VII, 1678 = Bouquet VI, 395 = Migne CVI col. 878. Praeterea epistola inserta est nonnullis conciliorum collectionibus.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. HETTI[3] MISERICORDIA DEI ARCIEPISCOPUS DIOCESEOS[a] TREFORENSIS[b] NECNON ET LEGATUS HLUDUUICI SERENISSIMI IMPERATORIS[c] VENERABILI FRATRI FROTHARIO TULLENSI EPISCOPO ETERNAM SALUTEM.

Notum sit tibi, quia terribile imperium ad nos pervenit domni imperatoris, ut omnibus notum faceremus, qui in nostra legacione manere videntur, quatenus huniversi se praeparent, qualiter proficisci valeant ad bellum in Italiam, quoniam insidiante satana Bernardus rex disponit rebellare illi[4]. Propterea tibi mandamus adque praecipimus de verbo domni imperatoris, ut sollerti sagacitate[d] studeas cum summa festi-

---

1. a) *Haec epistola in edd. adiuncta est epistolae 24, a qua prorsus eam distare et ex argumento ipso elucet et ex eo, quod, quamvis inscriptione careat, maiore tamen littera incipit.* b) ęclae *C.* c) conprimere *C.* d) *secuntur in cod. quaterno exeunte haec:* EXPLICIT AMEN; *cf. supra praefationem nostram p. 276.*

2. a) diocereos *C.* b) *sic C.* c) Hluduuico serenissimo impr *C.* d) satagacitate *C.*

1) *i. e. Carolus Magnus imperator, a quo episcopatus Tullensis Frothario commissus est; cf. Flodoardum, qui in Historia Remensis ecclesiae (SS. XIII, 466) Frotharium a Vulfario archiepiscopo Remensi ordinatum esse narrat* iussione imperatoris Magni Karoli; *quod utrum anno 813. factum sit, an anno praecedente, pro certo non habemus. Cf. supra praefationem nostram p. 275. Ante mortem Caroli imperatoris (814 Ian. 28) epistola nostra scripta est; cf. N. Archiv XXI, 749 sq.* 2) *Cf. Caroli Magni capitulare de villis c. 69 (Capitul. reg. Francor. I, 89):* De lupis omni tempore nobis adnuntient (iudices nostri), quantos unusquisque conpraehenderit *etc.; cf. Jahrb. der Gesellsch. f. lothr. Gesch. IV, 165 sq., Waitz, Verfassungsgesch. ed. 2. IV, 152, Prudentii ann. Bertin. a. 846. ed. Waitz p. 33; infra ep. 32.* 3) *815 vel 816—847, cf. infra epp. 3. 12.* 4) *Non ante Nov. 20. Ludowicus imperator contra Bernardum Aquis profectus est, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludwig d. Fr. I, 112 sq., Mühlbacher Reg. 496 l, m; 643a—644b.*

818 natione omnibus abbatibus, abbatissis, comitibus, vassis dominicis vel cuncto populo parrochie tuae, quibus convenit miliciam regiae potestati exhibere[a], quatenus omnes[b] praeparati sint, ut si vespere eis adnunciatum fuerit, mane, et si mane, vesperi absque ulla tarditate proficiscantur in partes Italiae, quia domnus imperator suum iter praeparat, ut quanto citius poterit in partes illas una cum fidelibus suis pergat.

3.

Hetti archiepiscopus Treverensis Frotharium episcopum Tullensem monet, ut scrutetur, num in dioecesi sua, quae Ludowicus imperator de regula in monasteriis observanda atque de officinis canonicorum construendis mandaverit, peracta sint. *818 ex.?*

Edd. Duchesne II, 722 n. 28 = Bouquet VI, 397 = Migne CVI col. 880. Reperitur etiam in nonnullis conciliorum collectionibus.

HĘTTI GRACIA DEI ARCHIEPISCOPUS[1] VENERABILI IN CHRISTO ET CUM SUMMA REVERENCIA NOMINANDO FROTHARIO EPISCOPO TULLENSI[a] SALUBERRIMAM IMPLORAT[b] IN DOMINO SALUTEM.

Meminisse volumus sagacitatem vestram monitionis[c], quam instanti anno simillimis apicibus suscepistis expressam. Non nescitis enim, cum qua cautela hoc mandatum suscepimus domni imperatoris[2], nos in diocesi nostra et episcopi singuli in parrochiis suis, id est de regula augende religionis et de ministratoriis[d] canonicorum officinis[e], ut si quibus in locis bene comtę [non[f]] essent, deinceps cum summa diligentia ornarentur[3]. Nunc autem in proximo est placitum, quo sine dubio sciscitabitur de obtemperatione[g] sui dominus mandati[4]. Quapropter scrutemini diligenter in parrochia[h] vestra, in vestris aliorumque monasteriis, si praefata regula digne per omnia conservetur, et si officinae[i] iuxta ipsius decreta constructe adque innovate contineantur: ut, cum imperiali solerciae[k] praesentabimus[l] deiecta[m] procul molimenta aliorum una nobiscum, ex omnibus illi a nobis veritas nuntietur[n]. Per triennium[o] enim haec monitio facta est[5]. Idcirco nulla potest inveniri occasio, ideoque quanto cuique fuerit inperfectior, tanto et fragilior.

cf. Rom. 15, 33. Valete in Domino et parvitatis nostrae nolite oblivisci. Deus pacis et dilectionis sit vobiscum. Amen.

4.

Frotharius episcopus Tullensis Hugoni Caroli Magni filio, cuius praesentia dolet se esse privatum, scribit talem equum, qualis eum deceat, quibusdam ex causis se ei ad praesens ministrare non posse. Mittit reliquias S. Apri. *post 818.*

Edd. Duchesne II, 720 n. 21 = Bouquet VI, 394 = Migne CVI col. 876.

---

a) *sequ. in C* om *delet.; deesse videtur* imperare *vel simile verbum.* b) omnis *C.*

3. a) Tullensis *C.* b) imploratur *C.* c) monitioni *C.* d) de in ministratoriis *C.* e) officiis *corr.* officiniis *man. coaev. C.* f) *deest in C, sed addendum esse videtur.* g) *sequ. in C* mandati. h) *sequ.* sua *delet. in C.* i) officinia *C.* k) solercia *C.* l) *sic scripsi pro* praesentabimur *C.* m) = disiecta, *ut mihi videtur.* n) nuntietietur *C.* o) Ꝑ triennio *C.*

1) *Cf. supra p. 277 n. 3, infra ep. 12.* 2) *Ludowici Pii.* 3) *Quae ad Ludowici capitularia ecclesiastica de institutione vitae canonicorum et de regula S. Benedicti a monachis observanda inde ab anno 816. usque ad a. 819. concepta, statuta, confirmata pertinere videntur, cf. Capitul. reg. Francor. I, 264 sq. 273 sq. 338 sq.* (ad archiepiscopos epp.). 4) *Quod placitum videtur fuisse idem atque* conventus Aquisgrani post natalem Domini *(818)* habitus *(Ann. regni Franc. a. 819, ed. Kurze p. 150); cf. Vita Hlud. c. 32 (SS. II, 624):* Conventum populi celebravit publicum et renuntiantes sibi missos de omni regno suo, quos pro statu s. ecclesiae, restaurando deiecta vel confirmando stantia, miserat, audivit. 5) *Itaque epistola nostra a. 818. scripta esse videtur, cf. N. Archiv XXI, 750. 751.*

FROTHARIUS GRACIA DEI HUMILIS EPISCOPUS NIMIAE DILECTIONIS AFFECTU COLENDO HUGONI[1] FAMULO CHRISTI DEVOTISSIMO ETERNAM IN DOMINO SALUTEM. 818—823

Quia vos sanum hac suspitem fore per instantem vestrae celsitudinis nuncium cognoscere merui, summa quidem cordis alacritate gavisus sum. Felicitatem enim vobis corde et corpore inesse semper desidero et id omnibus votis exposco. Sed inde minus gratulatus sum, quod tam cito[2] vestrae dignitatis praesentia[a] ad tempus privamur. Putabamus siquidem actenus adque desiderabamus, ut de tam pia celsaque[b] progeniae duae saltim lucerne nobis remanerent[3], quarum splendore et meritis nos et vicinos nostros inluminare adque inmeliorare gauderemus. Ceterum ex hoc non modice contristor, quod[c] nec adhuc[d] vobis prout debueram servitium inpendi, nec modo ut oportuerit, diversis curis ingruentibus[e], famulari sufficio. Nam ad horum itinerum incummoda, que[f] vel nunc egimus vel acturi sumus, seu ad dona regalia, que ad palatium dirigimus, pene quicquid ex obtimis[g] equis abuimus, distribuere conpulsi sumus. Pauci, qui[h] remanent, hucusque equabus progignendi causa[i] ineserunt; unde et nunc carnibus consumpti cum decore ad solita obsequia mancipari[k] nequeunt. Proinde quia ad praesens talem[l] non habuimus, qui ad subvectionem vestram dignus existeret, sciat[m] vestra benivolencia, quod cum regressus Deo adiuvante de praedicto itinere fuero, talem praeparabo, qui vel vobis as in partes repedantibus[n] vel vestro misso sine rubore[o] dari possit. Illut autem, quod vestrae industriae carius et dicius fuit, reliquias videlicet sancti Apri confessoris[p] Christi vobis dirigimus[4], sancti Apri subsidium implorantes, ut huc cum incolomitate festine redeatis[q] et a nostra devotione digni servitii comoda capiatis. Valere vos in Christo feliciter obtamus.

5.

Frotharius episcopus Tullensis Heitoni episcopo (Basiliensi) scribit de contentione inter eum et Bertarium vassallum suum oborta. *813 (?) Mart. 22. — 823 Dec. 21.*

Edd. Duchesne II, 723 n. 31 = Bouquet VI, 398 = Migne CVI col. 882.

REVERENTISIMO AC TOTA DILECTIONE COLENDO HITTONI GRACIA DEI EPISCOPO[5] FROTHARIUS HUMILLIMUS TULLENSIS EPISCOPUS AETERNAM OBTO SALUTEM.

Vestrae paternitatis statum feliciter ubique vigere et in omnibus prospere agere desideramus. Quamobrem et divinam sepius clementiam omni intentione imploramus, omni prece[a] deposcimus, toto nisu, toto animo obsecramus, ut vestrae bonę devotionis

---

4. a) praesentiae *C.* b) cessaque *C.* c) qui *C.* d) adhunc *C.* e) ingruenti *C.* f) ꝗ *C.* g) exobtimus *C.* h) que *C.* i) causa progign. causa *C.* k) mancipare *C.* l) praesentalem *C* *pro* pr. tal. m) sciad *C.* n) *sic scripsi pro* repedunt *C.* o) robore *C.* p) confessores *C.* q) reddeatis *C.*

5. a) pre *C.*

1) *Filio illegitimo Caroli Magni ex concubina Regina nato, qui anno 818. iussu Ludowici imperatoris una cum fratribus suis Drogone et Theoderico tonsus Frothario episcopo commissus esse videtur. Anno 822. ab imperatore in gratiam receptus, post (inde ab anno 834.) abbas S. Quintini atque S. Bertini Sithiensis et summus notàrius factus est; mortuus est a. 844; cf. Simson, Jahrb. d. fr. R. unter Ludw. d. Fr. I, 22, 127, 177. II, 239, 240. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. R. 2. ed. I, 247.* 2) *Ex quo conici potest Hugonem non diu apud Frotharium moratum esse; fortasse in monasterium Carrofense (Charroux dioec. Pictavensis) se contulit, cf. Simson l. l. p. 239 n. 5; Nithardi Historiar. l. I c. 2, SS. II, 651.* 3) *Scilicet Hugo et Theodericus, postquam tertius Drogo aut ad episcopatum Mettensem anno 823. suscipiendum aut antea Tullo abiit.* 4) *Propter quod I. Mabillon (Ann. Ben. II, 578) suspicatur Hugonem cum fratribus in monasterio S. Apri Tullensis moratum esse. De reliquiis S. Apri cf. ep. 30.* 5) *Basiliensi atque abbati Augiensi, qui a. 823. Dec. 21. muneribus suis se abdicavit (cf. SS. XIII, 374) et in monasterio Augiensi a. 836. Mart. 17. defunctus est. Ad illum enim epistolam missam esse neque ad Hittonem episcopum Frisingensem (c. 810—834) verisimile est, cum dioecesis Basiliensis Tullensi sit finitima.*

827. 828 profectum[a] semper adaugeat, vestre remunerationis fructu salubriter reservato in labentis temporis cursu cum multa vos sospitate diutius conservet, ut et hic multorum orneris gloria filiorum et in caelis plurimorum sotieris[b] contubernio sanctorum. Vos quoque vestroque regimini subditos obsecramus fideles, ut nostri reminiscentes in sacris orationibus vicem rependant nostramque fragilitatem orando munire adque tueri non desinant.

His ita homissis vestrae dilectioni innotescimus nuntiatum nobis esse, quod inter vos et Bertarium fidelem vassallum nostrum quedam contencio sit oborta pro eo, quod illius servus vestram ancillam furto subductam aliquamdiu celaverit et in sua potestate retinuerit[c].

6.

Frotharius episcopus Tullensis Gerungum summum sacri palatii ostiarium deprecatur, ut se apud Ludowicum imperatorem, si ipsum in Hispaniam mittere voluerit, excuset; neque enim aliter proximo anno imperatorem digne se recipere posse. *827?*

Edd. Duchesne II, 721 n. 24 = Bouquet VI, 395 = Migne CVI col. 878.

NOBILISSIMO VIRO ET CUM OMNI HONORE NOMINANDO GERUNGO[1] FROTHARIUS GRACIA DEI EPISCOPUS ETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Semper vestri[a] in sacris orationibus memores sumus, petentes, ut vobis longe vite sanitas in hoc tempore donetur et post eterna requies tribuatur[b]. Sciatis igitur, quod postquam nuper vobiscum in palatio locutus sum, missas[c] C et psalteria L pro vestra salute decantari fecerimus. Vos autem praecamur, ut more solito[d] mei memores sitis, et si in partes Ispanie propter custodiam et solicitudinem[e] me senior noster[2] ista hieme futura[f] destinare voluerit[3], vos ab illo servitio excusare me dignemini. Nostis enim, quia ipse domnus imperator sequenti anno locum nostrum vult visitare[4] et tunc illi servire non potero, sicut cupio, si a praedicto servitio per vos [non[g]] fuero absolutus[h]. Valete multum in Domino.

7.

Frotharius episcopus Tullensis (Drogoni?) episcopo Mettensi scribit, quantopere eum videre cupiat, id quod fieri posse sperat, vel cum in Hispaniam profecturi sint, vel postea in palatio. Addit de Leutfredi cuiusdam connubio. *c. 827. 828?*

Edd. Duchesne II, 714 n. 8 = Bouquet VI, 388 = Migne CVI col. 868.

---

a) pfectum *C.* b) sotiens *C.* c) *Sic Frotharii epistolae in C expliciunt in extremo fol. 91'. Quamquam ultimus versus post* retinuerit *spatium praebet quinque fere litterarum, tamen hanc epistolam mutilam totius collectionis olim non fuisse ultimam mihi persuasum est, cum tale spatium in mediis epistolis saepius in codice relictum sit.*

6. a) vestris *C.* b) tribuetur *C.* c) *inter* mis *et* sas *una litt. deleta est.* d) solita *C.* e) solicitudine *C.* f) isto hieme futuro *C.* g) *om. C; sic supplendum esse videtur, aut* si *in* nisi *corrigendum.* h) absolutos *C.*

1) *Qui postea monachus Prumiensis factus (cf. Simson l. l. I, 182 n. 5; II, 160) ante annum 830., quo Richardus quidam ostiarius reperitur, munere se abdicasse videtur, cf. Simson l. l. II, 51; infra epp. 10. 18. 23.* 2) *Ludowicus imperator.* 3) *In marca Hispanica anno 826. Aizo Gothus seditionem moverat (cf. Simson l. l. I, 267 sq.), unde fortasse Frotharius, ne in Hispaniam mitteretur, veritus est.* 4) *Ludowicum imperatorem anno 828., cum Theodonisvilla Commerciacum proficisceretur, in palatio Gundulfivillae aliquamdiu moratum esse atque Tullum quoque venisse verisimile est, cf. infra ep. 9. Quamobrem epistolam nostram anno 827. addiximus, quamquam certi nihil de tempore effici potest, cf. N. Archiv XXI, 752.*

NOBILISSIMO VIRO ET TOTO MIHI AFFECTU COLENDO ID EST NOMINE ILLIS[a] GRATIA COOPERANTE DIVINA METTENSIS SEDIS ANTISTITI[b 1] PERPETUAM IN CHRISTO OPTO SALUTEM. c. 827. 828?

Desiderabilem tuae dignitatis personam oppido contemplari proficuo[c] aspectu desidero et de utilibus quibusque ac nostro ministerio congruentibus rebus tecum salutifera conlatione sermocinari cupio. Profecto enim in verbis tuis, utpote gratiosis atque dulcoratis, invenietur amici gracia, et summe iuconditatis in labiis tuis resonabit suavitas, quibus et salutare audientis visceribus poculum et vitale tribuatur alimentum. Sed huius desiderii mei atque voluntatis paulo post, si vita comes fuerit, optinebo effectum, tunc videlicet, cum pro denunciata milicia Haesperiam[2] proficisci ceperimus, aut cum peracto militari certamine ad conventum generalem palatio confluxerimus[d]. His explicitis tuae innotescimus dilectioni Leutfredum huius epistole gerulum nos[e] adisse, poscentem, ut de sui conubii, quod inter nos aseveratur[f] exercuisse, tibi significemus racione. Cuius rei ad praesens investigare ad liquidum nequivimus certitudinem, quam vobis significantius[g], cum ad praedictum devenerimus placitum, intimare poterimus. Valere te in Christo feliciter opto.

8.

Ieremias archiepiscopus Senonensis a Frothario episcopo Tullensi petit, ut carros suos salvos ad locum quendam perducat et sale onustos ad se remittat. *818—828.*

Edd. Duchesne II, 722 n. 27 = Bouquet VI, 396 = Migne CV col. 733.

HIEREMIAS[3] MINIMUS[a] CHRISTI FAMULUS CARISSIMO ET SEMPER DILIGENDO ET AMPLECTENDO FRATRI FROTHARIO VENERABILI EPISCOPO SEMPITERNAM OPTO SALUTFM.

Quid graciarum actionum referam pro his, que meae parvitati per praesentem internuncium remandare dignatus es, nescio. Unum tamen scribo, quia caritas tua, sicut consueta est facere, liberali modo se facturam promisit, etsi quidem, si aliter sinceritas tua significasset, nullo modo credere potuissem, quoniam[b] tu mihi totus notus et manifestisime sis manifestus. Nunc autem praemisi hunc puerum nostrum ante carra nostra et cetera stipendia, ut de eis iubere digneris, sicuti tuae dilectioni mihi mandare placuit, eo scilicet modo, ut cuncta salva perducantur ad locum, quo ire iubemur. Preterea contigit in nostra provincia presenti anno sal fore carissimum, eo quod propter pluvias in areis[c] maritimis, ubi fieri solebat, non potuisset perfici usque ad hoc tempus, quo nobis videtur, ut ibi aliquid inde, licet non pleniter, fieri possit. Quapropter misi libram[d 4], ut consideretis, qualiter carra nostra sale inde mihi revertantur honusta, quia absque sapore salis christiani vita, ut nostis, infatuata est. Hoc aut[e] ita age, sicut rogo, aut ipsum argentum tuis usibus retine.

---

7. a) id est nomine illis *scriptum est pro episcopi nomine.* b) antisti *C.* c) pficuo *C.* d) confluxerunt, nt *deletis, C.* e) no *C.* f) aseverantur *C.* g) significantium, m *deleto, C.*

8. a) mininus *C.* b) *sic scripsi pro* quidem *C.* c) aeris *C.* d) lib̄ *C, secuntur 3 fere litterae erasae.* e) ut *C.*

1) *Drogoni (823—855), ut videtur, cui etiam ep. 28 scripta est.* 2) *i. e. in Hispaniam, quo et a. 827. et a. 828. a Ludowico imperatore ad seditionem Aizonis comprimendam et Saracenos repellendos exercitum missum esse constat, cf. Simson l. l. I, 275. 295; forsitan altero eorum epistola nostra scripta sit, cf. supra ep. 6. Cf. etiam epistolam Ludowici imperatoris inter Einharti epp. n. 12 (supra p. 115), in qua c. a. 830. in. se proxima aestate exercitum in Hispaniam missurum esse scribit.* 3) *archiepiscopus Senonensis (818—828 Dec. 7); cf. supra p. 259 n. 2.* 4) *sc. argenti.*

828 ex. (?) Omnipotentis virtus te a malis omnibus opto protegat, et que sibi beneplacita sunt, tota mente sectari faciat.

9.

Frotharius episcopus Tullensis Hilduinum archicapellanum deprecatur, ut a servitio sibi iniuncto Aquis in palatio laborandi, multis aliis curis imminentibus, se liberare studeat.

828 ex. (?)

Edd. Duchesne II, 716 n. 11 = Bouquet VI, 390 = Migne CVI col. 870.

EXCELLENTISSIMAE[a] NOBILITATIS VIRO ET GLORIOSE DIGNITATIS APICE SUBLIMATO HILDUINO[1] A DEO ELECTO[b] PATRI ET MAGISTRO FROTHARIUS EPISCOPORUM EXTIMUS ET UNIVERSA ECCLAESIA[c] LEUCORUM CIVITATIS PERENNEM IN CHRISTO SUPPLICITER OPTAMUS SALUTEM.

Ut longevis temporibus vestra felici vigore et prospero cursu valeat paternitas, creberrimis praecum subplicationibus divinam claemenciam et ore et corde deposcimus. Dum enim vestri regiminis tutelam nobis solito[d] Dei gratia praeesse annuerit, caelestis protectionis munimen nostris adesse profectibus veraci experimento dinoscimus. Nunc itaquae vestra misericordia, quemadmodum semper consuevit, pro nostra laborare dignetur necessitudine, quia servitium nobis valde onerosum[e] iniungitur, quod absque difficultate[f] nequaquam vires nostrae peragere possunt. Praecipitur enim, ut in Aquis palatio operemur et laboribus ibidem peragendis insudemus. Sed ab hoc opere alia servitia et necessitates nos revocant, et si vestrae pietati libet, etiam oportunam satis excusationem praetendunt. Recordari siquidem vestra paternitas valet, quod cum in palatio Gundunvile[g][2] domnus imperator hoc anno staret[3], vestram continens manum, iuxit[h], ut in fronte ipsius palatii solarii opus construerem, de co[i] in capellam veniretur. Adiecit quoque, quod quempiam illic plerumque manere sivisset, vestri personam tacite innotescens. Praecepit nihilhominus, ut in pariete ipsius domus ligneo alterum operis lapidei[k] parietem superadicerem, et quamlibet huiuscemodi opera sint festinanter explenda. Est tamen adhuc tercius labor nostrae cepte bassilicae[4] adibendus, de qua nihil, postquam hinc secessistis, egimus, quia inpediti sunt actenus homunculi nostri propter tempus[l] hiemis et tempus sationis. Istiusmodi laboribus addita[m] est nobis nolentibus necessitudo quarta et misere infelicitatis adversitas[n]. Quidam namque servus peccati hac noster, invidens sodali suo cellarario nostro, ob quod[o] ei in ministerio praeferretur, orreo, quo uni[p] segetes erant redacte, quarum esu nos sustentari usque tempus messis credebamus, pestiferum latenter ignem subposuit et mox universa, quae illic habebantur, consumpsit: servus infelix, servus ingratus et sevo anathemate[q] permultandus, qui tanto sudore[r] percepta[s] tam celeri fine subtraxit et nos ut ita dicam

---

9. a) excellentissimo *C.* b) *om. C; cf. epp. 17. 20.* c) ecła *C.* d) *sic C; cf. p. 289, 34.* e) *corr. ex* onerosom *C.* f) dificultate *C.* g) *in C inter* n *et* v *2 litt. eras.; ut videtur:* se. h) *i. e.* iussit. i) = quo. k) lapides *C.* l) proptempus *C.* m) adita *C.* n) advertas *C.* o) *sic C; an* ob hoc, quod? p) *sic C.* q) anathemathe *C.* r) sudore — praesentis *desunt in edd., versu uno codicis a Chesnio praetermisso.* s) p̄cepta *C.*

1) *Sacri palatii archicapellano (819—830), abbati S. Dionysii etc.; cf. de eo Sickel Acta Karol. I, 70 n. 12, II p. 335, Simson l. l. II, 233; cf. supra p. 179, infra epp. 13. 17. 18. 20. 23.* 2) *Gondreville ex or. Tullensis civitatis.* 3) *Auctumno anni 828. Ludowicum imperatorem in illo palatio versatum et idcirco epistolam nostram eodem anno exeunte scriptam esse Pfister in Annales de l'Est IV, 304 bene coniecit, cf. N. Archiv XXI, 752. 753.* 4) *Cum Frotharius episcopus a Ludowico et Lothario imperatoribus (id est inter annum exeuntem 825. et a. 830.) renovationem privilegiorum ecclesiae suae concrematorum adeptus sit (Gesta episc. Tull. SS. VIII, 637), veterem basilicam inter annos fere 825. et 828. igni consumptam esse veri simile est, cf. N. Archiv XXI, 752, infra epp. 11. 24.*

praesentis[p] vite subsidiis sub momento privavit. Denique familiam[a] sancti Stephani[1] 827—829 adeo praeteritorum annorum fames[2] adnihilavit et ad tante perduxit pauperitatis miseriam, ut vix sumptibus fragilis vite sustemptari ullatenus valeant. Unde nec[b] censum ab eis debitum exigere possum nisi in opere manuum, pro quo rursus a me pascuntur et nec sic recuperari utiliter queunt. Haec et supradicta pia consideracione perpendere dignamini et a praedicto servitio nos liberare ne praetermittatis[c]. Alioquin per me ipsum ad praesentiam domni imperatoris et vestram praesentiam[d] suppliciter obsecrabo, ut hoc onus cure pastoralis a me submoveatis, quia illud mea parvitas taliter ferre non valet, et valde utilius est me ab istiusmodi cura submoveri, quam per meae auctoritatis fidutiam[e] tot oves Domini exitio discriminis interire. Agat ergo dominus meus ex hac peticione erga me, ut bene semper egit, et valeat per multa annorum curricula feliciter[f] in Christo. Amen.

10.

Frotharius episcopus Tullensis Gerungum summum sacri palatii ostiarium deprecatur, ut sibi clam significet, quo tempore per eius auxilium aditum ad Ludowicum imperatorem obtinere possit. *a. 829. ineunte?*

Edd. Duchesne II, 721 n. 23 = Bouquet VI, 395 = Migne CVI col. 877.

EXCELLENTISSIMO[a] AC NOBILISSIMO VIRO CELSOQUE HONORE DIGNISSIMO GERUNGO SUMMO SACRI PALATII OSTIARIO[3] FROTHARIUS HUMILIS EPISCOPUS ET OMNIS TULLENSIS ECCLAESIAE[b], CANONICORUM VIDELICET, MONACHORUM, VIRGINUM CETERORUMQUE FIDELIUM CATERVA ETERNAM IN CHRISTO OBTAMUS SALUTEM.

Memores vestri in sacris oracionibus sumus et Deum celi ac terre pro suspitate corporis et anime vestrae sepius depraecamur, scilicet ut vos et in hac vita ad profectum nostrum aliorumque fidelium diutius conservet incolomem et post obitum vite eterne tribuat feliciter esse participem. Ceterum noverit celsitudo vestra me oratorem vestrum multis necessitatibus urgeri[c], quibus conpellor ad praesentiam domni imperatoris venire eiusquae pedibus subpliciter provolvi, quatenus eius misericordia per vestrum[d] adiutorium et de ingruentibus[e] modo necessitatibus solacium. Quapropter depraecor magnitudinem claemenciae vestrae, ut mihi secrete per vestras litteras et[f] per praesentem missum nostrum remandare dignemini, quo tempore venire possim ad vos et per vestrum consilium adque auxilium illi necessitates meas valeam significare. Valere vos obto in Christo.

11.

Frotharius episcopus Tullensis abbati cuidam ob hoc gratias agit, quod sibi virum sacris artificiis idoneum multumque laudandum miserit. *827—829?*

Edd. Duchesne II, 720 n. 22 = Bouquet VI, 395 = Migne CVI col. 877.

---

a) familia *C.* b) ne *C.* c) *sic scripsi pro* pietatis *C;* pigeatis *edd.* d) *hic deesse videntur:* veniam et vos *vel similia.* e) fudutia *C.* f) feliter *C.*

10. a) excaelentissimo *C.* b) ecłae *C.* c) urgueri *C.* d) *hic quaedam excidisse videntur; fortasse:* auxilium mihi tribuat *vel similia.* e) ingruentis *C.* f) ut *C.*

1) *ecclesiae cathedralis Tullensis.* 2) *Cf. Capit. reg. Francor. II, 4, Simson l. l. I, 301 sq., infra ep. 32, N. Archiv XXI, 752 n. 7.* 3) *De quo cf. supra p. 280 n. 1. Itaque hanc epistolam certe ante a. 833. scriptam esse oportet; sed fortasse iam anno ineunte 829. paulo post ep. 9 scripta est, si necessitates hic memoratae eaedem sunt, ob quas ibi queritur se ad imperatoris praesentiam accessurum esse, nisi Hilduinus se sublevaturus sit.*

827—829? FROTHARIUS GRACIA DEI EPISCOPUS REVERENTISSIMO AC TOTA DEVOTIONE COLENDO ILLO[a] VENERABILI ABBATI ET UNIVERSAE CONGREGATIONI[b] SUB REGIMINE VESTRO DEO MILITANTI IN DOMINO OBTO SALUTEM.

Noverit dilectio vestra me corpore utcumque[c] vigere vestraeque[d] salutis cupidum[e] fore. Ceterum inmensas vestrae dilectioni rependimus gratias[f], quia fidelem virum et sacris artificiis idoneum[1] nobis direxistis. Cuius quidem industria[g] artis ammodum placet, eiusquae religionis dignitas grata spectantibus existit. Quem peracto[h] hobedienciae suae officio ad vos remittemus et ilarem[i] Domini annuente gracia vestris conspectibus repraesentabimus[k]. Valeat vestra dignitas[l] in Domino.

12.

Frotharius episcopus Tullensis Hetti archiepiscopum Treverensem rogat, ut scribat, quando ad legationem suam exsequendam in dioecesin Tullensem venturus sit vel quando synodale concilium convocare debeat; se ipsum mense Octobri ad mansiones legatis providendas discessurum esse. *a. 829. ineunte?*

Edd. Duchesne II, 719 n. 18 = Bouquet VI, 393 = Migne CVI col. 875. Reperitur etiam in nonnullis conciliorum collectionibus.

DOMINO BEATISSIMO ET UNICAE DILECTIONIS AFFECTU COLENDO HETTI SUPERNA LARGIENTE PROVIDENTIA TREVERORUM ECCLAESIAE ARCIEPISCOPO[2] FROTHARIUS EPISCOPORUM EXTIMUS IN CHRISTO SALUTEM.

Tanto ardore estuo vestrae paternitatis[a] sublimitatem intuendi atque affandi, ac si multorum iam temporum labantur volumina, quibus vestro aspectu vel vestris conloquiis perfrui nequiverim. Nam et inde me usquequaque[b] fateor anxiari, quod nuper mihi de palatio regredienti[3] defuit facultas vobiscum loquendi. Unde et inexplebilibus desideriis ora dulcedinis vestrae his in partibus citius invisere opto. Quapropter vestris litteris mihi significari expeto, quando huc pro legatione vobis iniuncta[4] venire vel quando sinodale concilium iuxta modernam constitucionem[5] debeatis convocare. De his ob id praecipue[c] sollicitus maneo, quia et ipse secundum imperiale praeceptum ad providendas mansiones, in quibus legati suscipi debent[6], scilicet a monte Iovis[7] usque palatium Aquis ire debeo et infra mensem Octobrem egrediens ante solemnitatem beati Andraeę[8] domum regredi cupio. Sed si vos infra eundem mensem has in partes proficisci cognovero, praesens adesse curabo, ut vestri famulator et adiutor in omnibus existens, a vobis rursus et in spiritalibus rebus congruum subplementum recipere merear. Nostri in omnibus reminiscentem[d] vos in Christo bene opto valere.

---

11. a) *sic C.* b) universi congregatione *C.* c) utque *C; cf. ep. 24.* d) vestraque *C.* e) cupida *C.* f) gratis *C.* g) quidam industriae *C.* h) peracta *C.* i) *sic vel* et illaesum *legendum esse videtur pro* ex illa rem *C.* k) repraesentamus *C.* l) dignitatis *C.*

12. a) paternitas *C.* b) usquaque *C.* c) *corr. ead. man. ex* praecipere, re *non deletis, C.* d) *sic C.*

1) *Quo artifice cum Frotharius in nova fortasse ecclesia construenda usus sit, hanc epistolam annis 827—829 addiximus. Cf. infra ep. 24.* 2) *De quo cf. supra epp. 2. 3.* 3) *Cf. ep. 10, N. Archiv XXI, 755 n. 1.* 4) *Cf. Capit. reg. Franc. II, 7, Mühlbacher Reg. 830; inter alia missis inquirendum erat:* de episcopis quomodo suum ministerium expleant *etc.* 5) *Quae ad capitula a. exeunte 828. et ineunte 829. Aquis edita pertinere videntur, cf. Capit. reg. Franc. II, 1 sq. n. 184—187, Mühlbacher Reg. 826h—830, Simson l. l. I, 309 sq. etc.; cf. N. Archiv XXI, 754.* 6) *Quae non ad certos legatos referenda, sed generaliter intellegenda sunt, cf. Capitul. reg. Franc. I, 306 c. 19; cf. N. Archiv l. l.* 7) *iam mons S. Bernhardi maior, ubi xenodochium erat constructum, cf. Rozière, Recueil général des formules II, 551 sq.* 8) *Nov. 30.*

13.

Senonensis ecclesiae congregatio Hilduino archicapellano refert alteram se fecisse electionem archiepiscopalem, sed electum a missis dominicis reiectum esse; petunt, ut rem in suspenso relinquat, donec ipsi electum suum ad eum deducant. 828 Dec. 7 — 829 Iun. 6.

828 Dec. 7 — 829 Iun. 6.

Edd. Duchesne II, 718 n. 15 = Le Cointe Ann. eccl. Franc. VIII, 71 = Bouquet VI, 392 = Migne CVI col. 873.

EXCELLENTISSIME VENERACIONIS HONORE DIGNISSIMO HILDUINO[1] DOMINO VERE SANCTISSIMO SENONICAE[a] PLEBIS HUMILLIMA DEVOTIO ETERNĘ PROSPERITATIS IN DOMINO SALUTEM.

Quia divina inspirante misericordia fastidiosę inportunitatis nostrae clamoribus, mi domine, saepe compati dignati estis, idcirco etiamnunc nimia compulsi necessitate vestrae celsitudinis aures inquietare praesumpsimus. Novimus etenim, reverentisime domine, quomodo prioribus peticionibus nostris benigne et misericorditer adsistere dignati estis, quomodo etiam a nullis nostris meritis et quod numquam futurum sperabamus alteram nobis electionem impetrare ac concedere studuistis[2]. Sed quoniam peccatis nostris, ut credimus, exigentibus vota et desideria, quibus sanctitatem vestram totiaes pulsare ausi sumus, plurimum impedita ad effectum pervenire non meruerunt, idcirco et hac vice ad vos causas miseriae nostrae referre compulsi sumus. Fecimus, domine mi, et nunc secundam electionem et invenimus hominem ex nostris a puero nobis bene notum, genere et moribus non infamem, docilem aetate, huic officio congruum, litteratoriae professionis non usquequaque ignarum, divine quoque scientiae non penitus expertem, quarundam etiam aliarum artium portionem habentem[3]. Quem cum obtulisemus nullatenus putantes reiciendum, ipsis missis dominicis impedientibus quod optavimus non meruimus adipisci[b]. Propterea vestrae pietatis vestigiis animo provoluti flebiliter postulamus, ut tamdiu rem suspendere dignemini, quousque cum scripto homine ad vestram celsitudinem properantes, ipsi vobis melius nostram pandamus miseriam. Et si quidem ad hoc onus ferendum persona, [de[c]] qua dicimus, sufficere minusve poterit, dignationis vestrae[d] iudicio aut suscipiatur aut reprobetur, dum amplius nec[e] nos adquisitis occasionibus quidam[4] sic crucient[e], nec a nobis abiectissimis vestra mansuetissima sublimitas diutius inquietetur. His ita claemenciae vestrae suggestis adque utinam impetratis[f], oramus supernam misericordiam, ut multimoda vos prosperitate valere concedat et ęterne beatitudinis gaudia consequi quandoque permittat.

EXIMIO DOMINO ET VERE SANCTISSIMO HILDUINO SACRIS NEGOTIIS A DEO PRAELATO SENONICE URBIS ABIECTA HUMILIS ECCLAESIAE[g] CONGREGATIO[h] PERPETUAM SALUTEM[i].

---

13. a) Sennocae *C.* b) *corr. ex* adipiscis *C.* c) *om. C, cf. infra epp. 14 et 15:* de quo dicimus. d) *Sequitur* d *delet. C.* e) *sic emend. Duchesne;* ex nos a. o. qu. si crucient *pro* nec — crucient *C.* f) impetrastis *C.* g) eclae *C.* h) *sic supplendum esse videtur; deest* congr. *in C.* i) PERPET S. *C.*

1) *Cf. supra p. 282 n. 1.* 2) *Ieremias archiepiscopus Senonensis a. 828. Dec. 7. mortuus erat, cf. supra ep. 8; Simson l. l. I, 300 n. 6.* 3) *Ille homo non videtur idem fuisse atque Aldricus abbas Ferrariensis, mox anno 829. Iun. 6. archiepiscopus Senonensis factus, quamquam et ipse Aldricus nobili genere natus in monasterio Ferrariensi Senonensis dioecesis adolevit; legimus enim in Servati Lupi epistola ad Guenilonem episcopum missa Aldricum* Caesaris iussu *monasterio Ferrariensi ablatum et archiepiscopum Senonensem factum esse, neque credendum est fieri potuisse, ut ipse, Ludowico imperatori gratissimus, a missis dominicis reiceretur; cf. Simson l. l. II, 259. 260, infra epp. 14—16.* 4) *sc. missi dominici.*

14.

828 Dec. 7 — 829 Iun. 6

Senonensis ecclesiae congregatio Einhartum deprecatur, ut per eius auxilium ipsi electum suum ad imperatorem deducant. *828 Dec. 7 — 829 Iun. 6.*

Edd. Duchesne II, 718 n. 16 = Le Cointe Ann. eccl. Franc. VIII, 72 = Weinckens, Eginhartus illustratus p. 114 = Bouquet VI, 393 = Teulet, Einh. opp. II, 173 = Migne CVI, 874.

INCLYTO[a] ET OMNI NOBILITATE PRAECLARO EHINARDO[1] DOMINO SANCTISSIMO SENONICE ECCLAESIAE[b] HUMILLIMA DEVOTIO.

Presumpsimus, mi domine, auribus claemencie vestrae necessitatis nostrae causas humiliter innotescere, ut per vestram pietatem de his celeriter mereamur consolationem recipere. Notum esse vobis craedimus, quod nobis indignissimis a domno imperatore[2] concessum fuerat, ut ex nobis ipsis electionem faciendi haberemus licenciam. Sed cum illum, quem scitis, elegissemus, et a serenitate domni imperatoris non pleniter fuiset receptus, permissum nobis iterum est, ut alium si potuisemus ex nobis huic officio congruum inveniremus. Sed cum esset inventus, ut credimus, in Dei et domni imperatoris servitio habilis, nescimus, ob quam causam a missis dominicis non est plena benivolentia susceptus. Unde vestram oramus benignitatem, ut ex [hoc[c]] nobis in adiutorium esse dignemini, quatenus[d] ipsum, de quo dicimus, ad praesentiam domni imperatoris nos ipsi deducamus, et qualiter iusserit, discutiatur et probetur, si nobis prodesse valeat et in servitio Dei aptus esse possit, an minus[e] [3]. Optamus vos divinis semper muniri[f] praesidiis et inmortalitatis corona quandoque gloriari, piissime et reverentisime domine.

SANCTISSIMO ET PIISSIMO DOMNO EINHARDO MERITO VENERABILI SAENONICAE URBIS VILIS ET ABIECTA CONGREGATIO.

15.

Senonensis ecclesiae congregatio deprecatur Iudith imperatricem, ut per eius intercessionem causa electionis archiepiscopalis suspendatur, donec ipsi electum suum ad imperatorem deducant. *828 Dec. 7 — 829 Iun. 6.*

Edd. Duchesne II, 719 n. 17 = Le Cointe Ann. eccl. Franc. VIII, 72 = Bouquet VI, 393 = Migne CVI col. 875.

INCLYTAE ET OMNI NOBILITATE CLARISSIME IUDIT GLORIOSE IMPERATRICI SENONICAE ECCLAESIAE HUMILLIMA DEVOTIO.

Presumpsimus, mi domina, auribus claemenciae vestrae necessitatis nostrae causas humiliter innotescere, ut per vestram pietatem de his caeleriter mereamur consolationem recipere. Notum esse vobis craedimus, quod nobis indignissimis a domno imperatore[4] concessum fuerat[a], ut ex nobis ipsis electionem faciendi haberemus licenciam. Sed cum illum, quem scitis, elegissemus et a serenitate domni imperatoris non pleniter fuiset receptus, permisum nobis est iterum, ut alium si potuisemus ex nobis huic officio congruum inveniremus. Sed cum esset inventus, ut credimus, in Dei et vestro servitio habilis, nescimus, ob quam causam a missis dominicis non est plena benivolencia susceptus. Unde vestram oramus benignitatem, ut ex hoc nobis in adiutorium esse dignemini, quatenus causa suspendatur, donec ipsum, de quo dici-

---

14. a) Inlycito *C.* b) ecłae *C.* c) hoc *deest in C, cf. eundem locum in ep. 15.* d) *sequitur in ep. 15:* causa suspendatur, donec. e) animus *C.* f) munuri *C.*
15. a) fuerit *C.*

1) *Einhartus inde a mense Nov. anni 828. Aquis in palatio versabatur, cf. Simson l. l. I, 301.* 2) *Ludowico Pio.* 3) *Cf. epp. 13 et 15.* 4) *Ludowico Pio.*

mus, ad praesentiam domni imperatoris et vestram nos ipsi deducamus, et qualiter 829 iusseritis, discutiatur et probetur, si nobis prodesse valeat et in servitio vestro aptus esse possit, an minus[a][1]. Optamus vos divinis semper muniri praesidiis et inmortalitatis corona quandoque gloriari, piissima et serenisima domina.

EXCELLENTISSIME ET OMNI NOBILITATE CLARISSIMĘ IUDITH IMPERATRICI SENONICAE PLEBIS HUMILLIMA DEVOTIO.

16.

Aldricus archiepiscopus Senonensis Frotharium episcopum Tullensem implorat, ut ad munus archiepiscopale, quod sibi traditum sit, digne administrandum orationibus se adiuvet. *829 post Iun. 6.*

Edd. Duchesne II, 717 n. 13 = Bouquet VI, 391 = Migne CV col. 809.

EXIMIO MIHIQUAE PERDILECTO FROTHARIO EPISCOPO ALDRICUS[2] SEMPITERNAM SALUTEM.

Oracionum vestrarum opitulacione fulciri necesse habui, sicut ipse vobis eam expetens sepe testatus sum. Sed nunc illa usquequaque indigeo, cum, ut vos estimo audisse, indigno mihi episcopalis cura iniuncta est, que me sicut indignum, ita quoque imparatum invenit. Nam cum olim monasticae disciplinę operam dans fratrum curam ipsis cogentibus susceperim[3], quod ferre conpellor, nullatenus potuit esse suspectum. Quamobrem excepta Dei claemencia totum me ad praecum vestrarum confero reliquorumquae amicorum familiare praesidium, obsecrans, ut virium mearum fragilitatem earum iugitate adiuvare dignemini. Et quia prudenciae meae fiduciam[a] ad tantum opus idoneae exsequendum nullam habeo, queso, ut vestra sacra intercessio[b] apud Deum optinere elaboret, quatenus et me ipsum sincere custodiam et cummissorum mihi curam eo miserante venerabiliter saltim exerceam. Benignitatem bene ex hoc agentem Dominum[c] perpetua incolomitate beatificare opto, reverentisime praesul.

17.

Frotharius episcopus Tullensis ab Hilduino archicapellano petit, ut ad Ludowicum imperatorem causam ecclesiae Tullensis deferat, scilicet de duobus mansis ecclesiae restituendis; de aliis quibusdam mansis se ipsum, cum ad Hilduinum venerit, liquidius cum eo locuturum esse. *819—830.*

Edd. Duchesne II, 714 n. 9 = Bouquet VI, 389 = Migne CVI col. 868.

EXCELLENTISSIMĘ NOBILITATIS VIRO ET CUM SUMMA VENERACIONE NOMINANDO HILDUINO[4] A DEO ELECTO PATRI ET MAGISTRO ID EST[5] EPISCOPORUM HUMILISSIMUS ET OMNIS TULLENSIS ECCLAESIAE, CANONICORUM VIDELICET, MONACHORUM, VIRGINUM CETERORUMQUE FIDELIUM CATERVA SEMPITERNĘ FELICITATIS IN CHRISTO OBTO SALUTEM.

Perspicuum nobis est paternitatem vestram ad utilitatem profectumque sanctae ecclaesie nutu ordinante divino caelitus destinatam, videlicet ut vestro patrocinio multi et temporaliter et spiritaliter foveantur et in sancta relegione diutissime conserventur. Quamobrem diversas hominum vos constat suscipere causas et susceptas ad aures

---

a) *corr. ex* animus *manus posterior.*

16. a) fudiciam *C.* b) *sic scripsi pro* intersio *C,* intentio *Duchesne.* c) dn̄s *C.*

1) *Cf. supra epp. 13 et 14.* 2) *archiepiscopus Senonensis (829—841), cf. supra p. 285 n. 3.* 3) *Monachus, deinde abbas Ferrariensis (Ferrières m. oc. Sens) fuerat, cf. EE. IV, 418 n. 2.* 4) *De quo cf. supra p. 282 n. 1.* 5) id est *scriptum est pro* Frotharius.

819—830 deferre imperiales, ut ob uiuscemodi laborem et studium sempiterna vobis augescat merces et praemium. Quocirca et nos quoque suppliciter flagitamus, ut diutius ad ornamentum sanctae ecclaesiae conservemini et familiae christiane proficuum iugiter prebeatis gaudium. Sciat itaque celsitudo vestra nos his diebus concilium nostrorum subditorum convocasse et pro salute cordis ac corporis vestri · missas et psalteria ·[1] decantari fecisse, quod et crebrius[a] agere ob felicitatem vestri et debemus et cupimus. Vos autem nostri solita pietate reminiscamini et causam necessitudinis atque utilitatis ecclaesiae[b] nostrae, que vobis nuper significata est, si conpetens adfuerit locus, domno imperatori[2] significare non dedignemini, scilicet de duobus mansis ad basilicam beati id est[c 3] pertinentibus et condam de possessione beati Stephani[4] subtractis, quos ille[5] tenet, qui inbecillitate corporis praegravante nec ad militiam valet egredi nec ad palatium quippiam deservire. Que possessiuncula, si vestrae claemenciae libet, ut in ius debitum reddatur, secundum constitucionem vestram eiusdem praefato possessori vel per praestariam vel per beneficium[6] valet restitui, tantum ut domus Dei non amittat[d], quod ei iuste et debetur et conpetit. Sunt quoque et alio loco sex mansi aliae basilicae in honore beati idest[c] III constructe adiacentes, sed et alii quadraginta ecclaesiae[e] beati id est[c] pertinentes, eodem modo de iure ecclaesiae nostrae dudum subtracti, de quibus, dissitudine[7] prisce constitucionis inolescente, nec census solvitur ullus. Hinc igitur vestra vigilet pia sollicitudo, ut quod olim iuri ecclaesiastico iuste mancipatum est, per vestram providenciam illuc tempore congruo redibeatur perpetuo possidendum, ita dumtaxat, ut nec ecclaesia rebus debitis defraudetur, nec possessores earum eadem possessione priventur. Nunc tamen, ne nostrae parvitatis[f] peticio vestrae celsitudinis auribus honeri existat, tantum de praedictis duobus mansis modo laborare dignemini. De reliquis[g], cum ad vestram sublimitatem devenero et eorumdem seriem testamentorum vestrae industriae liquidius propalavero, tunc inde, qualiter visum vestrae serenitati fuerit, agere quibit. Sed et cum de eisdem aliquid loqui vobis placuerit, si illum [5] fidelem vestrum, amicum nostrum vobiscum adsumpseritis, per omnia vestris ex hoc obsecundabit obsequiis. Taliter hinc vestra agat claemencia, qualiter in vestra tuicione[h] filii vestri confidimus.

Paternitatem vestram nostris iugiter suffragantem profectibus caelestis protectio usquaequaque muniendo gubernet et sempiterno vigore prospere valere concedat.

18.

Frotharius episcopus Tullensis (Gerungum) summum sacri palatii ostiarium deprecatur, ut ecclesiae Tullensis causae, de qua ad eum vassallum suum Catalaunum miserit, faveat. *819—830?*

Edd. Duchesne II, 713 n. 4 = Bouquet VI, 387 = Migne CVI col. 866.

EXCELLENTISSIMO[a] AC NOBILISSIMO VIRO CELSOQUE HONORE DIGNISSIMO NOM̄.[8] SUMMO SACRI PALATII OSTIARIO FROTHARIUS HUMILIS EPISCOPUS ET OMNIS TULLENSIS ECCLAESIA, CANONICORUM VIDELICET, MONACHORUM, VIRGINUM CETERORUMQUE FIDELIUM CATERVA ĘTERNAM IN CHRISTO OPTAMUS SALUTEM.

Memores vestri in sacris oracionibus sumus et Deum caeli ac terre pro sospitate corporis et anime vestrae sepius depraecamur, scilicet ut vos et in hac vita ad pro-

---

17. a) crebius *C.* b) ecclaesia *C.* c) idē *C; cf. supra.* d) admittat *C.* e) eclae *C.* f) pravitatis *C.* g) *corr. ex* reliquiis *C.* h) vrā tuicionem *C.*
18. a) *corr. ex* excellentisimo *C.*

1) *Numeri omissi esse videntur.* 2) *Ludowico Pio.* 3) *ecclesiam quandam parrochialem, ut videtur, dioecesis Tullensis.* 4) *ecclesiae cathedralis Tullensis.* 5) *loco nominis positum.* 6) *Hoc igitur loco praestaria et beneficium inter se distinguuntur, cf. Brunner, Deutsche Rechtsgesch. II, 251.* 7) *i. e.* desuetudine. 8) *Gerungo, ut videtur, cf. p. 280 n. 1.*

fectum nostrum aliorumquae fidelium diutius conservet incolomem et post obitum vitę 819—830 ęterne[a] tribuat feliciter esse participem. Sciat igitur sublimitas vestra, quod postquam nuper ad vos direxi missum nostrum, sinodum parrochiae nostrae plene convocavi et pro salute vestra missas et psalteria decantari feci[1], quod et sepius agere ob vestri prosperitatem et debemus et cupimus. Vos vero nostri semper reminiscimini et pro necessitatibus adque profectibus ecclesiae nostrae laborare ne pigritemini, videlicet de illa ratione, pro qua ad vos Catallonis[2] vassallum nostrum direxi et nunc domno nom̄.[3] exinde litteras dirigimus, vestramque benivolentiam praecamur, ut cum illo pariter ex hoc decertetis, nom̄.[4] id ipsum suadeatis, ut vobis de huiusmodi causa consentiat, quia ad eius ministerium eadem possessiuncula pertinet. Taliter hinc vestra solicitudo[b] vigilet, qualiter in vobis fideles vestri confidimus. Valete semper in Christo.

19.

Frotharius episcopus Tullensis virum quendam nobilissimum rogat, ut facere studeat, quae nuntius suus ei significaturus sit. *819—830?*

Edd. Duchesne II, 713 n. 5 = Bouquet VI, 388 = Migne CVI col. 867.

NOBILISSIMO VIRO ET CUM OMNI HONORE NOMINANDO[5] FROTHARIUS EPISCOPUS AETERNAM IN DOMINO OBTO SALUTEM.

Notum sit dilectioni vestrae, quia semper vestri memores sumus in sacris orationibus et vestram sanitatem iugiter manere desideramus. Unde et modo pro vobis decantari feci · missas · psalteria.[6] Vos quoque nostri semper reminiscimini et quidquid vobis iste missus noster significaverit, facere studete. Valete in Domino ter quater et centiaes.

20.

Frotharius episcopus Tullensis Hilduino archicapellano scribit Ludowicum imperatorem basilicae S. Apri quandam villam reddidisse, quam adhuc Ioseph Hispanus pro beneficio tenuerit. Cuius post mortem ne vidua eius totum illud beneficium ab imperatore impetret, petit ab Hilduino, ut operam det. *819—830.*

Edd. Duchesne II, 717 n. 14 = Bouquet VI, 392 = Migne CVI col. 872.

EXCELLENTISSIMO ATQUE SUMMO HONORE DIGNISSIMO HILDUINO[7] A DEO ELECTO PATRI ET MAGISTRO FROTHARIUS EPISCOPORUM HUMILLIMUS ET UNIVERSA TULLENSIS ECCLAESIAE CATERVA PERPETUAE BEATITUDINIS[a] IN CHRISTO OPTO SALUTEM.

De omnibus necessitatibus atque indigentiis nostris ad vos semper recurrimus utpote patrem unicum ac defensorem piissimum, cuius patrocinio assiduae indigemus, cuius amminiculo sepius sublevamur. Constat quippe protectionem vestram ianuam adesse salutis vestrumque regimen portum solidissime quietis. Subveniat itaque solito[b]

---

18. a) *Sequitur* vite *delet. C.* b) solitudo *C.*
20. a) beatutudinis *C.* b) *Cf. supra p. 282 v. 13.*

1) *Cf. supra p. 288 v. 5 et infra v. 20.* 2) *Châlons-sur-Marne.* 3) *fortasse Hilduino archicapellano, de quo cf. supra p. 282 n. 1; suspicor enim litteras hic memoratas esse epistolam 17 supra p. 287 sq. et ideo eodem tempore, quo illam, nostram epistolam scriptam esse; cf. N. Archiv XXI, 755.* 4) *an comiti, in cuius comitatu possessiuncula illa sita erat?* 5) *fortasse Gerungo summo ostiario, de quo cf. p. 280 n. 1; suspicatur enim Pfister (Annales de l'Est IV p. 267 n. 3) hanc epistolam quasi litteras commendaticias Gerungo ab eodem nuntio delatam esse, quem in epistola 18 (in codice ante nostram epistolam posita) a Frothario ad Gerungum Catalaunum missum esse legimus.* 6) *Numeri omissi esse videntur; cf. supra n. 1.* 7) *De quo cf. supra p. 282 n. 1; de tempore huius epistolae cf. N. Archiv XXI, 756. 757.*

819—830 nobis clemencia vestra et paterno succurrat affectu. Inportuni vobis crebrius supplicando existimus, sed vestre celsitudinis serenitas nullatenus nos ob eandem inportunitatem aspernetur, verum ingruentis necessitudinis indigentiam considerare dignetur. Domnus enim imperator[1] suggestione mea[a] quandam villam[2] bassilicae sancti Apri[3] reddidit, quam Pipinus avus ipsius eidem donavit[b]. Hanc vero per beneficium nostrum quidam Hispanus nomine Iosep actenus tenuit eamque, dum adhuc viveret, desertam fecit et ad nihilum deduxit et ipsius loci servientes obprimendo destruxit. Ipse autem nunc de hac vita migravit, et residua est illi coniux ipsius cum filio parvulo, qui sunt ex familia domni imperatoris. Sed et ipsis[c] causa caritatis et dilectionis vel per elymosinam[d] domni imperatoris de eodem beneficio decem mansos et vineam quadraginta modios vini ferre valentem dare volui; reliquos vero viginti mansos ad opus fratrum praedicte ecclaesiae restituere curavi. Praedicta autem mulier datum meum dispexit et nunc ad palatium veniens totum ipsum beneficium furtim et absque nostra nititur precipere voluntate. Vestra vero providentia id agere nunc secundum pristine pietatis consuetudinem dignetur, ut praedicte res in possessione sancti Apri permaneant et ipsorum fratrum usibus debita victualia praebeant, quatenus et sancti Apri merita et ipsorum fratrum pię postulationes vobis proficiant in vitam eternam. Valere vos semper obtamus, sanctae hac reverentissime pater.

21.

Frotharius episcopus Tullensis et Smaragdus abbas S. Michaelis Ludowico imperatori causas controversiae inter Ismundum abbatem et monachos Medianenses obortae exponit.
825—830.

Edd. Duchesne II, 713 n. 3 = Le Cointe, Ann. eccl. Franc. VII, 732 = Bouquet VI, 387 = Migne CVI col. 865.

Ad aures misericordiae vestrae reducimus, piissime imperator, ego Frotharius episcopus et Smaracdus abba[4], quod tempore Fortunati Mediolanensis[a] monasterii abbatis[5] per iussionem vestram[6] Smaracdus ipsius monasterii monachis[b] portionem de abbatia dedit, ut regulariter viverent. Et idcirco bene et secundum regulam vixerunt, quousque Fortunatus recessit[7]. Sed cum suscepisset Hismundus[8] ipsum monasterium, recepit illorum portionem et promisit se eis omnia necessaria regulariter administraturum. Quod postea sępius aliter illis[c] evenisse testantur. Unde et nunc venerunt ad nos, reclamantes et dicentes se nec regulariter vivere interius nec regulariter alimenta

---

a) suggessionem *pro* suggestione mea *C.* b) *sic Duchesne pro* domui *C.* c) *scripsi* ipsis *pro* ipsa *C.* d) elymosina *C.*

21. a) Mediolanensis (c superscr.) *C,* c *alio atram. superscripto, sed post deleto.* b) monachus *C.* c) *radendo corr. ex* illius *C.*

1) *Ludowicus Pius.* 2) *Cf. N. Archiv l. l. 757 n. 1.* 3) *monasterio ante muros Tullenses sito.* 4) *Smaragdus abbas S. Michaelis ad Mosam dioec. Virdunensis quo anno mortuus sit, ignoratur; post privilegium a Ludowico et Lothario imperatoribus inter annos 826. et 830. datum (L. 275 in Sickel, Acta Karol. p. 168, Mühlbacher Reg. n. 811) iam non memoratur; cf. Dümmler in N. Archiv IV, 251; infra ep. 22.* 5) *Fortunatus patriarcha Gradensis cum a. 806. sede amissa in Galliam se contulisset, a Carolo imperatore beneficio abbatiae Medianensis (Moyenmoutier, Tullensis dioecesis, — nam* Mediolanensis *corruptum esse ex* Medianensis *iam I. Mabillon Ann. Ben. II, 340. 415 recte coniecit) donatus esse videtur; cf. Leonis III. ep. 5, supra p. 95 n. 7, N. Archiv XXI, 757.* 6) *Ergo post 814 Ian. 28, fortasse quia interea Fortunatus Gradum reverterat.* 7) *Intellego: usque ad mortem Fortunati, id est usque ad a. 825. Febr. 26; cf. Annales regni Franc. a. 824. ed. Kurze p. 165 et Lib. de S. Hildulfi success. SS. IV, 88.* 8) *In libro de S. Hildulfi successoribus in Mediano Monasterio l. l. inter Fortunatum et Ismundum Waldo quidam abbas interpositus est. Cf. de Ismundo epp. 22 et 23.*

corporis sumere exterius. Venimus itaque pariter illuc et ita esse invenimus et cognovimus ex parte neglegentiam ipsorum monachorum, ex parte neglegentiam abbatis eorum. Promisit ergo iterum se per omnia emendare velle, quicquid actenus neglegenter ex sua parte fuerat actum. Cui rei et nos consensimus et ut illi monachi adsensum praeberent, laboravimus. Sed illi timentes, ne forte, sicut sepius evenerat, aut per eum aut per eius ministros illius promissio frustraretur, nec eius promissionibus iam amplius credere nec eius emendationem se recipere posse dixerunt, nisi illis portio redderetur, sicut dudum illis dare iussistis. Quod quia ipse sine vestra iussione nullatenus se facturum dixit, ideo illi omnes pariter communi intencione communique precę postulaverunt, ut illis licentiam daremus ad vestrae pietatis praesenciam recurrendi et vestram misericordiam implorandi, dicentes se magis velle de ęodem monasterio expelli et in peregrinatione et mendicitate vivere, quam falsis promissionibus ulterius credere et sub falso monachorum nomine militare. Quamobrem[a] dedimus eis licenciam ad vos veniendi. Haec autem vestrae sapięntiae innotuimus, ut, priusquam ad vos veniant, causas acclamationis eorum dinoscatis. 825—830

22.

Frotharius episcopus Tullensis Hilduinum archicapellanum deprecatur, ut epistolam, quam ipse et Smaragdus abbas S. Michaelis de controversia inter Ismundum abbatem et monachos Medianenses oborta Ludowico imperatori scripserint, ad imperatorem deferat monachisque faveat. *825—830.*

Edd. Duchesne II, 712 n. 1 = Bouquet VI, 386 = Migne CVI col. 863.

EGREGIO VIRO ET CUM SUMMA VENERATIONE NOMINANDO HILDUINO[1] A DEO ELECTO PATRI ET MAGISTRO FROTHARIUS HUMILIS EPISCOPUS PERPETUĘ BEATITUDINIS IN DOMINO OPTO SALUTEM.

Salute corporis et anime vestram iugiter celsitudinem potiri et felici sublimatione tam in caelesti virtutum carismate, quam in terrene dignitatis nitore diutius augmentari, toto mentis adnisu, totius animi intellectu, toto pectoris robore desideramus, optamus, poscimus. Cupimus nihilominus vestrae dignitatis ora contemplari[a], vestrae solertiae eloquiis in Domino perfrui, quin etiam exempla piissime religionis intueri, quibus et spiritalia monita capiamus et salutaria sanctitatis ornamenta sumamus. Nam etsi corporali intuitu vestri ordinis splendidissimum nequeo contemplari[b] decorem, sed assidue eum spiritualibus cum ineffabili gaudio contemplor obtutibus, immo et mihi meisque huiusmodi vestigia frequenti adhortatione non omitto inculcare sectanda. Non enim valeo tante iucunditatis gesta et tam pia divine servitutis obsequia memoria non retinere, quę apud vestram devotissimam paternitatem me constat nuper vidisse. Quis enim semel ea conspiciens non animo salubriter infigendo depinguat, quorum recordatio summe pietatis est solidatio, quorum exsecutio perpetuae quietis est adeptio? Iussio divina mihi omnibusque vestrae devotionis exercitia cernentibus pio favore, ut ea prosequi digne valeamus, adspiret et vobis pro ostenso sectandi operis exemplo perpetuę reconpensationis praemia feliciter concedat. Amen[c]. Domno imperatori

---

a) quem ob rem *C.*

22. a) vestrae — contemplari *bis scripta sunt in C.* b) contempplari *C.* c) *Ad hunc locum ea verba referenda esse, quae ad finem epistolae secuntur, scilicet:* et ea sequantur ex alia parte requirantur *librarius hoc signo † adnotare videtur; quibus verbis quid significare voluerit, ignoro.*

1) *De quo cf. supra p. 282 n. 1.*

825—834 litteris innotescimus[1] ego et Smaracdus abba[2], qualiter Ismundus abba[3] et monachi eius quadam simultate a se invicem discordent. Vestra pia sollicitudo agat, ut illi monachi votum suum Deo promissum implere valeant et easdem litteras ad eius praesenciam vestra paternitas deferat.

23.

Frotharius episcopus Tullensis Gerungum summum sacri palatii ostiarium deprecatur, ut, si Hilduinus archicapellanus absit, nuntium suum litteras portantem ad Ludowicum imperatorem introducat. *825—830.*

Edd. Duchesne II, 712 n. 2 = Bouquet VI, 386 = Migne CVI col. 864.

INLUSTRISIMO VIRO ET TOTO AFFECTU COLENDO AC DESIDERANDO GERUNGO SUMMO SACRI PALATII OSTIARIO[4] FROTHARIUS GRATIA DEI EPISCOPUS AETERNAM IN CHRISTO OPTO SALUTEM.

Vestrae prosperitatis vestriquae profectus semper sumus memores et idcirco divinam misericordiam sepius pro vestra salute imploramus, ut vos ad sua mandata perficienda iugiter accendat et ad multorum profectum longevo tempore conservet et Tit. 2, 12. hic pie, sobrie et iuste viventem praesentis naufragii pelagus transmeare suo amminiculo faciat et post ad portum quietis aeterne perductum perenni retributione feliciter[a] coronet. Sciatis igitur nos in huiusmodi intencione assiduae manere et his diebus pro vita et sanitate vestra missas tantas et psalteria tanta[5] fratres nostros decantasse. Sciatis denique nos domno imperatori[6] litteras[7] per praesentem missum nostrum dirigere; unde petimus, ut si domnus Hildoinus[8] deest, ante domnum imperatorem vos eum mittatis. Valete in Domino semper et nostri memor[b] estote.

24.

Frotharius episcopus Tullensis ab Aglemaro (S. Claudii Iurensis monasterii, ut videtur,) abbate petit, ut ad novae ecclesiae parietes decorandos diversos colores sibi mittat. *c. 832—834?*

Edd. Duchesne II, 720 n. 20 = Bouquet VI, 394 = Migne CVI col. 876.

FROTHARIUS GRACIA DEI EPISCOPUS TULLENSIS ECCLAESIAE AGLEMARO VENERABILI ABBATI[9] PERPETUAM IN CHRISTO OBTO SALUTEM.

Noverit me dilectio tua corporis incolomitate utcumque vigere et pro sospitate cordis ac corporis tui superne pietatis claementiam sepius flagitare. Cupio enim te longeva felicitate potiri et post huius vite calcem superne quietis carismate perenniter recreari. Ceterum sciat me fraternitas tua in novis ecclaesiae nostrae edificiis[10] vestro

---

23. a) feliter *C.* b) *sic C; cf. supra p. 284 v. 32.*

1) *Cf. supra ep. 21.* 2) *Cf. supra p. 290 n. 4.* 3) *Cf. supra p. 290 n. 8.* 4) *De quo cf. supra p. 280 n. 1.* 5) tantas *et* tanta *numerorum loco posita sunt.* 6) *Ludowico Pio.* 7) *Cf. supra ep. 21.* 8) *Cf. supra p. 282 n. 1.* 9) *Hunc fuisse abbatem Iurensis, postea S. Claudii monasterii (S. Claude, s. occ. Genf) veri simile est. Nam Agilmarus ille, sive Egilmarus, qui inde a die 24. Ian. 835. usque ad diem 15. Dec. 843. archicancellarius fuit Lotharii I. imperatoris (cf. Mühlbacher, S.-B. der Wiener Ak., ph.-hist. Kl. LXXXV, 491. 506; Reg. p. XCVII) et deinde a. 842. sive 843. electus est archiepiscopus Viennensis, successor fuit Achini abbatis Iurensis monasterii, qui inde ab anno II. usque ad annum XVIII. Ludowici imperatoris (i. e. c. 815—831) occurrit; cf. catalog. abbat. S. Eugendi Iurensis, SS. XIII, 744; Gallia christ. IV col. 246. Quare epistola nostra post a. 831. et ante a. 835. scripta esse videtur.* 10) *Cf. supra epp. 9—11.*

suffragio indigere. Unde peto, ut nobis mittas ad decorandos parietes colores diver- 820—838
sos, qui ad manum abentur, videlicet auri pigmentum, folium Indicum, minium, lazur adque prasinum et de vivo argento iuxta facultatem. Haec nobis dirigito et a nobis debitum servitium iterum exigito. Caritatis enim indissolubili[a] nexu adstricti vicissim nobis famulari et fraterna obsequia redibere conpellimur. Valete in Domino semper.

25.

Frotharius episcopus Tullensis Sichardum magistrum deprecatur, ut Haudulfi comitis filium ad Lotharium imperatorem adducat causamque eius imperatori commendet.
c. 833 Iun. — 834 Mart.?

Edd. Duchesne II, 714 n. 6 = Bouquet VI, 388 = Migne CVI col. 867.

NOBILISSIMO VIRO ET NIMIĘ DILECTIONIS AFFECTU COLENDO SICHARDO[1] DIVINA PROVISIONE VENERABILI MAGISTRO FROTHARIUS EPISCOPUS HUMILISSIMUS ET PRAESENTIS ET PERPETUAE FELICITATIS IN DOMINO OPTO SALUTEM.

Quantum vestrae celsitudinis statum omnigenis opibus iugiter florere et omnibus prosperis ubique exuberare desideremus et divine cognitionis novit intuitus et mox, ut occasio venerit serviendi, vestrae cognoscere poterit industriae sensus. Quod et nunc quidem veraciter, ut credimus, agnoscit, quia prudenter intelligit caritatem quibuslibet praepeditam obstaculis et in corde inviolabiliter teneri et in operis exercitio[a] plerumque non exiberi. Sed si quid actenus de vestris obsequiis minus egimus, vestra nos iussio deinceps amoneat, ut, sicut dignum est, vobis sedula servitute famulemur. Ceterum obsecramus vestrae pietatis clemenciam, ut hunc puerum, famulum vestrum, Haudulfi comitis filium, ante seniorem nostrum domnum Lotharium[2] introducatis et causas necessitatis eius, quas vobis innotuerit, apud eum digna inpetracione obtineatis, ut quemadmodum de multis aliis, ita et de isto vestra amplificetur elymosina et merces, et in praesenti tempore de nobis et de ipso habeatis servitium et a Deo sempiterne reconpensationis accipiatis praemium.

26.

Albericus episcopus Lingonensis a Frothario episcopo Tullensi expostulat, ut prohibeat, ne ecclesia Lingonensis iura, quae de Bosonis monasterio habeat, propter Teuderici novas capellas perdat. *c. 820 — 838.*

Edd. Duchesne II, 723 n. 30 = Bouquet VI, 397 = Migne CVI col. 881.

UNICE DILECTIONIS AFFECTU COLENDO DOMINO PATRI ET COEPISCOPO FROTHARIO ALBERICUS INDIGNUS ET INUTILIS NOMINE TENUS TANTUM EPISCOPUS[3] PERPETUAM INPRAECATUR FELICITATEM.

Si secundo in omnibus utimini eventu, estis, ut iugi optamus voto. De cetero innotescimus vestrae dilectioni, quia quendam vicum habemus in vestra parrochia, qui dicitur Bosonis monasterium[4]; sed nunc et nomen pariter cum privilegio ac censu

---

24. a) *corr. ex* indissolubilo *C.*
25. a) exercitia *C.*

1) *ut videtur, presbytero illi palatino, qui legatus Ludowici et Lotharii imperatorum synodo Mantuae a. 827. celebratae interfuit; cf. Simson l. l. I, 283; de tempore huius epistolae cf. N. Archiv XXI, 757.* 2) *I. imperatorem, filium Ludowici Pii.* 3) *Lingonensis (c. 820 — 838); cf. supra p. 267 n. 5, infra ep. 27.* 4) *Quem locum hodie esse Bouzancourt (canton de Doulevant) Pfister in Ann. de l'Est IV, 292 n. 4 suspicatur, id quod veri simile non est.*

820—840 perdit, propter Teuderici scilicet a vobis dedicatas novas capellas. Unde tuam fraternam depraecor dilectionem, ut secundum sinceritatem episcopalem ac ecclaesiasticam sanctionem agatis, ne propter novellas capellas antiquissima quod per tot annos tenuit perdat ecclaesia, et mihi non sit necesse pro hoc episcopalem[a] pulsare conventum, quia vos non absque culpa et ego reus esse potero, si per nos amittit, quod semper tenuit. Sed de hoc quicquid decernit vestra paternitas, nobis rescribite[b] per arum gerulum litterarum. Opto vestram sanctitatem[c] a Domino gubernari[d], mei meminisse.

27.

(Albericus?) episcopus Lingonensis a Frothario episcopo Tullensi petit, ut Bertigangum clericum suum ad sacerdotii officium ordinet vel sibi licentiam det ordinandi.

ca. 820—838?

Edd. Duchesne II, 723 n. 29 = Bouquet VI, 397 = Migne CVI col. 880.

REVERENTISSIMO AC DESIDERANTISSIMO DOMINO PATRI AC FRATRI FROTHARIO ECCLAESIAE TULLONENSIS[a] EPISCOPO PERMISSIONE ADQUE ORDINATIONE DIVINA ECCLAESIAE[b] LINGONENSIS EPISCOPUS[1] SEMPITERNAM IN DOMINO IESU CHRISTO OBTO SALUTEM.

Necessarium et consequens esse putamus de his, quibus nos despensatio[a] divina praeesse voluit, debitam semper curam et sollicitudinem gerere, ut[c] illa scilicet, quae[d] illis necessaria et utilia esse[e] videntur, nostris valeant vel praecibus vel obsequiis adipisci[f]. Unde et clericum nostrum Bertigango nomine dignationi ac devotioni vestrae direximus, ut, sicut vobis moris et consuetudinis est, ad officium sacerdotii ordinare eum non dedignemini[g]; himmo, quia sic de humanitate ac benignitate vestra[h] confidimus, dignamini eum[i] libenter audire, et si vos in alico inpedit, ut eum ordinare non conveniat, epistula[k] vestra nobis libertatem concedat, ut eum ordinare licentiam habeamus. Nos autem, sive quod ad Dei pertinet famulatum[l], sive omnibus officiis, quibus tam sublimis persona honorari debet, prumptos semper ac devotisimos[m] nullatenus[n] dubitetis. Obtime semper in Domino valeatis, reverentissime ac desiderantisime pater domine et frater.

28.

Frotharius episcopus Tullensis ad Drogonem episcopum Mettensem querelas defert de monachis Senoniensibus, de monachis in Warengissi villa habitantibus, de ecclesiis quibusdam neglectis. *826—840?*

Edd. Duchesne II, 715 n. 10 = Bouquet VI, 389 = Migne CVI col. 869 = Calmet Histoire de l'abbaye de Senones ed. Dinago p. 45.

NOBILISSIME DIGNITATIS VIRO ET CELSO[a] HONORE DIGNISSIMO DROGONI DIVINA FAVENTE GRATIA ECCLAESIAE METENSIS EPISCOPO[2] FROTHARIUS EXIGUUS ITIDEM EPISCOPUS[b] PERPETUAM IN CHRISTO OBTO SALUTEM.

Amorem et dilectionem vestri pio cultu conservans[c] felicem vitam longevis annorum curriculis vos ducere gratulamur et id nutu concedi superno sedulo flagitamus.

---

26. a) episcopale *C.* b) *sic scripsi pro* recipite *C.* c) sanctitate *C.* d) *an* et *supplendum?*
27. a) *sic C.* b) ecłae *C.* c) *deest C.* d) illud scilicet qui *C.* e) ee *C.* f) adipisce *C.* g) dignemini *C.* h) vestram *C.* i) *sic scripsi pro* tamen *C.* k) *sic scripsi pro* opuscula *C.* l) *sic scripsi pro* ad Deum pertinet famulatu *C.* m) devotisimus *C.* n) nulatenus *C.*
28. a) celsi *C.* b) epos *C.* c) *Cf. supra p. 292 v. 21.*

1) *ut videtur, Albericus, cf. supra epistolam 26, cui haec epistola in codice antecedit.* 2) *823—855; cf. supra ep. 7. De tempore epistolae cf. N. Archiv XXI, 758.*

826—840?

A vobis quoque eiusdem mihi caritatis iura rependi et inviolabiliter[a] conservari suppliciter expeto, ut hoc spiritaliter gluttino vobis conexus et vestris conloquiis recreer et salutiferis studiis adque exemplis proficuae informer. Ceterum sciat vestra dilectio mihi opido displicere de quibusdam monachis cenobii vestri[1], cui Erlefredus[2] rector[b] non[c] esse videtur. Cum enim nostrae parrochiae isdem adiaceat locus, et habitatores eius nostro munimine Deo annuente protegi debeant, egrediuntur quidam[d] eorum parrochiam nostram absque nostro permissu[e] et licencia quasi ob quasdam reclamationes, et quo tendant, penitus ignoro. Porro si ad vos veniunt aut molestiam vestris auribus inferunt, ordo canonicus erga nos debuerat conservari, ut mihi illorum querele paterent et nostro pari consultu correctio eis congrua daretur. Quod quia actenus neglegenter omisum est, vestra id deinceps industria digna emendacione corrigi debeat, ut nec vestrae aures ulterius hac in re molestentur, nec nobis[f] ius canonicum[g] et reverencia debita auferatur. Est praeterea alia vestrae dominationis[h] cella sita in Warengissi villa[3], quam etiam monachi sine mea licencia inhabitare noscuntur. Sed quia inter eos me constat adolevisse, in cenobio videlicet Gorzensi[4], hęc utcumque mea parvitas tolerat. Denique illud vestrae paternitati non sileo, quod quedam vestri iuris basilicę in providencia nostra consistunt, quae nec mansorum subiectione fulciuntur nec sacerdotum praesentia custodiuntur. Pro quibus omnibus vestra ordinatio legatum ad nos mittat, co[i] instante haec emendentur. Antequam enim in praefatis cellis vel ecclesiis congrua emendatio fiat, nihil nobis de eorum ordinationibus vel dispositionibus ecclaesiasticis praesumendum est. Nam et in praemisso monasterio Vosgensi[5] quidam vestri missi, ob rectitudinem faciendam illuc directi, nihil utilitatis ni fallor ibi gesserunt, sed magis discordiam multiplicantes eosdem fratres deteriores per omnia reddiderunt. Decet vero, ut et in monasteriis et in ecclaesiis et in omnibus, que vestrae dictioni subdita sunt, talis ordinatio et rectitudo servetur, quatenus et nos et universi finitimi vestri vestris exemplis instituamur et per vos ad vere religionis studium utcumque perducamur veluti per summum pastorem hac rectorem nobilissimum plebis. Valeat paternitas vestra prolixo tempore feliciter in Christo. Amen.

29.

Frotharius episcopus Tullensis (Iudith) imperatricem deprecatur, ut, quae missi eius in dioecesi sua iniuste egerint, emendari iubeat. *826—840?*

Edd. Duchesne II, 714 n. 7 = Bouquet VI, 388 = Migne CVI col. 867.

Innotesco claemenciae vestrae, serenissima imperatrix[6], ego Frotharius humilis episcopus, quod quasdam iniusticias fecerunt in nostra parrochia missi vestri, id est nom̄. illis[a], quia alias ecclaesias a nobis secundum ecclęsiasticam dispositionem ordinatas aliter ordinaverunt et abstulerunt[b] de quibusdam ecclęsiis hoc, quod ad illas iuste et racionabiliter pertinebat[c]. Sed et de ecclaesia istius presbiteri vestri tulerunt

---

a) inviolabitur *C.* b) *scil.* rector bonus? c) N̄ *C; an* non *delendum est?* d) quadam *C.* e) ꝑmissu *C.* f) vobis *C.* g) canocum *C.* h) vr̄a dominationes *C.* i) = quo.

29. a) *Cf. supra p. 281 v. 1.* b) *corr. ex* abstullerunt *C.* c) *corr. ex* pertimebat *C.*

1) *Senoniensis (Senones in Vosego); cf. Richerii Chronicon mon. Senonensis (SS. XXV, 271):* Et a tempore illo abbates huius cenobii ab episcopo Mettensi temporalia, ab ipso vero episcopo Tullensi spiritualia receperunt. 2) *De quo cf. Lib. confrat. S. Galli etc. p. 228.* 3) *Varangéville ad Meurthe fl.* 4) *In Libris confraternitatum S. Galli etc. p. 232 inter fratres Gorzienses* Floterus *quidam reperitur, sicut et ipse Frotharius Ebonis archiepiscopi Remensis restitutioni a. 840. nomen suum subscripsit* Flotharius *(cf. Flodoardi hist. Rem. eccl. l. II c. 20, SS. XIII, 473).* 5) *Cf. supra n. 1.* 6) *Iudith, quam Ludowicus imperator a. 819. uxorem duxit; de tempore epistolae cf. N. Archiv XXI, 758. 759.*

821—842 dimidium mansum et dimidiam suam decimam et dederunt homini laico contra canonica statuta et contra ministerium ac voluntatem nostram. Nos autem scimus, quod vestra iussio et vestra voluntas fuit, ut rectitudinem et iusticiam facerent et contra ministerium sacrum nihil praesumerent. Quamobrem si vestra voluntas est, ut emendetur, mandate nobis, et nos secundum vestrum praeceptum haec omnia ita emendabimus, ut vestra exinde crescat elymosina et merces augeatur aeterna. Semper ecclaesiam Dei defendite et ecclaesiasticam legem exaltate, ut vos omnipotens Dominus ab omni malo defendat et ad exaltacionem caelestis regni feliciter perducat. Amen.

30.

Wicardus abbas monasterii Indae Frothario episcopo Tullensi gratias agit cum de aliis beneficiis tum de reliquiis S. Apri sibi missis. Addit de possessionibus monasterii sui et de servis, qui dominationi suae se subtrahere velint. Mittit tria monasterii sui instrumenta exemplata. *821—842.*

Edd. Duchesne II, 717 n. 12 = Bouquet VI, 391 = Migne CVI col. 872[a].

REVERENDO OMNIQUE[b] HONORE[c] DIGNISSIMO DOMINO ET PATRI FROTHARIO PRAESULUM BENIGNISSIMO UUICARDUS[d 1] MINIMUS ABBATUM CUM FRATRIBUS MEAE PROVIDENCIAE[e] PERENNIS GLORIAE OPTO SALUTEM.

Quam graciarum actionem[f] de beneficiis, quę[g] solo mercedis caelestis intuitu parvitati nostrae inpenditis[h], virorum optime, vobis[i] rependemus, qui non solum pastorali[k] cura intima nostra, verum pia quoque sollicitudine[l] exteriora nostrae substanciae procurare dignamini? Insuper ad cumulum vestrae caritatis circa nos demonstrandum, quod nobis auro ditius esse[m] potest, sancti Apri reliquias[2] necnon et beatę suae[n] conversationis actus[3] humilitati nostrae nunc mittere estis dignati. Sed pro his omnibus, pro cuius amore hoc geritis, prorsus vobis ipse manentis retribucionis[o] fructum restituere non obliviscetur. Quod tamen possumus, minimas praeces nostras supernę[p] maiestati vestrae salutis causa offerre meminerimus, et in temporalibus, ubicumque nobis[q] dignatio vestra imperare voluerit[4], devotissimi paratissimique[r] fore studebimus. Agat itaque benignitas vestra, ut benigne cepit[s], non solum de rebus et hominibus super ipsas conmanentibus, quę[t] in promptu[u] vobis[v] sunt, sed et de illis, quas idem ipsi nostri homines, qui passim et libere habitare videntur, emerunt; ut videlicet semper domini Salvatoris respectui sint[w] mancipate[x] cum illis ipsis, qui eas possident[5]. Qualiter autem super hoc agendum sit, vestrae prudenciae[y] manifestius[z] liquet. Videtur tamen nobis, si vos utile iudicaveritis, ut quicumque[a] de ipsis mancipiis sunt, qui se subtrahere de nostra dominatione moliuntur, servitutem suam coram vobis rewadiare faciatis[b 6], et[c] deinceps per iusticiam subacti hanc fraudem perpetrare nequeant. Mittimus dignationi vestrae donationem illarum[d] rerum exemplatam[e]; pariter cum ipsa

---

30. a) *Haec epistola 30 neglegentia librarii post epistolam 26 iterum in codice nostro (f. 91) scripta est; utrumque exemplum (= 1 et 2) diversis mendis corruptum est.* b) omniquae *1.* c) honori *2.* d) Uuichardus *2.* e) *deest 1.* f) accionem *1.* g) quae *2.* h) imp. *2.* i) *deest 2.* k) pastorale *2.* l) sollitudine *2.* m) est *1.* n) suę *2.* o) retributionis *2.* p) superne *2.* q) *deest 2.* r) paratisimique *2.* s) caepit *2.* t) que *2.* u) promtu *2.* v) nobis *2.* w) sunt *2.* x) mancipatę *2.* y) prudentiae *2.* z) manifescius *2.* a) ut quicumque *bis script. in 1.* b) fatiatis *1.* c) *sic 1, 2; an* ut? d) illorum *2.* e) exemplata *2.*

1) *abbas Indensis monasterii (Inden sive Cornelimünster ex m. et or. Aquisgrani) 821—842; cf. infra ep. 31.* 2) *Cf. supra ep. 4.* 3) *Miracula S. Apri non nisi s. X. scripta nobis tradita sunt; cf. Wattenbach, Geschichtsqu. 6. ed. I p. 378.* 4) *Cf. ep. 31.* 5) *Pfister (Ann. de l'Est IV, 311 n. 1) merito censet Frotharium tunc temporis fuisse missum dominicum; monasterii Indensis possessionum inventarium fecisse videtur, cf. similia ap. Mühlbacher Reg. 659 a.* 6) *Cf. Formulae ed. Zeumer p. 230, 14 sq.*

et domni imperatoris exemplationis cartam, quam nostro monasterio de teloneo[a], ut nusquam in toto suo regno a nobis exigeretur[b], fecit[1]; emunitatem etiam similiter exemplatam. Valere[c] vos multum optamus, domine et pater, feliciter[d] in Christo. 821—848

31.

Frotharius episcopus Tullensis Wichardo abbati monasterii Indae scribit de clerici eius ordinatione. Petit, ut tres carros suos vino onustos Bonna Aquas ad palatium perducendos curet. *821—42.*

Edd. Duchesne II, 719 n. 19 = Bouquet VI, 394 = Migne CVI col. 876.

FROTHARIUS[a] MISERICORDIA DEI EPISCOPUS WIGHARDO MERITO ET SANCTITATE VENERABILI ABBATI[2] ET UNIVERSE CONGREGATIONI[b] SALUTEM.

De profectu[c] adque utilitate vestra sollicitudinem et curam me assiduae sciatis habere et de his, quae nuper significastis, seu de claerici vestri ordinatione, quicquid racionabiliter et idoneae possumus, adimplere velle. Ceterum peto, ut vestro amminiculo tria carra vini de Bonna faciatis nobis perduci ad palatium Aquis et quicquid iterum vobis de nostro servitio competit, remandate[d]. Valete in Domino semper.

32.

Frotharius episcopus Tullensis Teutderico et Ragenardo abbatibus scribit se dolere, quod quidam eorum homines luporum rabie interfecti sint, atque propediem se ad eos venturum esse promittit. Monet, ut cum sacerdotibus et populo peccatorum suorum poenitentiam agant. *825—848(?)*

Edd. Duchesne II, 721 n. 26 = Bouquet VI, 396 = Migne CVI col. 879 = Calmet Histoire de l'abbaye de Senones ed. Dinago p. 42.

FROTHARIUS GRACIA DEI ECCLAESIAE TULLENSIS ANTISTIS TEUTDERICO ET RAGENARDO[3] VENERABILIBUS VIRIS CUM UNIVERSO GREGE VOBIS CUMMISSO PERPETUAE BEATITUDINIS IN DOMINO OPTO SALUTEM.

Quotiaes vestrae dignitatis personam cum his, qui vobis sub nostro regimine subditi sunt, bene ac salubriter vigere cognosco, divine pietati uberrimas gracias refero. Quotiaes vero vel vos vel[a] plebem vestram ad diocesim nostram pertinentem utcumque infirmari vel periclitari audio, ingenti merore ac doloris ancxietate afficior et veluti pro filiis karisimis atque ovibus propriis undique contristor. Quod his diebus fateor accidisse, cum mortiferam pestem acerrime grasatam me contigit agnovisse. Siquidem significatum mihi est devastacione luporum[4] quosdam vestrorum hominum superatos et ruinis subitis funditus[b] ab hac vita esse extinctos. Quam quidem plagam per fraudem[c] diabolicam divino iudicio permittente in omnibus factam esse non ambigo. Siquidem peccatis nostris exigentibus multa adversa permittente[d] Deo patimur, que

---

a) telonei *1.* b) exigetur *1.* c) vale *2.* d) feliter *1.*
31. a) *Sequitur* ep *eras. C.* b) congregatione *C.* c) pfectum *C.* d) remendate *C.*
32. a) ad *C.* b) funditos *C.* c) fraudam *C.* d) ꝑmittente *C.*

1) *Cf. Ludowici Pii instrumentum a. 821. Febr. 8. datum (Sickel Acta Karol., L. 164; Mühlbacher Reg. 710); de tempore epistolae nostrae cf. N. Archiv XXI, 759.* 2) *De quo cf. supra ep. 30.* 3) *Alter eorum abbas Medianensis (Moyenmoutier) fuisse videtur; nam in Libro de S. Hildulfi successoribus in Med. Monast. (SS. IV, 89) Ismundo abbati (cf. supra ep. 21—23) succedit Theodericus, deinde Reginardus, quorum utri haec epistola missa sit, parum certum est; alter fortasse abbas Senoniensis erat; cf. Mabillon Ann. ord. S. Ben. II, p. 415, Pfister l. l. p. 278 n. 2, N. Archiv XXI, 759.* 4) *Cf. supra ep. 1.*

825—848(?) cf. Matth. 24, 12.

minime nobis acciderent, si ei, ut dignum fuerat, tota mente quotidie famularemur. Quod enim cum gravi gemitu dicendum est, habundat iniquitas, refrigescit caritas multorum. Ob hoc tot plagas caelesti censura[a] disponente ingruentes, tot adversitates[b] demonice instigationis miseria nostra tolerat generi humano infestas. Siquidem cum his praeteritis annis[1] inopiam famis multimodam ob ariditatem segetum vel grandinis inruptionem perpessi fuerimus, praesenti anno fertilitatem messium adque hubertatem vinearum murium devastacione consumptam conspicimus. Ad extremum, quod cum luctu dicendum est, luporum rabida infestacione animas hominum christianas subito necari videmus. Que facta cur nostrae praesentiae non antea significaveritis, usquequaque miror. Venissem quippe ad vos et tam per verbi praedicationem[c], quam per manus impositionem ac confirmationem pectora fluctuantium hominum corroborare satagerem[d]. Quod quia adhuc non[e], in proximis diebus, si vita comes fuerit, acturus sum. Nunc autem moneo, ut praecipiatis omnes presbiteros in illis locis cummanentes[f] ad vestra monasteria pariter convenire et per triduum ieiuniis et letaniis insistere, cilicio et sacco obvolvi, cinere conspargi[g] et cummuni supplicatione Domini clemenciam obnixse depraecari, ut eius exuberans misericordia non secundum merita nos diiudicet, nec secundum iniquitatum[h] nostrarum scelaera ultionem ex nobis capiat[i], quin potius propiciatus expectet et ad penitenciam recurrentes misericorditer suscipere dignetur. Omnem itaque populum ad confessionem et penitudinem pro peccatis suis sacerdotes provocent et que ignoranter a[k] plebe cummissa sunt, digna emendatione solvantur, ne subito nos exicialis morbus absumat et inferni voracitas perenniter cruciandos[l] absorbeat. Et si mens nostra caritatis amore Dei conspectibus rennuit famulari, saltim timoris[m] formidine a malis retracta in salutiferis actibus convalescat.

---

a) caeleste censuras *C.* b) adversitas *C.* c) praedicatione *C.* d) satagere *C.* e) *sic C; feci vel simile verbum omissum esse videtur.* f) cummanentibus *C.* g) *sic C.* h) iniquitatem *C.* i) capiad *C.* k) ad *C.* l) cruandus *C.* m) *Duchesne male emend.* mortis.

1) *Fortasse eosdem annos significat, quos supra p. 282 v. 2; cf. N. Archiv XXI, 760.*

VII.

EPISTOLAE VARIORUM
INDE A MORTE CAROLI MAGNI USQUE AD DIVISIONEM IMPERII COLLECTAE.

Aeque ut in tomo quarto placuit epistolas singulares hic colligere, quae vel Ludowico Pio regnante vel proximis post obitum eius annis usque ad pactum circiter Virodunense vel paulo post scriptae sunt. Praetermittuntur nonnullae, quae cum conciliis potius coniungantur aliquando oportebit nec repetuntur quae inter formulas iam a Zeumero luci datae sunt, vel praefationes operibus suis coniunctae, ne eaedem bis lectori offerantur. Quae epistolae cum hic illic forte fortuna tantum ad nos usque pervenerunt, non dubito quin quae praebemus postea ab aliis suppleantur atque libris manuscriptis adhibitis emendentur.

Berolini, Maio mense 1898.

Ernestus Duemmler.

1.

811—815 *Iesse Ambianensis episcopus*[1] *sacerdotes dioeceseos suae de baptismi mysteriis edocet*[2]. *c. 811.*

Cod. Paris. 13372 (St. Germain 1290) s. XII. f. 91 quem contulerunt Bethmann et K. Hampe[a]. *In codice S. Galli 124 s. IX. liber Iesse quidem extat, sed sine hac epistola.*

Edd. Hincmari opp. ed. Cordesius p. 664; Bibl. patr. Lugdun. XIV, 67; Migne Patrol. CV, 781.

SACRIS[b] SACERDOTIBUS ET IN CHRISTO OMNIBUS DIOCESI NOSTRAE DIGNE MILITANTIBUS IESSE HUMILIS EPISCOPUS IN DOMINO SALUTEM.

Quoniam quidem debitorem me loqui vobiscum sepius fore cognosco, de divinis libris ac sacerdotalis officii mysteriis, quamquam mihi causa impossibilitatis impediat ac absentię, ideo breviter vobis, in quantum temporis adfuit spatium, qualiter ad sacri baptismatis undam per gradus pervenire debeatur, scribendo perstrinximus. Scio vero, quia multi ex vobis eius bene norunt mysteria, sed propter[c] exercitationem et ignorantium causam convenientius mihi omnibus scribere videtur, quam aliquibus insciis. Unde et rogo, ut vos qui capatiores sensu estis, instruatis et adhortetis eos, qui minoris sunt ingenii, in spiritu mansuetudinis ac lenitatis, ut intente quę in eo latent perquirant, et ad fructum sanctę Dei aecclesię Domino favente inquisita perducant.

Semper culmen beatitudinis vestrę prospere in deo Christo opto valere[d].

2.

Quidam Saxo Ludowicum I imperatorem orat, ut sibi suaeque sorori hereditatem paternam restitui iubeat[3]. *c. 815.*

Cod. Vindobonensis 751 (Theol. 259) s. X. fol. 74'—75, quem contulerunt Pertz, Arndt, Jaffé.

Edd. Serarius Epistolae S. Bonifatii n. 115, Al. Würdtwein n. 142, Giles n. 132, Jaffé Bibl. rer. German. III, 319.

Incipit reclamatoria epistola.

Piissimis auribus vestris, clementissimę ac gloriose imperator, non praesumptionis audatia, sed pro magna necessitate mea suggerere conabor, qualiter a me peccatore et mea sorore paterna hereditas nostra erat primo elongata et adhuc etiam abstracta. Et ideo, piissime imperator et omnium indigentium misericordissime suffragator, multum indigemus patrocinio vestro, quatenus per misericordiam ac elymosinam vestram ad ipsam hereditatem pervenire valeam; eo quod ullo modo aliter nobis ea restitui non valet, nisi per vestram devotissimam semperque benivolam iuste faciendi clemen-

---

1. a) *fol. 162' legitur:* Iste liber est de monte sancti Eligii. *fol. 161'* Liber sancti Vinditiani de monte sancti Eligii. b) *Lemma:* Incipit epistola Iesse episcopi de ordine baptismi *C.* c) proter *C.* d) *secuntur:* De caticumino primo dicendum est, qui ipse primum efficitur in ordine. Interrogatio: Caticuminus cur dicitur *etc.*

1) *799—836.* 2) *Vix dubito has litteras iam ultimis annis regni Caroli Magni scriptas esse, quando is Theodulfum, Leidradum, Amalarium, Maxentium alios de sacramento baptismi consuluerat.* 3) *Cf. Vita Hludowici c. 24 (SS. II, 619):* Quo etiam tempore Saxonibus atque Frisonibus ius paternae hereditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, imperatoria restituit clementia.

tiam. His ita, domine mi, utcumque praedictis, audire dignetur excellentia vestra reclamationem miseriae nostrae. c. 815

Fuit namque nobis, serenissime imperator, pater nomine Richart[a] et patruelis nomine Richolf[b], ambo Saxones, et hereditas eorum in ipsa extiterat Saxonia. Dum autem in servitio patris vestri, felicis memoriae domni Caroli imperatoris, extiterunt, propinqui eorum atque pagenses, causa christianitatis furore se super eos turbantes, omnia quae in domibus propriae elaborationis habuerunt, cuncta raptim diripuerunt; eo quod in fide christianitatis velle eos persistere senserunt, et eam negare ullo modo noluerunt. Postea vero contigit, ut domnus imperator patruelem meum Richolf misit in missaticum super Elbam cum his inferius scriptis, id est Rorih[c] comite, Gotesscalc[d] comite, Had[e] comite et Garih[f]; qui omnes una ibidem fuerunt occisi[1] propter christianitatis stabilimentum. Quo audito, perrexit pater meus Richart nuntiare hoc domno imperatori Carolo. Et dum in illa via fuit, adprehensa est ipsa mater mea ab eisdem viris, qui illos praefatos missos antea interfecerunt, et inter manus fideiussorum commendatam reliquerunt; ceteraque omnia, quae ibidem in sumptibus vel aliis quibuslibet rebus reperta sunt, secum per rapinam priserunt. Quod cum compertum fuit patri meo, transivit latenter et eam quasi furtim arripuit; fugitque cum ea in pagum, qui vocatur Marstheim[2], in maternam hereditatem suam. Et sic mansit ibi, donec ex iussione domni imperatoris Saxones, facta transmigratione de Saxonia, per partes educti sunt; et tunc etiam temporis cum eisdem pater meus et mater educti fuerunt. Quibus vero eductis et in ipsa transmigratione per quanta qualibet spatia commorantibus, a propria abalienati terra, de hac luce pater meus interveniente extremo die substractus est, et remansit sola mater mea et ego sororque mea; et adhuc Deo miserante nos tres superstites existimus. Non tamen pervenimus ad paternam hereditatem nostram.

Ideoque, piissime imperator, qui omnibus pauperibus, etiam cunctis indigentibus stabile refugium pro Dei amore misericorditer inpendere non cessatis[g], nobis quoque paterna hereditate despoliatis, pro vestra elymosina auxiliari sub hac reclamatione nostra utcumque faciatis, et per fideles vestros idipsum investigare dignemini[3], utrum iuste ad nos pertinere debeat an non, si tamen apud vestram sanctissimam decretum fuerit excellentiam. Multi enim testes de ipsis pagis super hac ipsa re adhiberi possunt, qui hanc rem bene sciunt et eam detegere veratiter valebunt, o clementissime ac serenissime imperator.

3.

Grimaltus et Tatto monachi Augienses Reginberto magistro suo exemplar regulae sancti Benedicti cum additamentis ex aliis regulis petitis mittunt. *817 vel paulo post.*

Cod. S. Galli 914 saec. IX. p. 202—203, de quo cf. (Scherrer) Verzeichniss der Stiftsbibl. von St. Gallen p. 333, Traube in Abhandl. der k. bayer. Akad. III Cl. XXI, 649 sqq.

Edd. Baluzius Capitul. reg. Francor. II, 1382, Mabillon Acta SS. saec. IV, 1, 741; B. Pez Thesaur. anecdot. VI, 1, 175, Migne Patr. CXXI, 925. — L. Traube l. l. p. 693.

---

2. a) Richart *erasum est.* b) Richolf *erasum.* c) Rorih *erasum est.* d) Gotesscalc *erasum.* e) Had *erasum J.,* bad *leg. Arndt, 4 vel 5 litterae desiderantur Pertz, qui in ceteris nominibus supplendis cum Jaffeo et Arndtio consentit.* f) Garih *erasum.* g) cessabis *C, corr. Würdtwein.*

1) *Einhardi annales 798 (ed. Kurze p. 103):* Saxones transalbiani .... legatos regis, qui ad eos ob iustitias faciendas missi erant, conprehensos interficiunt, paucis eorum quasi ad redimendum reservatis; trucidantes cum ceteris et Godescalcum, regis legatum, quem ille ante paucos dies ad Sigifridum regem Danorum miserat. Is cum eodem tempore reverteretur, ab huius seditionis auctoribus interceptus atque occisus est. 2) *ad merid. urbis Hannover.* 3) *Cf. Ludowici diploma a. 819. datum, quo Elhingo, Hruotmaro, Thankmaro fidelibus Saxonibus bona in Wigmodorum pago iniuste ablata restituuntur, Wilmans Kaiserurkk. der Provinz Westf. I, 10; Mühlbacher Reg. nr. 675.*

817 vel paulo post

PRESTANTISSIMO ET INEFFABILI DILECTIONE NOMINANDO REGINBERTO PRECEPTORI[1] GRIMALTUS[2] TATTOQUE[3] SUPREMI AUDITORUM VESTRORUM DISCIPULI SEMPITERNAE FELICITATIS SALUTEM.

Memoria dilectionis vestrae animis nostris sedulo inherens inmemores petitionum vestrarum promissionumque nostrarum esse non permittit. Et utinam tam proficienter quam spontanee piam voluntatem vestram implere valuissemus.

Ecce vobis regulam beati Benedicti, egregii doctoris, quam benivolus animus vester summo semper optaverat desiderio, direximus, sensibus et sillabis necnon etiam litteris a supra dicto[a] patre ni fallimur ordinatis minime carentem. Quae de illo transscripta est exemplare, quod ex ipso exemplatum est codice, quem beatus pater sacris manibus suis exarare ob multorum sanitatem animarum curavit. Illa[4] ergo verba, quae supra dictus pater secundum artem, sicut nonulli autumant, in contextum regulae huius non inseruit, de aliis regulis a modernis correctis magistris colleximus, et in campo paginulae e regione cum duobus punctis insere[re][b] curavimus. Alia etiam quae[c] a Benedicto dictata sunt et in neotericis minime inventa, oboelo et punctis duobus consignavimus. Hoc egimus, desiderantes vos utrumque et secundum traditionem pii patris etiam modernam habere. Eligite vobis, quod desiderabili placuerit animo. Valete in Domino.

Salve flos iuvenum, forma speciosus amoena[d][5],
Optatam retinendo viam[6] vitamque salubrem.
Ecce tui humiles famuli tibi munera mittunt,
Quae animus dudum vester optavit habere.
Omnipotens genitor[7], cunctum qui continet orbem,
Te regat et servet semper ubique sanum.

4.

Capitula monachorum Ludowici imperatoris iussu diligentius observanda.

817 vel paulo post.

Codd. St. Galli 914 s. IX. p. 217—221, Bibl. Turic. pagi Hist. 28 (quondam Augiensis) saec. IX., quem descripserunt Mabillon Anal. vet. ed. 2 p. 19, Keller Mittheil. der Züricher ant. Ges. VI, 39, p. 69—73.

---

3. a) suprodicto *G.* b) insere *G.* c) *an* illa autem quae? *Traube.* d) amena o *superscr. G.*

1) *Bibliothecarius Augiensis celeber et presbyter, qui obiit a. 846 (Ann. Alamann. 846 in St. Galler Mittheil. XIX, 248), die 9. Maii mens. (Necrol. Aug. in Necrol. Germ. I, 276), cf. versus eius Poet. Carol. II, 424, quos ex codd. Aug. CIX f. 1 Carlsruhae asservato, pagi Turicensis Rhenaugiensi 73 f. 1 et Cheltenhamensi 18908 f. 4 hic repeto:* Metrum heroicum (hir. *A*) exametrum.

Magno in honore Dei Domini genetricis et almae,
Sanctorum quoque multorum quibus Auva fovetur (favetur *Ch.*),
Condidit hoc corpus permissu adiuta priorum
Cura Reginberti scriptoris, in usibus optans
Hoc fratrum durare diu salvumque manere.
Et ne forte labor pereat confectus ab illo,
Adiurat cunctos Domini per amabile nomen,
Hoc ut nullus opus cuiquam concesserit extra,
Ni prius ille fidem dederit vel denique pignus,
Donec ad has (ad huc *Ch.*) sedes quae accepit salva remittat.
Dulcis amice, gravem scribendi adtende (att. *Rh.*) laborem:
Tolle, aperi, recita, ne laedas, claude, repone.

Ediderunt Omont, Bulletin des antiq. de France 1889 p. 134; Geyer, Erlanger Progr. 1897 p. 16.

2) *capellanus, abbas postea S. Galli (841—872), Weissenburgensis et fortasse Elwangensis.* 3) *Walahfridi magister, qui obiit a. 847. die 20. Mart. mens., cf. Poet. Carol. II, 302. 331.* 4) *Cf. ad hunc locum Wattenbach, Schriftwesen im Mittelalter ed. 3 p. 331; Traube l. l. p. 650 sqq.* 5) *Sedul. Carm. Pasch. II, 51:* forma speciosus amoena. 6) *ib. 91:* Optatam tenuere viam. 7) *Aen. X, 668:* Omnipotens genitor.

De codice quondam Ottenburano saec. XII. cf. Gerbert Iter Alem. ed. II, I, 160, iam Donaueschingae sub nr. 655 asservatur, cf. Barack, Hss. zu Donaueschingen p. 458. 459. Capitula nostra extant fol. 135'. Sunt etiam in cod. Dresdensi A 128 s. XII. f. 52'—54'. Cf. de codicibus Traube, Abhandl. der bayer. Akad. III Cl. XXI, 723. 817 vel paulo post

Edd. Baluzius Capitul. reg. Francor. II, 1383; Mabillon Acta SS. IV, 1, 741.

Item capitula[a] notitiarum[b] de his, in quibus praeceptum regulae et constitutiones novellorum conciliorum acutius[c] nos considerare et promptius[d] exercere iussio imperialis ammonet[e].

I. In primis ut nulla in ullis[f] rebus inter huius professionis viros in toto regno suo, nisi ubi inpossibilitas[g] non permittit, inveniatur varietas. Cuius inpossibilitatis[g] qualitatem summo studio missi pro hoc directi satagunt inquirere.

II. Ut ad omnia signa diurna[h] sive nocturna secundum preceptum regulae, statim ut audita fuerint, festinetur.

III. Ut locus separatim[i] tarde ad qualecumque signum occurrentibus constituatur.

IIII. Ut cum disciplina regulari et reverentia magna divina agantur officia.

V. Ut dictis sex psalmis primis ad nocturnum genua non flectant, sed stantes orent.

VI. Ut intervallum post nocturnum in aestivo tempore, usque dum V psalmi dici possunt, proteletur.

VII. Ut finitis cursibus incoepturi kyrieleison[k] genua flectant et non ante surgant, quam sanctae Trinitatis vocabulis perdictis[l] presbiter dicit[m]: per omnia saecula saeculorum amen. Surgentes autem humiliationem supplicationis sibi vicissim prebeant, et id ipsum sessuri in capitulo atque recessuri vel, ubicumque tota congregatio iungitur vel separatur, faciant.

VIII. Ut in ęcclesia nemo, nisi quod regula mandat, loquatur.

VIIII. Ut kyrieleison[n] amen Deo gratias et versus in unoquoque concursu altius et distinctius atque protractius[o] honeste dicantur.

X. Ut lector in aecclesia prius benedictionem non petat, quam omnes sedeant.

XI. Ut versus ad capitulum, id est 'Deus in adiutorium meum' a presbitero ter, terque a congregatione repetitus dicatur, et dicta gloria post hoc non adiungant alleluia[p].

XII. Ut kyrieleison[n] oraturi in capitulo utrumque genu flectentes consona voce tribus tantum vicibus dicant, id est kyrieleison[n], Christe eleison[q], kyrieleison[n]; similiter in refectorio, sed sine genuflexione.

XIII. Ut in capitulo seu ubicumque quis, cum[r] increpatus fuerit, statim veniam petens dicat: mea[s] culpa, et iussus surgat et sic humiliter rationem reddat[t], et si quispiam[u] hoc facere contempserit, duplici vindicta subiaceat.

XIIII. Ut post capitulum signum sonetur, ut omnes pariter cum preposito vel decanis et uno de circatoribus in oboedientiam[v] ubi iniungitur pergant, exceptis his qui variis occupati sunt oboedientiis[w], et alter de circatoribus claustrum[x] providens domi remaneat. Qui decani et circatores summa cura provideant, ne quid vel in ipsa oboedientia vel illuc eundo vel inde revertendo vel ubi et ubi inhonestum et nostrae professioni inconveniens[y] fiat, recordantes, quia[z] quicquid[a] a discipulis delinquitur magistros respicit.

---

4. a) Incipiunt capitula *O*, capitulae *T*, -lę *corr.* la *G*. b) novitiarum *corr.* notit. *G*, novitiorum *Ottenb.* c) cautius *Ott.* d) promtius *T.* e) admonet *Ott.* f) reb. ull. *T.* g) imposs. *T.* h) diutiorna *G.* i) seperatim *T.* k) kyrrieleison *T.* l) predictis *T.* m) dicicit *G.* n) kyrriel. *T*, kiriel. *G.* o) distintius atque prostractius *T.* p) alleva *G.* q) christeleison *G.* r) *om. T*, eum *Ott.* s) *Ott. finitur verbis:* petens dicat meo. t) redat *G.* u) quisquam *G.* v) obedientia *G.* w) obędientiis *G.* x) clastrum *G.* y) inconvenians *G.* z) *om. G.* a) quic *G.*

817 vel paulo post

XV. Ut in refectorio hora refectionis nullius nisi lectoris vox audiatur.

XVI. Ut reficiendi fratres unum pulmentum cum potu et orto[a] seu pomis si sunt ante se inveniant, post quae[b] et[c] alia dentur quae regula mandat.

XVII. Ut ante nec post horam constitutam quicquam cibi vel potus aliquis sumat exceptis infirmis; sed et omnes, sicut in uno stringuntur voto, unius regis baiolant servitium, unum expectant regni caelestis praemium, ita unum in labore militiae accipiant necessitatis stipendium.

XVIII. Ut custodia regularis circa infirmos non neglegatur.

XVIIII. Ut quatuor fratres iuniores seu quantos exposcerit necessitas deputentur ad miscendum qui tamen reficiantur cum ceteris.

XX. Ut ministri omnes intus forisve in potu et cibo vestimentis ceterisque necessariis ea mensura, qua ceteri fratres vivunt, contenti sint, et quando a ministeriis suis vacent, cum aliis reficiantur.

XXI. Ut ad coquinam signum non sonetur, sed ebdomadarius[d] facta ministratione illud tintinnabulum quod ante abbatem pendit tangat, quo sonato inclinet se ipse ebdomadarius atque omnes fratres, usque dum a sacerdote benedictio compleatur.

XXII. Ut dicto versu post mensam incipiat prior: 'miserere mei Deus' in dextro choro, et chorus sinister precedat et sic aperte et distincte cantando pergant ad aecclesiam.

XXIII. Ut summum silentium post refectionem omni tempore teneatur.

XXIIII. Ut certis temporibus occupentur[e] in opere manuum, certis in lectione divina.

XXV. Ut prepositus decani circatores[f] omnesque ministri sepius private publiceque ammoneantur[g], ut omnimodis circa ministerium suum solliciti sint.

XXVI. Ut omnes ad missas veniant et persistant, sicut et in ceteris divinis officiis facere debent.

XXVII. Ut in aestivo tempore post nonam bibant fratres et postea ad capitulum pergant.

XXVIII. Ut post omnes cursus quando ad refectorium ire oportet, in aecclesia illud signum quod ad refectorium sonat expectent, nisi quem necessitas exire compellit.

XXVIIII. Ut ubicumque sibi obviaverint fratres, iunior benedictionem petens stet[h] in uno loco inclinatus, usque dum tribuens[i] benedictionem prior pertranseat.

XXX. Ut[k] absente abbate[l] prepositus locum eius in aecclesia, in capitulo atque in refectorio teneat, eiusque vice lectiones in unoquoque conventu interpretetur, et benedictionem legentibus tribuat, et preposito non praesente senior decanus eadem faciat. Qui presente abbate propria teneant loca.

XXXI. Ut intervallum post matutinos et ante primam hiemis vel aestatis tempore eo proteletur spatio, quo se fratres apte parare et convenienter orando altaria circuire possint, ut clara luce vel orto sole exeuntes a prima vel lectioni vacent, vel iniunctam sibi subeant[m] oboedientiam.

---

a) horto *T.* b) postque *T.* c) addentur et alia *T pro* et al. d. d) ebdomarius *G,* ebdomedarius *T.* e) occubentur *G.* f) que *post* circ. *eras. in G.* g) admoneantur *T.* h) in uno stet *T.* i) tribuaens *G.* k) Uut *T.* l) abate *T.* m) obedient. sub. *G.*

5.

Grimaltus et Tatto monachi Augienses ad abbatem suum de monasterii cuiusdam ab eis visitati moribus referunt et res graviores duodecim capitulis comprehendunt. 817 vel paulo post

Codd. S. Galli 914 p. 229—233; Turic. pagi bibl. Hist. 28 p. 87—91. Extat etiam in cod. Dresdensi A 128 s. XII. fol. 61—64.

Edd. Baluzius Capit. reg. Franc. II, 1381; Mabillon Acta SS. IV, 1, 748; Herrgott, Vetus disciplina monast. 19—21.

Incipit epistola cum XII capitulis quorundam fratrum ad Auuam directis.

DOMINO PATRI ILLI ABBATI[1] HUMILES FRATRES VESTRI ILLE ET ILLE[2] PACEM OPTANT CONTINUAM.

Quia igitur, sanctissime pater, vestrae auctoritatis voluntas extitit, ut huic sanissimae legationi nostra parvitas deserviret, placuit et nobis, ut, sicut ipsi iniungere estis dignati, quicquid morum honestorum in ordine regulari apud[a] venerabilem illum abbatem[3] et erga eius fratres[4] constituti addiscere possemus, vestrae pandere sanctitati. Ideoque supplices rogamus, ut non tantum verbis nostris, sed etiam verissimis rebus et exemplis, quae apud eum et eius fratres observari conspeximus, fidem adhibentes noveritis nos non alia quam quae ab ipsis[b] opere compleri vidimus scripta vobis mittere voluisse.

Duodecim igitur capitula ex his omnibus, quae vos maxime de pernecessariis[c] commoneri facilius posse credidimus[d], facere et vestrae beatitudini destinare curavimus, ita sane ut quicquid eadem capitula continent, qualiter absque ullo obstaculo observandum vobis sit, diligentissime adtendatis[e], quamque necessarium utiliter perpendatis, ne dum regulares monachi venerint, qui iussu imperiali tota coenobia gentis nostrae, ubi opus fuerit, regulariter instruere debebunt, inparatiores[f] vos inveniant ad ea informanda, quarum partem aliquam haec capitula quae secuntur[g] continent.

Cap. I. Primo omnium sciendum est, quemadmodum ad opus divinum se invicem cum gravitate praevenire festinant. Sicut dictum est[5]: relictis omnibus quaelibet in manu tenentur summa cum festinatione currunt[h] omnes videlicet; nullus audet hanc constitutionem frangere, quamvis in decrepita sit senectute constitutus[i].

II. Secundo: ut nullus in oratorio nullum audet ad alium proferre sermonem, sed mox ut ingressi fuerint, prostrati orent. Et sic se inclinant[k] ad abbatem humiliter; inclinato capite stantes expectant[l], dum signum sonuerit secundum; expleta oratione omnes cum summo exeunt silentio.

III. Tertio: ut sunt equidem cottidie sex per brevem deputati fratres, sacram offerentes oblationem, incipientes ab abbate omnes per ordinem, sicut et nos aliquando fecimus; qui etiam pedes peregrinorum in unaquaque feria lavant, illuc eundo et inde redeundo cum psalmodia vadunt. Si quis autem hanc iussionem transgressus fuerit, gravi subiacet vindictae.

IIII. Quarto: ut in dominicis diebus omnes pariter secundum quo ingressi sunt ordinem monasterium, sic accedant ad pacem, ad communionem preter illos, qui pro nimia senectute vel infirmitate inter illos stare non possunt, qui tamen separatim communicant. Si quis vero hoc spiritali dono, id est corporis et sanguinis domini nostri

---

5. a) aput *G.* b) his *T.* c) prenecess. *T.* d) credimus *T.* e) attendatis *G.* f) impar. *T.* g) sequuntur *T.* h) currant *corr. in* runt *T.* i) const. sen. *T.* k) inclinent *T.* l) expectent *T.*

1) *Augiensi Heitoni 806—822.* 2) *iidem qui supra i. e. Grimaltus et Tatto.* 3) *Benedictum.* 4) *Indenses, cf. Hauck Kirchengesch. Deutschlands II, 543 n. 1, qui Ardonis vitam Benedicti c. 38 (SS. XV, 216) laudat.* 5) *Benedicti Reg. c. 43, p. 45 ed. Wölfflin.*

817 vel post paulo Iesu Christi, se privaverit, pater monasterii, qui presens semper esse debet, dum communicant, cur hoc illi evenerit, scire debet omnino.

V. Quinto: ut nullus omnino fratrum, dum lectioni fratres vacent, sit excusatus a lectione, quin[a] omnes[b] ibidem sint[c] presentes una pariter cum patre monasterii. Quibus legentibus hora qua viderit prepositus competere, sive qui in vice eius est[d] constitutus, id est senior decanus, pulsat signum tintinnabuli, ut ebdomadarii et ceteri servitores iuxta preceptum regulae accipiant[e] super constitutam annonam mixtum, ut non sit eis grave ieiunium, dum ministrant, sustinere[1]. Lector vero post sextam, antequam accedat ad legendum, accipiat mixtum.

VI. Sexto: ut in oratorio post signum sextae omnes in loco sibi deputato stantes, finita oratione cum summa reverentia expectant, dum signum prepositus pulsaverit ad refectorium. Quo audito mox omnes undique pariter festinant occurrere, omnino caventes, ut nullus desit, nisi quos pater occupatos in variis habet ministeriis. Et si quis ad illum versum, qui ante cibum dicitur, non presens fuerit, similiter et qui post cibum, regulari subdatur disciplinae[f].

VII. Septimo: ut in refectorio facta benedictione veniant duo presbiteri ad abbatem frangentes panem, et dant ipsi eulogium, ceteris fratribus stantes antequam accedant ad mensam. Quibus sedentibus summum est ibi, sicut in sancta continetur regula[2], silentium. Ministri autem omnimodo cavent, ut nihil[g] desit comedentibus et bibentibus. Et sicut patri ministratur monasterii, nisi hospites sint, ita omnibus aequaliter: ut verbi gratia minimo sicut maximo, seniori sicut iuniori, nulli amplius et nulli minus, exceptis pueris, quibus non eadem quantitas, sed nulla discretio[h] ciborum[i] servatur. Ut autem signum cellararius ad potum pulsaverit benedicendum, statim octo vel decem[k] surgunt iuvenes absque ulla tarditate ad miscendum fratribus. Si quis autem de ipsis aliquid ibi deliquerit vel excesserit aut sonitum aliquem fecerit, exceptis his qui ad mensam sedent, prostrati ibi coram priore, tamdiu iacent in terra, usque dum abbas vel qui in loco eius sedet, pulsaverit ut surgant. Similiter post refectionem sedentes per humilitatem satisfaciunt.

VIII. Octavo: ut per totum tempus aestivum dum fratres bis in die reficiunt, post horam orationis nonam stantes in oratorio cum divino tremore orantes expectant, dum tintinnabuli[l] signum praepositus pulsaverit ad refectorium. Quo audito omnes illô conveniunt, quamvis etiam aliquis bibere non potuerit, sed[m] tamen debet presentare, ne locus eius appareat vacuus. Et si quis praesens ad dicendum post benedictionem amen non fuerit, sublatur ei portio sua de potu. Postquam autem biberint fratres, vadunt ad capitulum, et quod eis iniunctum fuerit laborant usque ad illud signum, quod pulsare solet ante unam horam vespere: quo audito disiungunt se ab opere, ut sint parati ad signum sequens, quod est ad vesperum. Illo autem[n] audito mox ad aecclesiam[o] cum festinatione student occurrere, ibique oratione facta sedentes legunt vel orant. Finita vespera expectant ibidem sicut ad sextam fecerunt, dum signum sonuerit[p] ad refectorium.

VIIII. Nono: ut ad conlationem accesserint, omnes unanimiter occurrunt debiles et infirmi, etiam, si de lecto surgere valuerint, veniunt. Quid de ceteris dicendum est? Lector autem tamdiu legat, usque dum omnes in unum positi compleant[q].

X. Decimo: ut in sabbato quando munditias facere solent, pedes cum silentio lavant, ne detur occasio loquendi; ibidem vero sedendo conlationem[r] complent[s], et sic accedunt ad completorium.

---

a) qui in *G.* b) omes *G.* c) sunt *G.* d) *om. G.* e) accepiant *corr. in* -cipiant *T.* f) disciplina *G.* g) nihl *G.* h) cib. discr. *T.* i) cyborum *G.* k) VIII vel X *T.* l) tintinnabulum *G.* m) si *G.* n) *om. G.* o) eclesiam *G.* p) sonaverit *G.* q) conpleant *G.* r) collat. *T.* s) complet *G.*

1) *Cf. Benedicti Reg. c. 38, p. 42.* 2) *Ibid. c. 42, p. 44.*

XI. Undecimo: ut defunctorum vigilia hoc modo ab eis celebratur. Vespera solito finita statim vesperam cum antiphonis celebrant pro defunctis. Et post completorium vigiliam cum antiphonis vel responsoriis plenissime atque suavissime canunt. Et post nocturnas intervallo matutinos pro mortuis faciunt. Facto autem primo[a] mane postquam se[b] paraverint, missam celebrant pro defunctis publicam. Omnes ibidem pariter sacram offerunt oblationem pro peccatis mortuorum. Qua percelebrata statim cantant primam, si fuerit tempus autumni[c], tertiam leniter[d] ex merito. 817 vel paulo post

XII. Duodecimo[e]: quod omnes hospites supervenientes cum lectione divina suscipiunt, incognitis tamen monachis ad lectionem omnis[f] pariter concurrit congregatio, ut Christus in eis adoretur qui et suscipitur. Qualiter vero ad coquinam sibi invicem serviant fratres, vel in ceteris locis, et cetera quam plurima viva voce Domino adiuvante notum vobis facere curabimus[g].

Ista autem supra scripta[h] interim bono certamine adimplere curate.

Valeat alma paternitas vestra per multa temporum circula in Domino sine fine, ut videatis Deum deorum in Siona amen. cf. Ps. 83, 8.

6.

Helisachar abbas S. Albini Andegavensis Nidibrio Narbonensi archiepiscopo antiphonarium Gallicanum iussu eius emendatum mittit ac de ratione emendandi exponit.

Cod. Musei Britann. Harleianus 2637 saec. X. fol. 53'—55, quondam Nicolai Cusani cardin., quem contulit K. Hampe.

Ed. Edmund Bishop in Neues Archiv XI, 564—568.

REVERENTISSIMO MERITOQUE VENERANDO NIDIBRIO[1] NARBONENSIS ECCLESIĘ FLORE VIRTUTUM EXORNATO ARCHIEPISCOPO, HELISACHAR INUTILIS ET OMNIUM EXIGUUS IN DOMINO DEO AETERNĘ PROSPERITATIS SALUTEM. 819—c. 822

Meminisse credimus sanctam paternitatem vestram, quod dudum quando apud Aquasgrani palatium me offitium palatinum[2], vosque propter ecclesiastica dirimenda imperialis iussio obstringeret[3], et frequenter una nocturnis horis ad divinum celebrandum offitium conveniremus, animumque nostrum sacrę scripturę lectio serenum efficeret; sed ut referre solebatis responsoria auctoritate et ratione carentia, versusque qui in quibusdam responsoriis a nostris vestrisque cantoribus inconvenienter aptabantur, animum vestrum magna ex parte obnubilarent, mihi imperando iniunxeritis, ut adhibito sollerti studio pro captu ingenii in divinarum scripturarum pratis versus convenientes indagarem, et in responsoriis auctoritate et ratione refertis, congruis in locis aptarem. Sed licet hoc negotium vires meas excedere, *meamque insipientiam tale quid nullo modo posse iudicaverim, non pręsumpsi tamen omittere, quin id quod vestra sanctitas imperaverat summa cum devotione exequerer, fisus in illius gratuita misericordia, qui potens est per inutilem et exiguum servum vestro sancto desiderio satisfacere, et quod vestrę devotioni et meritis debebatur meę quoque imperitię administrare. Adgrediens itaque hoc opus, aggregatisque[a] hinc inde antiphonariis cantoribusque, adhibita etiam librorum copia et peritis lectoribus, coepimus diligenter concordiam probare antiphona- *f. 54.

---

a) prima *corr. in* -mo *G.* b) parav. se *T.* c) automni *G.* d) *om. G.* e) uodecimo *G.* f) omnes *T.* g) curavimus *G.* h) dicta *G.*

6. a) aggregatosque *C.*

1) *De quo cf. Formulae ed. Zeumer p. 559 n. 4, supra p. 199 n. 1.* 2) *Munus cancellarii, quo inde ab initio regni Ludowici imperatoris usque ad Sept. mens. anni 819. functus est, cf. Sickel Acta reg. Karolinor. I, 86.* 3) *Anno 814, ut videtur, cf. Mühlbacher Reg. nr. 538, quam chartam Bishop iam laudavit.*

819—c.822 riorum. Sed quamquam in gradali cantu, qui solummodo auctoritate sanctarum scripturarum nitet, minime discordare possent, in nocturnali tamen, qui sive ex auctoritate divina seu ex sanctorum patrum dictis compositus extat[a], paucissimi in unum concordare reperti sunt; quoniam quędam in eis scriptorum vitio depravata, quędam imperitorum voto ablata, quędam etiam sunt admixta. Unde liquido patet, quod antiphonarius bene apud urbem Romanam ab auctore suo editus in nocturnalibus officiis, ab his quos supra memoravimus magna ex parte sit violatus[1].

Quamquam igitur ab his, qui capacitatis ingenio pollent, facile queant approbanda eligi et improbanda reici, propter simplices tamen minusque capaces modis omnibus imperiis vestris parendum fuit. Collatione ergo antiphonariorum celebrata eorumque lectione diligenter approbata, utque magna dissonantia perspecta est, antiphonas et *f. 54'. responsoria quę erant auctoritate et ratione carentia, quę etiam digne *in Dei laudibus cantari nequibant, respuimus. Ea vero quę auctoritate plena sunt locis suis ordinavimus, eisque ex eadem auctoritate amminiculante eorundem librorum copia versus congruentissimos iuxta capacitatem ingenii nostri adscivimus, ut videlicet iuxta sanctionem[b] vestram, unde responsorium erat, inde etiam conveniens foret et versus. Erant sane quędam antiphonę vel responsoria auctoritate plena et in Dei laudibus decentia quę neque a nostris neque a vestris cantoribus sciebantur. Unde nostri fuit studii quosdam melodię artis magistros advocare, a quibus vestri nostrique ea avidissime didicere. Ita vero res divina amminiculante gratia successit, ut quod auctoritas et ratio vindicabat in eodem opere poneretur, et quod deerat plurimorum documento suppleretur[c]; quodque vitio scriptorum, insolentia cantorum, aliquibus in locis depravatum erat aut quorundam imperitorum demptum vel additum fuerat, artis studio corrigeretur limaque rectitudinis poliretur.

Quia ergo hoc opus vestra iussione peractum vestręque devotioni est dedicatum, etsi non illis quibus forte non placebit, nostris tamen vestrisque cantoribus precipue necessarium, humiliter exoro, ut a paternitate vestra benigne suscipiatur et in Dei laudibus devotissime utatur. His vero quibus animo sedet ad diligenter transcribendum hoc opus commodate. Fastidiosis autem et ingratis ad reprehendendum potius quam ad discendum paratis minime pandite. Eos itaque quibus commodatum fuerit deposcite, ut nihil ex eo demant, nihil in eo addant vel mutent; quoniam iuxta beati Hieronimi sententiam[2] nihil profuit emendasse libros, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur. *f. 55. In pręfato namque opere si quippiam quolibet modo non humilitatis, sed *mordacitatis voto reprehendi potest, sciatur potius id simplici dissimulatione actum quam neglegentia aut imperitia pretermissum; quoniam oportebat quod multorum longo et devotissimo usu in divinis cultibus detritum erat, nostro etiam silentio potius comprobari quam presumptione[d] aliqua tangendo preiudicari. Quicquid namque in eo ordinatum sanctitas reppererit[e] vestra, nisi neglegentia rursus aut incuria depravatum fuerit, nihil reor repperiri posse quod non in Dei laudibus aut auctoritate sicut premissum est sacra, aut sanctorum patrum dictis compositum, aut multorum usu pia devotione longo iam tempore vindicatum, decenter assumi potest. Quia autem sicut premisimus nostris vestrisque cantoribus hoc opus oportunum esse iudicavimus, oportet ut sive ab his sive ab illis summopere observetur, quatinus versus convenienter positi atque ordinati secundum artis cantilenę modum honeste canantur et in responsoriorum convenientibus

a) erat *corr. ead. man. in* extat. b) sanctitatem *corr. ead. man. in* sanctionem. c) supplementor *corr. ead. man. in* suppleretur. d) sumptione *C.* e) reppererit *C.*

1) *Hieraus kann man entnehmen, dass Helisachar den Unterschied der Gallicanischen und der Römischen Praxis in Betreff der Responsorien nicht kannte BISH.* 2) *Ad Domnion. et Rogatian., opp. ed. Vallarsius IX, 1523—24.*

locis aptentur. Quapropter necesse est, qui ad melodię artis normam decoremque compositi sunt, et cantoribus magnum documentum et, ut ita dixerim, quendam ducatum in eadem arte prebent, bene intellegantur; ut his bene notis nullatenus in quoquam ab eiusdem artis auctoritate oberretur. 823

Sancta deus Trinitas te mei memorem in sua sancta militia prolixo tempore conservet, honorabiliter venerande et venerabiliter honorande pater.

7.

Victor Curiensis episcopus cum Ludowico imperatore de depraedatione episcopatus ter (Francofurti, Aquisgrani, Corbonaci) questus missos his de rebus relaturos iamdiu desiderat. *823.*

Cod. rotulus membranac. tribus partibus consutus, cuius initium et finis desunt saec. IX. scriptus in tabulario episcopali Curiensi, quem contulit Jaffé.

Edd. Eichhorn Episcop. Curiens. Probat. p. 13—16, von Mohr Codex diplomat. ad histor. Raeticam I, 26—30.

. . . . . post haec quidem, peractis his omnibus, iterum Victoris[1] episcopi proclamatio[a] ad domnum imperatorem Hludowicum in Franconofurt[2] ista fuit:

Audiat piissimi imperatoris clementia vocem proclamationis servi sui Victoris episcopi . . . . . et cunctorum sacerdotum Curiensis pagelli. Qui magna constricti necessitate aliqua vestris clarissimis auribus nuntiare praesumimus. Distructa domus ac depraedata est sancta Curiensis ecclesia, et ab omnibus legibus sola sub sacro vestro regimine habetur aliena. Nullus quidem ibi est ut decet canonicus ordo. Distructa est paene omnis religionis antiqua institutio. Distructa sunt synodochia vel pauperum susceptiones. Extincta est elymosina praediscessorum regum, parentum scilicet vestrorum, vel vestra, seu et religiosorum hominum, qui sanctas ecclesias ex propriis facultatibus fundaverunt. Quae distructio vel preda post illam divisionem, quam bonae memoriae genitor vester inter episcopatum et comitatum fieri praecepit, et nos longo tempore ab ipso fuimus vestiti, subito a Roderico[3] et suo pravo socio Herloino post acceptum comitatum facta est et adhuc ita permanet. Nulla ratio nostra ab eis fuit suscepta. Nullum scriptum nostrum saltim audire dignati sunt. Tulerunt, domine, omnes ecclesias in circuitu sedis nostrae, quae antiquitus semper ab episcopis fuerunt possesse, et in praedicta sede diebus singulis officia celebrabant. Nec etiam illud sacratissimum corpus beati Lucii confessoris nobis reliquerunt, qui . . ipsam civitatem de diabolico errore ad cultum veri Dei praedicando convertit. Tulerunt et reliquas ecclesias vel curtes, servos et ancillas, et omnia in quibus illorum animus delectabat. Animadvertat nunc sancta pietas vestra, qualiter se res haec habet. Ducente siquidem XXX et eo amplius ecclesiae sunt infra parrochia nostra, ex quibus non amplius quam sex baptisteria, et viginti quinque minores tituli ad episcopatum remanserunt, et ipse male depraedate. Sunt ibidem sanctorum corpora quinque, ex quibus nec unum quidem habemus. Monasteria similiter quinque, ex quibus duos tantum ad nutriendum habemus puellarum, et de hoc, quod nobis perparum remansit, potestatem

---

7. a) . . . rocla *membr.*

1) *a. 820—833.* 2) *Haec anno 823. accidisse, cum Ludowicus Maio et Iunio mensibus Francofurti moraretur, Sickel recte demonstravit, v. St. Galler Mittheilungen zur vaterländ. Gesch. III, 12, Mühlbacher Reg. der Karol. p. 277.* 3) *Cf. de hoc comite Ludowici diplomata post mortem eius a. 831. data, Mühlbacher N. 863. 864; Walahfridi visio Wettini v. 421—427 (Poet. Carol. II, 317).*

823 pleniter non habemus. Qualiter vero nobis vel sacerdotibus nostris nunc vivendum sit ignoramus, quia in nullo ministerium nobis commissum secundum canonicam auctoritatem pleniter perficere possumus. Et nisi pia miseratio vestra ad augmentum suae mercedis hoc aliter quam quod nunc est ordinare dignata fuerit, episcopatus ibidem ministerium peragi a quolibet difficile poterit. Ipse namque ecclesiasticae res, quae ad episcopatum legibus pertinent, et de quibus nos auctoritatem firmam habemus et nobis iniuste abstractae sunt, ab aliquibus iam per vestrum preceptum ad proprietatem tenentur: quod vobis omnino celatum credimus. Nos tamen hoc vobis celare ausi non sumus propter ministerium nobis iniunctum, et fidem quam erga vos Deo nos adiuvante inlaesam in omnibus conservare cupimus. Nunc quidem, domine, ac si vestris omnes provoluti vestigiis iterum petimus, ut pro amore Dei digneris eiusdem sanctae matris ecclesie, cuius te tutorem ac defensorem ubique scimus esse promptissimum, advocatus esse et iudex, qualiter temporibus vestris ad suam possit pervenire iustitiam, quia nullus est in terra illa, qui possit nobis prestare solatium nisi Dei primitus et vestra nos defendat clementia. Haec vero, domine, quae in superioribus sunt adnotata, si adprobare vultis, utrum vera sint an non, mittite si placet Deo primitus et animae vestrae, missum fidelem qui abiecto omni terreno timore et saecularium hominum amicitias studiose inquirat per obtimos viros terrae illius, quanta ac qualia ibidem latent mala. Cognoscetis tunc certe non aliter quam vera nos vobis denuntiasse. Inquirat etiam si iubet misericordia vestra ob amore Dei genetricis Mariae predictus missus res ecclesiasticas ad iam dictum episcopatum pertinentes et ad vestras perducat aures. Vestra siquidem celsitudo atque misericordia de hoc dispositura erit, prout optime novit. Illud nobis tunc sufficit quod vobis placet, in tantum, ut in tali non simus tribulatione vel periculo constituti. Et ut de hoc quod per largitatem vestram nobis conceditur habendum firmitatem vestram, ob vestrae mercedis augmentum habere mereamur, sicuti ceteri in regno vestro merentur habere ecclesiastici meique ordinis viri, et liceat nobis absque contentionibus pravis atque dissensionibus Deo servire et pro vobis fideliter orare.

En iterum brevis recordacionis, quam praesentavit Verendarius[1], vicharius Victoris Curiensis ecclesiae episcopi, domno Hludowico imperatori Aquisgrani palatio:

Victor humilis episcopus Curiensis, fidelis orator vester, offert vobis de praesenti anno missas speciales mille et psalmorum psalteria mille, petensque quasi vestris prostratus vestigiis, ut ob amorem omnipotentis Dei vestraeque mercedis augmentum rememorare dignemini, quam sepius ad vestram clementiam proclamavimus nos indigni, sed et cuncti sacerdotes fideles oratores vestri nobiscum, eo quod iniuste absque voluntate vel iussione bone memoriae genitoris vestri vel vestram et absque iudicio ullo, tantum per violentiam, sedis illa Curiensis esset distructa et ab homnibus pene legibus aliena. Vosque, piissime, haec audientes decrevistis missos vestros illo dirigere, qui hoc diligenter inquirerent et quod iniuste actum esset emendarent; sed nostris inpedientibus peccatis nec missus ad nos venit ullus nec emendatio nulla est facta. Latet vobis nescientibus ipsa malicia, sicut actenus fuit, nosque servuli vestri, licet cum magna tribulatione, expectantes sumus verissimam promissionem vestram atque consolationem, quando vobis divina pietas inspirare dignetur, ut hoc emendare dignemini, quia magna est exinde necessitas; et si factum fuerit, sanctissime imperator, ad magnum credimus vobis proficere mercedis augmentum.

---

1) *Victoris postea successor a. 833—844.*

Igitur expletis his omnibus, quae supra praenotata sunt, necessitate conpulsus egressus a finibus suis supra memoratus Victor episcopus pervenit ad domnum imperatorem Hludovicum in Curbinago[1] palatio suo. Inter cetera verba istam manibus suis praesentavit proclamationem: 830 (827?)

Ad clementiam vestram, piissime imperator, ego inutilis Victor atque in episcoporum ordine ultimus, non levitate aliqua, sed potius constrictus necessitate, confugium feci petens, ut ob amorem omnipotentis Dei coeptam de nobis peramplificare dignemini mercedem. Sepius, domne, clementiae vestrae pro disstructione ecclesiae[4] nobis a vestra dominatione commisse aures inquietare praesumsimus, si rememorare dignamini, non pro seculi inanem adipiscendo gloriam, sed pro ministerio nobis iniuncto et fidem erga Deum primitus et vos salvando nostram. Quanta, domine, et qualis et quo ingenio facta ibidem latet malicia et qualem post illam divisionem vel ordinationem bone memoriae genitoris vestri Karoli nos ipsi passi sumus et adhuc patimur per breves nostros clementiae vestrae multis iam vicibus innotuimus. Decrevit namque sacra sollicitudo vestra hoc diligenter inquirere et emendare, sed peccatis nostris inpedientibus nec missus non venit ullus nec emendatio nulla est facta, crevit pocius ipsa malicia quam cessavit. Ad ultimum vero cum Hlotharius dilectus filius vester per fines illos transiret, omnium sacerdotum clericorum atque sanctimonalium turba ad eum cucurrit distructionem tocius sacri ordinis ei nuntiantes, ut ipse apud clementiam vestram intercessor existeret et cum ipso Franchonofurt[2] ad vestigia vestra pervenimus, quatenus pietas vestra per fideles Deo et vobis missos hoc emendaret, et liceret nobis ita vivere quemadmodum etiam nostri ordinis viri vivunt absque contentionibus pravis vel rixis. Decrevistis . . . . [misso]s illo dirigere nominatim[3]. Et tempus quando illic venirent vestra celsitudo . . . . . it. Actenus nescimus, a quibus dilatata est vel protelata causa ipsa, ita ut nec missus veniret ullus nec iustitia pro tam longeva proclamatione fieret ullu[a] his, piissime imperator, tot . . . . . expectando maceratus angustiis ad magnam corpusculi mei debilitatem vel etiam . . . . . onem[b] perveni, timens ergo miser, ne hoc ipsud quod nobis de praeda illa remansit res vel familia amplius deperirent, petivi vicarium ad predictas res vel familia guber . . . . . .[4]

8.

Ludowicus (Pius) imperator Adalrammo Iuvavensis ecclesiae archiepiscopo eiusque successoribus potestatem concedit, ut servos in tota dioecesi commanentes qui ad presbyteratus ordinem eligantur, coram eorum dominis ex iugo servitutis exsolvant eisque libellos manumissionis more solito conscriptos tradant, addito tamen eum, qui ordinis sui pracvaricator comprobatus sit, in servitutem revocatum iri. *823 Iun. 19.*

Cod. Exemplar in arch. Vindobonensi, cuius imaginem praebent Kaiserurkk. in Abbildungen fasc. XI, 1, descr. A. Dopsch.

Edd. (Kleimayrn) Nachrichten von Iuvavia Anh. p. 78. 79 nr. 24 ex libro cam. Salisb.; Sickel Acta reg. Karol. Lud. 197; Mühlbacher Reg. 749.

---

7. a) *sic C, an* ulla? b) *an* desperationem?

1) *Corbeny prope Laudunum (Laon). De tempore huius proclamationis cf. Sickel l. l. p. 13, Simson Ludw. der Fr. I, 355 n. 7, Mühlbacher Reg. p. 314.* 2) *a. 823.* 3) *Bernoldum Strazburgensem episcopum, Gotafridum monasterii S. Gregorii abbatem, Hrocharium comitem.* 4) *Cf. Episcopor. relat. (Capitul. reg. Franc. II, 38) c. 7:* Illud etiam obnixe vestram . . devotionem . . . deposcimus, ut . . . quasdam sedes episcopales, quae rebus propriis viduatae immo anullatae esse videntur . . de earum sublevatione et consolatione cogitetis . . ,

823 Iun. 19. IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI. HLUDOWICUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS VENERABILI VIRO ADALRAMMO IUVAVENSIS ECCLESIAE ARCHIEPISCOPO.

Neminem[1] in genere humano tam pravi iudicii inveniri posse arbitremur, cui quidem mentis constet integritas, qui interrogatus, utrum rem suam familiarem et domestica officia per honestas et munditiarum ornatum praeditas, án per turpes et sordidas personas tractari atque administrari velit, non statim honestatem turpitudini censeat praeferendam, séque malle per mundos quam sordidos mundum ac decorum sibi servitium exhiberi. Cum hoc ita natura conparatum sit, ut administrationem rei nostrae familiaris nonnisi á mundis et sorde carentibus procurari velimus, quid de officio ad divinum cultum pertinente censendum, per quod Deus homini conciliatur, et humanorum delictorum nexus mediatione precum et sacrosancti sacrificii litatione resolvuntur. Nonne non solum per mundos et sorde carentes, sed etiam omni praeditas honestate personas debet procurari, praesertim cum ipse Deus in lege sua Moysen famulum suum de sui cultus officio instruens, sacerdotem qui ad altare munus inferret omni corporis vitio carentem eligere
Lev. 21, 17–20. praeceperit dicens: 'Loquere ad Aaron: homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam non offeret panes Deo suo nec accedet ad ministerium eius, si caecus fuerit, si claudus, si vel parvo vel grandi et torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus', et cetera quae in Levitico leguntur.

Quapropter et nos ob amorem et honorem Dei ac domini nostri Iesu Christi et ob exaltationem sanctae matris nostrae, catholicae ecclesiae, quae est corpus eius, in qua et nos membrum ipsius per bona opera effici cupimus, consuetudinem pravam et valde reprehensibilem, qua usque in praesens viles quaeque et servili conditione obligatae personae ad praesbiteratus ordinem passim admittebantur, abolere cupientes, statuimus atque decrevimus, ut abhinc in futurum nulla vilis et servili conditione obnoxia persona ad gradum praesbiterii adspirare permittatur, sed si necessitas exigerit, ut de servitiis vel nostris vel alienis ad hunc ordinem aliquis[a] accipiat.

Proinde has nostrae imperialis et regiae auctoritatis litteras tuae sanctitati dandas decrevimus, per quas tibi et successoribus tuis talem concessam noveris potestatem, ut servum ecclesiasticum tam de tua parroechia[b] quam de suffraganeorum tuorum necnon et de iure monasteriorum, quae in tua diocesi constituta sunt, ad praesbiteratus ordinem electum coram clero et plebe praesente et consentiente eo, cuius dominatui idem servus usque in id temporis erat addictus, á iugo servitutis absolvas et perpetuo liberum efficias, ea tamen conditione, ut noverit sé ís qui libertate donatur in pristinam servitutis conditionem relapsurum, si sacri ordinis quem susceperit praevaricator fuerit conprobatus. Modus autem absolutionis et manumissionis talis esse debet[2]: scribatur ei libellus perfecte atque absolute ingenuitatis more quo actenus huiusmodi libelli scribi solebant, civem Romanum libere potestatis continens, hoc tantum praeter solitum additum habens, ut noverit sé libertate cariturum, si gradus sacri praevaricator extiterit; et in fine libelli tam eorum qui in tua ecclesia sunt sacerdotum quam illorum quos dominus servi[c] secum adduxit testimonii causa nomina describantur; habeatur in eo et nomen loci, habeatur mensis et diei et anni regni nostri et indictionis, ut nullus eum legentibus ambiguitatis scrupulus remaneat. Qui libellus ei qui manu mittendus est, vel á té, si tuus fuerit servus, vel a legitimo domino in tua praesentia, detur et tum demum ad sacri ordinis susceptionem ecclesiastica consuetudine perveniat. Bene vale et ora pro nobis.

Absoluta est á nobis in Franconofurt palatio XIII. Kal. Iulias, anno Christo propitio X. imperii nostri indictione prima.

---

8. a) admitti debeat, iugo servitutis prius solemniter absolutus sic tandem manus inpositionem liber *supplendum videtur ex praecepto Ludowici anteriore.* b) h *superscr.* c) servum *Or.*

1) *Repetitur verbotenus praeceptum a. 821. ad Hetti Trevirensem archiepiscopum datum, cf. Capitular. reg. Francor. I, 355, Mühlbacher N. 712. 713.* 2) *Cf. Formulae ed. Zeumer p. 215. 543 sqq.*

9.

Ludowicus imperator Eugenium papam rogat, ut Adalrammum[1]*, Iuvavensis ecclesiae archiepiscopum, cum licentia imperatoris apostolorum limina aditurum benigne suscipiat eique apostolicae auctoritatis pallium largiatur.* 824 Iun. — Oct. 824—826

Cod. rotulus saec. X. signatus Fond Salzburg Nr. 11 in tabulario Vindobonensi, quem contulit socius noster Holder-Egger.

Edd. (Kleimayrn) Nachrichten von Iuvavia Anh. 77 nr. 23 ex libro cam. Salisb.

Sickel Acta reg. Karolinor. Lud. 211, Mühlbacher Reg. 765.

SANCTISSIMO AC REVERENTISSIMO DOMNO ET IN CHRISTO PATRI EUGENIO SUMMO PONTIFICI ET UNIVERSALI PAPAE HLUDOUUICUS DIVINA ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS, SPIRITALIS FILIUS VESTER, SEMPITERNAM IN DOMINO IESU CHRISTO SALUTEM.

Rogavit nos fidelis noster Adalrammus Iuvavensis ęcclesiae archiepiscopus, quatenus orationis gratia sacrosancta beatorum apostolorum limina licenciam adeundi concederemus, sêipsum quoque ut vestrae sanctitati commendare deberemus, obnixe postulavit. Cuius petitioni, quoniam iusta nobis esse videbatur, adsensum praebere dignum duximus, et iuxta quod petiit vestrę piae paternitati commendamus; rogamus, ut eum benigne suscipiatis ac illi pallium sanctae auctoritatis vestrae largiri dignemini. Nam praedecessores illius, qui huic sanctae sedi praefuerunt, cui ille auctore Deo praesidet, á praedecessoribus vestris apostolicae auctoritatis pallium accipere consueverunt, quatenus idem archiepiscopus vestrae sanctitatis auctoritate et benedictione roboratus ac munitus plebem, quam Deo dispensante gubernandam accepit, deinceps doctrinis ac exhortationibus sacris ad melioris vitae statum perducere valeat.

Obtamus sanctam et venerabilem ac piam paternitatem vestram in Christo semper bene valere et nostri ac nostrorum omnium in vestris sacrosanctis orationibus meminisse[a].

10.

Venerius Gradensis patriarcha per Petrum diaconum et Iustum presbyterum a ducibus Venetiae missum a Ludowico et Lothario imperatoribus petit, ut privilegia a Karolo Magno ecclesiae suae data confirment[2]. *826.*

Cod. Trivisanus saec. XV. quondam Vindobonae, nunc in tabulario Venetico asservatus fol. 31, ex quo descripsit Pertz[a]. *Cf. Arch. IV, 170 sqq.*

DOMINIS PIISSIMIS ATQUE TRANQUILLISSIMIS SEMPERQUE TRIUMPHATORIBUS HLODOVICO ET HLOTARIO, INVICTISSIMIS IMPERATORIBUS AUGUSTIS, VENERIUS SERVUS SERVORUM DEI, SANCTĘ METROPOLITANĘ GRADENSIS ECCLESIĘ EPISCOPUS IN VESTRO SERVITIO SUPLICITER DEVOTUS.

Vestrum quidem, piissimi imperatores, laudabile et gloriosissimum inter homines principatum omnium dominus Christus quotidianis diebus bonis incrementis maximum splendidissimumque demonstrat et de cetero demonstrabit, hoc semper efficiens propter fidem rectam, quae ab incunabulis est vobis inserta, et propter reverentiam, quam[b] erga

---

9. a) menisse *Rot.*

10. a) *Lemma:* Venerius patriarcha Gradensis Lodovico et Lotario. b) quae *C.*

1) *Cf. Conversio Bagoar. et Carant. c. 9 (SS. XI, 10):* Ipse enim Adalrammus anno nativitatis Christi DCCCXXIIII pallium accepit ab Eugenio papa Idus Novembris praesente Lothario filio Karoli Magni. 2) *De anno, quo haec epistola scripta sit cf. Sickel Acta reg. Karolinor. II, 333, quem sequitur Mühlbacher Reg. imp. Nr. 812, sed secundum Iohannis Diaconi chronicon Venetum (SS. VII, 16) Agnellus dux iam anno 822. mortuus est. Quem hoc loco in errore versatum tempora confudisse demonstravit Ed. Lentz (das Verhältnis Venedigs zu Byzanz p. 58 n. 1).*

826—827 sanctas Christi ecclesias salubriter exhibetis. Et quia decet vestra pietate, venerabiles imperatores augusti, ecclesiarum tranquilitate gaudere, valebitis quidem ea quae sana sunt integra semper salvaque custodire, quae vero vexata sunt vel corrupta vestrę pietatis medicina curare dignetis. Quamvis enim sciam, clementissimi domini, humanis institutionibus non egere et sincerissima de abundantia Spiritus sancti auxisse doctrina, officii tamen mei est et patefacere quae intelligitis et petere[a] ea quae nobis vestra sancta imperialis potestas largire valet, ut ignis ille quem Dominus veniens misit, *et reliqua ut retro in alia epistola usque ad* exorare non cessemus, *inde sequitur:*

Direximus autem apud sacris imperialibus vestigiis domini nostri missum nostrum Petrum diaconum una cum Iusto presbitero misso Agnellii et Iustiniani fidelium vestrorum ac filiorum nostrorum, de quibus quasi praesentaliter domini nostri osculantes vestigia queso commendatos habere, ad quorum ex nostrę iniunctionis eloquium, mei benignissimi imperatores et domini, dignas iubeatis inclinare aures, tam verbotenus quamque et per capitulare designatum[b] plenissima eis adsit imperialis vestrę potestatis credulitas. Ob his enim, serenissimi imperatores et domini, summa cum humilitate victricem excellentiam vestram omnipotens Dominus per multorum annorum curricula incolumes conservare et regere dignetur.

Commendamus nostram fragilitatem vestris serenissimis imperialibus obtutibus nunc et semper. Amen.

11.

Venerius Gradensis patriarcha per Tiberium diaconum a Ludowico (Pio) imperatore petit, ut privilegia a Karolo Magno ecclesiae suae data confirmet. *826—827.*

Cod. Trivisanus saec. XV. quondam Vindobonae, nunc in tabulario Venetico asservatus fol. 33. 34, ex quo descripsit Pertz[a].

DOMNO HLODOVICO IMPERATORI PIISSIMO ET CHRISTIANISSIMO VICTORI AC TRIUMPHATORI SEMPERQUE AUGUSTO TOTIUS ORBIS ORTHODOXI TERRA MARIQUE, NOSTRO DOMINO VENERIUS HUMILLIMUS SERVORUM DEI OMNIUM SERVUS SANCTAE METROPOLITANAE SEDIS GRADENSIS CIVITATIS EPISCOPUS IN VESTRO SANCTO SERVITIO SUPLICITER DEVOTUS.

Vestrum quidem, piissime imperator, laudabilem et gloriosissimum inter homines principatum omnium dominus Christus cottidianis diebus bonis [in]crementis maximum splendidissimumque demonstrat et de cetero demonstrabit[b], hoc semper efficiens propter fidem rectam, quę ab incunabulis est vobis inserta, et propter reverentiam, quam erga sanctas Christi ecclesias salubriter exhibetis. Et quia[c] decet vestra pietate, venerabilis imperator auguste, ecclesiarum tranquilitate gaudere, valebitis quidem ea quae sana sunt imperiali potestate integra semper salvaque custodire, quae vero vexata sunt vel corrupta vestrę pietatis medicina curare dignetis. Quamvis sciam, clementissime domine, humanis institutionibus non egere et sincerissima de abundantia Spiritus sancti auxisse doctrina, officii tamen mei est et patefacere quae intelligitis[d] et petere ea quae nobis vestra sancta imperialis potestas largire valet, ut ignis ille, quem Dominus veniens misit in terra, motu crebre meditationis agitatus sic concalescat ut ferveat, et sic inflammetur ut luceat. O beate totius orbis terrarum omnium christianorum benignissime imperator et domne, spei[e] insuadibilis claritas et largitas sperandorum, tamquam presentaliter coram vestris vestigiis terrę provolutus, ego tantillus qui, licet valde dissimilis, nuper in senecta mea animarum tamen curam suscepi, in vestris auribus presummo flagitare suffragiis.

---

a) prętor *C.* b) designato *C.*

11. a) *Lemma:* Epistola Venerii patriarchae domno Hlodovico imperatori. b) demonstravit *C.* c) erga *pro* Et quia *C.* d) intelligis *C.* e) spes *C.*

Igitur notum facio pietati vestrę, eo quod sancte recordationis dominus Karolus 826—827 magnus genitor vester propter Deum et sua sancta anima ad gloriam sancti Marci evangelistę et beati Hermacorę prisci pontificis in sancta nostra ecclesia emunitatis preceptum pro munere communicare dignatus est[1]. Ita ut ubi[a] sanctę ecclesię nostrę facultatula sive episcopia sub ipsius sancto imperio constituta, quę a priscis temporibus prossidere visa est, ita in perpetuo confirmare decrevit. Unde firmiter credimus, tranquillissime domne, quod sancta illa anima qui tam mirabile lumen ad gloriam dignitatis Christi martyribus et pontificibus in hoc sęculo pro luminaria concessit, ab angelis in paradiso Domini et Abrae sinu esse conlocatam scimus, quia scriptum est: qui me inluminat, inquit, et ego in ęternum inluminabo eos. Propterea enim supliciter imploramus serenitatem sancti imperii domini nostri, ut propter Deum et dulcissima anima vestra habeamus preceptum de vestra imperiali potestate, ut sicut ille benignissimus suis temporibus erga sanctorum monumenta epigrammę terminum fecit, ita et vos per vestrę mercedis augmentum pręceptum genitori vestri consolidare iubeatis, ut sicut antecessores mei cum suis sacerdotibus gratulaverunt temporibus suis, ita nos nostrisque temporibus de largitate serenitatis vestrę exultare mereamur, quemadmodum favor vester cuncto orbi terrarum perlustrat, quatenus et a Deo vobis maxima merces commulata maneat, et dominum Deum, possessorem cęli et terrę, pro stabilitate et sospitate vestri magni culminis arcem seu vestrę dilectissimę prolis beatus Marcus evangelista et beatus Hermagora archisacerdos et martyr cum quadraginta sociis suis sanctorum veneranda corpora hic pio amore amplectimur. Ante tribunal eius vobis intercessores existant. Et nos licet indigni una cum episcopis et sacerdotibus nostris cunctaque christianissima plebs pari voce coniuncti die noctuque pro vestro pietatis imperio et christianissimo vestro pallatio seu magnificentissimis comitibus et curia et plebe fideli seu cuncto populo domini nostri Yesu Christi misericordiam exorare non cessemus.

Direximus autem apud sacra imperialia vestigia domni nostri Tiberium[2] diacono et vicedomno nostro seu et humillimo servulo vestro, gerulo nostro, de quibus[b] quasi presentaliter domno nostro osculantes vestigia queso commendatos habere, ad quorum ex nostrę iniunctionis eloquium meus benignissimus imperator et dominus dignas iubeat inclinare aures tam verbotinus quamque et per capitulare designatum plenissima eorum adsit imperialis vestrę potestatis credulitas. Ob his enim, excellentissime imperator et domne, summa cum humilitate victricem excellentiam vestram omnipotens Dominus per multorum annorum curricula incolumem conservare et regere dignetur.

Commendamus nostram fragilitatem in vestris serenissimis imperialibus obtutibus nunc et semper. Amen.

12.

Venerius patriarcha Gradensis Gregorii IV papae fidem pro ecclesia sua implorat, sententia concilii Mantuani et praecepto imperatoris in favorem Maxentii reiectis sedem Romanam de causa definienda appellat. 828.

Cod. Trivisanus in tabulario Venetico asservatus fol. 33: qui tabulario praesunt codicem benigne contulerunt[a].

Ed. Ughelli Italia sacra ed. 2 studio Coleti V, 1105.

---

a) ubi ubi *C.* b) que *C.*

12. a) *Lemma:* Epistola Venerii patriarchę Gradensis ad Gregorium quartum pontificem.

1) *Sickel Acta Karolin. Kar. 188, Mühlbacher N. 392.* 2) *In diplomate a Ludowico et Lothario imperatoribus Venerio dato (Ughelli Italia sacra ed. 2 V, 1104, Mühlbacher N. 814) haec habentur:* In litteris sanctitatis tuae, quas nobis per missum tuum Tiberium misisti, scriptum reperimus, quod tu secundum nostram iussionem propter contentionem tuam et Maxentii patriarchae finiendam Romam venisti *etc. Cf. Acta concil. Mantuani (Mansi Conc. XIV, 497):* Tiberius diaconus et oeconomus ecclesiae Gradensis.

828 DOMINO SANCTO AC BEATISSIMO IN CHRISTO PATRI GREGORIO, SUMMO PONTIFICI ET UNIVERSALI PAPĘ[a], VENERIUS SERVUS SERVORUM DEI EPISCOPUS PLURIMAM APOSTOLATUS VESTRI PROSPERITATEM ET PERENNE GAUDIUM A CHRISTO DOMINO FELICITER IMPLORO.

Quoniam quidem post Dominum nullum habet parvitas nostra confugium, nisi ad maiestatem apostolici culminis, cuius Deo auctore vicem geritis, ac per hoc cogimur crebris suplicationibus nostram iustitiam nostramque concussionem, quam indesinenter aemulus noster exercere non desinit, intimare; iam audacter fisus de affectu paternae clementiae vestrae, ut more nati, qui cuncta parentum auribus ducit intimanda, et ab his pio subsidio obtata universa adipiscere nititur, praesumamus.

Igitur comperiat, oramus, vestra solers et pia prudentia, beatissime domine papa, quia iam tot vicibus ex iniuncto imperialis auctoritatis ad vestra sacra apostolica vestigia cum Maxentio[b] [1] coniungi debuimus difinienda scilicet causa nostrarum ecclesiarum, quam contra Deum et canonum instituta inretire nisus est, sed quia minime a vestra saluberrima pietate iudicari maluit, Mantuae [2] quoque sugessit causa finienda. Nos vero ad imperialia vestigia pervenientes ipsum paratum non invenimus, expectare enim eum nos augustus monuit, cui nos suam epistolam ostendimus, per quam dudum preceperat, ut apud sanctam apostolicam sedem rei finis poneretur. Nam et vocem fecimus, ut utrum ille veniret an non, nullatenus de his alicui responsum daremus, nisi coram vicario beatissimi apostolorum principis Petri, in cuius sorte vobis a Christo deo nostro ligandi solvendique potestas incumbit.

Verum si comprovinciales et suffraganei eius causam determinassent, impletur in Phil. 2, 21. his illud apostoli dictum, quod ait: 'Omnes quaerunt quae sua sunt, non quae Yesu Christi'. Iustum namque est, ut qui omnibus preest, omnes iudicet: nullum enim iam Dominus per plura curricula ecclesiae suae sanctae tam honestum, quamque sobrium pudicumque, ac iusti moderaminis aequum largire dignatus est, quam te, beatissime praesul, quem nullus a recto tramite deviare potest. Non principum favores, non subditorum variae suggestiones: Petri namque solium tenens, Petri in mente virilitatem gestas, et digne tempore, quo magna instabat causa finienda, magnanimum pontificem Christus eligeret universorum. Nam et ipsi mundi principes nec praesumentes neque volentes usque hactenus ista contingere, sed tuo sacro reservavere iudicio. Quamvis quorundam subditorum oculos munera obscurassent, qui hanc argumentantur[c] et contra rationem vincere moliuntur.

Nunc autem, sicut cognovimus, gloriatur se idem Maxentius palam per praeceptum domini imperatoris diocesim Istriensium habere, et ipsi electi post octavas paschae praeparant se ad ordinationem; et hoc qualiter absque iudicio factum fuerit, ignoramus; maxime cum voce clamoris, quia in vos omnem spem reclinatam habemus, et credimus, quia non confundimur, quam videlicet nostra imminentia dignum duximus per hos apices ad vestram ferre celsitudinem postulantes nimiumque obsecrantes, ut tutor et defensor noster propter Deum et eum, in cuius vicem curas ecclesiarum Dei solvitis, esse digneris, et nostrum audias clamorem, ne spes nostra confundatur, et ecclesia usque hactenus illuminata suo decore maledicorum insultatione fuschetur. Quapropter studuimus mittere ad vestra pia vestigia fidelem missum nostrum Dominicum presbiterum, ut verba eius clementer audire iubeas. Expletis his humillimis suggestionibus nostris, oramus remuneratorem bonorum Christum vestram apostolicam gloriam per multa ęvi curricula gubernet inlesa. Amen.

---

a) pappę *C.* b) Maxentius patriarcha Aquileię *in marg.* c) argumentatur *C.*

1) *Aquileiensi patriarcha, cf. EE. IV, 637.* 2) *In concilio a. 827. Iunio mense habito, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. I, 283, Mühlbacher Reg. p. 207.*

13.

Freculfus Lexoviensis episcopus Elisacharo abbati S. Richarii ab eo rogatus historiam mundi inde a creatione hominis usque ad nativitatem Iesu Christi 7 libris comprehensam dedicat, nominibus auctorum ex parte tantum adnotatis. *c. 829.* c. 829

Codd. S. Galli 622 s. IX. p. 1—2, quem cont. V. Cl. Dierauer (G); Cantabrigiensis Corpus Christi 267 s. XI. (C), Bruxellensis 5424. 5425 s. XI. (B), Parisinus 13700 (S. Germani) saec. XII. ex. (P), quos cont. Hampe[a].

Edd. Freculphi Chronicor. l. II Genevae 1597; Biblioth. patr. Paris. (a. 1654) XIII, 122; Bibl. patr. Lugdun. XIV, 1061; Migne Patrol. lat. CVI, 917—920. Versus in fine edidi Poetae lat. aevi Carol. II, 669. 670.

DOMINO PRAECEPTORI DESIDERANTISSIMO ELISACHARO[b] [1] FRECHULFUS[c] EPISCOPORUM MINIMUS IN CHRISTO DEI FILIO.

Dum[d] torpentia quorumdam[e] ingenia curiositas[f] prudentium[g] excitare soleat, ne ignavię depressa sopore otio languentia[h] inutiliter contabescant, sed caligine detersa somnolentiae expergescantur[i], ut quibus prodesse potuerint[k] scribendo vel docendo, accurate[l] hoc agere studeant; ne de talento male defosso terribilem Domini promulgatam audiant quandoque sententiam: tu quidem, mi dilectissime[m], et amore insatiabilis sophię venerande praeceptor, post[n] ceteros, quos stimulis instanter caritatis agitare soles, ut vigilantes fideliter ea, quae eis credita sunt, domini sui famulis tempore distribuant oportuno[o], tandem meam adgressus[p] parvitatem, iussisti, ut perscrutando diligenter volumina antiquorum seu agiographorum[q] sive[r] etiam gentilium scriptorum, quaeque pertinent ad historię[s] veritatem, breviter ac lucide colligere desudarem, a conditione quidem primi hominis usque ad Christi nativitatem[t] domini: eo[u] scilicet modo, ut quicquid de primo saeculo, quod ante generalem[v] fuerat cataclismum[w], sive de secundo, quod fuit post diluvium usque ad nativitatem Abrahę[x], et regis Assyriorum Nini regnum, nostri sive gentiles senserunt scriptores, pandere diligentius curarem. Quęstiones[y] etiam difficiles, quę per hęc tempora in scriptis habentur legislatoris, enodare non neglegerem[z] quantum attinet ad historiae[a] veritatem. Inde autem per reges Assyriorum, Medorum atque Persarum, sive Gręcorum, et usque Octaviani[b] Cesaris monarchiam, ad quas gens[c] Assyriorum dirivando[d] regnum per succedentia pervenit tempora: in populo autem Dei per patriarchas, iudices, reges[e] ac sacerdotes, iterumque reges, numerum custodire annorum cautius observarem, et ea, quę gesta in singulis mundi partibus et memoria sunt digna, adnotarem[f]; ut quęque immortaliter[g] per singula frequentantur tempora, quando vel ubi fuerint, qui tunc etiam imperaverint[h] in eminentioribus regnis vel qui populo pręfuerint[i] Dei, ostenderem. Insuper a destructione templi Hierosolimitani[k] usque ad domini nativitatem Christi, quęque in populo gesta sunt Iudeorum, quoniam confusa propter calamitates, quę eis acciderunt, esse videntur, ordinando summatim colligere instigasti.

cf. Matth. 25, 30.

---

13. a) *Lemma:* Incipit prefatio Freculfi (episcopi *add. man. s. XV*) ad Elysacharum *B.* b) Elysacharo *B.* c) Frethulfus *C,* Friculfus *P.* d) Cum *ed.* e) quorundam *C, B, P.* f) industria *ed.* g) prudentum *B.* h) languenti *ed.* i) expergiscantur *C, P, ed.* k) poterint *P,* u *superscr. G.* l) acurate *G, B,* accurante *P.* m) Elisachare *add. ed.* n) inter *C.* o) oport. *altero* p *manu post. superscr.* p) aggressus *C, P.* q) senagiographor. *pro* seu agiog. *C,* agyograph. *B.* r) seu *B.* s) hystorię *B.* t) Dom. nativ. *B.* u) *duo lit. eras. B.* v) generale *B, P.* w) *man. post. corr. in* cataclysmum *G.* x) Habrahę *C.* y) Quest. *B, P.* z) neglig. *G, C.* a) hystorię *C.* b) Octoviani *B, P.* c) g̅s *C.* d) deriv. *C.* e) *om. P.* f) annotarem *C.* g) inmortal. *B, P.* h) -verit *corr. in* -verint *G,* imperaverit *P, corr. ex* -verint *B.* i) prefuerit *B, P, corr. in* -rint *G.* k) Iheros. *P.*

1) *De Elisacharo cf. supra p. 164 n. 3; Sickel Acta regum Karolinor. I, 86—88. Frechulfum chronica sua ei dedicasse priusquam a. 830. a parte imperatoris descivit, opinor. Frechulfus a. c. 825. ad episcopi dignitatem accessit, cf Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. I, 247—249.*

c. 829 Hęc quidem omnia ceu picta brevi in tabula meę ostendens parvitati nullam excusationis occasionem reliquisti, sed ocius[a] operam dare imperasti. Igitur auxilio
Marc. 7, 37. Dei adiutus, qui facit mutos loqui, non temeritatis, sed oboedientiae[b] gratia, hoc tam ingens parva cum cymba[c] ignarus nauta pelagus navigare coepi[d]. Sed si maris se inmutaverit serenitas fluctusque intumuerint[e], tu, qui iussisti, naufrago porrige manum. Quamvis enim ecclesiasticis alligatus[f] ac[g] sęcularibus negotiis, lingua praepeditus, sensu obtunsus, hoc tam magnum ineruditus tyro arripui opus, quod sapientibus erat committendum, tamen, quia tuę hoc non potui negare benevolentiae[h], tibi examinandum mitto, et, si utile adiudicaveris[i] fore, non magis reputabitur[k] scribenti[l] quam censori. Igitur[m] nomina auctorum, ex quibus ea collegi, quae in septem libris conclusi, idcirco non ubique inserui, ut praemonuisti, quoniam in his, in[n] quibus concordare videbantur, sensum, quem[o] elegeram[p], defloravi[q] et[r] sub brevitate dictare studui. Eorum autem nomina annotare decrevi[s], nostrorum seu gentilium, sententiasque illorum adsumpsi[t], ut in suis habentur libris, qui variando a ceteris exorbitare videntur[u].

Obsecro itaque legere volentem[v], ne[w] praesumptioni reputet[x] meae imbecillitatis[y], si quid in his ei displicuerit libris, sed oboedientiae[z]. Nec temere reprehendat, antequam curiosius[a] eos legat[b] auctores, ex quibus[c] haec decerpsimus[d].

(T)e[e] duce, Christe, via facilis est[f] 1 ire per omnes,
Quod natura negat 2, varios fessosque labores,
Das[g] qui ausus fragili, das grandia 3 vincere posse.
Parvula mens trepidat hominum, quę tangere dura,
Miratur tetigisse quidem, gaudet superasse.
Si quid[h] enim fuerit dignum laude et[i] memorandum,
Nec sibi, sed Domino tribuat quę gesta videntur,
Qui dedit ingenium stolido, qui cuncta gubernat
In cęlis, terris, perque omnia sęcula semper.
Cuius nam[k] auxilio iutus, non viribus ęquis 4
Arripui celsos secli transcendere colles,
Quę ut fuerant[l] calamo pingam 5 per tempora prisca
Aeternos replicare dies ingentia regum
Tempore quo fuerint, ubi talia facta per orbem;
Quique viri fortes, portenta, fames, mala mundi,
Quas dederint clades populis civilia bella
Triverit[m] externas gentes infanda cupido,
Quos[n] casus tribuit regnis inprovida cura.
Hęc cecini breviter memorans, venerande sacerdos 6,
Non ignota canens, veterum sed dicta priorum.

---

a) ocius *in ras.* c *superscr. G*, otius *B, C*, potius *ed.* b) obedientię *C.* c) cimba *C*, kimba *P.* d) cępi *B, C*, cepi *P.* e) intumuerit *corr.* -rint *B.* f) us *superscr. G.* g) se *C.* h) benivolentię *B, P.* i) *om. P.* k) acceptum feretur *ed.* l) scribendi *corr.* -ti *B.* m) Porro *ed.* n) *om. P.* o) eorum quae *ed.* p) eligerem *B, P.* q) compendiose complexus *ed.* r) *om. ed.* s) sive *add. ed.* t) assumpsi *C, P.* u) *manu post. corr. in* videbantur *G.* v) candidum lectorem *ed. pro* leg. vol. w) non *B, P.* x) tribuat *ed.* y) inbec. *B, P.* z) obedientię *C.* a) diligentius *ed.* b) legerit *ed.* c) nos *add. ed.* d) et ad quos eorumdem quoque fidem referimus *add. ed.* e) *Hos versus habet etiam sine praefatione codex Vaticanus Christ. reg. 302 s. X, quem contulerunt F. Dümmler et W. Friedensburg (R). In codicibus B et P non collati sunt.* f) nos *ed.* g) Has *C.* h) quod *R, C.* i) *om. R, C.* k) ego *ed.* l) fuerat *R*, fuerint *ed.* m) Obruerit *C.* n) Quosque *R, C*, que *del. G.*

1) *Sedul. C. Pasch. I, 85:* Te duce difficilis non est via. 2) *Ib. IV, 8:* Et quidquid natura negat. 3) *Ib. I, 349:* tu dare grandia nosti. 4) *Aen. X, 357:* et viribus aequis. 5) *Fortunati Carm. XI, 23, 7:* calamo neque pingere versus. 6) *Ib. III, 3, 3:* venerande sacerdos.

14.

Freculfus Lexoviensis episcopus Iudith imperatrici alterum chronicorum tomum inde a Christi nativitate pro Karolo filio eius erudiendo scriptum dedicat. c. 829. c. 829

Codd. S. Galli 622 saec. IX. p. 291. 292 (G), quem contulit V. Cl. Dierauer; Abrincatensis 2428 s. XII ex. (A), de quo cf. Arch. VIII, 379.[a]

Edd. Freculphi Chronicor. l. II Genevae 1597 p. 385—387; Biblioth. patr. Paris. (a. 1654) XIII, 203; Lugdun. XIV, 1138. 39; Migne Patrol. CVI, 1115—1116; Ravaisson Rapports au ministre p. 361—362.

Domina augustarum felicissima Iudith, dum in humanis quo altius adcrescas non invenitur[b] rebus: quia, si de viro agitur, quis nobilior imperatorum[c] aut sapientior in divinis sęculariumve disciplinis Hludowico[d] caesare invicto? Nec mirum talem protulisse[1] excellentissimo augusto saeculo[e] sobolem Karolo[f]. Si autem de venustate corporis, ut absque adulationis fuco[g] proferam quod verum est, pulchritudine superas omnes, quas visus vel auditus nostrae parvitatis[h] conperit reginas. Sin autem de prole, nonne mundi gloria et hominum delectatio Karolus[f]? qui elegantia corporis ac moribus optimis seu agili prudentiae studio inmaturam vincendo propriam superat aetatem, ut videatur avus eius non obisse, sed potius, detersa[i] caligine somni, novum inlustrare orbem, siquidem in nepote inmortale ipsius[k] ingenium una cum nomine decor et virtus splendeant. Quam ob rem dum in temporalibus nihil desit rebus, ut augmento careas, studio sapientiae dilataris, ut excellentior retro saeculis imperatricibus reperiaris.

Igitur indita a Deo vobis[l] sapientia et naturalis ingenii scientia adtonitum me reddit[m] inter cęteros auditores, quoniam in divinis et liberalibus studiis, ut vestrae[n] eruditionis novi facundiam, obstipui[o], mecumque deliberans, ut aliquod munusculum meo labore congestum vestrae[n] offerrem almitatis flagrantiae, igitur ab Octaviano augusto et Domini nativitate salvatoris nostri secundum adgressus sum[p] scribendo opus, quod peregi usque ad regna Francorum et Longobardorum[q], deficientibus Romanorum imperatoribus seu iudicibus ab Italia, et Gallis, Gotthorum quoque regibus, qui successerant, ab eis etiam depulsis. Quod videlicet opus quinque distinxi in libris. His[r] enim velut in speculo per vestram[n] sanctissimę devotionis admonitionem atque iussionem dominus[k] meus[k] Karolus[f], gloriosissimus vestrae filius excellentiae, inspicere quid agendum vel quid vitandum sit poterit. Decet enim dominam te venerabilem unicum erudire filium, nostrae iocunditatis et novi sęculi regem, memor Bersabee[s], quae Ididam[t] [2] priscorum erudivit sapientissimum sęculorum regem, ut idem de se ait: 'Nam et ego filius fui patris mei tenellus et unigenitus coram matre mea, et docebat Prov. 4, 3—6.
me atque dicebat: Suscipiat verba mea cor tuum; custodi praecepta mea et vives. Posside sapientiam, posside prudentiam, ne obliviscaris neque declines a verbis oris mei, ne dimittas eam et custodiet te; dilige eam et[u] servabit te' etc. Is[v] autem, prout de Domini confidimus piaetate, sacris iussionibus vestris parebit, et inter ceteras maternae dilectionis admonitiones hos libellos suae non dedignabitur contradere memoriae. Quibus imperatorum gestis sanctorumque triumphis atque doctorum magnificentium doctrinis inlustratus, cautius quid agendum sit, sive subtilius inveniet quid sit vitandum.

Igitur hos codicillos[w] vestrae[n] dilectionis amor, mi[x] domina semper augusta, scribere conpulit, qui vestrae almitatis et inmortalis sapientiae iudicium expectant. Quod si

14. a) *Lemma:* Incipit epistola Iulii Flori ad Iudith imperatricem uxorem Caroli Calvi de sequentibus libris *A.* b) inveniatur *A.* c) imperator *A.* d) Ludovico *A.* e) secula *A.* f) Carol. *A.* g) fusco *A.* h) prav. *corr. in* parv. *G.* i) detrusa *A.* k) *om. A.* l) tibi *ed.* m) reddidit *A.* n) tuae *ed.* o) obstupui *A ed.* p) adgressum *A corr.* adgressus sum *G.* q) Languab. *A.* r) In his *ed.* s) Bethsabee *A.* t) itidem (?) *A.* u) et — te *om. A.* v) bis (?) *A.* w) codicell. *corr. in* codicill. *G.* x) me *A.*

1) *a. 823.* 2) *i. e. Salomonem.*

831 iudicando consequantur laudem, vestrae reputabitur aeternaliter memoriae, quoniam sacratissimum nomen vestrum Iudith iudicans sive laudans interpretatur[1].

15.

Hildemarus monachus Ursum Beneventanum episcopum de ratione bene legendi ex auctoritate grammaticorum veterum, Isidori atque Augustini docet. *831.*

Codd. Parisinus 12637 (S. Germani Prat. 401) quondam S. Mauri Fossatensis saec. XI. fol. 110—110', quem contulit H. Lebègue, Monacenses 18103 (quondam Tegernseensis) s. XII. fol. 103 col. 2 (M), 7232 (Fürstenzell.) a. 1467. scr. (F)[a]. *Extat etiam in codice Mellicensi 45 s. XIII, cf. Kropff Bibl. Mellic. p. 31—32.*

Edd. Mabillon Annal. ord. S. Bened. II, 743; Migne Patrol. lat. CVI, 395—398.

Unde ut[b] magis magisque[c] patefiat, ipsam[d] epistolam quam Hildemarus magister[2] Urso predestinato atque electo episcopo sanctę Beneventanę ęcclesiae[3] de ratione bene[e] legendi scripsit, prius subiungere curamus. Deinde cętera quę ad lectionem pertinent, tam ex traditione quorundam modernorum magistrorum, quam ex auctoritate beati[d] Augustini et ceterorum doctorum inferius subnectemus.

Hęc est prefata epistola.

SUO SANCTISSIMO[f] DOMINO URSO HILDEMARUS INUTILIS SERVUS SALUTEM.

Noverit denique vestra[g], o dulcissime pater, sancta beatitudo, nullum plus me
*f. 103'; col. 1. mortalem *quam vos diligere, unde quia modo alio vobis prodesse nequeo, divinam clementiam super vestre salvatione[h] indesinenter exposco animę, quatinus[i] ipsius pię miserationis respectu a cunctis versutiis antiqui hostis eruti, et hic multarum ubertate virtutum frui, et post huius mortalis vitę cursum supernorum collegio civium potiri mereamini. Ego quippe miserrimorum cunctorum satis quoque miserior, studio hic consistens quietis, difficile absque cordis anxietate quę mandastis scribere possem, presertim cum vobis plura scientibus hęc non sint necessaria, nisi divinę caritatis beneficiorum vestrorum[k], vestra quae lata caritas magnopere nobis inpendere[l] studet, memor existerem. Vestrę igitur dilectionis causa scientię officiique mei modum excedens vestro parere curabo precepto.

Quamvis itaque ars distincte[m] legendi potissimum in posituris[n] consistat[o], sunt tamen et illi accentus ineruditis lectoribus aliquo modo utiles, quos Donatus[4] enumerat. Nullus nempe ignorat, quod pars illa, cuius titulus est de accentibus, ob enuntiationem syllabarum precipue fuerit ędita, quoniam quidem per accentuum vim ratio sonandi in sermonibus demonstratur. Nescimus enim, quomodo sonare debeamus syllabam longam vel brevem, utrum circumflexo an gravi, nisi per accentum, ut Isydorus[p]

---

15. a) *in codicibus antecedit cap. XXXVIII.* De ebdomadario lectore. b) et *P.* c) que *om. M.* d) *om. P.* e) *om. M.* f) sanctisimo *P.* g) o sanctissime pater vestra *M.* h) salvationem *M.* i) quatenus *M.* k) ve vestrorum *M.* l) imp. *M.* m) distinctę *M.* n) im posit. *M.* o) existat *superscr.* vel con- *P.* p) Hysid. *M,* Ysid. *F.*

1) *Isid. Etym. VII, 8, 29, opp. III, 332:* Iudith laudans vel confitens. 2) *Hildemarus monachus* ex Franciae partibus *adveniens in Italiam ab Angelberto (II) Mediolanensi archiepiscopo Ramperto episcopo Brixiensi, ut eum in monasterio S. Faustini et Iovittae noviter condito adiuvaret, missus est, cf. Ramperti chartam a. 841. die 31. Maii datam, Hist. mon. patr. Cod. Langob. 245—248. De Hildemaro nuper L. Traube acute egit in Abhandl. der bayer. Akad. III Cl. XXI, III, 641 eumque libro confraternitatum Fabariensi (ed. Piper p. 384) abbatem Clavadensem (Civate) dioecesis Mediolanensis constitutum esse demonstravit.* 3) *Ann. Benevent. 831 (SS. III, 173):* Ursus eligitur ann. VIII mens. VII. 4) *De partib. orat. ars minor I (Grammat. lat. ed Keil IV, 371—372).*

dicit[1]: Accentus autem dictus quasi adcantus, quod iuxta cantum sit. Et quamvis Pompeius[2] dicat duos tantum accentus necessarios apud Latinos, id est acutum et circumflexum, Sergius[a][3] tamen dicit: Sunt omnes accentus Latini octo, id est acutus ´ gravis ` circumflexus ^ longus _[b] brevis ◡ yfen ⌴ diastole] apostrofus '; his adduntur dasian ⊦ et psilen[c] ⊣ id est aspiratio et siccitas[4]. 831

Et quia horum accentuum virtus vobis manifesta est, pauca de posituris loquar, maxime quia artem distincte legendi epistola vestra pandere monuerit[d], id est signa per quę possit lector cola et commata[e] atque periodos nosse. Horum quippe notitia in particula, cuius titulus est 'de posituris', plenius continetur. 'Tres quippe sunt positurę, ut Donatus ait[5], id est distinctio, ubi finitur plena sententia: huius punctum ad summam litteram ponimus. Subdistinctio, ubi non multum superest de sententia: huius punctum ad imam litteram ponimus. Media distinctio est, ubi *fere tantum de sententia superest quantum iam dixi- *col. 2.
mus: huius punctum ad mediam litteram[f] ponimus'. 'Distinctio, ut Isydorus[g] dicit[6], positura est figurae ad distinguendos sensus per cola et commata[h] et periodos, quę dum ordine suo ponitur, sensum nobis lectionis ostendit.' Sergius[i] dicit[7] 'colon[k] esse ubi duo liberi pedes sunt, ut 'terruit urbes'[8]; comma[l] vero quando post duos vel tres pedes sequitur praesyllaba[m] quę partem terminat orationis, ut est in primo versu primo libro Ęneidos[n] 'Arma virumque cano, Troię qui[o] primus ab oris'. Sed hęc in metro. Nam prosa his tribus punctis hoc modo distinguitur: 'Beatus vir qui non abiit in consilio inpiorum[p], et in via peccatorum non stetit, et in Ps. 1, 1.
cathedra pestilentię non sedit'.

Non ergo miremini, quod in medio sensu notam acuti accentus fecerim, quoniam, ut[q] ab eruditis didici viris, his tribus punctis tres aptantur accentus: id est usque ad medium totius sententię sensum gravis; in medio quoque tantummodo sensu acutus; deindeque usque ad plenum sensum[r] circumflexus. Ita ut nec ante acutum sit circumflexus, nec post acutum sit ullo modo gravis. Hoc autem omnino a lectore observandum est, ut in medio solummodo totius dictionis sensu vox ipsius paullo[s] eminentius elevetur, et ante elevationem per singula subdistinctionis puncta gravetur atque post predictam elevationem per singula puncta circumflectatur, salvo[t] illo sensu quem Donatus tractat in accentuum[u] ratione.

Ait enim[9] inter cetera monosyllaba[v] quę correptam vocalem habebunt[w], acuto accentu pronuntiandas[x], ut fax pax nix nux; quę vero productam vocalem habebunt, circumflexo accentu[y] pronuntiabimus, ut res dos spes. In medio quoque dictionis sensu non ultimam syllabam acuendam, quod ars nonnisi in paucis discretionis causa sinit[10], sed totam illam partem orationis, quę ultima fuerit, altius enuntiandam vel gravandam vel circumflectendam dicimus, salvo unicuique parti et praesyllabę[z] suo naturali sono. In interrogationibus autem atque percontationibus[a] vox legentis necesse est acuatur, sed paulo vehementius quam in acuto accentu. Hęc[b] nota est[c] interrogandi ? hęc percontandi[d]

---

a) Seregius *M, F.* b) *om. M.* c) ipsilen *M.* d) noverit *corr. in* monuerit *P.* e) comata *P.* f) literam *M.* g) Hysid. *M,* Ysid. *F.* h) comata *P.* i) Seregius *M, F.* k) colum *M.* l) coma *P.* m) syllaba *M,* sillaba *F.* n) Aenaeidos *P.* o) quiqui *P,* qui — oris *om. M, F.* p) impior. *M.* q) *superscr. P.* r) suum *M.* s) paulo *M.* t) salva *corr. in* salvo *P.* u) accentuu *P.* v) monasyllaba *M, F.* w) habent *P.* x) pronuncianda sunt *M, F.* y) accento *corr. in* accentu *P.* z) syllabę *M.* a) percantationibus *P,* percunctat. *M.* b) Haę *P.* c) notae *P* *(in his tribus notis distinguendis sequor Mabilionem, cum in codicc. eadem repetatur).* d) perconctandi *P,* percunctandi *M.*

1) *Etymol. I, 18, 2, opp. ed. Arevalus III, 29.* 2) *Pompei commentum in Donat. (Grammat. lat. ed. Keil V, 126).* 3) *Sergius de accentibus (ed. Keil IV, 482).* 4) *Isid. Etym. I, 19, 9. 10, opp. III, 31.* 5) *De partib. orationis ars minor I (Grammat. lat. IV, 372).* 6) *Etymol. I, 20, 1, opp. III, 31.* 7) *Sergii de distinct. (in Donatum) ed. Keil IV, 485.* 8) *Hor. Carm. I, 2, 4.* 9) *Ars minor l. l. p. 371.* 10) *Donati ars minor p. 371:* in latinis neque acutus accentus in ultima syllaba poni potest nisi discretionis causa.

831/832 ʒ hęc negandi η. 'Inter percontationem[a] autem et interrogationem *hoc veteres, Augustino teste[1],
*f. 104. interesse dixerunt, quod ad percontationem[a] multa responderi possunt, ad interrogationem autem[b]
Rom. 8, 33. 34. aut non aut etiam. Verbi gratia percontando[a] legimus: 'Quis accusabit adversus electos Dei ʒ' Illudque quod sequitur sono interrogantis enuntiatur[c]: 'Deus qui iustificat'? ut tacite respondeamus: non. Itemque percontando[a]: 'Quis est qui condempnet[d] ʒ Interrogando quod sequitur 'Christus Iesus' et cętera usque pro nobis? ut respondeatur: non.' Dictę[2] autem positurę vel quia punctis[e] positis adnotantur, vel quia ibi[f] vox propter intervallum[g] distinctionis deponendo vel gravatur vel erigitur, vel circumflectitur: nota vero cuius vocabulum est yfen verba necesse est iungat male disiuncta, ut 'antetulit'.[3] Apostrofus[h] autem separet male coniuncta, ut 'conspicitur sus'.[4] Sed et hoc non est pretermittendum, quod propter inertes lectores inveniuntur aliquando syllabę[i], aliquando pedes in prosa notati, ut édŏmŏ, édŏcĕt, sátŭrŏ, ímĭtŏr, álăcĕr, quámdiu[k], Híerĕmĭás, Isăĭás, trŭcídŏ, addícit, revéra[l], pudícus, ínlĭcit, íbĭdem. Hęc vero adnotatio rarissime in libris invenitur veteribus.

Ô domine mi, ecce quod rogastis nec brevius nec apertius scribere potui, verumtamen videtur mihi rustico et insipienti, quod quantum ad peritiam legendi attinet, sufficiant hęc, tantum sonus vocis deest, qui in variis punctis et notis varius esse debet, idcirco quod scribi non valet. Sane oculis sanctę individuęque Trinitatis[m] solummodo patet, quod almitati vestrę pleniter litterali[n] indagine[o] pandere[p] non valeo, vel quantum precibus in vestris confido, vel quantum ego ipse vestrimet memor existo, per quos me fratri[q] et patri commendo Leoni cęterisque qui sunt apud vos fratribus, deprecans[r] per communem redemptorem, ut[s] vel mei semel sint memores Deum orando. Mementote nihilominus flagito omnium fratrum hic degentium, ut orationibus vestris a malis omnibus tueantur, in bona devotione consolidentur, et spei fideique atque caritatis gemmis ornentur.

Concedat vobis pia omnipotentis miseratio cunctos subripientium delictorum
*col. 2. laqueos evadere, et per viam salutis mente devota currere, consumatoque *cursu tramite recto ad cęlestia regna transire[t].

16.

Wolfleoz Constantiensis episcopus Ramperto Brixiensi episcopo Elgilmannum clericum promovendum commendat. *831/832.*

Codd. Parisinus 12637 (S. Germani Prat.) s. XI. f. 151, quem cont. Lebègue, Monacensis (Tegernseensis) 18103 s. XII. f. 146. Epistolam nostram nominibus suppressis habet etiam cod. Carlsruhensis Augiensis CLXXIX f. 167—167', quem benigne cont. A. Holder.[a]

Edd. Mittermüller, Expositio regulae ab Hildemaro tradita, Ratisb. 1880 p. 563—564 ex cod. Mellicensi 45, qui ex Tegernseensi fluxisse videtur; Cipolla, Memorie di Torino ser. II. XLV p. 156.

---

a) percunct. *M.* b) vero *Aug.* c) pronuntiatur *P*, enuntietur *Aug.* d) condemnat *Aug.* e) ponctis *corr. in* punctis *P.* f) ubi *P.* g) intervallam *P.* h) apostrofos *P.* i) psyllabę *M.* k) quándiu *P.* l) revela *M.* m) trinityatis y *del. P.* n) litterari *M.* o) hoc est inquisitionem *add. M, F,* aperit ut expandit *add. F post* inquis. p) *om. et suppl. P.* q) per quos me fratri *om. P.* r) depraecans *P.* s) *superscr. P.* t) Explicit epistola *add. M, F.*

16. a) *Lemma:* Item alia ΠΥΑΠ.

1) *De doctrina christ. l. III c. 3 § 6, opp. III, 46.* 2) *Isid. Etymol. I, 20, 1, opp. III, 24.* 3) *Aen. VI, 677 cf. Donat. de accent. l. l. p. 372, Pompei comment. t. V, p. 132.* 4) *Aen. VIII, 83 ibidem.*

DOMNO[a] FRATRI RAMPERTO[b] BREXIENSIS ECCLESIĘ PRESULI[1] WOLFLEOZ[c] CONSTANTIENSIS EPISCOPUS SEDIS[2] ĘTERNAM IN DOMINO SALUTEM. DLXI[3]. 830—833

Cognoscat paternitas vestra, quod hunc clericum nomine Elgilmannum[d] in nostra parrochia doctum ac detonsum, sicut ipse desideravit, per hanc dimissoriam epistolam permisimus[e] licenter[f] vestrum expetere adiutorium et sub vestro regimine suis utilitatibus deservire. Vobis etiam licentiam[g] dedimus, ut si eum doctrina et moribus dignum censueritis, ad sacros ordines[h] promovere non dubitetis. Et ut hęc permissio certior[i] vestrę claritati reddatur, Grecis hanc litteris iuxta patrum constitutionem firmare curavimus. Sancta Trinitas vos ubique bene valere concedat. AMHN. XCVIIII. indictione[k] VIIII data[l] Y. A. Γ. Σ. DCIIII, fiunt insimul MCCLXXIII.

Hanc litteram pro v ponimus quę est prima littera Wolfleozi[m], sicut ewangelium[n] pro evangelio[o] dicimus[p].

17.

Prudentius postea Trecensis episcopus matronam quandam nobilem in calamitatibus positam floribus ex psalmis decerptis consolatur. 830—833.

Cod. Vatican. 84 saec. X. fol. 251—253, quem contulit V. Cl. I. Koch.[a]

Edd. Pinius, Liturgia antiqua Hispan. II, 464 (a. 1746); Ang. Mai SS. vet. nova coll. IX, 369—370 (a. 1837); Migne Patrol. lat. CXV, 1449—1452.

Incipit prologus Prudentii episcopi de flores psalmorum.

Cum quedam nobilis matrona[4] in civitatibus vel oppidis a pluribus fuisset oppressa atque ex accidentibus variis tribulationibus, ut plerique noverunt, adesset angustiata nimiisque tediis afflicta, direxit ad me, rogans obnixe, ut aliquid ex laude psalmorum ad consolationem compassionis suae brevissimis scriptitarem versiculis. Quod ego non solum illius condolens petitioni, verum etiam ad omnes qui per diversas peragrantur provintias montesque ac valles, necnon et qui per flumina discurrunt maris, timentes periclitari, ut ait scriptura, 'periculis in flumine, periculis in mari, periculis in civitate, periculis latronum, 2. Cor. 11, 26.
periculis in solitudine' et cetera, cupientes eripi et a Deo gubernatore salvari, hoc opusculum[b] parvitatis meae, veluti ex inmanissimo prato summatim breviatimque studui psalmorum carpere flores. Et licet sint plures imitantes sanctorum patrum exempla, quod experimento didicimus, qui omni videlicet die in divinis laudibus totum complent psalterium, tamen hi qui hoc petunt opus et qui in diversis sunt periculis constituti, nec totum queunt explere psalterium, etiam nec horis valent psallere canonicis, hos non pigeat in corde et ore revolvi versiculos, remotis cunctis, in quibus ex parte Iudeorum vel caeterorum perfidorum apertissime lucideque patuli manent versiculi;

---

a) Domino *P.* b) Raperto *M.* c) Wolfleor *P.* d) Elgilmannum *M.* e) premiximus *P.* f) lincenter *P.* g) licenciam *P.* h) hordines *P.* i) cercior *P.* k) indiccione *P.* l) datos *M.* m) uuolfleoz *M.* n) euangelium *M.* o) ewagelium *P.* p) *in codd. sequitur:* In Dei nomine incipit epistola quę formata dicitur sive commendaticia. Reverentissimo atque religiosissimo et a nobis cum summa veneratione nuncupando ilł. episcopo ego ille extremus sub pontificali officio Deo famulantium perpetuam in domino Iesu opto salutem. Presens noster frater *etc.*

17. a) *sine prologo extant Prudentii flores psalmorum etiam in codd. Christ. reg. 191 fol. 88—102', 334 s. XI, Parisino 3761 saec. XIII. Florilegium edidit ex cod. Christ. 191 Trombelli a. 1755. in vet. patr. Latinor. opusc. t. II, 2, 186—200.* b) opusculo *corr. Pinius.*

1) *inde ab anno 814—c. 844, in quo Notingus ei successit.* 2) *a. 813—839 (aut 838), obiit 15. Martii mensis, unde indictio nona ad annos 831 (Sept. 1)—832 (Sept. 1) referenda est.* 3) *Summa numerorum πυαπ.* 4) *Hanc matronam Iuditham imperatricem fuisse vix dubito, ideoque hoc opusculum vel anno 830., vel 833. a Prudentio nondum episcopo, sed capellano palatino, conditum esse necesse est, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 96.*

834 ut psalmus continet secundus vel tertius, quintus, tertius decimus, vigesimus primus,
Ps. 51, 3. necnon et tricesimus quartus, tricesimus quintus et tricesimus sextus, vel 'Quid glori-
aris', seu sexagesimus septimus, sexagesimus octavus et sexagesimus nonus atque
Ps. 108, 2. 'Deus laudem meam' vel caeteri, qui licet in suis sunt congrui sensibus, tamen in his
non pertinent flagitari anxietatibus. Sed ne quis totum, quod absit, perdat in rebus
preoccupatus activis, hos, dum vacat et potest, non tardet orando recitare psalmorum
versiculos. In his, ut scriptum est, totum pro parte et partem pro toto potest iuvante
domino Christo centum quinquaginta perficere psalmos. Et ne inmemor sit, ternis
quaternisque horarum temporibus, septies in die Deo omnipotenti persolvens efficiat
Ps. 118, 164. laudes, ut idem beatus David ait: 'Septies in die laudem dixi tibi, Deus', et caetera.
Ps. 1, 1. 2. Sed iam coeptum aggrediar opus inserens primum cum ultimo ita: 'Beatus vir qui in
cf. Ps. 148, 1. lege Domini meditatur die ac nocte', et cuius spiritus in excelsis laudat Dominum de
Ps. 150, 6 caelis; nam 'omnis spiritus laudat Dominum'. Tu autem huius negotii utilitatis receptor
Ps. 69, 2. receptrixque inchoa primum et ora cum David ita dicendo: 'Deus in adiutorium meum
intende' tribus vicibus cum gloria patri. Atque deinceps ut permixtum insertumque
repereris, ora recitando et flores cum iubilo fidenter carpe Davitica psalmata canendo,
a primo incipiens psalmo ita.

Oratio. Suscipere digneris, domine Deus omnipotens, hoc versiculos consecratos, quos supplex decantare ego cupio in honorem nominis tui, pro me misero indigno peccatore et pro omnibus facinoribus meis sive actis sive factis, dictis, cogitationibus iniquis, concupiscentiis, sive omnibus negligentiis meis magnis ac minimis. Ut hi versiculi proficiant[a] mihi ad vitam aeternam et ad remissionem omnium peccatorum et ad spatium bene vivendi et ad veram et condignam poenitentiam agendam. Amen[b].

18.

Moguntini a Ludowico I imperatore petunt, ut Otgerus archiepiscopus[1] post absentiam diutinam ad sedem suam revertatur. *834.*

Cod. Vindobon. 751 (Theol. 259) s. X. fol. 76—77, quem contulerunt Pertz et Jaffé.

Edd. Serarius Epistolae S. Bonifatii n. 117, Al. Würdtwein n. 139, Giles n. 129, Jaffé Bibl. rer. German. III, 321.

Epistola reclamatoria ob episcopum impetrandum Otgerum.

DOMINO IN DOMINO DOMINORUM OBTIMO VICTORIQUE MAXIMO HLUDOICO, IMPERATORI GLORIOSISSIMO, VIRTUS VITA VICTORIA SALUSQUE CONTINUA, LONGEVIS TEMPORIBUS PER OMNIPOTENTEM DOMINUM HAEC OMNIA VOBIS STABILITA.

Litteras quidem humillimas summae magnitudini vestrae adpresentare suppliciter conamur et probatissimam clementiam vestram appellamus totus clerus omnisque plebs, sub clarissima dominatione vestra degens in parrochia Mogontiensis ecclesiae; non haec faciens per audaciam neque per presumptionem, sed propter nimiam necessitatem, quae cotidie in ipsa parrochia grassatur, absente diu et procul versante suo pastore. O domine piissime, nonne vestra clarissima potestas sanctissimaque voluntas in hoc se studio semper exercuit, ut Christi nomen clarificetur, coletur[a], atque ametur et eius divina potestas per fortitudinis vestrae constantiam multis terrarum locis innotescat?

---

a) proficiat *V.* b) *in V sequitur:* Incipiunt flores psalmorum. De psalmo primo *etc.*
18. a) *sic C.*

1) *Moguntinus 825—847. De tempore, quo haec epistola scripta sit, cf. quae contra Jaffeum, qui eam annis 825—829. assignare voluit, Simson rectius disseruit (Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. II, 84 n. 3).*

Unde et probatissima sollicitudo vestra laborare non cessat, ut ecclesia Christi domini nostri custodiatur, adunetur, regatur, tueatur, et a perfidorum doctrinis intrinsecus purgetur; et ad hoc studium cum magna devotione satis prumpti exsistitis ob impetranda praemia patriae caelestis et aeternae beatitudinis. c. 835

Idcirco, domine, quoniam talia circa Dei ecclesias agitis, nolite oblivisci ecclesiarum plebisque in parrochia nostra consistentium, ne diutius somno torpescant, pastore carentes. Quapropter, clementissime domine, precamur omnes, precamur singuli, quasi corporaliter dulcissimis pedibus vestris provoluti, ut pastorem, quem iam pridem vestra largissima concedente gratia suscepimus, eundem iterum pro elimosina vestra suscepturi gaudeamus; ut in ipsa sede, super qua eum prudentissima sapientia vestra consedere fecit, domino Christo et sanctis eius vobisque valeat deservire; quatenus vestra miserante misericordia ecclesia sancti Martini sanctique Albani martyris Christi ab eo viduata non fiat, in quorum honore atque amore, sicut optime novit cautissima sapientia vestra, prius eum ibi disposuistis officio fungi sacerdotis. Scimus enim eum vobis esse in omnibus fidelem, benivolum, humiliter subiectum, riteque benignum, et in eo maxime libenterque laboraturum, quo valeat bene piissima excellentia vestra in hoc tempore inlaesa existere et in aeterna beatitudine cum sanctis omnibus triumphata in caelo gaudere. Sed quid digne nostra ex parte possumus obtendere contra sagacissimam sapientiam vestram, dum nullus tam doctus tamque idoneus prudentia sit, quem vestra non praecellat industria? Felix populus felixque omnis clerus, qui tali principe regitur, talique defensore gubernatur, protegitur. Hoc faciat Deus et hoc addat, quatenus non solum magnitudo potestatis vestrae principem vos esse ostendat, sed etiam instantia gubernandi domus Dei in laudem sancti nominis eius protectorem et gloriosum triumphatorem longe lateque perficiat. cf. 1. Reg. 14, 44.

His ita, domine, utcumque suppliciter predictis, recordari devotissimam clementiam vestram obtamus de pastore nostro, exiguo vestro famulo, Otgero, intercedentibus his sanctis superius nominatis, ut, sicut cępistis, ita perficiatis, quatenus in sua sede, vestra concedente gratia, Deo et sanctis eius serviat vestramque orationem cum nobis omnibus die noctuque exerceat. Amen.

19.

Ludowicus imperator ob venerationem sancti Dionysii Hildwinum abbatem monasterii sancti Dionysii admonet, ut quicquid de hoc sancto in codicibus cum Graecis tum Latinis vel in chartis Parisiacae ecclesiae extet colligat et in unum corpus lingua Latina redigat, et ut revelationem a Stephano papa in eadem ecclesia acceptam simulque gesta ei adnexa et hymnos de sancto altero volumine subiungat. *c. 835.*

Codd. Cheltenhamensis (C) 16339 (Libri 626) saec. IX. fol. 1', quem cont. Kar. Hampe; Oxoniensis (O) bibl. Bodleianae 1276 (Laud. Misc. 549) s. X. Liber sancti Gorgonii Gorziensis cenobii *fol. 1'—3, quem contulerunt Kar. Pertz et Kar. Hampe; Parisinus (P) 2873 fol. 1 saec. XI. in., quem cont. Hampe.*[a] *Extat etiam in codicc. Parisinis 10846 s. X, 10847 s. XI, 10866 s. XI.*

Edd. Areopagitica ed. Matth. Galenus Coloniae 1563 (Paris 1565) fol. 59; Surius Acta SS. (a. 1574) V, 634; Baronius Annal. eccles. a. 834 n° 5—7; Sirmond Conc. Gall. II, 629; Mansi Coll. conc. XIV, 524—526; Bouquet Recueil VI, 374; Migne Patrol. CIV, 1326; Sickel Acta reg. Karolin. Lud. n. 338; Mühlbacher Reg. n. 920.

---

19. a) *Lemma:* Epistola (a *add. C*) piissimi augusti domni Ludowici (Cludouuici *P*) ad Hilduuinum (Hilduinum *P*) venerabilem abbatem monasterii sanctissimorum martyrum (martir. *P*) Dionisii sociorumque eius de colligendis in corpus unius textus his quae in Grecorum et Latinorum historiis (hyst. *P*) ex praetiosissimi (pretios. *P*) martyris Dionisii (Dionysii *P*) notitia passim scripta reppererat *C, P;* Incipit epistola Chludouuici imperatoris missa ad Hildvinum abbatem monasterii sancti Dyonisii martyris sociorumque eius *O.*

c. 835 IN NOMINE DOMINI DEI ET SALVATORIS NOSTRI IESU CHRISTI CHLUDOWICUS[a], DIVINA REPROPITIANTE[b] CLEMENTIA IMPERATOR AUGUSTUS HILDUUINO[c] VENERABILI ABBATI MONASTERII SANCTISSIMORUM MARTIRUM[d] AC SPECIALIUM PROTECTORUM NOSTRORUM DIONISII[e] PRETIOSI SOCIORUMQUE EIUS AETERNAM IN CHRISTO[f] SALUTEM.

Quantum muneris atque praesidii[g] non modo nobis ac praedecessoribus seu progenitoribus nostris, verum etiam totius imperii nostri populis, Domini providentia per beatissimum Dionisium[e] saepenumero immo continue in magnis gratiarum ubertatibus contulerit, cunctae per transacta tempora Gallicae generationes senserunt, quae eius insigni apostolatu fidei rudimenta sumpserunt, et salutis subsidia perceperunt. Praedecessores[h] autem nostri gloriam huius eximii testis et amici Dei non inaniter coluerunt, qui dum eius sacras excubias[i] in terris ob amorem et honorem domini nostri Iesu Christi opibus quibus poterant honoraverunt, per eius preces dignissimas honoris privilegio potiri et in terrenis et in caelestibus meruerunt. Ut videlicet unus ex priscis Francorum[k] regibus Dagobertus, qui eundem pretiosissimum Christi martirem[l]
639 veneratus non mediocriter fuerat[m] [1], et[n] vita[o] inmortali est sublimatus, et per eius adiutorium, sicut divina ac[p] celebris[q] ostensio perhibet, a poenis est liberatus inque[r] vita perenni[s] desiderabiliter constitutus.

Progenitores quoque nostri mellifluum nomen domni Dionisii[e] — sic enim verbis ac scriptis suis eum appellare consueverunt — non incongrue pia dilectione et dilectissima pietate amplexi[t] sunt. Quia proavus noster Karolus, princeps Francorum inclitus[u], per orationes[v] ipsius excellentissimi martyris indeptum[w] se fuisse gratulatus est apicem principatus, eidemque decurso mortalitatis[x] tempore quod carius potuit habere de-
741 positum, corpus scilicet proprium in magni[y] die iudicii suscitandum, et animam Domino praesentandam fideliter commendavit[2], ac per hoc maxime[z] devotionem atque fiduciam cordis sui erga peculiarem patronum patenter ostendit. Sanctae nihilominus[a] recordationis avus noster Pippinus propter altare quod ante sepulchrum saepefati saepiusque[b] dicendi domni Dionisii[c] per divinam et memorabilem revelationem iussu ipsius sanctissimi martyris in honore Dei et apostolorum eius Petri et Pauli, qui praesentes ostendebantur a beato et angelico viro[d] Stephano, summo pontifice, dedicatum est inter sacra missarum sollemnia[e] una cum duobus filiis, Karlomanno videlicet et divae memoriae domno ac genitori[f] nostro Karolo iure praenominato Magno, ab eodem aposto-
754 lico[d] papa[g] in regem Francorum unctus superni[h] muneris benedictionem percepit[3]. Quique cum quanta se humilitate ante limina basilicae sanctorum martyrum perfuncto[i] huius vitae curriculo sepeliri preceperit, titulus etiam ipsius conditorii innotescit. Sed et nos multis ac frequentibus largitionibus beneficia eius sumus[k] experti[l], praecipue tamen in humanae[m] varietatis eventu, quo Dei ut semper fatendum est iusto iudicio in virga eruditionis suae visitati et baculo speciosae misericordiae[n] eius ante prescriptum altare per merita et solatium[o] domni ac piissimi patris nostri pretiosi Dionisii[c]

---

a) Hludowicus *P.* b) propitiante *C, O.* c) Hilduino *O.* d) martyr. *O, P.* e) Dyon. *O,* Dionys. *P passim.* f) Domino *O.* g) presidii *P.* h) Predec. *C, O.* i) excuvias *C,* exuvias *P.* k) reg. Franc. *O.* l) martyr. *O, P.* m) *corr. ex* fuerant *C,* fuit *O.* n) *om. O.* o) inm. est vita *O,* inmort. vita *P.* p) et *O.* q) cl. *O.* r) inquę *O.* s) perhenni *O, P.* t) amplexati *O.* u) inclytus *O,* clitus *P* in *abscisso.* v) orationem *O.* w) adeptum *O.* x) vitae *O.* y) in die magni *O.* z) devot. max. *O.* a) nihilhominus *O.* b) sepef. sep. *O,* sępef. sęp. *P.* c) Dyon. *O.* d) *om. O.* e) sollempnia *O, P.* f) genitore *P.* g) sancto *add. O.* h) super *O.* i) peracto *O.* k) exp. sum. *O.* l) praecipue exp. *P.* m) humane *P.* n) eius miseric. *O.* o) solacium *O.*

1) *Cf. Fredegarii Chronicar. l. IV c. 79 (SS. rer. Meroving. II, 161).* 2) *Fredegarii Contin. c. 24 (ibid. p. 179).* 3) *Ann. regni Francor. 754 (ed. Kurze p. 12), cf. Oelsner, Jahrb. des fränk. Reichs unter K. Pippin p. 155 sqq.*

virtute divina reerecti et restituti sumus cingulumque militare[a] iudicio atque auctori- c. 835
tate episcopali[b] resumpsimus[1], et usque ad praesens ipsius gratioso adiutorio[c] 834
sustentamur.

Idcirco, venerabilis custos ac cultor ipsius provisoris et adiutoris nostri, domni Dionisii[d], monere te volumus, ut quicquid de eius notitia ex Grecorum hystoriis per interpretationem sumptum, vel quod ex libris ab eo patrio sermone conscriptis et auctoritatis nostrae iussione ac tuo sagaci studio interpretumque[e] sudore in nostram linguam explicatis, huic negotio inseri fuerit congruum, quaeque etiam in Latinis codicibus iam inde habes inventum[f], adiuncta ea[g] quae in libello passionis ipsius continentur, necnon et illa quae in tomo cartis[h] vetustissimis armario Parisiacae ecclesiae[i], sacrae videlicet sedis suae, prolatas[k] inveneras et obtutibus sollertiae nostrae serenitatis ostenderas secundum quod rerum, causarum etiam et temporum, convenientiam noveris, in corpus unum redigas atque uniformem textum exinde componas, quatenus[l] devotis compendiosius valeant innotesci, et fastidiosis minusve capacibus vel studiosis lectionis possit tedium sublevari pariterque omnibus aedificationis utilitas provideri.

His ita contextis volumus, ut revelationem ostensam beato papae Stephano in ecclesia[m] eiusdem sanctissimi Dionisii[d], sicut ab eo dictata[n] est, et gesta quae eidem subnixa[o] sunt, una cum ymnis[p], quos de hoc gloriosissimo martire[q] atque pontifice habes, et officium nocturnale subiungas. Sed et differenter ac cum integritate sui quaeque ex eo reperta sunt in altero volumine colligas, nobisque distincte et correcte transcripta quantocius[r] dirigas aut presentes, quoniam maximum valdeque dulcissimum pignus desiderabilis presentiae ipsius domni et solatiatoris[s] nostri, ubicumque simus, habere nos credimus, si cum[t] eo[u] vel de eo aut ab eo dictis oratione, conlatione sive lectione conloquimur[v].

Vale in Christo, vir Domini, in sacris orationibus iugiter memor nostri.

20.

Hildwinus abbas sancti Dionysii Ludowico Pio imperatori omnia quae de S. Dionysii vita et passione reperire potuit in unum librum congesta mittit, Dionysium Areopagitam Atheniensium episcopum extitisse testimoniis veterum argumentatus. *c. 835.*

Codd. Cheltenham. 16339 fol. 5'—21, Oxoniensis bibl. Bodleianae 1276 fol. 3'—11; fragmentum extat in Musei Britann. Add. Msc. 22793 fol. 1—3'.[a]

Edd. Areopagitica ed. Galenus fol. 62; Surius Acta SS. (1574) V, 635—640; Migne Patrol. CVI, 13—22.

---

a) et *add. O.* b) ępisc. *O.* c) sust. adiut. *O.* d) Dyon. *O.* e) interpręt. *O.* f) -ta *corr. ex* -tum *in marg. al. man. coaet. O.* g) adiunctis *corr. in marg. al. man. coaet. ex* adiuncta ea *O.* h) castis *C, O, P.* i) aecclesię *P.* k) prolatis *P.* l) quatinus *O.* m) aeccl. *P.* n) dicta *O.* o) subnexa *O.* p) hymnis *P.* q) martyre *O.* r) quantotius *O, P.* s) solaciat. *O.* t) *post* cum *deletum est* de eo *O.* u) *om. O.* v) conloquuntur *in marg. al. man. coaet. corr. in* -quimur *O.*

20. a) *Lemma:* Rescriptum eiusdem ad serenissimum imperatorem domnum (dumnum *P*) Chludowicum, unde et qualiter sumpta sunt ea quae in corpus unius textus secundum iussionem ipsius redegerat ex Grecorum et Latinorum historiis de notitia excellentissimi martyris Dionysii (Dionisii *P*) *O, P.*

1) *Simson, Jahrb. des fränk. Reichs unter Ludw. dem Fr. II, 90.*

c. 835 DOMINO BENIGNITATE[a] AMABILI[b] ET AUCTORITATIS[c] REVERENTIA HONORABILI, CHLUDOWICO PIO SEMPER AUGUSTO HILDWINUS[d], HUMILIS CHRISTI FAMULUS, ET DOMINI MEI DIONISII[e] PRAETIOSI AC SOCIORUM[f] EIUS MATRICULARIUS VESTRAEQUE IMPERIALI DOMINATIONI IN OMNIBUS DEVOTISSIMUS, PRESENTEM IN CHRISTO PROSPERITATEM ATQUE AETERNAE FELICITATIS BENEDICTIONEM OPTAT ET GLORIAM.

1. Reg. 2, 1. (c. 1) Exultavit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Deo meo. Dilatatum est os meum et gaudebunt labia mea, ut adnuntiem praeconia[g] domini mei gloriosissimi martyris Dionisii, ab eximio imperatore domino meo iussus, quae reticere non poteram, etiamsi a quoquam fuissem forte prohibitus, et revera magna mihi est ratio gratulandi, quoniam cumulatius mihi effectum desiderii mei prestare voluit divina dignatio, ut mentis meae conceptum ei placere cognoscerem, cum quod agere spontanee disponebat mea humilitas, in agendo data manu auctoritatis, cooperaretur vestra Deo placens sublimitas. Qua de re bonorum operum et spiritalium[h] omnium studiorum illum auctorem esse non dubium est, qui quorum incitat mentes, quo
cf. Ps. 12, 6. sibi placet ingenio, adiuvat actiones. Sed et in hoc valde exultat spiritus meus in Deo salutari meo, quoniam christianus animus vester sic evidentissime erga se divinae bonitatis beneficia, et sanctorum cognoscit solatia[i] et tam promptissime se accensum ostendit circa auctoris et reparatoris sui, seu specialium suffragatorum suorum, venerationem atque obsequium[k]. Non enim sic ab intimis pia anima vestra divina confiteretur vera et iusta iudicia, nisi se ipsam sancto inluminatam[l] cognosceret Spiritu: nec ita devotissime amici Dei bene gesta et dicta, maxime sagacitatis vestrae prudentia perquireret, nisi summum bonum, a quo et per quem omnia sunt bona, diligeret. Cuius amore religiosa devotio vestra accensa esse dinoscitur, ut Christi militum gloriosos triumphos inquireret. Quos cum noverit, per eorum adiutorium robustius contra vitia vitiorumque auctores pugnabit, quatenus[m] martyrum exempla sectando, qui viriliter certaverunt et fideliter satis vicerunt, ad palmam, qua illi munerati sunt, et ipsa[n] pertingat. Huc accedit[o] ad voti et sollicitudinis vestrae incitamentum, quia Ezras, sanctae scripturae reparator, magnum remunerationis donum exinde apud Deum promeruit, et laudabile sibi nomen apud homines adquisivit.

(c. 2) Quocirca et vestrae sedulitatis instantia, cum pro magna antiquitate huius sanctissimi patris nostri, quantum ad generationem[p] terrenam et conversionem[q] seu obitum attinet[r], mira[s] sanctitate et miraculorum prodigiis orbi pene cuncto innotuit: notitia ipsius paucis nostrorum cognita, plurimis adhuc manet incognita, cum per[t] vestrum studium patuerit, et meritum, ut melius ipsi scitis, grande vobis conciliabitis, et memoriale perpetuum adquiretis. Faciat autem Dominus, ut et nos idonei inveniamur cooperatores, ad bonae voluntatis vestrae perfectionem, qui tanto sine aliqua haesitatione vestris iussionibus oboedimus, quanto illa rogatis seduli exactores, quae exhibemus voluntarii executores[u].

Idcirco, quia reperta quaeque tam in Grecis quam in Latinis codicibus ex domno et patrono[v] nostro Dyonisio[w], quae hactenus[x] minus cognovimus, vobis ocius in unum collecta mittere poscitis[y], et incongruum ducimus auctoritatis vestrae pio desiderio[z] differri, quod ex debito servitutem nostram constat debere largiri[a], quantum conibet brevitas temporis, quicquid ori suggerit[b] memoria citae recordationis, favente Domino,

---

a) et *add. O.* b) admirabili *ed.* c) auctoritatas *corr. in* -tes *P.* d) Hildvinus *O.* e) Dionysii *O.* f) sotiorum *P.* g) prec. *O, C.* h) spiritual. *O.* i) solacia *O.* k) obsequeum *corr. in* -quium *P.* l) inluminata *C, P.* m) quatin. *corr. al. man.* quaten. *O.* n) ipse *O.* o) acce.dit *una littera erasa O.* p) regenerationem *C, P.* q) conversationem *O.* r) adt. *O, P.* s) nam *C, P.* t) *om. O.* u) exequut. *O, P.* v) patre *C.* w) Dionysio *P.* x) act. h *eraso O.* y) mitti reposcitis *C.* z) *in marg. al. man. coaet. corr. in* pium desiderium *O.* a) *corr. ex* largire *O.* b) suggesserit *O, P.*

c. 835

velociter scribentium committemus notariorum[a] articulis: deprecantes vestram humiliter[b] sapientiam, ne in his, quae reverentia et amore sanctissimi martyris et propter iussionis vestrae oboedientiam scribenda aggredimur[c], verborum pompositatem aut dictationis leporem, sed purissimae[d] veritatis, sicut ab antiquorum dictis sumpsimus, querere[e] studeatis sinceritatem, nosque reprehendere[f] de casuum et praepositionum[g] atque coniunctionum virtute, seu litterarum in subsequentes[h] inmutatione vel punctorum secundum artem grammaticam positione, nolite, quia non id studendum, sed nostrae deservitionis obsequium ac commendationis vestrae[i] officium accelerandum suscepimus: maxime cum haec, quae ab aliena lingua expressimus, in tenoris serie[k], sicut de prelo sunt eliquata, texemus: quae licet in interpretatione non redoleant supparem[l] sermonis odorem, sapidum tamen referunt veritatis et intellectus sui saporem. Ordinem igitur historiae, sicut vestra[m] iussit dominatio, in unum congestum et singillatim postea plenitudinem eius discretam, cunctis legentibus atque audientibus pandemus. Nam divinae erit inspirationis et exsecutionis id quod[n] desideramus fideli animo propalare, verum atque probabile demonstrare. Ex quo nos laborandum non magnopere aestimamus, quia quid tenendum de hoc sanctissimo martyre Christi sit, quid credendum, notae et probatissimae personae veracibus dictis declarant.

(c. 3) Genere siquidem eum nobilissimum et philosophiae magisterio insignem apud Athenas claruisse et aliarum historiarum et apostolorum actuum testimonio saecula prisca seu instantia cognoverunt: maxime autem ex[o] historia Aristarchi Grȩcorum[p] chronografi, qui in epistola ad Onesiforum primicerium de situ Athenae civitatis et gestis ibidem apostolorum temporibus scribens[1], ortum prosapiae et doctrinam eius atque conversionis ordinem sive aetatis tempus, necnon et ordinationem ipsius ac predicationem, subrogationem etiam episcopi in loco suo, et adventum illius Romam ordinabiliter narrat. Quam epistolam vestrae dominationi dirigimus, et quisque studiosus[q] apud nos prevalet invenire. Curiosus[r] autem ex Grecorum fontibus[s], unde et nos illam sumpsimus, poterit[t] mutuare. Quod enim[f] ante conversionem suam Heliopolim[u] astrologiae gratia migraverit, ubi et tenebras in crucifixione salvatoris nostri una cum Apollofanio sodali suo vidit, et quia tunc viginti et quinque erat annorum, ipse in epistolis ad Policarpum Smyrneorum[v] episcopum, et ad eundem[w] Apollofanium missis ostendit[2]. Quia vero cum omni domo et Damari uxore sua crediderit, lectio (Act. 17, 34.) actuum apostolorum docet, et evidentius dialogus Basilii[x] et Iohannis capitulo quinto libri quarti[3] demonstrat. Sed et beatus Ambrosius in epistola ad Vercellenses, eandem uxorem[y] eius ex nomine designans, perspicue manifestat[4]. Beatus[z] denique pater Augustinus in sermone pulcherrimo, quem de seminatore verbi scripsit[5]: 'Apostoli sermone finito, audita illic resurrectione mortuorum, quae praecipua est fides christianorum, refert dixisse Athenienses: 'Audiemus te de hoc iterum'. Erant enim quidam inter eos irridentes, qui- (Act. 17, 32.) dam dubitantes, quidam credentes, atque in eis nominatur quidam Dionysius Ariopagita, id est Atheniensium principalis, et mulier quaedam nobilis, nomine Damaris, et alii plures'. Et in eodem sermone, ubi de scandalo Iudaeorum et stultitia gentium scribit dicens[6]: 'Iudaeis (1. Cor. 1, 23.) quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, sed ipsis vocatis Iudaeis et Graecis, hoc est ipsi Paulo ex Saulo, et Dionysio Ariopagita, his talibus et illis, Christum Dei virtutem et Dei sapientiam'.

---

a) notarum *C.* b) humilitatem *O.* c) adgr. *O.* d) plurissimȩ l *del. O.* e) quaerere *P.* f) *om. C.* g) proposit. *P.* h) subsequentium *O.* i) nostrȩ *O.* k) *corr. ex* sirie *O.* l) sui parem *O.* m) vestre *C.* n) qođ *O.* o) *om. O.* p) Aristargi Grecorum *P.* q) studiosius *C.* r) curiosius *C.* s) funtibus *P.* t) poterat *O.* u) Iliopolim *C.* v) Smneorum *C*, Smyrneurum *corr. in* -eorum *P.* w) *corr. ex* eundendem *C.* x) Bassilii *P.* y) *corr. ex* unorem *C.* z) Beatus — sapientiam *om. C, P.*

1) *Cf. de hoc fetu adulterino Acta SS. Bolland. Oct. t. IV p. 696 sqq. Fragmentum eius ibidem editum est p. 704—705.* 2) *S. Dionysii opp. ed. Corderius ep. 7 (a. 1644, I, 771).* 3) *Iohann. Chrysost. de sacerdotio l. IV c. 7, opp. ed. de Montfaucon I, 412.* 4) *Ambrosii opp. ed. Bened. II, 1028 ep. 63 § 22.* 5) *Sermo 150 c. 1 § 2, opp. ed. Benedict. V, 711.* 6) *ibid. c. 8 § 9 col. 716.*

c. 835 (c. 4) Ceterum de notitia librorum eius, quos patrio sermone conscripsit, et quibus petentibus illos composuit, lectio nobis per Dei gratiam et vestram ordinationem, cuius dispositione interpretatos scrinia nostra eos petentibus reserant, satisfacit. Auten-
827 ticos namque eosdem libros, Greca lingua conscriptos, quando echonomus[a] ecclesiae[b] Constantinopolitanae et ceteri missi Michaelis legatione publica ad vestram gloriam Compendio functi sunt[1], in ipsa vigilia sollemnitatis sancti Dionisii[c][2] pro munere magno suscepimus, quod donum devotioni nostrae ac si caelitus allatum, adeo divina est gratia prosecuta, ut in eadem nocte decem et novem nominatissimae virtutes in aegrotorum sanatione variam infirmitatum ex notissimis et[d] vicinitati nostrae personis contiguis ad laudem et nominis sui gloriam orationibus et meritis excellentissimi sui martyris Christus dominus sit operari dignatus.

(c. 5) Quoniam autem beatus[e] Clemens huc eum, videlicet in Gallorum gentem[f] direxerit, et qualiter per martyrii palmam diversissimis et[g] crudelissimis afflictus suppliciis, ad Christum pervenerit, et quomodo caput proprium, angelico ductu caelestis militiae in celebratione exequiarum honoratus obsequio, ad locum, ubi nunc requiescit, detulerit, et quo ordine a Catulla quadam[h] matrefamilias sit sepultus, libellus antiquissimus passionis eiusdem explanat[3]. Praecipue tamen conscriptio Visbii[4], quae in tomo satis superque abdito Parisius divino est[i] nutu inventa, inter alia memoranda, sicut in ea legitis, verba domini nostri Iesu Christi ad eum prolata, quando sacra mysteria perageret illi[k] cunctis videntibus apparentis, continere dinoscitur. Cui adstipulari videntur antiquissimi, et nimia pene vetustate consumpti, missales libri continentes missae ordinem more Gallico, qui ab initio receptae fidei usu in hac occidentali plaga est habitus, usque quo tenorem, quo nunc utitur, Romanum susceperit. In quibus voluminibus habentur duae missae, quae sic inter celebrandum ad provocandam divinae miserationis clementiam[l], et corda populi ad devotionis studium excitanda, tormenta martyris sociorumque[m] eius succincte[n] commemorant[o], sicut et reliquae missae ibidem scriptae aliorumque[p] apostolorum vel martyrum, quorum passiones habentur[q] notissimae, decantant. Quarum missarum cantus[d], sensus et verba, adeo passionis eorundem, quam vobis misimus, seriei concordare[r] videntur, ut nulli sit dubium, a teste illorum martirii[s] agones eorum fuisse descriptos, et ex ipsa veraci historia[t] memoriam tormentorum suorum in prefatis precibus fuisse mandatam.

(c. 6) Videtur porro in his missarum obsecrationibus non contemnenda auctoritas de memorata passione sanctorum, cum extent apud nos epistolae Innocentii, et post eum Gelasii, necnon et modernius beati[u] papae Gregorii, aliorumque pontificum ad episcopos urbium Galliarum, et antestitum[v] nostrorum ad ipsos, de more Romano in cunctis ecclesiasticae[w] auctoritatis muniis imitando, quibus datur intellegi ab annis pluribus hunc missae tenorem de Gallica consuetudine recessisse, et hanc passionis martyrum istorum[x] memoriam longe superiori tempore his occidentalibus partibus per supplicationum postulationes inolevisse. Quibus tanto certius[y] fidem accommodamus, quanto in tempore vicino post consummationem eorum, easdem fuisse compositas sine dubitatione concredimus.

---

a) oeconomus *O.* b) aecclesiae *P.* c) Dionysii *P.* d) *om. C.* e) betus *P.* f) gente *O.* g) et crudel. *om. C.* h) *corr. ex* quidam *O.* i) *om. C, P, superscr. in O.* k) illic *O.* l) claementiam *P.* m) sotiorumque *P.* n) succinte *O, P.* o) commerant *P.* p) aliorum *C, P.* q) abentur *C.* r) concordari *C, P.* s) martirum *O.* t) hist. *O*, hyst. *P.* u) *corr. ex* beate *C.* v) antistitum *O, P.* w) aecclesiast. *P.* x) historum *O.* y) cercius *P.*

1) *Cf. Ann. regni Francor. 827 (ed. Kurze p. 174):* Septembrio mense Conpendium. 2) *i. e. die 8. Octobr., cf. Mühlbacher Reg. n. 817.* 3) *Fortunati opp. pedestr. ed. Krusch (Auct. ant. IV) p. 103. 104.* 4) *Cf. Acta SS. l. l., ubi p. 706 Visbius fictus editur.*

(c. 7) Nec tamen quisquam[a] putabit beatum Dionysium[b] eiusque successores ab institutione apostolica propter huiusmodi missae ordinem Gallicis consuetudinibus in primordio traditum, discrepasse, si ei constiterit[c], ipsorum apostolorum et apostolicorum virorum ipsiusque etiam urbis Romae sensus proprii abundantiam[d] notam esse. Nec mirari quis poterit, cur ymnum[e] sancti Eugenii Toletani de beato Dionysio[b] [1] habeamus[f], et vicinorum sapientium scriptis, exceptis[g] paucis, videamur carere: cum et haec quae habemus, ut exorata[h] priorum nostrorum venia dicamus, abdita et neglegenter relicta repererimus[i], et alia necdum propalata, quia non adhuc sunt ad liquidum enucleata, nos possidere laetemur. c. 835

(c. 8) Ceterum super garrulitate levitatis eorum mirando deficimus, qui contendentes hunc Dionysium Ariopagiten esse non posse, ad munimen sui haec quae sequuntur, inaniter contrahunt, venerabilem videlicet et sanctum Bedam presbiterum dixisse in tractatu apostolorum actuum [2] Ariopagiten Dionysium[b] non Athenarum, sed Corinthiorum[k] fuisse episcopum, addentes[l] eundem inibi diem obisse. Et quoniam libellus passionis istius testetur [3], hunc a Clemente pontifice Romano episcopum ordinatum et in has Galliarum partes[m] fuisse transmissum, quia etiam passiones diversorum sanctorum martyrum, sub variis imperatoribus interfectorum, contineant eosdem cum hoc sanctissimo viro has partes adisse, quod ipse sensatorum manifeste refellit auditus, et quod Gregorius Turonensis, sicut in passione sancti Saturnini legisse se dixerat [4], sub autumatione memoret, istum ipsum tempore persecutionis Decii sub beato Sixto[n] cum aliis sex episcopis, quorum vitae vel passiones nequaquam eius[o] dictis in ratione temporum consonant, in has regiones fuisse directum.

(c. 9) Ecce omnis minus scientium, sibi ipsi discordans, auctoritas, cui velut ex superfluo propter satisfactionem[p] insipientium respondemus, cum veram ex hoc sancto pontifice et martyre narrationem veracium[q] historiarum pre manibus habeamus: primo quidem petentes, ut[r] in hoc iure contentiosi, ab albugine contracta arrogantiae, ex usurpata sapientia, quia[s] videri se[t] scioli volunt, oculos tergant, quo perspicacia perspicaciter et vera fideliter relegant. Et si[u] nonnisi unum oculum aperuerunt, quando legerent, quod per subreptionem venerabilis Beda presbiter in prefato opere, secus quam debuit[v], dixerat, ubi idem se reprehendit, et reprehensorum suorum vocem preveniens retractationem scripsit: scrobem, in qua alter oculus esse debuerat[w], aperiant et in ecclesiastica[x] historia [5] discant, quia Dionysius Corinthiorum[y] episcopus de Dionysio Athenarum episcopo in epistola sua ad eosdem Athenienses directa commemoret, ita enim ibi libro[z] quarto capitulo XXIII. scriptum est: 'Extat quoque et alia eius, quin Dionysii Corinthiorum episcopi, ad[a] Athenienses epistola, in qua ad evangelii credulitatem eos invitat et concitat segniores, simul et arguit quosdam, velud pene prolapsos a fide, cum episcopus eorum Publius fuisset martyrio consummatus. Sed et Quadrati, qui Publio[b] martyri successerat in sacerdotium[c], meminit, simul et memorat, quod labore eius et industria redivivus quidam in eis calor fidei reparatus sit. Et illud in eadem designat epistola, quod Dionysius Ariopagites, qui ab apostolo Paulo instructus, credidit Christo secundum ea quae apostolorum

---

a) quisque *C, P.* b) Dyonysium *O.* c) constituerit *C.* d) habund. *P.* e) hymn. *P.* f) habemus *O.* g) *om. O.* h) *corr. in* exarata *C.* i) reppereremus *O.* k) Cor. h *superscr. O,* Chorinthior. *P.* l) adtendentes *O.* m) parte *O.* n) Syxto *O, P.* o) dict. ei. *O.* p) satisfacionem *P.* q) veratium *O, P.* r) *om. P.* s) qua *O, P.* t) *om. O, P.* u) *superscr. C.* v) abuit *O.* w) *corr. ex* debuerant *O.* x) aeccl. *P.* y) Chorinth. *O, P.* z) libri *O.* a) *om. C.* b) Pullio *O.* c) sacerdocium *P.*

1) *Collectio patr. eccl. Tolet. I, 79, Acta SS. Oct. IV, 729—730.* 2) *Bedae opp. ed. Giles XII, 72.* 3) *Fortunati opp. ped. p. 103.* 4) *Hist. Francor. I c. 30 (SS. rer. Meroving. I, 48).* 5) *Eusebii hist. eccles. vers. Rufini, Basil. 1523 p. 91—92.*

c. 835 actibus designantur, primus apud Athenas ab eodem apostolo episcopus fuerit ordinatus. Cuius epistolae, sed et aliarum epistolarum ipsius Dionysii Corinthiorum[a] episcopi et eius utique, quam ad Soterem Romanum episcopum miserat, beatus Hieronimus in libro de viris inlustribus facit apertissime mentionem[1]. Unde quisque videns, sub quibus imperatoribus quique eorum fuerint, liquido potest colligere, quantae absurditati ratio sit ista obnoxia[b], cum inter hos duos Dionysios[c] tam plura discreta sint tempora.

(c. 10) Legitur item sic in eadem ecclesiastica[d] hystoria[2] capitulo quarto libri tertii[e]: 'Memorantur autem ex comitibus Pauli Crescens quidam[f] ad Galatias esse profectus, Linus vero et Clemens in urbe Roma ecclesiae[d] prefuisse, qui comites et adiutores eius fuisse ab ipso Paulo perhibentur, sed et Dionysium Ariopagiten apud Athenas, quem Lucas descripsit primum Paulo predicante credidisse ac inter socios eius fuisse et ecclesiae[g] Atheniensium constat sacerdotium suscepisse'. De cuius, videlicet Dionysii Ariopagitae, obitu nil Greci scriptores dixerunt, quia propter longinquitatem terrarum transitus ipsius penitus eis mansit incognitus. Habemus tamen Grecae auctoritatis martyrlogium[h] de tomo cartisscriniis Constantinopolitanis adeptum, qui tanta vetustate dissolvitur, ut maximam cautelam a se contingentibus[i] exigat: in quo diem natalicii eius designatum, et quia Atheniensium episcopus fuerit, repperimus[k] adnotatum. Quod martyrlogium[h], ut antiquitas eius demonstrat, ex eo tempore constare posse non incongrue remur, quo[l] Constantino iubente nota occasione martyria sanctorum Domini de toto orbe collecta et Caesaream sunt convecta[3]. Sed et usque hodie Grecorum maiores et Athene[m] incolae perhibent hystoriarum scriptis et successionum traditionibus docti, in eadem civitate Dionysium tunc temporis primum fuisse episcopum, quando Timotheus, Pauli aeque[n] discipulus, Ephesiorum rexit ecclesiam[o], ipsumque, subrogato sibi episcopo, Romam adisse, et ut compererunt apud Gallorum gentem glorioso martyrio consummatum fuisse. Quod et Tarasius[p], patriarcha Constantinopolitanus[4], per legatos suos sollicite inquisivit, et ita se causam habere certus, eandem Atheniensium civitatem pallio archiepiscopali, quod iam ex ea diuturno tempore, orta quadam contentione, subtractum fuerat, redonavit, et sinodali[q] consensu metropolis auctoritate, qua ante functa fuerat, honoravit. Nam a precedentibus annis usque ad illud tempus eiusdem civitatis episcopus nec suberat[r] alteri, nisi patriarchae, nec iuri eius debitarum sibi episcopi civitatum[s] subdebantur.

(c. 11) Quod autem dicunt in passione istius beati Dionysii scriptum haberi, quia eum sanctus Clemens episcopus[t] ordinaverit et[u] Gallias miserit, procul dubio sciant, quia[v] aut predictam passionem ex veris et emendatioribus exemplaribus non susceperunt aut scriptorum vitio depravatam[w] legerunt, quoniam non ibi scribitur eum episcopum a beato Clemente consecratum, sed apostolum totius Galliae fuisse ordinatum[5]: de qua ordinatione apostolatus, nisi ad alia se intentio nostra dirigeret, et ex apostolorum actibus et ex[x] ipsius Domini[y] actione auctoritatis exemplum[z] sufficienter[a] his[b] scriptis possemus inserere. Fieri enim potest, ut diximus, quod textum passionis istius sancti Dei ex autenticis scriptum non habeant, et ideo in hoc errent, quia et nos plures[c] codicellos exinde vidimus, qui in quibusdam[d] sensu vide-

---

a) Chorinth. *O, P.* b) obnixia *corr. in* -noxia *O.* c) Dionysyos *P.* d) aeccl. *P.* e) tercii *P.* f) quidem *P.* g) eclesię *O*, aeccl. *P.* h) martyrologion *O.* i) contigentibus *P.* k) reper. *O* l) quod *C.* m) Athenae *P.* n) ęquę *O.* o) eclesiam *O*, aeccl. *P.* p) Tarius *O.* q) synodali *O.* r) superat *O.* s) civitatium *O.* t) episcopum *P.* u) *hic incipit L*, et in *O.* v) qui *C.* w) depravatum *L.* x) *om. L.* y) *superscr. C.* z) exempla *L.* a) in *add. L.* b) hys *P.* c) cod. plur. *O.* d) qui *superscr. L.*

1) *Hieronymi opp. ed. Vallarsius II, 855 c. 27.* 2) *Eusebii hist. eccl. vers. Rufini p. 47.* 3) *Cf. Hieron. rescript. ad Chromat. et Heliodor. Martyrologio praefix. Acta SS. Boll. Oct. XIII, p. I.* 4) *784—806.* 5) *Passio c. 3 (l. l. p. 103):* Sanctus igitur Dionisius qui tradente beato Clemente Petri apostoli successore verbi divini semina gentibus parturienda susceperat *etc.*

bantur concordari[a], sed littera[b] admodum[c] dissonare[d], in quibusdam autem nec sensu nec orationis[e] tenore poterant sociari[f]. Quod manifestum est huius venerabilis et antiquissimi patris vetusta longinquitate et ignotae atque peregrinae linguae, ubi de eius notitia maxime scriptum erat, inscitia[g] seu devotione fidelium accidisse, qui non studuerunt ad priscas hystorias pro cognitione eius recurrere, sed ea quae auditu collegerant[h], ut Gregorius Turonensis, non votivo errore fallens, videntes insignia magnifica atque innumerabilia per eum fieri, prout unicuique sensus habundavit[i], curaverunt scriptis committere. Sic et de sanctorum apostolorum gestis ac passionibus factum legimus, et de aliis quibusque hystoriis ecclesiae[k] necessariis manifeste comperimus. Fuerunt siquidem qui de beatorum apostolorum virtutibus vera dixerunt, sed de eorum doctrina falsa sunt commentati. De ecclesiasticis[l] itidem hystoriis atque ortu et[m] actu vel obitu patrum quidam, quantum[n] ad rerum gestarum spectat fidem, veracia conscripserunt, quantum vero ad temporum vel locorum attinet veritatem, minus caute confinxerunt[o]. Sic[p] profecto, ut notum est, in scripturis canonicis diversorum interpretum varietas extitit, in quibus quique minus dixerunt, alii quaedam addiderunt, quousque earum per beatum Hieronimum lingua nostra meracam veritatem ab ipso fonte suscepit.

c. 835

cf. Rom. 14, 5.

(c. 12) Quocirca nulla hystoria sic probabilis poterit vel debet haberi, quam ea quae de veridicorum[q] precipue ortodoxorum conlatione[r] poterit colligi. Et ideo certius[s] tenenda sunt, quae modo de hoc eximio martyre collecta conscribimus, quam illa, quae de quolibet alio sancto sine auctoris nomine passim scripta relegimus, praesertim cum haec quae scribimus, de antiquariorum antiqua scriptura sint[t], velud[u] ex prato non Parisiaco, sed paradisiaco[v] verissime cum auctorum nominibus defloramus. Ceterum parcendum est simplicitati viri religiosi Gregorii Turonensis episcopi, qui multa aliter quam se veritas habeat aestimans, non calliditatis astu[w], sed benignitatis ac simplicitatis voto, litteris commendavit. Patenter et quidem noscere possumus, non adeo quaedam sollerter eum investigasse, cum ei contemporalis existens vir prudens et scolasticissimus Fortunatus, qui plura et frequenter ad eundem scripserat, ymnum[x] rithmicę compositionis pulcherrimum de isto gloriosissimo martyre composuerit[1], in quo commemorat[y] eum a beato Clemente[z] huc destinatum, sicut in Latinorum paginis didicit, de natione autem eius et ordinatione episcopatus[a] mentionem non facit, quia linguae Grecae penitus expers fuit.

(c. 13) Tantis igitur et tam manifestis testimoniorum assertionibus de hoc sanctissimo et antiquissimo patre, ad liquidum elucubratam et propalatam omnibus scire volentibus veritatem, et ita nescire volentibus ingestam certissimam rationem, ut etiam si velint quod ex illo verum est, ignorare non possint: cesset, quod isdem Ariopagites[b] non sit Dionisius[c], exitiabilis et profana nimis contentio, quia qui famam martyris derogare aliquo modo gestit, veritati sine dubio, cui testimonium perhibens tanta transfretando[d] maria, in tam longinquam regionem exulari et pro ea pati sic acerbissime sustulit, detrahere caeca fronte et inbecilli virtute contendit. Nam ut[e] vere impius et pervicax iudicandus erit, qui post tot ratas sententias, opinioni suae hinc aliquid animo perverso tractandum reliquerit. Et sicut extremae dementiae est, qui in medio

---

a) concordare *L.* b) litteratura *O, P.* c) *om. L.* d) dissonari *O.* e) rationis *L.* f) sotiari *P.* g) inscia *corr. radendo ex* inscitia *O.* h) colligerant *P.* i) abundavit *C.* k) eclesię *O,* aeccl. *P.* l) aeccl. *P.* m) vel *O, L.* n) quintum *L.* o) confixerunt *O.* p) Si *C.* q) veredicorum *C, L.* r) collatione *O, L.* s) cercius *P.* t) *om. O, P.* u) velud *C.* v) parisidiaco *O.* w) artu, *in marg.* astu *P.* x) hymn. *P.* y) commerat *P.* z) Clementae *P.* a) *corr. ex* -tum *C.* b) hisdem Ariopagitaes *P.* c) Dyonis. *O,* Dionysius *P.* d) fretando *L.* e) *lac. in L.*

1) *Spur. carm. VI (Fortunati opp. poet. ed. Leo p. 383).*

c. 835 et perspicuo die commenticium[a] lumen requirit, ita quisquis post veritatem repertam quiddam ex hoc ulterius dubitaverit, quoniam ex studio mendacium[b] quaerit, comes cf. Ioh. 8, 44. et discipulus eius, qui ab initio mendax et pater mendacii extitit, non inmerito rectorum decreto erit.

(c. 14) Et quanta sit hebitudo[c] susurronum, pessimi generis hominum, aestimare non valeo, qui cum[d] doctorem egregium[e] et eximium martyrem se habere, si gloriam patriae suae suamque quererent[f], contendere debuissent, potius se, cum habeant, non habere inmurmurent.

(c. 15) Quanta quoque sit mentium amentium perversitas, dolere, ut res postulat, nequeo, quae cum votis et laudum praeconiis martyrem gloriosum suis iniquitatibus debuissent conciliare propitium, detractione[g] et famae minoratione laborant, quantum ex ipsis est, sibi habere infestum. Sed isdem[h] in caelis talium nec laude crescit, nec derogatione decrescit, qui salvatori iunctus et concivis angelorum effectus, de cf. Apoc. 14, 4. summa caelorum arce singulorum voluntates intendit, et sequens agnum quocumque ambulat, corda etiam[i] omnium, divino lumine[k] plenus, perscrutatur et penetrat. In hoc quin etiam[l] seculo non indiget gloriae testimonio huiusmodi hominum, si tamen dicendi sunt homines, qui detrahunt eum in caelis iam inmortaliter regnantem, quem adhuc in mortali corpore veneratae sunt bestiae agonizantem. Sufficiens est enim illi suisque comitibus laus illa in seculo, quam splendidissima eorum monumenta testantur et celebri adoratione christianus orbis totus fere proclamat. Nec mirum, si martyr Iesu domini istorum sustineat cavillationes[m], cum idem Deus maiestatis, qui Rom. 6, 9. cf. 1. Petr. 3, 22. resurgens a mortuis iam non moritur et in caelis[n] ad dexteram patris sedet, subiectis sibi principatibus et omnium angelorum potestatibus, per tanta annorum volumina adhuc ab incredulis indebita patiatur innoxie[o] preiudicia.

(c. 16) Haec interim, donec plura sumatis de cognitione suffragatoris vestri[p], auguste serenissime, sumite et veraciter omnibus innotescite, quia haec quae fideliter vestrae dominationi dirigimus, veraciter ex veracibus hystoriographis et hystoriarum paginis colligere procuravimus, quoniam veritas, pro qua pretiosum sanguinem hic servus et amicus Domini fuderat, nostro mendatio[q] adstipulari non indiget, quae suo sibi testimonio sufficit, quaeque testes veracissimos quos repleverit, testificantes veracia efficit. Denique quod nos diu multumque anxiantes quaesivimus, aliquis alius forte mirabitur, videlicet cur post omnia tormenta novissime, velut ab initio, hi sancti viri nudi publice virgis caesi et ex studio hebetatis[r] securibus sunt decollati, quod tanto magis potest cogitando mirari, quanto aliis sanctis Dei hoc genus decollationis rarius aut nusquam legitur adhiberi. Qui noverit, uti in[s] verbis passionis illorum conicimus, et multa veterum gesta revolventes didicimus, antiquitus morem fuisse Romanum, ut quisquis nobilissimorum reus maiestatis a militia et defensione reipublicae alio se conferens, contra senatus votum ageret[t] vel aliter quam se sententia[u] haberet docere quoquo modo presumpsisset, securi ignominiose flagellis publicae[v] caesus cum omni dedecore interiret. Unde et centesima[w] undecima olimphiade[1][x] Romanorum consul Manilius Torquatus filium suum, licet victorem, quod contra imperium hostes[y] pugnaverit, virgis caesum securi percussit. Quapropter ex his vos et quique legentes advertite, quantae nobilitatis hic sanctus Domini Dionysius secundum terrenam gene-

a) conment. *P.* b) mendat. *P.* c) ebitudo *C.* d) *om. P, L.* e) ęgreg. *C,* aegr. *P.* f) quaerer. *P.* g) detractatione *O.* h) hisdem *P.* i) *om. C.* k) volumine *C, P.* l) in hoc *add. L.* m) cavilłationis *corr. in* -es *O.* n) iam *add. P.* o) innoxię *O.* p) nostri *L.* q) mendacio *O.* r) ebetatis *O.* s) ex *O,* passiones *pro* in — passionum *L.* t) agere *P.* u) hab. sent. *L.* v) publice *P.* w) centessima *L.* x) h *eraso O.* y) hostem *L.*

1) *Hieronymi chron. Ol. CXII, Eusebi Chronicor. libri II ed. Schöne II, 115.*

rationem[a] fuit in seculo, quantae sublimitatis secundum spiritalem regenerationem in Domino, quanti fervoris[b] et fidei, tanta terrarum spatia pio zelo veritatis perlustrando in christiana religione, quantae aestimationis etiam apud orbis principem, qui ut trucidaretur, huc Roma suos apparitores direxerit[c], in[d] nobilitate prosapiae[e], et fanatici cultus eversione, quantae fortitudinis in tormentorum perlatione, quam abiectissime[f] vilitatis in occisione[g], quam pretiosissimae sanctitatis coram Deo in morte, quam excellentissimae et incogitabilis gloriae cum Christo in caelo, quam macte[h] virtutis sit in adiutorio nostrae fragilitatis, adhuc laborantium in agone, quam felix cum proprio[i] et beato recepto corpore gaudebit perpetuo cum sociis[k] suis, et omnibus angelicis choris, cunctisque sanctis Domini et electis[l] in aeterna felicitate[m] per eundem dominum et salvatorem nostrum Iesum[n] Christum, verum Deum, Deique et hominis filium, qui in unius substantiae ac potestatis trinitate perfecta vivit et regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen. c. 835

21.

Hildwinus abbas sancti Dionysii omnibus filiis ecclesiae catholicae librum iussu Ludowici imperatoris de passione sancti Dionysii confectum offert Areopagitam ac Parisiensem eundem esse contendens. *c. 835.*

Codd. Cheltenhamensis (C) 16339 s. IX. fol. 21'—24', Oxoniensis (O) bibl. Bodleianae 1276 s. X. fol. 11—12'; Musei Britannici Addit. Msc. 22793 (L) s. XI. fol. 3'—5; Parisinus (P) 2873 s. XI. in.; Monacensis (M) lat. 4608 s. XI.—XII. fol. 59'—61; Berolinensis (B) Philipp. 1839, quond. Mettensis s. XIII. n. 116 fol. 469'—470, quos omnes cont. K. Hampe.[a]

Edd. Areopagitica ed. Galenus fol. 77—79; Surius Acta SS. (1574) V, 641—642; Migne CVI, 22—24.

HILDWINUS[b] HUMILIS CHRISTI SERVUS ET DOMINI MEI DIONISII[c] PRETIOSI SOCIORUMQUE[d] EIUS MATRICULARIUS OMNI CATHOLICAE DILECTIONI QUAQUAVERSUM SPIRITU SANCTO DIFFUSAE PACEM CONTINUAM ET GLORIAM OPTAT[e] AETERNAM.

Cum nos scriptura generali diffinitione[f] admoneat[g] dicens: 'Quodcumque potest[h] manus tua instanter operare' et pii augusti simulque plurimorum ad[i] hoc desideria cognoscerem anhelare, visum est mihi etiam in hac[k] parte quiddam sudoris impendere[l], ut notitiam de ordine conversionis et praedicationis atque[m] adventus Romam seu triumphalis martyrii[n] beatissimi Dionisii[o], quae maxime Grecorum continetur[p] hystoriis[q] et quasi sepulta antiquorum scriniis apud Latinos non modica portione servabatur obtecta, in lucem Christo iuvante reducerem, quatenus[r] devotis exinde erga Dei et excellentissimi martyris sui cultum devotio cumulata succresceret[s] et debitae servituti[t] Eccl. 9, 10.

---

a) regenerationem *C, P.* b) favoris *C.* c) *corr. ex* dixerit *O.* d) in *eras. et superscr.* quante et *O.* e) nobilitatis prosapia *in ras. O.* f) abiectissimae *P.* g) *corr. ex* occasione *C.* h) mactae *P.* i) beat. et propr. *O.* k) sotiis *P.* l) ęlectis *O.* m) beatus et felix *add. O.* n) hiesum *P.*

21. a) *Lemma:* Incipit *(om. P, M)* epistola Hildwini (Hilduini *O, B,* Hilduwini *P*) abbatis (indigni *add. O, P, M*) ad cunctos sanctae catholicae *(om. L)* matris *(om. L, B)* ecclesiae (aeccl. *O*) filios et fideles, pandens quomodo invenire quisque scire *(om. O)* desiderans valeat in epistola ad (christianissimum *add. P, M, B*) Hludowicum imperatorem (imp. domnum Hl. (Clud. *P*) *P, M,* imp. Ludowicum *L,* imp. Cludoicum *B*) exinde *(om. O)* directa, unde et qualiter sumpta sunt ea quae in corpus unius (inveniuntur *add. B*) textus secundum iussionem ipsius redegerat ex Grecorum et Latinorum historiis (hyst. *L, P, M*) de noticia (notitia *P*) excellentissimi (sancti *O*) martyris Dionisii (Dyon. mart. *O, P,* Dionysii *M*) *O, L, P, M.* b) Hilduinus *L, B,* Hilduwinus *P.* c) Dyon. *O, P,* Dionysii *L, M,* prec. Dion. *B.* d) sotiorumque *P.* e) optam *corr. in* -tat *M.* f) diffinione *L.* g) amm. *B.* h) man. t. pot. *M,* facere *add. O.* i) ex *O.* k) ac *P.* l) inp. *L, M.* m) *corr. ex* adque *C.* n) martirii *B.* o) Dyon. *O,* Dionys. *P, M.* p) continentur *L, P, M, B.* q) hist. *B.* r) quatinus *O, B.* s) succrescere *corr. al. man.* -ret *M.* t) servitutis *L,* s *del. O.*

c. 835 nostrae in domo Domini, quantum ad exiguitatem ingenioli attinet ciato[a] gustum fidelibus propinanti[b] eiusdem amici Dei, cuius[c] id[d] amore studuimus, interventio gloriosa divinam misericordiam impetraret. Ut enim ante nos dictum est[1], gesta bene viventium elementa[e] sunt vitam volentium et exempla martyrum exortationes[f] sunt martyriorum. Quapropter sequentia relegens[g] poculo debriatus[h] praeclaro fidem pietatis eructet et non[i] obsequium nostrum nomini temeritatis[k] adsignet. Quia vero, ut per quendam sapientem dicitur[1], multotiens[l] in vili persona veritas[m] despicitur, cui nihil preferri debuisset, suppliciter[n] omnes, in quorum manus haec[o] venerint, deprecor[p], ne[q] in his nostrae personae humilitatem et agreste[r] orationis indisciplinationem attendant[s], cum
cf. Act. 10, 34. personarum acceptorem in hac dumtaxat parte non esse Dominum[t] sciant[u]. In qua licet me[v] imperitum sermone, non tamen scientia fateor, quin potius hunc de quo[w] res agitur inclitum[x] et verum Christi militem ante oculos ponant, cui humanae vocis dignitate impar omne erit[y] quicquid in[z] laude eius aliquis nunc mortalium dixerit, quoniam ab eo solo digne potest laudari, a quo et per quem talis[a] meruit fieri. Vera itaque a veracibus de eo scripta et simpliciter in unum collecta fideliter relegant, et si nostrae imperitiae[b] fuerint indignati ad veterum monimenta recurrant, quia nos non nostra nec nova[c] cudimus, sed antiquorum antiqua dicta de abditis admodum tomis eruimus et veritatis sinceritate[d] servata paginis manifestioribus indimus[e].

Ceterum neminem sani capitis haec minus acceptari putamus, quia anteriori tempore
Eccli. 18, 1. reperta non fuerant, cum liquido noscat, quod is qui creavit omnia, simul noluit revelari cuncta vel cunctis in semel multaque manifesta iterum esse[f] tempore occultata. Ad mentem enim debet redire quod in litteris divinitus inspiratis legatur de legis libro
Dan. 12, 4. diu latenti et denuo sub admiratione invento. Et cum Danihel dicat: 'Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia', quanto magis nullus abiurare debebit[g], quod multis comitibus[h] aliorsum intuentibus, segnis quisque[i] aut tardus post[k] gradiens perditionem in via, quam precedentes[l] triverant, invenire non possit. Abiecta denique omni ambiguitate, quod iste[m] ipse Dionysius[n], cuius hic gesta scribuntur, non[o] sit Ariopagites et Athenarum episcopus[p], quid quisque dixerit, veluti de autumatione Gregorii Turonensis[q] episcopi[p] et subreptione Bede[r] sancti[s] presbiteri atque aliorum quorumque[t] sine auctoritate iactatur[u], qui curiosius[v] hoc scire voluerint[w], ut de multis quaedam designemus, ex[x] nomine Eusebii[y] Caesariensis hystoriarum[z] et Aristarchi Grecorum chronografi[a] ad Onesiforum[b] primicerium epistolam, et Visbii conscriptionem[c] perquirat[d] et relegat[e], ibique discere poterit[f], quis iste Dionisius fuerit[g], et qualiter[h] per martyrii palmam[i] ad Christum perrexerit[k], si hic eis[l] in sui conexione manus dare fidei detrectaverit[m]. De his autem[n] et aliis quibuscumque unde sunt[o] omnia sumpta, quae prae[p] manibus tenentur[q] collecta, si benignitati[r] legentis commodum ac[s] placitum

a) cyato *O.* b) propicianti *C.* c) eius *B.* d) *om. B.* e) aelem. *M.* f) exhort. *B.* g) repetens *L.* h) deebriatus *M.* i) in *L.* k) temeritas *M.* l) multoties *O, P, corr. al. man.* -tiens *M.* m) virtus *B.* n) suppl. *M.* o) scripta *add. O.* p) deprẹcor *C.* q) ut *L, M, B.* r) agrestae *P,* agrestę *O, M,* aggreste *B,* agrestis *ed.* s) attendent *L.* t) dominum deum *O,* deum *P, B.* u) et agnoscant *add. O.* v) videlicet memet *O.* w) dum *corr. in* de quo *M al. man.* x) inclytum *O, P, M.* y) *om. B.* z) in e. l. *O.* a) m. t. f. *L, B.* b) puericię *L.* c) nec no. *om. B.* d) sinceritatis *M.* e) indidimus *O, B.* f) temp. esse *L.* g) debet *B.* h) comitibus *add., sed del. O.* i) quique *O, L, corr. e* signis quique *P.* k) pro *corr. in* post *C.* l) predentes *C.* m) *om. O.* n) Dyonysius *P.* o) Ar. non sit *O.* p) ęp. *O.* q) *corr. ex* Turionensis *C.* r) *om. M.* s) *om. O.* t) qui *O.* u) iactatus s *in ras. O.* v) curiosus *L.* w) voluerit *O, L, P.* x) de *L.* y) Ẹsubii *O.* z) hystoriam *L, P, M,* hist. *B.* a) chronographi *O, P, M,* cron. *B.* b) Onesiph. *O,* Onesyf. *M.* c) epistolam *B.* d) *corr. ex* perquiram *C.* e) legat *B.* f) discat *pro* disc. pot. *O.* g) fuit *O.* h) quomodo *O.* i) martyrium *pro* mart. palm. *O.* k) perrexit *O.* l) eis — conex. *om. O.* m) detraect. *L,* detrectarit *O,* detract. *corr. in* detrect. *al. atr. M.* n) vero *O.* o) sint *O.* p) *om. O.* q) habentur *O.* r) binign. *corr.* benign. *M,* voluntati *O.* s) comm. ac *om. O.*

1) *Nescio ubi vel a quo.*

fuerit et alibi ea[a] invenire[b] nequiverit, litterarum[c] nostrae parvitatis ex[d] hoc ad serenissimum augustum affatim instrui lectione[a] valebit. Nam[a] et si eis credere dignatus[e] non fuerit, ille[f] sibi tamen sine quolibet supercilio prodent, ubi haec universa, et qualiter ac quo ordine dicta manifeste[g] reperiat[h]. Ipsorumque librorum plenitudinem, si indiguerit, mutuare ab archivo ecclesiae nostrae quibit. c. 836

Valeat fidelis et carus frater omnis in Domino cum pietate et gratia memor nostri[i].

22.

Theganus chorepiscopus Trevirensis Hattoni comiti Alcvini librum de Trinitate dono mittit. *c. 836.*

Codd. S. Iohannis Bapt. Florinensis saec. XI., qui nunc latet; indiculus bonorum monasterii Blidenstatt.

Edd. Martène et Durand Coll. ampliss. I, 84 (a. 1724); Hontheim Hist. Trevir. dipl. I, 177; SS. II, 586; Migne Patrol. CVI, 402. 403; Roth in Mittheil. aus dem Gebiete der Bibliographie, Literaturgesch. u. dem Antiquariat III (a. 1891) p. 6 secundum apographon Bodmanni ex indiculo Blidenstatt.

DOMINO[a] VENERABILI ET IN CHRISTO[b] PATRI HATTONI, NOBILISSIMO DUCI AC CONSULI[1], THEGANUS PECCATOR, LICET ANTISTES, IN DOMINO IESU CHRISTO DICIT SALUTEM.

Cum mihi diu cogitanti, quid ex paupertate mea vestrae serenae praesentiae praesentare potuissem propter inmensam benignitatem vestram, quam assidue, non meis meritis exigentibus, ostendere dignati fuistis, et ut nominis mei memoriam vestrae pietati commendarem, nihil aliud ad mentem cucurrit, nisi ut aliquod opusculum sanctorum patrum vobis dirigerem, in quo sanctum ingenium vestrum exercere potuissetis. Et ideo istud volumen vobis transmisi, quod sanctus Alcvinus[c], summus scolasticus, ex variis libris sancti Augustini congregavit in unum, quod peritissimo ac nobilissimo imperatori Karolo[d] tradidit[2], sicut prologus istius libri indicat, ubi inveniri potest, sicut maxima necessitas est mortalium, de divina natura ac de essentia, de aeterna gignentia Dei patris, de aeterna nativitate filii Dei, de aeterna processione Spiritus sancti, de incarnatione Iesu Christi filii Dei, quomodo sit unus Deus trinus et trinus unus, sicut vera fides credere iubet, et qui sic non credit, alienus a Christo est.

Inclyta[e] gloria Christi te diu in hoc saeculo custodire et protegere dignetur, et post haec mortalia tempora ad illam beatitudinem perducat, cui finis adpropinquare non potest. Valete[f].

Salve magne parens, felix sis semper in aevum,
Dona superna Deus addat ubique tibi.
Sic Theganus orat, sic semper postulat ipse,
Auditor Dominus sit quoque celsithronus.

---

a) *om. O.* b) inveniri *O.* c) per litteras *O.* d) ex — affatim *om. O.* e) *pro* dignatus — quibit *habet O:* noluerit, sciat, quod illę se sine aliquo prodent supercilio, ubi hęc cuncta vel quo ordine dicta aperte inveniat et eorum librorum si indiguerit plenitudinem ab archivo aecclesiae nostrae mutuare valebit. f) ille *corr. in* illę *P,* illę *L.* g) manifestae *M.* h) repperiat *L, P, M,* repperiet *B.* i) n. m. Explicit *O.*

22. a) Domno *Bodm.* b) Cristo *Bodm. passim.* c) Alcvinnus *Flor.* d) Carolo *Bodm.* e) *abhinc alia manus in cod. Florin.* f) Vale *Bodm.*

1) *i. e. comiti; de quo cf. Formulae ed. Zeumer p. 368 n. 5; Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 128; Monum. Blidenstat. ed Will p. 15. Simson (Forsch. zur Deutschen Gesch. X, 330) dubitat, utrum Theganus huic Hattoni comiti, an Haitoni Basiliensi episcopo Alcvini librum miserit.* 2) *Cf. epistolam eius, EE. IV, 414.*

825—c. 838

23.

Erchanbertus Frisingensis episcopus de reliquiis sancti Bartholomei a Felice quodam nuper allatis caute agi iubet suisque ieiunium triduanum indicit. *836—c. 838.*

Cod. Monac. 6382 (quond. Frisingens.) s. IX. autogr. fol. 44, quem contul. K. Hampe.

Edd. B. Pez, Thesaur. anecdotor. VI, 1, 76—77, Migne Patrol. lat. CXVI, 31.

ERCHANBERTUS DEI GRATIA DONANTE HUMILIS EPISCOPUS[1] OMNIBUS FRATRIBUS CHRISTO MILITANTIBUS IN DOMINO SALUTEM.

Denique cognoscat benivolentia vestra, quod quidam vir nomine[a] Felix[2] per missum suum demandavit seniore nostro rege[3] dicens se corpus sancti Partholomei[b] apostoli et aliorum sanctorum corpora secum nostris partibus detulere, quod nos cum gaudio et libenti animo Deum laudando audivimus. Sed adhuc incertum habemus, utrum credibile[c] nobis existere debeat an non. Contigit[d] fideles senioris nostri insimul venisse in sua presentia et de eo incipiebamus meditare. Et tunc demum, quando pertractavimus, ita nos coadunavimus triduanam ieiunium agere, quatenus a Deo omnipotente in aliquibus signis nobis ostendere mereamur, si ipse supra dictus Felix verum dicat aut aliter, et ne fallente diabulo nos decipiat.

Rogamus vero et iubeamus, qui spontanea voluntate hanc ieiunium implere cupiat, ut abstineatis vos a vino et carne et medo et melscada cervisa, et de lacte et ovo, et sequimini crucem ad horam nonam in XII. Kal. et XI. Kal., et X. Kal., et ut istam noticiam aliis inantea non neglegatis transmittere.

24.

Tatto monachus Augiensis Otkerum archiepiscopum Moguntinum hortatur, ut pro se precetur membranasque sibi mittat, in quibus lectionarium et missalem Gregorianum perscribat. *825—838.*

Cod. Vindobon. 751 (Theol. 259) s. X. fol. 74, quem contulerunt Pertz et Jaffé.[a]

Edd. Serarius Epistolae S. Bonifatii n. 114, Al. Würdtwein n. 138, Giles n. 128, Jaffé Bibl. rer. German. III, 323.

✠ SANCTISSIMO ET IN CHRISTI MEMBRIS DILECTISSIMO PATRIQUE PIISSIMO OTKERO ARCHIEPISCOPO TATTO[4], HUMILIS VERNACULUS VESTER ET FIDELIS ORATOR, SUMMAE BEATITUDINIS INVIOLABILEM ATQUE INMARCESCIBILEM IN DOMINO DEO NOSTRO SALUTEM.

Omnium huius ordinis virorum amantissimae atque mihi dulcissimae, ne despicias exiguam petitionem fidelissimi oratoris tui. Sed secundum inmensam benivolentiam ac solitam caritatem tuam, esto mei indigni memor, ut, dum me Christus vocare iusserit et vestrae intimatum fuerit mellifluae caritati, prout visum fuerit, per vestros meae parvitatis animulae, hinc abeuntis vel in hoc corpusculo commorantis, memores esse dignemini. Nam si me Deus, quod non opto, superstitem vobis reliquerit[5], quantumcumque per me sive per familiares meos amicos laborare sufficio, in orationibus

---

23. a) N̄ *C.* b) barth. *corr. in* parth. *C.* c) ceedib. *corr. in* cred. *C.* d) contigitigit *C.*
24. a) *sine lemmate C.*

1) *a. 836—854.* 2) *Cf. Liutolfi Transl. S. Severi c. 1 (SS. XV, 292):* Fuit quidam clericus de Galliae partibus nomine Felix . . Huic erat consuetudo per diversas vagari provincias et sanctorum reliquias, ubicumque potuit, furari questus causa *(a. 836); Rudolfi Mirac. sanctor. Fuld. eccl. c. 9 (ib. 336):* quidam clericus Italicus nomine Felix anno ab inc. dom. DCCCXXXVIII. 3) *Ludowico, qui dicitur Germanicus, tunc Bavariae regi.* 4) *De Tattone, Augiensi monacho, qui anno 847. obiit, cf. supra p. 302.* 5) *Ambo in eodem anno mortui sunt.*

studiose explere pro vobis satagam. Et donec utrisque Deus vitam hanc caducam concesserit, vestram almitatem mei indigni et peccatoris esse memorem rogo; quoniam ego vestri indefesse assidua et cotidiana prece memor ero, optime atque mitissime pater. Nam sic haec dedignatus non fueris, domine dulcissime, valde meam exiguitatem laetificabis. Salutat vestram sanctitatem domnus abba[1] noster, una cum omnibus fratribus nostris, fidelissimis oratoribus vestris multum in Domino, et vestris sacris orationibus oppido se commendant. 814—840

Mittite mihi de pergameno bono ad unum lectionarium perscribendum et ad unum missalem Gregorianum[2]. Quem si per vestrum adiutorium perfecero, dum vixero, semper vestri memor ero. Litterae vestrae dignationis mihi per horum perlatorem veniant, ut norim, si adhuc vestra almitas antiqui contubernii[3] memor esse dignetur. Iubeoque fidenter more solito, ut supra dicta membrana per praesentem fratrem nostrum mihi veniant. Incolomem sanctitatis vestrae coronam ad profectum suae sanctae ecclesiae Christus deus noster semper et ubique conservare dignetur, sanctissime atque amantissime pater. Amen.

25.

Atto presbyter Ludowici I imperatoris fidem contra Frotwinum clericum implorat.

814—840.

Cod. Vindobon. 751 (Theol. 259) fol. 71'.

Edd. Serarius Epistolae S. Bonifatii n. 107, Al. Würdtwein n. 141, Giles n. 131, Jaffé Bibl. rer. Germ. III, 324.

Reclamatoria epistola.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI. HLUDOWIGUS MAGNUS IMPERATOR.

Dominationi vestrae, domine mi, quod loqui non audeo, sed pro magna necessitate mea peto sanctitatem vestram. Ego Atto tam indignus presbiter et de nativitate mea servus vester sum. Modo peto sanctitatem vestram, ut dignetis consolationem vestram in me peccatorem impendere; quia non habeo refugium ullum, nisi ad vos et ubi tota gens refugium habet.

Frotwinus clericus habet eclesiam unam in comitatu Erkengario[4]. Deinde ortavit me Frotwinus[a] cantare in illa[b] ecclesia; et super omnia habere debuissem medietatem de illa decima. In eo modo sic servivi ad illam ecclesia annum et dimidium, quo nihil inde accepi, unde nos conventionem habuimus. Postea rogavi illum partem meam de illa decima. Et ille exarsit nimio furore in animo suo super me; et venit per nocte super me cum parentibus suis Albrico et Kebahardo et Wolframmo; sic flagellaverunt me, usque dum vix anima[c] dimiserunt in corpore meo. Ego miser miserrimus petivi Dei misericordiam et sanctum Remedium, et reclamavi per nomen vestrum. Et illi dixerunt, nec sancti nec homo ullus me liberare debuisset de manibus

---

25. a) Fortwinus *leg. Pertz.* b) illā *C.* c) *manus recentior corr. in* animam.

1) *Erlebaldus abbas Augiensis 822—838(?). J.* 2) *In Reginberti monachi catalogo librorum Augiensium (Neugart episcop. Constant. I, 547 sq.) varii a Tattone donati libri memorantur; et (ibid. p. 545)* De libris abbatis Erlebaldi *(v. supra n. 1)* Lectionarium unum ad legendum; Missale unum Gregorianum, quo publica missa canitur. *J.* 3) *Quo quidem contubernio Otgarium et Tattonem in aula Ludovici I imperatoris usos esse, me docuit Dümmler. De Otgario v. Annales Xantenses (SS. II, 225) 825:* Otgerus capellanus dominicus *et ep. 18 supra p. 324. De Tattone v. Visionem Wettini ap. Poet. lat. aevi Carol. II, 331 v. 873. 875.*

Quintus adest Tatto ....
Nempe palatinas puer est translatus ad aulas. *J.*

4) *Erkengarius fuit comes Alsatiensis, qui commemoratur in praeceptis a Ludowico Pio a. 823. et 828. datis, Mühlbacher Reg. 748. 823.*

c. 825 — c. 840 eorum. Postea traxerunt me ad altare sancti Remedi et fecerunt me iurare stabilitatem ad illa ecclesia. Et alium sacramentum fecerunt me iurare, ut non debuissem a diebus meis reclamare me ad vestram pietatem nec ad missum vestrum, si me fecissent iustitiam. Tunc petivi iustitiam meam ad illos, sed minime inveni. Modo timeo[a] in consecrationem meam, timeo, quod illi non timuerunt. Propter hoc deprecor sanctitatem vestram, ut iustitiam meam valeam pervenire. Quod non possum invenire nec iustitiam nec misericordiam apud illos, nisi per misericordiam vestram[b]; et pro redemptione animae patris vestri[1], cui servus antea fui.

26.

Florus diaconus Hyldrado abbati Novaliciensi psalterium ex versione S. Hieronymi a se correctum mittit idque ut quam accuratissime describatur exoptat.

c. 825 — c. 840.

Cod. Vatican. 5729 saec. XI. ex. fol. 261—262, quem cont. Iul. Koch.
Ed. Ang. Mai Scriptor. vet. nova Coll. III (a. 1828), 2 p. 252—255.

Epistola Flori ad Hyldradum abbatem[2].

Diu est, quod paternitas vestra humilitati meae iniungere voluit, ut psalterium vobis iuxta[a] regulam veritatis corrigerem: quod ego studui pro viribus adimplere. Sed veraciter dilectioni vestrae fateor, valde mihi molesta et gravis extitit multorum codicum perplexa ac[b] mendosa varietas, quae[c] dormitantium librariorum exorta vitio, imperitorum cotidie ignavia alitur ac[b] propagatur. Ego itaque, ut iniunctum[d] negocium diligentius exequerer, dedi operam[e] et hebraicam[f] sacri interpretis translationem et LXX[ta] ad invicem conferre, ut ex utrisque quid in nostris minus quidve maius haberetur codicibus, curiosius investigarem; et quid in LXX[ta] ex hebreo sub asterisco[g] ·⋇· additum, quid[h] prenotatum obelo[i] ÷ plus in his quam in Hebreorum voluminibus haberetur, solerti indagatione colligerem.[3] Et quia inerat[k] suspicio, ne forte et ipsa[l] hebraica[m] translatio scriptorum esset[n] vitio depravata, etiam hebraicum et ipsum volumen ad lectionem[o] adhibui, necnon et illam notissimam interpretis epistolam ad Suniam et Fretelam Getas[p] conscriptam[4], in qua perplurimos codicum nostrorum errores confutat, adiuncxi: et his omnibus psalterium vestrum, prout potui, correxi, asteriscos[q] ·⋇· et obelos ÷ suis locis restitui, erasi[r] vitia, recta queque et probata subieci. Unde et tanto iusto tempore ingenti labore decurso, remissurus librum hanc in eius parte[s] conscripsi epistolam, per quam et illud volui vestrae[t] significare prudentiae[u], esse[v] aliqua tam in titulis quam in corpore psalmorum, quae dupliciter etiam dici possunt, vel ad LXX[ta] interpretum auctoritatem[w] vel propter veterem prolixi evi consuetudinem; et tamen, quid[x] in his hebraica sibi vindicet veritas, adnotavi.

---

a) timo *C.* b) vestram *in litura.*

26. a) iusta *V.* b) hac *V.* c) que *V.* d) uinctum *V, corr. Mai.* e) opera *V.* f) hebraicham *V.* g) astarischo *V.* h) qui *V.* i) hobelo *V.* k) inherat *V.* l) in ipsa *V.* m) hebraicha *V.* n) ēȩ̄ *V.* o) ipsum et volumen electorem *V, corr. Mai.* p) summam et frecelam gestas *V.* q) asterischos *V.* r) errasi *V.* s) partem *V.* t) vestra *V.* u) prudentię *V.* v) ēȩ̄ *V.* w) auctoritate *V.* x) quod *V.*

1) *Caroli M.* 2) *Eldradum Novaliciensem cf. Chronic. Novalic. l. IV* Capit. 4. Epistola sancti Elderadi ad Florum directa. 5. Rescriptum Flori ad beatum Elderadum. 6. Item Florus ad eundem abbatem *(SS. VII, 107). Epistola nostra igitur vel in cap. 5. vel 6. Chronici nunc deperditis quondam extabat. De Eldradi tempore v. SS. VII, 132.* 3) *Cf. Flori versus 23 sqq. (Poet. Carol. II, 550):* Ingenio cuius *(sc. Hieronymi)* pulchris instructa sagittis | Stellarum rutilo tecta nitore micat. | Quas studiosa manus multi sudore laboris | Restituit priscis, te rogitante, locis. 4) *Hieronymi opp. ed. Vallarsius I, 635—670.*

In titulo XX^{mi}VIIII^{i} psalmi in quibusdam codicibus legitur: 'psalmus in dedica- c. 825 — c. 840
tione'; in hebrea 'psalmus cantici' habetur. Ps. 29, 1.
In XXXIII. 'coram[a] Abimelech'; in hebreo 'Achimelech'. 33, 1.
In L. 'Bethsabęę'; in hebreo 'Bersabee'[1]. 50, 2.
In LX. 'in finem dedicationis[b]'; in hebreo 'in finem himnus dedicationis[b]'. 60, 1.
In LXIIII. 'psalmus dedicationis[b]'; in hebreo 'psalmus dedicationis[b] cantici'. 64, 1
In LXV. 'Canticum psalmus'; in hebreo non habetur 'canticum'. 65, 1.
In CVII. 'Psalmus dedicationis[b]', in hebreo 'Asaph'. 107, 1.
In XXXVIII. In quibusdam exemplaribus versus incipit: 'et nunc quae est ex- 38, 8.
pectatio mea'; in quibusdam cum superiore versiculo nexum est; in hebreo duo sunt.
In XLI. 'Spera in Deo quoniam adhuc' versiculi caput est; in hebreo non est. 41, 12.
In LII. 'Ut videret si est intellegens'; in aliis 'videat'. Utrumque dici potest. 52, 3.
In LIII. 'Averte mala'; in aliis 'avertes'; et sic in hebreo. 53, 7.
In LXVII. 'Manda Deus virtutem tuam'; in aliis 'virtuti[c] tuae'. Utrumque 67, 29.
dici potest.
In LXXVI. 'Nocte contra eum'; in aliis 'coram[a] eo'. Utrumque recte dicitur, 76, 3.
sed hebraicum[d] superiori concordat. Denique sic dicitur: 'manus mea nocte exten-
ditur, et nocte quiescit'.
In LXXVII. 'Conversi sunt in arcum[e] pravum' versiculi caput est; in aliis sic 77, 9.
finitur: ita et in hebreo.
In LXXVIII. 'Ultio sanguinis servorum' principium versiculi est, in aliis superiori 78, 10.
conectitur; sic et in hebreo.
In LXXX. 'Et iudicium Deo Iacob[f]'; in aliis 'Dei Iacob[f]'; sic et in hebreo. 80, 5.
In LXXXIIII. 'Benedixisti, Domine, terram tuam'; in aliis 'terrae tuae[g]'; et sic 84, 2.
secundum artis regulam rectius dicitur. Sed et hebraicum[h] consonat: 'placatus es,
Domine, terrae tuae[g]'.
In LXXXVIII. 'In generationem et generationem[i] annunciabo' in aliis versiculis 88, 2.
caput est, in aliis pars, sic et in Hebreorum. In eodem: 'Usque quo, Domine, avertes', ib. 47.
in aliis 'averteris'. Utrumque dici potest. Sic 'avertisti et aversus es ab ira indigna- 84, 4.
tionis tuae'.
In LXXXVIIII. 'Domine, refugium factus es nobis'; in aliis 'tu factus es nobis'; 89, 1.
sic et in hebreo; et in nostris codicibus sub asterisco[k] additum est.
In XC^{o} 'Et refugium meum, Deus meus'; in aliis 'Deus meus, sperabo in eo' 90, 2.
versiculi finis est; sic et in hebreo.
In XC^{mo}V^{o} 'Tunc exultabunt omnia ligna silvarum ante faciem Domini', in aliis 95, 12. 13.
'a facie[l] Domini'; et sic in hebreo.
In XCVII. 'Iubilate Domino omnis terra' versiculi caput est; in aliis superiori 97, 4.
coniungitur; hebraicum[m] priori concordat.
In XC^{o}VIIII° 'Scitote, quoniam ipse est Deus' initium versus est, in aliis pars 99, 3.
prioris; in hebreo superiori consonat.
In C^{mo}VI° 'Effusa est contentio', in aliis 'contemptio', sic et in hebreo. Verum 106, 40.
nos, ut LXX explanant[n], ita reliquimus.
In C^{o}VIII° [o] 'Et cor meum turbatum est intra me'; in aliis 'conturbatum est'; 108, 22.
utroque modo dici potest.
In C^{o}XVIII° 'Quot sunt dies servo tuo', in aliis 'servi tui': Utrumque recte 118, 84.
dicitur. Sic est illud: 'eruntque dies illius CXX annorum'. In eodem 'letabor ego Gen. 6, 3. Ps. 118, 162.

---

a) quoram *V.* b) đđ *V.* c) virtute *corr. in* -ti *V.* d) ebraichum *V.* e) archum *V.* f) yacob *V.* g) terre tue *V.* h) hebraichun *V.* i) generacione et generacione ann. . *V.* k) asterischo *V.* l) affacie *V.* m) hebraichum *V.* n) explanantur *V.* o) C^{o}XVIII° *V.*

1) *Cf. supra p. 319 v. 31.*

c. 825 — c. 840 super eloquia tua'; sic et in hebreo; et sic secundum artis regulam rectius dicitur.
Ps. 72, 3. 146, 11. Sed et in LXXII. 'quia zelavi super iniquos'; et in C°XL°VI° 'Bene placitum est Domino super timentes eum', rectius diceretur 'super iniquis et super timentibus eum'. Sed aliud usus obtinuit.

122, 2. In C°XX°II° 'Sicut oculi servorum in manibus', et 'sicut oculi ancillae in manibus'. In aliis utroque loco 'ad manum'; sic et in hebreo; sic et in LXX interpretum explanatione[a].

123, 7. In C°XX°III° 'Laqueus contritus[b] est' initium versiculi est, in aliis superiori coniungitur; sic et in hebreo.

131, 6. In C°XXX°III° 'Ecce audivimus eam in Eufrata'; in aliis 'audivimus eum'. Sed
ib. 5. ista diversitas hoc modo distinguitur. Supra dixerat: 'donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob[c]'. Et tabernaculum tam apud Hebreos, quam apud Grecos feminini est generis; et ideo 'audivimus eam' recte dicitur apud[d] utrosque. Apud nos vero neutri generis est, et idcirco nec eam, nec eum de tabernaculo dicimus, sed eum ad locum referimus.

138, 20. In C°XXX°VIII° 'Quia dicitis in cogitatione' versiculi principium est, in aliis superiori coniungitur.

143, 15. In C°XL°IIII° 'Beatum dixerunt populi cui haec[e] sunt', in aliis 'cuius': bene utrumque.

145, 2. 3. In C°XL°V° 'Nolite confidere in principibus, nec in filiis hominum, cui non est salus'. In aliis 'in filiis hominum, quibus non est salus'. Hebraicum[f] superioribus congruit, et similiter ratio recti[g] sermonis.

In C°II° Tres versiculi desunt in psalterio, quod sacer ex hebreo in latinum
102, 18—20. vertit interpres 'et memores sunt; Dominus in caelo; benedicite Domino angeli eius'; quod nos in hebreis voluminibus minime repperimus.

In XXX°VI° et in $C^{m}X^{m}$ et in $C^{m}XI^{m}$ et in $C^{m}XVIII^{m}$ et in $C^{m}XLIIII^{m}$ litterarum nomina, a quibus versiculi incipiunt apud Hebreos a capite[h] versuum singulorum a nobis inpressa sunt, quae non parvum intellectum legentis aedificant[i], si eorum interpretationes sagaci mente discutiat. Unde etiam epistolam patris Hieronimi[k], quam super hac re ad Paulam conscripsit[l][1], in psalterii vestri parte conexui, ne cui illa elementorum nomina ociose a nobis inserta videantur, quae sancto auctore Spiritu praefatis psalmis inmixtae, spiritali cibo pium pectus alunt.

Sciendum sane: in XXX°VI° psalmo unam litteram duos tenere versiculos; in C°X°VIII° octonos continuatis cursibus explicare, in C°X° et XI° unumquemque versiculum in duos dividere[m], et duabus litteris semper exordiri, sicut et a nobis usque signatum est.

Et quoniam scio velle sanctitatem vestram novum psalmorum codicem scribere, hortor ac[n] moneo, ut haec omnia ingenti cura et studio conservetis[2]: diapsalmata, ubicumque a nobis sunt relicta aut addita, inseratis; ubi rasimus relinquatis. Numeros psalmorum propriis[o] titulis preponite, et alios ante alleluia, alios post, aliquos inter duos alleluia conscriptos[p], sicuti a nobis correctum est; est enim in singulis vera et utilis ratio, quae studiosis quibusque lectoribus maximum profectum gignit. Asteriscos[q] ·⁜· et obelos ÷ ante omnia observate. In volumine quod scripturi estis, ita spaciose

a) explanatio *V.* b) contrictus *V.* c) yacob *V.* d) aput *V.* e) hec *V.* f) ebraicum *V.* g) recte *V.* h) acapita *V.* i) hedificant *V.* k) iheronimi *V.* l) consripsit *V.* m) dividit *V.* n) Ortor hac *V.* o) propnis *V.* p) conscripsi *V, corr. Mai.* q) asterischos *V.*

1) *Opp. edd. Vallarsius I, 144—148.* 2) *Cf. Flori versus 35 sqq.:* Nunc cape correctum gratanti corde volumen. | Utque ita permaneat, da pater, oro, operam. | Nullus enim fructus conamina nostra sequetur, | Erasis viciis qui bona subdidimus, | Ni vigil atque sagax studio, pater optime, vestro | Conservet scriptor quae modo recta manent.

inprimantur lineae[a], ita clara ac prolata[b] liminaria relinquantur, ut et litterarum nomina, quae extrinsecus addenda sunt, distincte et per intervalla consistant, et adnotationum sermunculi locis suis diligentius adsignentur, ut liber ille novicius honestate ac[c] decore et utilitate sui et librarium exerceat, et lectorem erudiat, et pascat animos, et oblectet aspectus. Psalmis[d] vero sola cantica copulentur. Hymnis simbolum, oratio dominica. Fides, conpunctum et orationes et si qua sunt alia, libello altero conscribantur. Quamquam a nobis ex his omnibus solum simbolum, oratio evangelica, fides catholica[e], atque hymni correcti sint, reliqua vel supersticiosa vel falsa vel parum necessaria iudicantibus, unde, et si vultis, poteritis psalmis CL, canticis propheticis, evangelicis duobus ea quae supra nos correxisse diximus eo, quo a[f] nobis commemorata sunt, ordine copulare. Alia abicite ac[g] velut quasdam vestri sordes psalterii fullonis vecte[h] decutite, ut libelli illius corpus, omni[i] labe detersa, purum et nitidum resplendeat. In primis igitur scribatur illa homeliola de laude psalmorum propter aedificationem[k] religiosorum. Secundo haec epistola[l] propter instructionem[m] lectorum. Tertio[n] mei versiculi ob mei commemorationem[1]. Quarto patris Hieronimi[o] prefaciuncula, cuius initium est 'Psalterium Romae'[2]. Quinto psalmi ex ordine. Tunc ex ordine et cetera. Post autem omnia epistola[p] ad Paulam de alfabeto Hebreorum[3]. 840—c. 842

Conscriptus porro libellus mihi, si vita comes fuerit, ostendatur[q], ut vestra in omnibus diligentia adprobetur. Multa, pater, loquor fidutia, quia nihil de tua ambigo benivolentia. Oro itaque et te, pater, et omnes[r], qui libello usuri sunt, pro peccatis meis apud Iesum preces fundere, ut qui illis omnibus quantum[s] potui laboravi, omnium merear votis atque obsecrationibus adiuvari.

Obto vos in Christo semper bene valere.

27.

Optimas quidam, Caroli regis vassallus, iniustas Hermengardis imperatricis, Lotharii uxoris, criminationes refellit, fidem erga Francorum reges ac pacis amorem tuetur.

840 — c. 842.

Edd. Duchesne Rer. Franc. SS. II, 710, Weinckens Eginhartus illustratus p. 98, Bouquet Recueil VII, 579, Teulet Einhardi opera II, 146—150.

Cod. Parisinus 11379 (quondam Laudunensis) fol. 17, quem contulerunt Pertz, Rodenberg, Hampe.

EMINENTISSIMAE ATQUE EXCELLENTISSIMAE, SUMMAQUE VENERATIONE NOMINANDAE HERMENGARDI[a] IMPERATRICI AUGUSTAE[4] N.[b] TOTIS NISIBUS OMNIQUE SERVITUTIS AFFECTU FIDELIS[5] PROSPERITATEM ATQUE BEATITUDINEM IN IESU CHRISTO DOMINO OPTO PERENNEM.

Epistolam vestrae sublimitatis ad me perlatam, qualibus vobis placuit refertam sermonibus accepi, acceptamque perlegi, perlectam paucis respondere decrevi. Dixistis namque insperatam ad vos pervenisse opinionem, scilicet quod pacem ecclesiae perturbare et fraternam evertere niterer concordiam: et hoc opus daemonibus adscripsistis. Dęmones quippe, ut manifestissime patet, dissensione et perturbatione bonorum hominum gaudent et discordia delectantur. Et hoc verum est, quia quisquis zelo stimulatus livoris, in pace consistentem ecclesiam nefariis conatibus[c] turbat, et verae fraternitatis

---

a) lineę V. b) hac perlata V. c) hac V. d) Psalmus V. e) chatolica V. f) quod ad V. g) hac V. h) vecta V. i) omnis V. k) hedificat. V. l) hęc ęp. V. m) instructione V. n) tercio V. o) iheron. V. p) ęp. V. q) hostendatur V. r) omnę (qui *om.*) V. s) quantu V.
27. a) h. r. m. g. d. *L.* b) *pro* N. *primo legebatur* E. N. U(?). S(?). c) *corr. ex* conantibus *L.*

1) *quos edidi Poet. Carol. II, 549; inscribuntur* Eldrado abbati Florus supplex. *Desunt in codice Vaticano.* 2) *Opp. ed. Vallarsius X, 105—108.* 3) *Cf. supra p. 342 n. 1.* 4) *Lotharii uxori inde ab a. 821, quae obiit a. 851.* 5) *Adalhardus comes fortasse, socer Caroli Calvi, vel Conradus comes, frater Iudithae imperatricis, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 181. 184 n. 2.*

840—c.842 discidium amat, particeps demoniorum efficitur, a quorum participatione Domini misericordia inmunem me perpetuo reddere dignetur. Non enim universalem discordiam cupit qui tantum iustitiam propriam quaerit. Et ideo dęmonum opus minime ago, quia non iniquitatem, sed potius aequitatem et iustitiam quaero. Nam si ratio consideretur, ille verius et dicendus et credendus est particeps esse dęmonum, qui iniquitatem diligit et iustitiam non facit et discordiam semper aequitati proponit et ab hac intentione numquam recedit, sicut ille est qui seniorem vestrum incitat, ut taliter adversum me agat.

Si enim benefactorum esset memoria et preterita recolerentur tempora, inveniretis me saepius pro seniore vestro [1] certasse, ut pacem haberet et concordiam, et propterea multorum in me odium provocasse, quod tempore beatae memoriae domni imperatoris[2] erupit, ita ut eius offensam [3] incurrerem propter illum, et omnes paene maiores natu Francorum adversum me indignarentur. Post obitum etiam illius quotiens me pro utilitate illius opposuerim, reminisceri potestis, si vultis. Nam quantum in me fuit, semper in hoc laboravi, ut ipsi [4] inter se concordes efficerentur. Et in hac senior meus [5] et fideles eius hactenus persistunt, et perseverare cupiunt, si ex parte illius rite observatum fuerit. Nunc autem versa vice pro amore pacis talibus remuneror praemiis, et qui pro aliorum iustitia laboravi, iustitiam meam [6] perdidi, et ob hoc imitator daemonum dicor, quod tantum iustitiam requiro. Ego denique natu[ram] ceterorum hominum habeo, quia eos, qui mihi bene faciunt, diligo, et eos, qui mihi ubicumque possunt adversantur, refugio atque declino. Propterea ergo de pace eorum studui, ut non deterior, sed melior inde fierem. Quisquis igitur vobis dicit, quod inter filios senioris mei [7], qui me nutrivit, discordias seminem, fallitur. Neque enim in hoc seniorum discordiam et regni perturbationem esse arbitror, si iustitiam meam quaesiero, de qua nequaquam prius silebo, donec eam Christo annuente adipiscar. Quidam vero arbitrantur me idcirco seniori vestro infidelem esse, quia seniorem meum non reliqui, et illi me non subdidi. Quod si hoc propter res transitorias facerem, neque illi neque cuiquam recte intellegenti postmodum acceptus essem.

De discordia autem istorum regum valde metuo et dolens dico, quia, dum illi puerile attendentes [a] consilium discordes inter se existunt [8], cito forsitan, quod utinam absit, exteriorum sapientium et fortium inimicorum virtute et studio ad seram concordiam revocabuntur, qui nos undique circumdant [9].

Quod autem subiunxistis, quia quaedam loca sancta adire decreverim, atque a iure proprio subtrahere temptaverim, non satis intellego quid dicere velitis. Non enim recolo me uspiam hoc egisse, quia per Domini clementiam et senioris mei misericordiam, tantam copiam rerum habeo, ut nihil de locis sanctis iniuste abstrahere sit necesse. Idcirco autem tam multa inutilia et vana facile de me credere potestis, quia multa et innumera vobis mendacia de me dicta sunt ab his quibus bene creditis, qui vobis vera dicere deberent.

Quod vero addidistis familiaritatem vestram me habuisse, usque dum animum meum erga vos benivolum esse sensistis [b], scitote gratissimam semper mihi fuisse familiaritatem vestram, sed in quo nunc eam offenderim nescio. Et licet vos repentina quędam et subita exagitet mutatio, ego tamen in fide semel coepta libentissime perseverabo. Caeterum obsecro serenitatem vestram, ut reiectis ab animo tumultuantium

---

a) atttendentes *L.* b) sentistis *L.*

1) *Lothario imperatore.* 2) *Ludowici Pii, qui obiit a. 840.* 3) *De hac offensa aliunde nihil constat.* 4) *Ludowici filii.* 5) *Carolus Calvus, ut videtur.* 6) *i. e. beneficium vel praedium a Lothario ei donatum.* 7) *Ludowici Pii.* 8) *Haec ante pactum Virdunense scripta esse videntur.* 9) *Nordmannos inprimis dicit.*

indignationum procellis et remotis mendacium hominum adulationibus, blandum atque tranquillum pectoris portum pandite, meque solita mentis lenitate infra tutissimi litoris sinum, unde abiectus fueram, revocate, ut absque ullo dubietatis scrupulo, sicut hactenus fui, fidelis vobis existere quęam. Nam si quid boni postea didici, eo deinceps utilior et fidelior vobis ero, quo magis in studio doctrinae profeci. Verumtamen Deus solus novit, qua mentis puritate et ex quanta cordis devotione fidelis vobis fuerim et sim et semper esse cupiam. 844—845(?)

28.

Hagano Bergomensis episcopus Ramperto Brixiensi episcopo Maginardum presbyterum commendat, ut eum abbatem in monasterio S. Faustini statuat. 844—845(?).

Codd. Parisinus 12637 (quondam S. Benigni apud Divionem)[1] *s. XI. fol. 151; Monacensis (Tegernsee) 18103 s. XII. fol. 146; Mellicensis 45 s. XIII.*

Edd. Mabillon Analecta vet. ed. 2 p. 417—418; Annal. ord. S. Ben. II, 618—619; Lupi Cod. dipl. Bergom. I, 693—694; Mittermüller Vita et regula S. Benedicti p. 563; Cipolla in Memorie di Torino ser. II. XLV, 157.

DILECTISSIMO ET REVERENTISSIMO FRATRI ATQUE COEPISCOPO RAMPERTO[2] SERVUS SERVORUM DEI HAGANO ĘTERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Sanctitatis[a] tuę erga divinum cultum vigil piaque devotio cum apud ęcclesiam Brexianam[b] religionem augere contenderet, monasterium studuit aptissimo loco extra muros pręfatę urbis, quo beatissimi martyris Faustini corpus requiescit[c], conditum iri. His itaque piis emulationibus tuis fratrum quoque et coepiscoporum favor comitatus[d] suffragia oportuna non abnuit. Inter quae, quia nostram quoque humilitatem convenire voluisti, rogans ut presbiterum atque monachum nostrum, virum honorabilem et adprime[e] officiis monasticis institutum, Maginardum[f] nomine, concederemus, quatinus[g] eum in predicto monasterio[h] abbatem ordinares, licet difficile, quia eius collegio non modice delectabamur[i], tamen apostolica moti sententia, qua dicit: 'Caritas non quęrit 1. Cor. 13, 5.
quę sua sunt', ad tantam utilitatem tuę sanctitati remisimus, et ut in prefato sancto loco a te pater monasterii consecrari deberet[k], concessimus. Hunc ergo a nobis absolutum tuaeque[l] sanctitati commissum[m], profusis iam hunc precibus commendamus[m], ut in vestra ęcclesia divini famulatus vestrum sacerdotumque vestrorum suffragium mereatur, et, cooperante gratia Dei, abbatis officium, ad quod exercendum eundem vobis concessimus, strenue valeat exhibere, communi omnium auxilio fultus, et manu sua scribat[n]. Deus te incolumem[o] custodiat, frater. Amen.[3]

---

26. a) Sanctitati *M.* b) Breianam *in ras. P.* c) quiescit *P.* d) commitatus *P.* e) aprime *M.* f) Mainardum *M.* g) quatenus *M.* h) monasterium *P.* i) delectabatur *M.* k) debere *M.* l) ęquę *M.* m) conm. *M.* n) *om. P.* o) incolom. *corr. in* incolum. *P,* incolumen *M.*

1) *Haec est eius inscriptio:* Incipit traditio super regulam sancti Benedicti, quam magister Hildemarus monachus tradidit, et docuit discipulis suis. Quocirca obsecro, cum aliquid incompositum sive inhonestum ibi inventum fuerit, non magistro, sed discipulis imputetur. 2) *Brixiensi inde ab a. 814.* Rambertus episcopus *et* Hagano episcopus *(Bergomensis) aderant a. 840. simul in palatio Ingelheimensi (Capitul. reg. Francor. II, 112), cf. supra p. 323 n. 1. Hagano sedit c. 837—867, cum episcopatum 30 annis egerit, cf. Lupi Cod. dipl. Bergom. I, 831.* 3) *In Graecis elementis litterarum, quae huic epistolae antecedunt, nomina ita scripta sunt:*

I. III. I. L. LX. C. I. XL. II. V. C. CCC. LX. CC. XL. I. X. L. I. C. IIII. XL. CC. VIII
A Γ A N O P A M B E P T O C M A I N A P Δ O C indictione octava. H fiunt insimul DLXXXIIII.

Indictio octava vel annis 829. et 830. vel 844. et 845. respondet, cum autem Hagano a. 837. circiter ad episcopatum accesserit, tempus posterius praeferendum est.

29.

818—828 *Ionas Aurelianensis episcopus*[1] *Mathfredo Aurelianensi comiti*[2] *rogatu eius tres libros de institutione laicali conscriptos dedicat.* *818—828.*

Codd. Vatic. 990 fol. 1' (R) s. IX. (quondam S. Petri Corbei.); Valentianensis 203 (195) c. 900. scr. fol. 1' (V); Colon. eccl. metropol. 184 s. IX. ex. fol. 1'—2', quem cont. Keussen, Parisinus 2397 s. X. fol. 1 liber beati Vincentii Lauduni: qui eum abstulerit, anathema sit, fiat, fiat amen *(L); 2398 s. XI. in. fol. 1' (P); 12291 (S. Germani Prat. 301) s. XII. ex. fol. 1 (G).*[a]

Edd. Dacherius Spicileg. I, 1—4 ex G vel R, ed. 2 emendatior I, 258; Migne Patrol. CVI, 121—124. Ed. princeps prodiit Duaci a. 1645. ex V.

DILECTO IN CHRISTO MATHFREDO[b] IONAS[c] IN DOMINO PERPETUAM[d] SALUTEM[e].

Tuae nuper strenuitatis litteras suscepi[f], quibus[g] meam extremitatem[h] commonefecisti[i], ut tibi citissime[k] et quam brevissime[l] scriberem, qualiter te ceterosque[m] qui[n] uxorio vinculo ligantur, vitam Deo placitam ducere oporteret. Opus nempe[o], mi karissime[p], quod a me omnium imperitissimo[q] fieri tibi flagitas, magnum est viresque intellegentiae[r] meae prorsus excedit[s], quod etiam nonnisi a doctis et eloquentissimis viris arripiendum est. Cum itaque in cunctis[t] ad salutem animae tuae pertinentibus humillimę petitioni tuae parere[u] semper optaverim; solummodo huic[v] speciali petitioni tuae, conscius inbecillitatis et inperitiae meae, magis reniti[w] quam obsequi prius statueram; quoniam me ad hoc conficiendum inparem[x] minusque idoneum sentio. Magnam namque[y] petitio tua et inertia mea in corde meo conflictationem generaverunt, illa scilicet, ut idem[z] opus aggrederer[a] persuadendo, haec autem, ne[b] tanti ponderis discrimen[c] subiretur[d], abnuendo[e].

Igitur cum in[f] huiuscemodi conflictatione[g] animus meus diutissime[h] alternaretur[i], trutinaque[k] iudicii sui semetipsum subtilissime[l] pręponderans ad idem opus subeundum[m] modis omnibus inpotens[n] agnosceretur[o]; eo[p] usque deliberando[q] ventum est, ut idem[r]
1. Cor. 13, 4. opus omitteretur, sed caritas quae omnia suffert, omnia sperat, omnia credit, omnia tolerat[s], inpatiens tantae omissionis[t], prosilivit[u] in medium[v], propulsans timoris[w] in-
Sap. 10, 21. firmitatem[x], tribuens arripiendi[y] audatiam[z], pollicens etiam per eum, qui aperit ora mutorum et linguas infantium facit disertas[a], possibilitatis[b] copiam, tandem idem opus me adgredi[c] conpulit. Fretus quippe[d] ad[e] idem[f] opus subeundum in eo magna ex parte extiti, quod non mei sensus verba stilo eloquentiae, quae nulla mihi inest, exarata, sed sententias[g] ex divinis oraculis promulgatas, et a sanctis patribus face-

29. a) *Lemma:* Incipit prefacio domni Ione Aurelianensis episcopi in libro de institutione laicali *G.* b) Mathfreto *R,* fratri *L,* Mathfredo Ionas *manu poster. erasa sunt in C, om. V, P.* c) *om. P.* d) *om. V.* e) perp. sal. in dom. *L,* perp. in dom. sal. *P.* f) suscipiens *P.* g) *in L sequitur* ea *del.* h) extrenuitatem *G.* i) *corr. ex* commonere fecisti *R,* commune fecisti *P.* k) citissimę *R,* facentissime *pro* tibi cit. *in ras. manu saec. XV. P.* l) brevissimę *R,* brevissi sime *V.* m) cęt. *P.* n) qui — ligantur *eras. V.* o) nempę *R.* p) karissimę *R,* carissime *C, L,* carissimę *P.* q) inper. *P, corr. in* imp. *V.* r) *corr. in* intellig. *V, L.* s) excedunt *R, G.* t) utique *pro* itaque — cunctis *R, G.* u) parere — tuae *om. R, L, P, G.* v) hic *corr. in* huic *man. rec. V.* w) renui *P.* x) imp. *G, corr. in* imp. *V.* y) magnamque *pro* mag. namq. *P.* z) idem — autem *om. R, G.* a) adgrederetur *C, V, P.* b) nec *P.* c) discrimina *L,* discrismen *P.* d) subirentur *V, rad. corr. in* subirem *L.* e) abnuendo igitur *om. P lacuna relicta.* f) *om. C, R, G, V, P.* g) conflictationem *P.* h) diutissimę *R.* i) alternaret *G.* k) trutina *om. P, lac. rel.* l) subtilissimę *R.* m) subeundem *R.* n) inpotē *R,* inpotem *C, V, L,* inpontem *man. rec. corr. in* inpotentem *P.* o) agnosceret *C, R, L,* agnoscerem *P.* p) *in ras. man. rec. G.* q) librando de *ligatura del. V.* r) idem opus *om. P, V.* s) tollerat *uno l eraso R,* tollerat *P.* t) amissionis *L.* u) prosiluit *corr. in* prosilivit *L.* v) motus *P.* w) amoris *P.* x) infirmitates *V.* y) *corr. ex* arripienda *L,* aripiendi *P.* z) operis voluntatem *in ras. manu rec. P.* a) *corr. e* dissertas *V, L,* diss. *C.* b) posibilitatis *P.* c) adgr. *corr. in* aggredi *V, L.* d) quipe *P.* e) ad — subeundum *om. V, L.* f) id *P.* g) sentias *al. man. corr. in* sententias *R,* sentenc. *P.*

1) *818—844.* 2) *De quo cf. supra p. 201 n. 1. In tempore huius operis definiendo, de quo Simson non recte iudicavit, sequor Amelungium (Programm des Vitzthum'schen Gymnas. Dresden 1888 p. 45—46).*

tissime expositas huic forem[a] innecturus[b] operi. Quapropter studii mei fuit pro captu ingenii eloquia[c] divina sanctorumque patrum dicta scrutari, ac veluti ex diversis pratis[d] flosculos carpere et quasi in quodam cartallo congerere[e] tuaeque piae devotioni necnon et eorum quibus id forte placuerit, hoc commentariolum[f] condere, ut in eo quasi in quodam speculo te assidue[g] contemplari, qualiterque coniugalem[h] vitam honeste ducere debeas, eius crebra[i] lectione valeas instrui. 817—828

At si quispiam[k] obicere voluerit, frustra et ex superfluo in hoc opusculo meam desudasse[l] parvitatem, presertim[m] cum modus[n] vitae[o] christianae in legalibus, propheticis[p], evangelicis[q], apostolicis constet dictis; perfecteque in sermone Domini in monte habito, ut beatus ait Augustinus[r 1], idem digestus sit modus, noverit quod prisci patres silvam sanctarum scripturarum penetrantes[s], diversos atque innumeros sanae fidei ex ea ramos prçciderint, e quibus ob multorum utilitatem, et divinae servitutis honorem[t] salutiferas formulas ediderint[u], e[v] quibus etiam consistit Christo quae[w] devote famulatur, canonica atque monastica institutio. Porro laicalis, licet in divinis eloquiis sparsim sit digesta, propter eos[x] tamen quibus aut cordi[y] aut posse non est, latos divinarum scripturarum campos percurrere, utile dignumque iudicatum est, in hoc negotio tuae benivolae[z] petitioni adsensum[a] prebere, et sententias[b], ut dictum est, veteris novique testamenti et sanctorum patrum dicta excerpere, quibus ad petitionem tuam hoc opus congessi et tuae devotioni dedicavi; immo per te ceteris, quibus studii fuerit, id cum caritate suscipere et pia devotione amplecti.

Et ne ob sui prolixitatem[c] tedio esset legentibus, id tribus libellis distinxi[d], videlicet ut[e] primus et ultimus omnibus generaliter fidelibus, medius autem magna sui ex parte coniugalem vitam ducentibus specialiter conveniret. Moneo interea tuam experientissimam sagacitatem et erga Christi famulatum devotionem[f] humillimam, ut hoc crebro[g] legas aut tibi legi facias, eisque quibus animo est magis aliena[h] carpere, quam fraterno affectu diligere, non facile prodas[i]. Si quid vero in hoc opere secus quam debui congessi, per Dominum mihi humiliter peto ignosci. Si quid autem in eo legentes sive audientes sibi profuturum inesse cognoverint, non mihi, sed[k] Deo mecum gratias agere meminerint[l].

30.

Ionas Aurelianensis episcopus Waltcaudo Leodiensi episcopo sancti Hugberti vitam rudi prius sermone conditam ex voluntate eius correctam mittit. *825—831.*

Codd. Parisinus 5609 s. IX. fol. 2 (P)[2]; Vindobon. 550 (Hist. eccl. 123) s. X. fol. 1—2 (V); Bruxellens. (S. Laurentii Leod.) 9936 s. XI. fol. 96 (B). Extat etiam in cod. Paris. 5308 s. XII. fol. 217, cf. Pertz Arch. VIII, 350.[a]

Edd. Ioh. Robert, Historia S. Huberti Luxemburgi 1621 p. 11; Dümmler in Forsch. zur Deutschen Gesch. VI, 126—127, Arndt Kl. Denkmäler aus der Merovingerzeit, Hannover 1874 p. 70—72.

---

a) fore *P.* b) innexurus x *in ras. V.* c) ęloquia *R.* d) patris *man. post. corr. in* pratis *L.* e) congere *L.* f) commentir. *corr. in* -tar. *P.* g) assiduae *rad. corr. in* assidue *V,* assiduę *P.* h) *eras. in V.* i) creba *corr. in* crebra *V.* k) *sequitur* accipiam *del. L.* l) desudassae *P.* m) pres. *corr. in* pręs. *V.* n) commodus *pro* cum mod. *R, corr. in* cum mod. *L.* o) vite *P, corr. in* vitę *V.* p) profet. *P.* q) aevang. *R,* et *add. C.* r) Agust. *P.* s) penetr. *corr. in* penitr. *V,* penetranter *P.* t) honorare *corr. in* honore *P.* u) aedid. *R, corr. in* ediderunt *L.* v) ae *R.* w) que *C.* x) *om. P.* y) auctordi *P, pro* aut cordi. z) benivolę *V,* benivole *G, P.* a) assens. *corr. in* ads. *V.* b) sentias *corr. in* sententias *R.* c) prolixitate *P.* d) distincxi *corr. in* distinxi *V.* e) qui *G.* f) humill. devot. *C, G.* g) crebo *corr. in* crebro *V.* h) aliȩna *P.* i) prodere *P.* k) seđ *P.* l) Explicit *add. C,* Explicit prologus *add. G,* Explicit prefatio *L,* Expl. praefatio Deo gratias amen *add. V, ubi fol. 1 legitur:* Hoc opus in lucem misimus anno 1645 Duaci typis Ioannis de Spira.

30. a) *Lemma:* Incipit epistola Ionae episcopi ad Waltcaudum venerabilem episcopum *V.*

1) *De sermone Dom. in monte l. I c. 1, opp. III, 2, 165.* 2) *In marg. infer. f. 2' legitur:* Hincmarus archiepiscopus dedit sancto Remigio; qui ei abstulerit anathema sit (qui — sit *manu saec. XII.*).

825—831

DOMINO HONORABILITER VENERANDO ET VENERABILITER HONORANDO FRATRI ET COEPISCOPO WALTCAUDO[1] IONAS ULTIMUS FAMULORUM CHRISTI FAMULUS AETERNAM IN DOMINO SALUTEM[2].

Cum animus modernorum venerabilium praesulum ad imitationem excitatur Deo placentium priscorum sacerdotum, id maxime fieri reor ex assidua lectione sanctissimae vitae eorum. Unde non dubium est vel esse vel fieri velle vos sanctorum pastorum[a] participem[b], cuius pascit assidua lectio referens actuum eorum probitatem insatiabilem mentem. Et quia proprium est ingenuae menti nihil his quae utilia sunt interserere velle inperfectionis, qua obfuscari vel in aliquo possit studium bonitatis, in vitae sancti Hugberti discriptione[c] cum vobis placerent Deo dignissimi ac prorsus imitabiles qui referuntur actus, displicuit tamen sermo incultus. Quam vestra benigna paternitas a nostra parvitate corrigi[d] et secundum regulas loquendi voluit constringi.

In qua re vestram admiror vehementer[e] prudentiam, quia, cum adsit[f] vobis palatina scolasticorum facundia, a me vix vel[g] tenuiter scientiam communem litterarum sciente id[h] fieri voluistis. Quod etsi nescio cur acciderit, sententia cuiusdam[i] me edoceri puto, qui dixit amantum semper caeca[k] esse iudicia[l]. Ideoque quia plurimum, licet nullis meritis praecedentibus, me a vestra pia paternitate diligi scio, ad hoc opus me idoneum amore privato iudicari cognosco. Sane de inpossibilitate virium conquestus apud vos ab opere tanto me excusarem, si vobis negare saltim[m] aliquid potuissem. Erit ergo vestrae piae paternitatis, si quid bene et rationabiliter in hoc opere factum ordinatumque reppereritis[n], largitori omnium Christo dignas persolvere grates. Si quid vero secus[o] quam decet, id inpossibilitati meae atque insipientiae[p] adtribuere, et, ut pace vestra dixerim, vestrae iussioni pene indiscrete.

Si autem et nostra incorrecta[q] emendatio in manus cuiuscumque docti devenerit, humiliter efflagito, ut non mihi succenseat[r], quia inperito[s] stilo tantum opus adgredi[t] ausus sim, sed consideret caritatis fraternae ad id me conpulsum praecatione[u], cui aliquid negare nefas ducit quisquis plenus est fraterno amore. Si vero incorrecta[q] salva pacis unitate corrigere libuerit, libenter carta mea perferat correctorem[v], cum ego[w] ipse humiliter suscipere paratus sim morum meorum a doctioribus et[x] sanctioribus correctionem[y]. Debet[z] ergo absque invidia ferre carta[a] quod gratum[b] habet conscientia. Sed neque compilatoris vel nomen vel officium[c] mihi debet imputari, quasi qui alienum opus verbaque pervaserim. Satius enim mihi fuerat eius, a quo primum composita est lectione refici, quam labore huiusce rei fatigari, quia, et si offenditur auris vitio sermonis, aedificatur[d] tamen mens nobilitate virtutis. Potuit namque, quisquis ille fuerit, sanctissimi viri operum devotissimus scriptor cum apostolo gloriari,
2. Cor. 11, 6. quia 'etsi imperitus sermone, sed non scientia[e]'. Fidem ergo dictorum illi adtribuimus[f], nec alia cudimus, quam ab eius relatione comperimus. Nobis tantum sufficit[g] superficiem[h] litteraturae vel modico decorasse sermone, cuius ille aut contemptor fuit aut inscius. Vestrum tamen erit, hunc nostrum qualemcumque laborem devotis quibusque pro utilitate legendum committere et non superborum superciliis subsannandum

---

a) Christi *B.* b) partipem *B*, principem *P.* c) *manu post. corr. in* descr. *P*, descr. *B.* d) colligi *B.* e) omnino *B.* f) assit *V.* g) vel ten. *in ras. al. man. coaeva B.* h) fieri id *B.* i) me cuiusd. *B.* k) esse caęca *B.* l) iuditia *B.* m) saltem *B man. coaev. add.* n) repperietis *B.* o) sequus *B.* p) inpossibilitati meę *B.* q) incorrepta *B.* r) suscenseat *P, V.* s) imper. *V, B.* t) aggredi *B.* u) pręcat. *V*, prec. *B.* v) correptionem *B.* w) ipse ego *B.* x) et sanct. *om. B.* y) *loc. rasus, in marg.* correptonem *B.* z) ergo deb. *B post* invidia. a) cartha *B.* b) gratissimum *B.* c) offitium *B.* d) edif. *B.* e) fuerit *man. coaeva superscr. P.* f) attrib. *B.* g) *eras. B.* h) superfit. *B.*

1) *a. 810—831, sub quo a. 825. S. Hucberti corpus Leodio Andagium (postea S. Huberti monasterium vocatum) translatum est, cf. SS. XV, 234.* 2) *Hugberti vitae a Iona correctae praefationem et capitula edidit Arndt l. l. p. 72—76, quam sequitur translatio eius.*

invidorumque dentibus conrodendum exponere, et laborem, quem vestrae iussioni 834 parentes in eo habuimus, orationum[a] retributione[b] reconpensare.

Bene semper in Domino vale, vir venerande et honorande, mearumque virium inbecillitatem[c] orationum tuarum baculo sustentare dignare.

31.

Ionas Aurelianensis episcopus Pippino Aquitaniae regi, pietate eius erga patrem laudata admonitionibusque recte vivendi additis, librum de institutione regia dedicat. 834.

Cod. Capituli basilicae S. Petri 168 D s. X. fol. 77—80 (R, quo etiam Dacherius et Labbe usi sunt), cont. V. cl. R. Arnold. Alter, quem Baluzius Aureliae reperit, in editione Dacheriana secunda adhibitus, nunc latet.

Edd. Dacherius Spicileg. V, 57—64 (a. 1661), ed. alt. I, 324—326 (a. 1723); Phil. Labbe, La géographie royale présent. au Louis XIV p. 123—135 (a. 1662) e MS. cod.; Migne Patrol. CVI, 279—286.

*DOMINO NOBILISSIMO PROSAPIA, PULCHRITUDINE ATQUE SAPIENTIA PRESTANTISSIMO, *fol. 77. PIPPINO REGI[1] GLORIOSISSIMO, IONAS, MINIMUS FAMULORUM CHRISTI FAMULUS, PRESENTIS FUTUREQUE VITE OPTANS[a] BEATITUDINEM[2].

Quod tantum temporis effluxit, ex quo ignarus extiti tante prudentie vestre erga regium honorem, tante devotionis erga divinum cultum, tante voluntatis erga divinum timorem et amorem, tante etiam humilitatis erga sacerdotale ministerium, quam vobis nuper gratia Christi administrante inesse didici, nulli alii nisi mee ascribo hebitudini. Nec immerito, quippe cum vestre potestati, in cuius regno ortus et altus, litterisque admodum imbutus, comaque capitis deposita, Christi militie sum mancipatus, iure fideliterque debui obsecundare ei quoquo modo, utpote verendo et delitescendo potiusque subterfugiendo, propter blasphemias et obprobria atque mendatia quorundam pravorum hominum, qui meam extremitatem[3] apud serenitatem vestram astu diabolico, odio et invidia pleno, persepe diffamaverunt, me corpore, non animo subtraxerim; non adtendens illud, quod Dominus in consolationem eorum, quorum vita malivolorum ore decerpitur, per Isaiam prophetam loquitur dicens: 'Ne timeatis obprobria hominum neque blasphemias eorum Isai. 51, 7. 8. metuatis[b], quoniam sicut ignis, sic devorabit eos vermis, et sicut vestimentum, sic commedet eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit, et iustitia mea in generationes generationum'. Non igitur presumerem vestre quippiam celsitudini admonitionis gratia scribere, nisi fretus extitissem de vestra cernua sublimitate, et experimento didicissem ea, que ad amorem et timorem Dei animarumque salutem pertinent, vos ferventer velle discere, et libenter audire. Quoniam memores illius sententie, qua dicitur: 'Qui Prov. 21, 13. obturat[c] aurem suam, ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit', regium fastum deponitis, creatorique vestro famulatum[d] exhibetis, et ad eius salutifera precepta aurem cordis et corporis subponitis. Licet enim illo donante, a quo est omne datum optimum Iac. 1, 17. et omne donum perfectum, quid vobis agendum quidve cavendum sit, adprime noveritis, et ad id exsequendum plurimos *famulatores Christi consultores in promtu habeatis; *f. 77'. tamen quia pars illorum fidelissima ex isto et illorum collegio me adscisco, et deinceps totis nisibus adscisci exopto, non absurdum debet videri, nec subsicivum haberi exiguum admonitionis munusculum, quod ex modico pectoris mei thesauro vobis, domino meo, porrigere presumo. Proinde, mi domine rex serenissime, officii mei memor et salutis

---

a) *rad. corr. in* orationi *B.* b) retributionum *B.* c) imbec. *V,* inbecillicitatem *B.*
31. a) optat *Labbe.* b) intuatis *R.* c) obdurat *R.* d) famulum *R, corr. Labbe.*

1) *Aquitaniae 817—838.* 2) *Hanc epistolam, quam Dacherius anno 828. adsignare voluit (Labbe a. 833) a. 834. potius scriptam esse recte demonstravit B. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. I, 381, cui plene assentitur Amelung (Leben u. Schriften des B. Ionas v. Orléans, Dresden 1888, p. 40—42).* 3) *Cf. supra p. 346 v. 10.*

834 vestre, quam plurimum cupio[a], fidelis atque indissimulatus[b] debitor existens, moneo
humiliter celsitudinem vestram, ut sedulo perpendatis, qualiter tempora mundi perpete
cursu preterlabantur, et quod eius gaudia omnibus mortalibus luctu finiantur, seu quod
honor et amor illius, pompa atque dulcedo, omnibus amaritudinem generet; necnon et
illud, quod omnis filius Adam vermis sit et putredo; et quod secundum illud quod
Gen. 3, 19. voce dominica primo parenti nostro dicitur, pulvis sit et in pulverem cito redigatur.
Unde scribit quidam[1]: 'Brachia non retrahunt fortes nec purpura reges,
Sed quicunque venit pulvere, pulvis erit'.
Quia ergo constat tam labilem, tam fragilem existere hanc vitam, morborum diverso-
rum generibus et multifariarum calamitatum miseriis plenam mortalibus adtributam,
debet unusquisque, dum ei vivere conceditur, adtendere, ne aliquo torpore depressus,
aut qualibet incuria aut securitate inlectus, tempora indulta penitentie in vacuum
deducat, sed magis propheticis et evangelicis atque apostolicis salutariter provocatus
eloquiis, creatorem suum, a quo peccando recessit, penitendo requirere studeat, eum-
que per dignam penitentie satisfactionem et elemosinarum largitionem sibi propitium
Isai. 55, 6. 7. facere satagat, iuxta illud propheticum: 'Querite Dominum, dum inveniri potest, invocate
eum, dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas,
et revertatur ad Dominum, et miserebitur ei et ad Deum nostrum, quoniam multus
Ier. 13, 16. est ad ignoscendum.' Et illud: 'Date domino Deo vestro gloriam, antequam contene-
brescat, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos'. Et illud evangeli-
Ioh. 12, 35. cum: 'Ambulate dum lucem habetis, ne tenebre vos comprehendant'. Et illud:
Matth. 25, 12. 2. Cor. 6, 2. 'Vigilate et orate, quia nescitis diem neque horam'. Et illud: 'Ecce nunc tempus
*f. 78. *acceptabile, ecce nunc dies salutis'. Et multa his similia que latius propheticus et
evangelicus atque apostolicus exsequitur stilus.

His itaque salutiferis exhortamentis quisque fidelis admonitus, et de imis ad
superna erectus, totaque fiducia et spe in creatorem suum suspensus, procul dubio
cavet, ne[c] cum[d] mundo ruente[e] ruat, sed potius Christo redemptori suo, qui ruere
Ps. 72, 28. nescit, totis nisibus adheret, dicens gratulabundus cum psalmographo: 'Michi autem
adherere Deo bonum est, ponere in domino Deo spem meam'. Sed et hoc nichilo-
minus unicuique vitandum est, ne terram plus diligat quam celum, sed neque hanc
peregrinationem erumpnis oppletam pro patria diligat, sciatque se hic peregrinum et
advenam, alibi civem et domesticum futurum esse debere. Unde propheta David:
Ps. 38, 13. 'Quoniam advena ego sum apud te et peregrinus, sicut omnes patres mei'. Et apostolus:
2. Cor. 5, 1. 'Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod
edificationem habemus, domum non manufactam, eternam in celis'. Igitur quia unius-
cuiusque fragile luteumque habitaculum, quo peregrinatur, cito est solvendum, summo-
pere cavendum est, ne propter illius amorem et incentiva desideria, vanasque ac noxias
delectationes anima, que est celestis origo, pereat in eternum, sed ita exterior homo
ob noxius[f] corruptioni subiciatur servituti, ut interior de die in diem renovatus ad
eternam gloriam feliciter capescendam preparetur. Satius quippe unicuique mortalium
fuerat non subsistere, quam propter delectationes carnales et fumea caducaque gaudia
mundi a felicitate paradisi sanctorumque angelorum et hominum consortio extorrem
fieri. Verum quia conditio humana et cursus istius mundi ita se habet, oportet ut
isdem mundus eiusque divitie non in desiderio, sed in usu teneantur, iuxta illud apostoli:
1. Cor. 7, 31. 'Qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur'; sciaturque quod amicitia illius, teste
Iac. 4, 4. apostolo Iacobo, inimica sit Dei ita dicentis: 'Quicumque voluerit amicus esse seculi

---

a) cupidus *Labbe.* b) indissimulator *R, corr. L.* c) nec *R,* ne *edd.* d) non *R,* cum *Labbe.*
e) mente *R,* ruente *corr. L.* f) noxius *R,* obnoxius *Dach.*

1) *Fortunati Carm. IX, 2, 47. 48, p. 207 ed. Leo.*

huius, inimicus Dei constituitur'. Quibus verbis liquido colligitur, quod nullo amico 834
Dei amicitia huius mundi amplectenda sit, et quod semper amicis Dei inimicus fuerit.
Miserabilis plane et valde dolenda res est, quando quis inimici sui amicitie iungitur
et pro noxia mortiferaque amicitia eternum et immortalem amicum, creatorem videlicet
*suum, amittit. *f. 78'.

Quapropter summopere omnibus, qui christiana professione censentur, vigilandum
et procurandum est, ne differant de die in diem ad Deum conversionem facere; neque
se vana spe deludant, promittentes sibi aut propter iuventutem aut propter sanitatem
corporis longinquam vitam, scientes quod mors nulli etati parcit et quod omnibus
finis[a] sui[b] dies incertus sit. Ergo spreto antiquo hoste spretoque mundo, qui in ma- 1. Ioh. 5, 19.
ligno positus est, spretisque eius diviciis atque calcatis, quotidie de vitiis ad virtutes,
de visibilibus ad invisibilia, de transitoriis ad eterna salutiferum transitum faciant,
quatenus, finito labentis huius vite excursu, ad eum perveniant a quo, cum non essent,
sunt creati, cum perissent, sunt recreati eiusque fide salutariter insigniti, et ab eo
percipiant ea que nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, 1. Cor. 2, 9.
que preparavit Deus diligentibus [se]'.

Hiis ita per accessum exsecutis ad te, rex bone, rex pulcherrime, specialiter
sermo mediocritatis mee rursus dirigitur. Obsecro itaque et per Dominum supplico,
ut ea, que paulo supra generaliter dicta sunt, vestra excellentia specialiter sibi ad-
sumere dignetur. Humiliter etiam vestre mansuetudini suggero, ut dominum Deum
tuum, sicut se diligendum cultoribus suis precepit, ex toto videlicet corde, ex tota Deut. 6, 5.
anima et ex tota virtute semper diligas, eiusque amori nichil preponas. Porro quod Matth. 22, 39.
proximum vestrum sicut vosmetipsos diligere debeatis, admonitione mea non indigetis.
Quia igitur quantum orthodoxum virum, piumque caesarem, dominum nostrum, genitorem
vestrum[1] dilexeritis, eique in omnibus fideliter et humiliter subiecti fueritis, eiusque
dehonorationem aegre tuleritis, omnibus nobiliter, immo memorabiliter manifestastis,
internis enim precibus Dominum exoro, vosque humiliter admoneo, ut semper in eadem
dilectione sincerissime, Domino vobis opem ferente, permaneatis, et nullatenus vos
qualibet occasione aut cuiuslibet hortatu ab eius[c] amore disiungatis neque eum in ali-
quo contristetis, quia testante scriptura divina inter cetera, quibus de patre diligendo
et amando filium instruit, hoc iubet, ut filius non[d] contristet patrem in vita sua. Eccli. 3, 14.
Quantum denique pater a filio diligi et honorari debeat, Dominus specialiter demonstrat,
cum in prima tabula de cultu et dilectione sua mandata dedisset, in secunda primum
preceptum de patre honorando dedit *ita inquiens: 'Honora patrem tuum et matrem *f. 79. Deut. 5, 16.
tuam, ut sis longevus super terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi'. Multa Exod. 20, 12.
quidem sunt legalia et evangelica atque apostolica a Domino promulgata precepta,
quibus pater a filio diligi et honorari precipitur, que, quia vestre sapientie nota sunt,
idcirco omittuntur hic. Pro certo autem sciendum est, quia, quisquis patrem honorat,
Deum, qui omnium pater est, honorat; et qui eum dehonorat, illi procul dubio iniuriam
ingerit, quia omnium pater est et a filiis patrem honorandum sancit. Quid vero
dispendii, quid malorum, quid meroris, quid oppressionis, quidve miseriarum simul-
tates[e] et discordie, que preterito anno, sicut vestra excellentia novit, emerserunt, 833
populo[f] Dei inflixerunt, regnum hoc miserabiliter[g] expertum est, et tripudium diabolo
suisque membris magnum factum est. Sed quia, ut credo, dominus servorum suorum
precibus pulsatus, et patri vestro propter sua pia religiosaque facta, vobisque et
fratribus vestris, dominis nostris, propter mutuam dilectionem firmandam evidenter

---

a) fines *R.* b) dies sui *R.* c) enim *R.* d) in *R.* e) simulantes *R, corr. Dach. Labbe.*
f) populi *R.* g) mirabiliter *R.*

1) *Ludowicum Pium imperatorem.*

834 propitius factus, ne sanguis populi christiani vobis commissi, quem diabolus plurimum
sitiebat, civiliter et plus quam civiliter[1] funderetur, bellum, quod astu diabolico in-
tentabatur, avertit; oportet, ymmo necesse est, ut vos et fratres vestri[2], eriles nostri,
in mutua dilectione indissolubiliter consistatis, patrique vestro iuxta paternam reveren-
tiam et divinam ordinationem atque preceptionem unanimiter congruam subiectionem
impendatis, et debitum honorem conservetis, et indissimulatum amorem exhibeatis,
qualiter illo vobisque iure[a] ei parentibus temporaliter principante, et populus vobis
commissus quiete et pacifice vivere, et vos pro officio vobis a Deo commisso strenue
fideliterque administrato cum Christo in perpetuum feliciter mereamini regnare.

Quatuor itaque extant, domine mi rex, que dictu brevia, actu vero, Christi gratia
adiuvante, facilia et observantibus valde proficua, que a vestra solertia et libenter
audiri et inhianter cupio adimpleri. Primum, ut quotidie unusquisque potius anime
quam corpori consulat, anime sue quoddam, et ut ita dixerim, magnum peculiare
adquirat, quod in eternum possideat, quoniam, sicut evangelico instruimur oraculo,
*f. 79'. de omnibus vite nostre temporibus annis videlicet, mensibus, diebus atque ho*ris, ex quo
Deus discretionem boni et mali nobis tribuit, bone operationis fructum a vinea nostra,
id[b] est anima, exacturus est.

Secundum, ut quotidie, excepta illa quam sacerdotibus ad consilium salutis sue
capiendum, Deumque sibi propitiandum facit, de omnibus peccatis suis creatori suo
Ps. 50, 5. confessionem faciat, et peccata sua ante se constituat, dicens cum propheta: 'Quoniam
iniquitatem meam ego cognosco et peccatum meum contra me est semper'. Cum
enim quis peccata sua Deo confitendo coram se ponit, tunc salubriter atque veraciter
Ps. 50, 11. illum versiculum Deo decantat, quo dicitur: 'Averte faciem tuam a peccatis meis et
omnes iniquitates meas dele'. Et multa que de hac confessione in divinis[c] eloquiis
continentur.

Tertium, ut diem mortis sue quotidie ante oculos sibi ponat, ut anima sua irrisi-
onem inimicorum suorum, quando pulsata fuerit, ut a corpore egrediatur, non erubescat,
Ps. 126, 5. sed bonis operibus ditata, illud in ea adimpleatur quod dicitur: 'Non confundetur, cum
loquetur inimicis suis in porta'. Quantum enim illa dies et illa hora tremenda sit,
Eccli. 7, 40. die et nocte vigilanter perpendendum est. Propter hoc monet scriptura[d]: 'Fili, in om-
nibus operibus tuis memorare novissima tua, et in eternum non peccabis'. Verum si
eamdem horam sedula meditatione ruminare studuissemus, et, quia inevitabilis et
ineluctabilis est, quantum sit tremenda, perpendere curassemus, aut raro aut numquam
peccare presumeremus.

Soph. 1, 15. 16. Quartum, ut diem tremendi examinis, que a propheta dicitur: 'Dies ire, dies
tribulationis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies nebule[e] et turbinis, dies tube
et clangoris' et cetera que de ea prolixius in divinis eloquiis scribuntur, quando ad-
stabimus ante tribunal Christi et reddituri sumus rationem de hiis, que per corpus
gessimus sive bona sive mala, remota omni mortifera securitate, et corporis qualibet
delectatione, semper pre oculis habeamus, et mente tractemus, et ita nos Domino
adiuvante preparemus, ut cum illo ventum fuerit, non cum reprobis dampnari in eter-
num, sed potius cum electis[f] benedici, et perpetuum regnum cum eis mereamur sortiri.

Restant preterea plura, que vestre celsitudini caritate dictante scribenda forent,
ni veritus fuissem et modum epistolarem excedere et vestre dignationi quoquo modo
*f. 80. oneri esse, que, quia *hic pretermittuntur, in sequentibus ex oraculis divinis et sancto-

---

a) viro *R*, iure *corr. Labbe.* b) id *superscr. man. alt.* c) induimus *pro* in divinis *R.* d) scri-
pturam *R.* e) nubule *R.* f) elc̄is *R.*

1) *Luc. de bello civ. I, 1.* 2) *Lotharius et Ludowicus.*

rum patrum dictis congesta capitulatim ponuntur. Que si legere, aut ab alio vobis 840—844 Domino adminiculante [legi volueritis[a], quantum] profutura fient, satis dici non potest.

Sancta et individua Trinitas te, bone rex, interius exteriusque custodiat, et ab hostium visibilium et invisibilium insidiis muniat atque defendat, et post hanc peregrinationem sanctorum regum consortem efficiat.

Incipiunt versus breviter digesti
et ad domnum Pipinum regem fideliter directi.

Rex pie, sume, precor, munus quod defero parvum,
Ut tibi sepe libens munera grata feram.
Verum si vestris fuerit conspectibus aptum,
Aptius et propere nostra Thalia dabit.
Nam potiora ferunt docti satis arte Maronis,
His quia cura manet, ars quibus ampla cluit[b].
Qui[1] quondam metricis ludebam promptus in odis[2],
Corpore nunc quasso nil nisi flere libet[c].
Sit Deus ipse tibi tutor fautorque per evum,
Per quem regnare te tuus omnis amat.
Culmina regnandi teneas sic cautus in arvis,
Ut sis post mortem mansor in arce poli[d].

32.

Ionas Aurelianensis episcopus Carolo (Calvo) regi opusculum de cultu imaginum iussu Ludowici Pii inceptum contra errores Claudii Taurinensis episcopi post obitum Ludowici et Claudii consummatum offert. *840—844.*

Codd. latent. Cf. de exemplari eius elegantissimo saec. IX, quod Steph. Baluzius a. 1687. vidit, editionem eius alteram operum Lupi p. 355.

Edd. princeps: Ionae Aurelianensis ecclesiae episcopi libri tres de cultu imaginum, Coloniae anno 1554; Bibl. patr. Paris. (a. 1654) IV, 1, 533—536; Lugdunens. XIV, 167; Migne Patrol. CVI, 305—308[a].

DILECTO CAROLO INCLYTO REGI IONAS, MINIMUS FAMULORUM CHRISTI FAMULUS, GEMINAM OPTAT SALUTEM.

Quantus dominus noster, gloriosissimus genitor vester, Deo dilectissimus Lodovicus caesar religiosissimus, in fidei sinceritate[b], totius bonitatis virtute, proborum morum claritudine, sapientiae ac sanctitatis dote, divinique amoris ac timoris fervore extiterit, et in ecclesiasticis negotiis, Domino se amminiculante, ad honorem et cultum divinum pertinentibus augmentandis et gubernandis emicuerit; quantumque imperium paternum

---

a) legi volueritis quam *suppl. Dach.;* Quae si saepe legeritis, quantum vobis Domino adminiculante profutura *scr. Labbe.* b) gluit *R.* c) lubet *ed.* d) *Ionas librum suum c. XVII. fol. 97'—98 his verbis finit:* Hoc opusculum, obtime rex, ob amorem salutis vestre digessi, humiliter deprecans, ut illud, sicut iam in precedentibus dictum est, libenter legere et audire dignemini, quatenus libentius atque frequentius deinceps serenitati vestre ea, que ad salutem anime vestre et honorem regni pertinere cognovero, alacri animo scribam. Quod tamen opusculum non meis, sed beati Augustini, doctoris eximii, verbis finiendum ratum dignumque duxi, ut in eis perspicue cognoscatis qui imperatores quive reges felices dici possint et debeant. Scribit autem in libro V.[3] de civitate Dei inter cetera ita: 'Neque enim nos christianos imperatores — advenerit. Deo gratias.

32. a) *Lemma:* Prȩfatio Ionȩ Aurelianensis episcopi super sequenti opusculo Carolo regi porrecto *ed. pr.* b) syncer. *ed. pr. passim.*

1) *Cf. Boet. Consol. philos. I, 1:* Carmina qui quondam studio florente peregi, | Flebilis heu maestos cogor inire modos. 2) *Carmen eius sapphicum* De adventu Hludowici Augusti *editum est Poet. Carol. I, 529.* 3) *Cap. 24 (opp. VII, 141), cf. supra p. 229.*

840—844 (quia sic Deus voluit) iure aequissimo sortitus, rectissimo iusticiae libramine tenuerit rexeritque, et contra hostium impetus militariter muniverit, et ecclesiam Christi precioso sanguine redemptam, suoque regimini divinitus commissam, morem patris sui[a], videlicet[b] et omonimi vestri[c], Caroli nobilissimi augusti imitans, immo supergrediens, et disciplinis liberalium artium educaverit, et utriusque testamenti sancti paginis atque eximiorum patrum dictis, ad propellenda hereticorum dogmata venenata et instruxerit et instrui fecerit, cunctis catholicae et[d] apostolicae[e] fidei filiis perspicuum esse non ambigitur, quoniam revera id quod dicitur in promptu esse cernitur.

Is namque Deo dilectissimus princeps inter caetera bonitatis suae studia erga divinum cultum amplificandum multiplici modo[f] ferventia quendam presbyterum, natione Hispanum[1], nomine Claudium, qui aliquid temporis in palatio suo in presbyteratus militaverat honore, cui in explanandis sanctorum evangeliorum lectionibus quantulacunque notitia inesse videbatur, ut Italicae plebi, quae magna ex parte a sanctorum evangelistarum sensibus procul aberat, sacrae doctrinae consultum ferret, Taurinensi praesulem subrogari fecit ecclesiae. Sed quam pestiferum dogma et ab ecclesiae auctoritate abhorrens in plebem sibi transfuderit commissam, libellus, quem ad Theodemirum venerabilem abbatem, se, caritate imperante, corrigentem eumque a supersticiosa doctrina avertere volentem, scripsit, eundem legere et nosse volentibus patenter demonstrat. Memoratus denique libellus eidem domino nostro, genitori vestro, sincerissime ac religiosissime orthodoxam fidem colenti, ob defensionem sanctae matris ecclesiae, quae ab eodem Claudio, sicut textus suarum literarum prodit, hostiliter impugnabatur, delatus est. Qui ab eo suique palatii prudentissimis viris est[d] examinatus, iusto iudicio est[d] repudiatus. Quem licet ego nec legerim nec viderim, quoddam tamen ex eo excerptum, eodem genitore vestro mittente, suscepi[2]. Praecipiens et monens[g] memoratus Deo carus caesar, ut ad refellenda et improbanda eiusdem Claudii, quae in eodem excerpto perversissima continebantur, dicta, et in blasphemiam vituperationemque sanctae Dei ecclesiae irreverenter erant iaculata, secundum tenuitatem sensus mei, quantum Deus annuisset, nullatenus rescribere omitterem.

Cuius iussioni libentissime et obedientissime parens, prout Deus posse dedit et facultas temporis sivit[h], quoddam in opusculum digerere coeperam et magna ex parte digesseram. Sed audiens eundem Claudium iuxta humanam conditionem ultimum clausisse diem[3], ab eodem opere perficiendo stilum meum feriandum statui. Rebar enim, quod illo moriente pariter eius error nusquam comparuisset, et secundum Domini sententiam
Exod. 17, 14. dicentis: 'Delebo memoriam Amalech de sub caelo', nihilominus memoria illius perversae doctrinae deleta fuisset in omnium virorum prudentium pectore. Sed quia, ut relatione veridica didici, non modo error, de quo agitur, in discipulorum suorum mentibus reviviscit, quin potius eo docente heresis Arriana pullulare deprehenditur, de qua fertur quaedam monumenta librorum congessisse, et ad simplicitatem et puritatem fidei catholicae et apostolicae oppugnandam in armario episcopii sui clandestina calliditate reliquisse, non sum ausus, quin monitu et hortatu filiorum sanctae Dei ecclesiae opus, quod praetermiseram, enucleatim discutiendum repeterem, et singulis quae supererant perverse obiectis rationalibus atque piissimis antithetis ad liquidum obviarem. Quod ergo pro viribus executus idem opusculum iuxta imperium patris vestri ob capacitatem mei sensus

a) avi *ed. pr.* b) pii *add. Bibl. patr.* c) viri *edd.* d) *om. Bibl. patr.* e) apostolicaeque *Bibl. patr.* f) *om. ed. pr.* g) Praecipiebat et monebat *coni. Bibl. patr. Paris.* h) sinit *ed. pr.*

1) *Cf. infra librum Ionae primum:* Is itaque de quo agitur exortus ex eadem Hispania . . per aliquot temporis in palatio memorati gloriosissimi ac serenissimi Deoque amabilis augusti in officio praesbiteratus militavit. Sed ut aliorum utilitati doctrina praedicationis evangelicae, quae illi admodum inesse videbatur, consuleret, ipsius piissimi principis clementia praesul Taurinensis subrogatus est ecclesiae. 2) *Quod invenies EE. IV, 610—613.* 3) *Cf. de obitu eius, cuius annus non constat, ibid. p. 588.*

digerens, vobis offerendum merito iudicavi, ut quod patri vestro imperanti reddere non quivi, in vobis et illi, et vobis pariter reddam. c. 841—846

Sufficere namque Claudio poterat ad cumulum miseriarum suarum error, quem secutus est, duorum scilicet hereticorum, Eustathii[a] et Vigilantii[1]. Sed his geminis pestibus minime contentus, altiori perditionis suae baratro sese praecipitem dedit, dum infestissimi hostis sanctae Dei ecclesiae Arrii se sectatorem[b] discipulumque et in vita et in morte extitisse monstravit. In vita quidem docendo et praedicando; in morte quoque in nephandis codicibus suis eundem errorem a se scriptum relinquendo. Secta quippe eiusdem Arrii, olim a sanctis patribus damnata catholicoque mucrone sub perpetuo anathemate confossa, quae ab eodem Claudio dicitur resuscitata, necesse est, ut sagacissimo quaesitu et diligentissimo scrutamine extet inventa et in lucem proferenda[c] et cum resuscitatore suo ab ecclesiasticis viris rursus sanctarum scripturarum telis ferienda atque frustranda, ne, quod absit, si delituerit, simplicium mentibus in processu temporis virus mortiferum propinet et in perpetuam damnationem inducat.

Humiliter igitur flagito clementiam serenitatis vestrae, rex prudentissime, ut, si quid in eodem opusculo utilitatis inveneritis, gratanter suscipiatis, eumque habeatis et haberi faciatis, vosque legatis et vobis legi iubeatis. Excerptum porro mihi missum ideo inter hanc praefationem et opusculum subsequens interserui, ut quisquis idem opus legere et scrutari voluerit, primum rogo, ut hac praefatione lecta idem excerptum legat et examinet. Et tunc demum ad memoratum opusculum aut probandum aut improbandum manum mittat. Et quicquid minus responsum minusque praemissis pravis obiectis contraitum repererit, suis sanioris uberiorisque intelligentiae scriptis et dictis ob honorem et defensionem sanctae Dei ecclesiae suppleat[d].

33.

Hildemarus presbyter a Pacifico, archidiacono Veronensi, rogatus de schedula cuiusdam de Adam primi hominis peccato iniquius agente disserit. *c. 841—846.*

Cod. 14581 (quondam S. Emmerammi Ratisbon.) saec. XI. fol. 135—138, quem ipse contuli, cf. Catalog. bibl. Monac. IV, 2, 196—197.

PRIMO[a] VIRO PACIFICO, VIRONENSI[2] VIDELICET ARCHIDIACONO, HILDEMARUS, QUAMQUAM INDIGNUS PRESBITER[3], SALUTEM.

Cum beatus Augustinus[4], cautissimus divinarum scripturarum tractator, inter octo mendatii genera illud fateatur esse deterius magisque cavendum quod fit in fidei pietate, quando quis quod nescit mavult docere quam doceri, satis novarum inventores monentur sectarum, quod ea, quę in scripturis sacris non habentur, non predicent, et ea, quę sub obscuritate sunt posita, in propatulo esse non estiment, et maximę quę illi scripturę, cuius auctoritate pia mater ęcclesia utitur, adversa[b] non sapiant, sed

---

a) Eustasii *ed. pr.* b) sectorem *ed. pr.* c) perfer. *ed. pr.* d) Finis praefationis *add. ed.*
33. a) *in codice antecedunt haec verba argumenti instar:* Utrum ęquę fuerit peccatum primi hominis, protoplasti scilicet humani generis parentis, et Iudae Domini proditoris necne. b) sunt *add. Traube.*

1) *Cf. infra Ionae librum:* Quapropter verisimile videtur huius novitii sanctae ecclesiae hostis animam ex duorum animabus priscorum compactam atque uno corpori indeptam, Vigilantii videlicet et Eustasii, qui, ut verbis Sedulii utamur, 'ambo errore pares, quamquam diversa secuti' *(Carm. Pasch. I, 325).* 2) *i. e. Veronensi, viro doctissimo, de quo in titulo sepulchri v. 11 dicitur:* Bis centenos terque senos codicesque fecerat *(Poet. Carol. II, 655). Anno 844. vel 846. obiisse videtur. Cf. L. Traube in Abhandl. der Münchner Akad. I Cl. XIX, 309.* 3) *De quo cf. supra p. 320 n. 2.* 4) *De mendacio c. 14 § 25; c. 21 § 42, opp. VI, 435. 444.*

c. 841—846 potius studeant humiliter audiendo, et utilia de fonte veritatis avide hauriendo, in ęcclesiasticę pacis gremio contineri.

Prius igitur quam textus scedulę[1] discutiatur, per singula signanter advertendum est, quod IIII sunt hominum genera, quorum sacra facit mentionem scriptura, id est aliquando illorum quorum ad imitandum vitam proponit, quorumque nullum casum ostendit, ut Abel, Enoch, Abraham et horum similium. Aliquando vero illorum bonorum, quorum et casus exponitur et fructus dignos penitentię subsecutos ostenditur, ut Moysi et legalis Marię[2] atque David et, quod hęc duo electorum genera de inferni claustro
*f. 135'. Domini *gratia liberaverit, nullus ignorat. Aliquando vero fit mentio eorum, quorum
Num. 16. et casus et finis miserrimus fuisse non dubitatur, ut Chore, Dathan et Abiron ac filiorum Heli, quos nequaquam per Domini gratiam[a] meruisse credimus liberari. Novissime quoque aliquorum casus discribitur, sed fructus eis penitentię dignus fuisse nec ostenditur nec negatur, ut Cham, Ruben et Salomonis. Super quorum perpetua damnatione vel salvatione temerarium est cavendum iudicium. Denique si nulla alia posset de liberatione Adae auctoritas inveniri, hac solummodo[b] hominum et actuum varietate illorum, qui dicunt eum non liberatum, temeritas poterat admodum reprimi.

Quod vero invenitur in scedula de prevaricatione[c] primi hominis quamvis quoque[d] modo sit dictum, verumtamen improbandum non est. Verissimum namque est, quod protoplastus non se solum, sed et totam per inobedientiam perdidit massam generis humani, et quod nullus ab hac perditionis massa nisi gratia potuit liberari.
Act. 15, 10. Unde beatus Petrus apostolus clamat: 'Quid denuo vultis nobis inponere' et reliqua.
Rom. 5, 18. Nam ita esse predicator etiam demonstrat egregius cum dicit: 'Sicut per unius de-
v. 19. lictum in omnes homines in condempnationem, sic et per unius iusticiam in omnes homines in iustificationem'; qui quare de generalitate ad speciem transierit, in sequen-
*f. 136. tibus dicendo multa, et cur de primo Adam loquens *praeterito[e] et de secundo futuro usus sit tempore, quamvis ad huius loci pertineat sacramentum[f], tamen libri unius[g] magnitudinem[h] poscit istius negotii profunditas.

Iam vero ut scedulę sensus aperiatur, verba ipsius ponenda sunt. 'Iudam', inquid, 'asserunt — haud dubium, quin designati superius — non plus peccasse quam Adam'. Quę verba magnę sunt temeritatis, quia nullius fulciuntur gravitate ponderis. Sequitur: 'Eo quod Iudas solum Christum tradidit, Adam autem multitudinem hominum sua prevaricatione lesit'. Quanta absurditas in hac inprudenti simplicitate contineatur, ab illo intueri potuit qui novit, quod gravia vel levia peccata non in humana estimatione, sed in divino consistunt iudicio. Quis enim non videat[i] gravius, immo
Matth. 12, 31. gravissimum, esse peccatum, quod neque in hoc seculo neque in futuro dimittitur, quod peccatum alii blasphemiam in Spiritum sanctum vocant; quę blasphemia a quibusdam intelligitur cor inpenitens, a quibusdam perseverantia finisque vitę in malum, ab aliis quoque invidentia[k], quando quis sciendo contra conscientiam suam adversus
Marc 3, 22. unitatem pugnat. In qua peste Iudęi laborasse inveniuntur. Qui cum scirent expulsionem demonum Dei virtutis[l] esse opus, invidentię nevo corrupti, quia quod factum fuerat negare non poterant, sinistra parte interpretando pervertere nitebantur. De quo
1. Ioh. 5, 16. peccato[m], id est inremissibili blasphemia, beatus Iohannes dicit: 'Est peccatum ad
*f. 136'. mortem, non pro illo dico ut oret'. Secundum has quoque tres blasphemię *defini-
Matth. 27, 3—5. tiones Iudas invenitur peccasse. Qui etsi XXX argenteos penitentia motus retulit,

---

a) gratia *C.* b) *corr. ex* modu *C.* c) prevatione *C.* d) *hic quiddam deesse videtur:* vili iniquoque *suppl. Tr.* e) proto *C, corr. Tr.* f) argumentum *coni. Traube.* g) hunius h *del. C.* h) magnitudinis *corr. in* -nem *C.* i) quod *add. C.* k) vi *in ras. C.* l) virtutes *C.* m) p̄cto *C.*

1) *Hanc schedulam, quam ad controversiam de praedestinatione Dei a Gotescalco illatam pertinuisse Traube suspicatur, non habemus.* 2) *sororis Aaron et Moysis, prophetissae, de qua cf. Num. 12.*

quia ad fructus dignos penitentię pervenire non meruit, quasi cor inpenitens ei fuit. [c. 841—846] Et sicut, quod in malo perseveraverit, propria suffocatio et actus apostolorum lectio [Act. 1, 18.] manifestat, ita quod contra unitatem pugnarit et mors capitis et menbrorum necatio aperte declarat. Nam si secundum aliquod horum vel secundum haec omnia Adam peccaverit, incertum haberetur, nisi de illo aliquid certius in scripturis sanctis inveniretur. Quod si nil inveniretur, de hac argumentatione probabili poterat temerarii perversitas destrui secundum quod apostolus dicit: 'Si cuius opus arserit, salvabitur, sic tamen [1. Cor. 3, 15.] quasi per ignem'. De varia siquidem constructione operum super fundamentum fidei, id est quę sunt quę ille purgatorius ignis deleat vel quę delere nequeat[a], et de hac blasphemia, quę neque in hac vita neque in futura dimittitur, multa a multis, sed tamen a beato[b] Augustino[c 1] probabiliora dicuntur, et multa etiam secundum hanc intentionem hic forte non inprobe dici poterant, si hoc epistolaris brevitas sineret.

Illud sane quod sequitur: 'Et nullum[d], aiunt, in veteri et in novo testamento, neque in patrum expositionibus aut tractatibus invenitur, ut tam gravis culpa primo homini remissa sit', quam fallaciter dicatur, illi veraciter vident, qui scripturas prudenter legere valent. In libro siquidem qui Sapientia vocatur ita legitur: 'Sensum [Sap. 9, 17—19.] autem tuum quis sciret, *nisi tu dederis' et reliqua usque: 'Nam per sapientiam sancti [*f. 137.] sunt, quicumque placuerunt tibi, Domine, a principio. Haec illum[e], qui primus factus [ib. 10, 1. 2.] est a Deo pater orbis terrarum cum solus esset creatus, custodivit et eduxit illum a delicto suo'. Huius vero loci sensum Origenes, quanquam caute legendus, epistolam ad Romanos[2] tractans secundum aliam translationem posuit: 'Hęc, inquit[f] — haud dubium, quin sapientia — primum plasmatum eripuit'. Cum igitur tam doctus quondam vir, quem Eusebius Cęsariensis[3] universarum, quamdiu recte sapiunt, ęcclesiarum fuisse magistrum confirmat, hunc locum de primo homine intelligat, quis hoc de alio dictum intelligens allegorizando, immo divinando, apertissimam historię veritatem evacuare audeat? Multe namque questiones a latere huius rei nascuntur, quas vel nominare longum est, ne nausia vestro facundissimo auditui generetur. Lege, sanctissime pater, terciam partem super psalmos Cassiodori[4] et probate quod ille dicat patres sensisse de liberatione Adę. Quamquam hęc ita dicta sint ad confutandum temeritatis errorem, verum his qui hoc capere nequeunt levius est nescire, utrum liberatus necne sit Adam, quam contentionibus deservire, quod omnino ab apostolo prohibetur. [cf. Rom. 2, 8.]

Valeat beatitudo vestra nostrę fragilitatis memor existens.*

---

*) *Codex pergit ita*[5]: Item de liberatione primi hominis. Expositiones Hrabani cuiusdam [*f. 137'.] sapientis, de quo vestri referebant apices super liberatione et ereptione Ade primi hominis, cum verbis[g] beati Gregorii Nanzanzeni placuit nobis conferre, de cuius auctoritate nullus audet dubitare, quia [verum est][h] sicut legitur omnem hominem non esse recte fidei, qui in fide Gregorii non concordat; et invenimus utrumque de liberatione[i] primi hominis altrinsecus dissentire, quamvis causę, quę tractabantur, dissimilem habebant originem[k]. Unde ut et vobis hoc quod dicimus reddatur certissimum, ipsa verba prefati Gregorii[6] huic tantillę nostrę epistolę subnectere curavimus. Christus ergo pro Adam, pro eo, qui factus est sub peccato, ille, qui erat sine peccato, et introducitur pro vetere novus[7],

a) nequiat *C.* b) ab ēā *C, emend. Traube.* c) aug̅ *C.* d) nullam *C.* e) *corr. ex* illam *C.* f) inquam *C.* g) auctoris *add. C, quod del. Tr.* h) verum est *suppl. Tr.* i) a deliber. *C.* k) non diss. habeant orig. *coni. Tr.*

1) *Sermo LXXI de verb. ev. Matth. 12, opp. V, 384—404.* 2) *Lib. V, opp. IV, 553, sed verba non congruunt.* 3) *Nescio quem locum libri VI historiae ecclesiast. Hildemarus respiciat.* 4) *Opp. ed. Garet. II, 345 (Ps. 102):* Unde et mihi videtur hic convenienter adverti et Adam (sicut multi patrum dixerunt) ad Domini fuisse gratiam revocatum, quando ipse primus in saeculo fuit *etc.* 5) *quae secuntur membra epistolae fuisse videntur, quae ob argumenti similitudinem hic addere placuit.* 6) *Gregor. orat. II apologet. c. 23, opp. edd. Benedict. p. 24, verba non congruunt, sed sensus idem est.* 7) *Ibid. c. 24.*

34.

—846 *Ercanbertus Fuldensis monachus Ruodolfo magistro commentarium in Iohannem evangelistam ex dictatu eius scriptum dedicat.* *—846.*

Cod. Berolin. Philippic. 1731, quondam coll. Claromontani s. IX.—X. fol. 9—9'.[a]
Ed. Val. Rose Verzeichniss der Meermanhss. p. 101.

AMANTISSIMO AC OMNI DILECTIONIS OFFICIO EXCOLENDO RUODOLFO[1] PRECEPTORI ERCANBERTUS[2] SUUS DEVOTUS ALUMNUS.

Cum imperitiae[b] meae vestrę mellifluae lectionis assiduitate aliquantulum iam subventum esse experior, quaedam humanę servitutis recompensatio vestro magisterio a me decuisset impendi. Sed quia obstante indigentia condigna tot tantisque beneficiis vestris premia a me nequeunt absolvi, et quoniam certissimum est rerum non vos fieri appetitorem labentium, totum Christo, pro cuius amore meae vilitati succurrere voluistis, committo reddendum, conservato vobis quod ex me esse videtur in antro pectoris mei fide et amore paterno.

Postquam igitur mihi veluti ceco de uno ad aliud volumen lectionis vestrę ducatum prestitistis, ad evangelium quod dicitur secundum Iohannem adduxistis. Quem ego sentiens tradente vobis de divinitate Christi altius disputantem, inter timorem et dolorem fateor satis me fuisse confusum. Dolui quippe, si traditio vestra dulcissime aptissimeque prolata aliquando nullo scribente oblivioni penitus traderetur. Ast proprie memor inscientiae, opus viris doctissimis formidandum arripere dubitavi. Inter haec duo aliquantum temporis coartatus[c], cunctosque meos condiscipulos huiusmodi laborem perhorrescere videns, saltem dolor nimius vicit timorem, meque sine arte natandi in inmensum pelagus in Christo confidens inmersi. Eligens etsi rustico stilo audita meae aliorumque utilitati consulendo conscribere, quam totum perdere per inertiam.

---

ut huius[a] passione voluntaria ille, qui invitus passus fuit, curaretur. Haec[3] omnia cura quaedam erga nos est Dei et medicina infirmitatis nostrae, veterem Adam ad eum statum unde decidit reparans et cf. Gen. 3, 5. reformans atque ad arborem vitae restituens. Unde nos arbor sciendi malum et bonum inportune et Sap. 10, 1. 2. extra tempus sumpta depulerat[b]. Nam per sapientiam tuam sanati sunt et reliqua. Haec illum, qui primus factus[c] est pater[d] orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit et eduxit illum a delicto suo et reliqua. Post: Sed cum propter transgressionem mandati de paradyso est eiectus et in erumna istius saeculi devolutus. Rursus: per divinam sapientiam, per quam[e] primitus conditus est, hoc est per Christum reparatus. Et hoc indicium est magnae pietatis omnipotentis Dei, quod hominem, qui aliena persuasione seductus incidit in peccatum, iterum restaurare decrevit, ne opus suum periret quod ad ima- Sap. 1, 14. ginem et similitudinem ab initio habebat. Sanabiles[f] enim fecit nationes orbis terrarum et qui malum non fecit, fecit ne pessimum fieret, hoc est ne opus suum in homine funditus interiret. Item quae secuntur de liberatione primi parentis in libro Gregorii repperi Nanzanzeni: Christus ergo pro Adam, pro eo qui factus est sub peccato ille qui erat sine peccato, et introducitur pro vetere novus, ut huius passione voluntaria ille qui invitus passus fuit[g] curaretur, quo[4] scilicet pro singulis nobis hoc quod supra nos erat redderetur. Completur ergo novum misericordiae sacramentum erga eum qui per inobedientiam decidit. Et post veterem[h] — — depulerat.

a) ihc *C.* b) *in cod. sequitur* Hrabani, *del. Tr.* c) finctus *C.* d) patrem *C.* e) qua *C.* f) Sanabilis *C.* g) fuit *superscr.* erat *C.* h) *repetuntur hic eadem quae supra iam dicta sunt.*

34. a) *Lemma:* Praefatio Ercanberti in annotationes [in] Iohannis evangelium. b) imperititiae *C.* c) cohartatus h *del. C.*

1) *magistro Fuldensi celeberrimo, qui obiit a. 865. die 8. Mart. mens.* 2) *Cf. Annal. necrol. Fuld. 846 (SS. XIII, 175):* Ercanbraht monachus. *De codicibus* tractatus super Donatum Erchanberti magistri *agit H. Keil, De grammaticis quibusd. lat. inf. aet. comment. (Erlangae 1868) p. 23. Ab illo Ercanbercto monacho et sacerdote, Baugulfi germano, qui iam a. 819. Fuldae commemoratur, distinguendus est.* 3) *Gregor. orat. II apologet. c. 25, opp. edd. Benedict. p. 25.* 4) *Ibid. c. 24 p. 24.*

Scripsi autem, ut ab ore vestro accepi, nihil addendo vel minuendo, in quantum 817—847
me emula non retardavit oblivio, ad illum usque videlicet locum, ubi Iesus ad passionem Ioh. 15, 12.
iturus, mandatum *novum dilectionis iterando discipulis suis commendare curavit. Ab *f. 9'.
illo enim loco usque in finem libri glosas vestras, quas fecistis incipientes a loco superius memorato, operi meo aptavi. Reputans supervacue me laborare, si ea quae iam vestro labore faciente nobilius et commodius conscripta sunt, aliis vellem proferre sermonibus. Nunc igitur, quoniam predictum pelagus utcumque enatavi, mei primitias[a] laboris vobis consecrare proposui, obsecrans ut, quomodo traditor extitis[tis] lectionis, purgator quoque huius operis esse dignemini. De verborum compositione nil moveor, nam grammaticum me esse non iacto. Plus vereor, ne in aliquo a regula catholicae fidei per ignorantiam exorbitans, aliis vilis huius dictatus librum legere cupientibus offendiculum sim. Quod ne fiat me stilumque meae rusticitatis vestrae prudentissime examinationi commendo. Valete[b].

35.

Monachus quidam Baturico episcopo Ratisbonensi librum, cui inscribitur 'benedictio Dei', de laudibus psalmorum ex patrum scriptis excerptum dedicat. *817—847.*

Cod. latet vel deperiit.

Edd. Petrus Stevartius in tomo singulari insign. auctor. Ingolst. 1616 p. 799—801; Canisii Lect. ant. ed. Basnage II, 2, 21—22; Bibl. patr. Lugdun. XXVII, 575; Migne Patrol. CXXIX, 1399—1402.

DOMINO SEMPER IN CHRISTO VENERANDO BATHERICO EPISCOPO[1].

Ego desiderii vestri flagrans amore, memor benignitatis et caritatis vestrae ac sermocinationis invicem saepius habitae de divinae servitutis officiis, qua scilicet reverentia et honore debeant celebrari, sanctorum et venerabilium doctorum pro exiguitate sensus mei perscrutans eloquia, ex quibus, qua valui brevitate, quosdam colligens flosculos vobis obtuli relegendos, quatenus vestro studio magna ex illis suavitas accepta divinis offeratur conspectibus. Sunt etenim maxime ex psalmorum expositione, qui quodam privilegio deitatis sacrati habentur laudibus, ipsa perparva excerpta capitula, quos sancti patres nostri et doctores ecclesiae exposuerunt, Hieronimus videlicet, Augustinus, Cassiodorus, magnus et eloquens vir; sed et Isidori de antiphonis responsoriisque et aliis rebus, Bedae quoque eximii magistri inserui monita, ut quod reverenter interim agitis, perspecta patrum auctoritate, ferventior divina instigante gratia in vestra ecclesia ad haec peragenda studiosus accendatur affectus.

Contigit enim me multa peragrando loca audisse divina officia inordinate et sine auditus delectatione celebrari. Sunt namque nonnulli, qui tantum ob verecundiam hominum, ne forte ignavi ab ipsis iudicentur, intrantes ecclesiam sine antiphonis cursim et omni cum velocitate, ut citius ad curam carnis exeant peragendam, divinis negligenter assistunt laudibus, cum in mundanis studiosi habeantur operibus. Qui nesciunt, quia sancti doctores et eruditores ecclesiae, sancto Spiritu et gratia Dei repleti, instituerunt modulationem in antiphonarum vel responsoriorum repetitione honestissimam, quatenus hac dulcedine animus audientium delectatus ad Dei laudes et amorem caelestis patriae ardentius accenderetur. Huiusmodi vero tales non solum

---

a) primititias *C.* b) *in cod. secuntur fol. 9'—10* Incipiunt capitula I—XIIII, *in fine fol. 10 repetitur titulus* Annotationes Ercanberti in Ioh. eugl., *tum fol. 10'* Inter omnia divinae historiae volumina evangeliorum libros arcem constat possidere dignitatis *etc. — fol. 92':* Finit Deo gratias.

1) *Ratisbonensi (817—847), quondam monacho Fuldensi, de quo cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 433. De auctore huius libri, quem Stevartius monachum S. Emmerammi fuisse coniecit, nihil constat, sed eum episcopo cui scribit subditum fuisse vix crediderim.*

817—847 alios ad Deum laudandum non excitant, sed nec seipsos, quia, si sine verecundia potuissent, penitus dimitterent.

Alii vero, qui, quod pudet dicere, etiam episcopi, tota die conviviis et poculis vacantes et pene usque in noctis medium vel usque ad gallorum cantum aut eo amplius diversis student potionibus suae satisfacere voluntati, quibus convenit illud, quod
Prov. 23, 29. 30. dixit Spiritus sanctus per Salomonem: ‘Cui vae? cuius patri vae? cui rixae? cui foveae? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? Nonne his qui commorantur
Isai. 5, 12. in vino et student calicibus epotandis’? Et illud prophetae: ‘Cithara et lyra et tympanum et tibia et vinum in conviviis vestris; et opus Domini non respicitis nec opera manuum eius consideratis’. Isti tales magis studentes hominibus placere quam Deo, priusquam dormitum eant, nocturnas vigilias desidiose persolventes, stratu mox decubant, donec iterum tempus manducandi et bibendi redeat. Surgentes vero dum se vestibus induunt, diurna peragunt officia, putantes sibi sufficere posse, si saltem quoquo modo illa decantent, ignari, quia horae sunt in sancta ecclesia constitutae, quibus per diem et noctem divinae servitutis officia persolvantur, id est matutinum, prima, tertia, sexta, nona, vespera, completorium.

Ps. 118, 164. De his enim dixit propheta: ‘Septies in die laudem dixi tibi’. De nocturnis vero
ib. 62. vigiliis ait: ‘Media nocte surgebam ad confitendum tibi’. Sed et de matutinis alibi
Ps. 62, 7. 8. dicit: ‘In matutinis meditabor in te, quia tu fuisti adiutor meus’. In istis enim debemus laudes cum summo studio creatori nostro referre. Nam reliquae horae nostris usibus sunt concessae. Quas si negligimus, sanctorum patrum institutis contraimus, quibus contraire periculosum est. Neque enim possunt communionem sanctae ecclesiae habere qui eius instituta, etsi non verbis, operibus vero oppugnare nituntur, dum, quod permaximum est in sancta ecclesia, si cum caritate et studio pietatis peragatur, id est laudis divinae psalmodia modulata et missarum solemnia nec temporibus congruis nec religiosis celebrant affectibus.

Non enim talia referendo vos denotare volo, sed, ne his participemini, ammonere summa humilitatis subiectione praesumo, ideoque sanctorum patrum quae sequuntur dicta pauca obtuli, ut horum devitantes errorem et istorum sequentes exemplum, irreprehensibiliter coram Deo et hominibus divinitatis opera, divinis digna conspectibus strenue in vestra ecclesia persolvantur, quatenus, sicut aliis mirandis et magnificandis praeclari estis operibus, in hoc etiam sitis perlucidi, ut exemplo vestro corrigatur supradictorum ignavia.

Haec, domine pater, quae solo caritatis et amoris instinctu pauca collegi ex pluribus, licet vestra sagacitas potiora, sicut sunt in dictis patrum sanctorum, valeat invenire, gratissimo suscipite affectu, ut meus labor vestro perficiatur studio. Bene vos valere semper opto in Domino, vestri benigne memor.

VIII.

AMULONIS ARCHIEPISCOPI LUGDUNENSIS EPISTOLAE.

Amulo sive Amolo, diaconus Lugdunensis, Agobardo archiepiscopo, cuius discipulus fuerat[1], *anno 841. ineunte successit et die 16. Ianuarii mensis, quae in dominicam cecidit, episcopus consecratus est*[2]. *Agobardi vestigia secutus anno 846. librum contra Iudaeos, qui iamdudum Lugduni numero atque opibus excelluisse videntur, 60 capitulis comprehensum, edidit, quo patrum ac conciliorum auctoritate nisus et Agobardi ipsius tractatu de Iudaicis superstitionibus usus, doctrinas moresque eorum vehementer impugnavit*[3]. *Hic liber, quem Trithemius iam noverat, episcopis ecclesiae Gallicanae dedicatus*[4], *stimulavit eos, qui in concilio Meldensi a. 845. celebrato similia eis intentaverant*[5], *ut Amolonis exemplo moti et ipsi in Iudaeorum licentiam invehcrentur christianisque contubernium eorum vetarent. Petr. Francisc. Chifflet S. I., qui eum anno 1656. Divione primum ex veteri codice b. Mariae de Fontaneto ord. Cisterc. luci dedit*[6], *quamquam Agobardum ab auctore adhibitum esse recte vidit*[7], *codicis tamen falso titulo deceptus, Hrabano archiepiscopo librum contra Iudaeos adscribere voluit, cui Steph. Baluzius*[8] *et ex parte Edm. Martène assensi sunt. Historiae literariae Francogalliae demum auctores*[9] *Amoloni, id quod cognitu facillimum erat, librum suum vindicarunt.*

Teodboldum Lingonensem episcopum Amolo iam antea de reliquiarum cultu docuit eumque, ut miracula adulterina populi tantum superstitione efficta impediret, monuit[10].

---

1) *Cf. infra epist. ad Teodboldum p. 368:* pii patris ac nutritoris nostri; *Lib. contra Iud. c. 43 (Migne CXVI, 171):* cupiens Domino adiuvante pii pastoris et institutoris ac decessoris nostri, viri probati et orthodoxi, bonum imitari exemplum. 2) *Ann. Lugdun. 841 (SS. I, 110):* Amolo praefati episcopi diaconus ordinatus episcopus Ludduni XVII. Kal. Febr.; *Adonis chronic. (SS. II, 322).* 3) *Cf. quae supra adnotavi p. 186—188. De tempore dicit Amolo ipse in fine c. 19 (col. 153):* ab adventu Domini salvatoris octingenti et quadraginta sex impraesentiarum computantur anni. *Cf. Iul. Aronius, Regesten zur Gesch. der Juden p. 46—48.* 4) *Minime vero Carolo Calvo regi, ad cuius regnum Lugdunum non pertinebat, ut Werner, Alcuin p. 333, opinatur.* 5) *Capitul. reg. Francor. II, 416—419, c. 73—75.* 6) *Scriptor. veter. de fide sacra opuscula quinque p. 293—354. De titulo ipse refert p. 290: in veteri nostro codice:* Incipit liber Rhatbani contra perfidos Iudaeos. *Idem liber fuisse videtur, de quo Edm. Martène (Thesaur. anecdotor. V, 401): 'in optimae notae codice monasterii beatae Mariae de Fontaneto ord. Cisterc. (= Notre-Dame de Fontenay) Hratgani nomen praefert'. Exemplar huius codicis deperditi diligenter scriptum est cod. Parisinus 12128 s. XVII., quem Martène quidem novit, sed non ipse scripsit, Delislio teste. Nescio, ubi codex quondam Colbertinus nunc lateat, cuius Hist. littér. de la France V, 110 meminit.* 7) *L. l. p. 292: 'Pluscula etiam opusculi huius lineamenta deprehendet lector in Agobardi tractatu de Iudaicis superstitionibus'.* 8) *Servati Lupi opp. ed. Baluzius ed. 2 a. 1710. p. 336, ubi auctorem Rhabanum vocat.* 9) *L. supra l. p. 109—110.* 10) *Cf. infra epistolam 1, quam secundum Histor. literar. V, 106 Nicolaus Camusat Parisiis a. 1633. primo imprimendam curavit.*

A Gothescalco, monacho quondam Fuldensi, post Orbacensi, qui tunc in monasterio Altivillarense captus custodiebatur, provocatus, Amolo scripta eius atque errores de praedestinatione refellere conatus est, mente humaniore neque adeo doctrinis eius infensus, ut Hrabanus vel Hincmarus. Unde theologi recentiores de opinionibus eius aliquantum ambigui haerebant[1]. *Utrum Gothescalcus hanc eius commentationem a. c. 852. incunte compositam revera acceperit et legerit necne, dubium est, cum Amolo eam expediendam ad Hincmarum, Gothescalci adversarium, miserit. Iterum de eadem re disserere, ut Hincmarus ab eo petivisse videtur*[2], *haud amplius ei licuit, cum morte praeveniretur. Sed Remigius successor eius libro amplo de tribus epistolis Lugdunensis ecclesiae nomine ab Ebone edito Hincmaro respondit, at non cum eo consensit.*

Cum Hincmaro[3] *atque Eberhardo, Foroiuliensi marchione, viro insigni, Amolo commercium habuit. Lotharius imperator possessiones Lugdunensis ecclesiae bello civili diminutas ac dispersas ei ac successori eius confirmavit*[4]. *Amolo die 31. Martii mensis obiit atque anno quidem 852, in quo Remigius sedem episcopalem adeptus est*[5].

Amolonis opera Baluzius colligere primus sibi proposuit[6] *in appendice operum Agobardi, sed eodem quo Chifflet errore ductus omisit librum contra Iudaeos gravissimum, quem Migne, cum editionem eius repeteret, ceteris demum addidit*[7]. *Num alia de praedestinatione opuscula, quae Sirmond ex codice quondam Trevirensi primus edidit atque Amoloni adiudicavit, merito ei adscribi possunt, penes theologos iudicium esto*[8].

Epistolae duae, quas hic seorsum praebemus, singulis codicibus servantur, altero armamentarii Parisini, quo Nicolaus Camusat primus usus est[9], *altero nunc Gandavensi, quondam S. Maximini Trevirensis, quem Sirmond a. 1649. adhibuit, editoribus posterioribus eum solum auctorem sequentibus*[10]. *Bibliothecarii Vanderhaeghen comitate hoc libro saec. X. eleganter scripto Berolini iterum uti mihi licuit. Constat ex quindecim quaternionibus octonorum foliorum inferius designatis, duobus foliis non numeratis anteeuntibus. In fine quinque folia desunt, ita ut summa 234 paginarum efficiatur. Ex codice nostro, quem Trevirensem vocat, edidit Iac. Sirmond praeter Amolonis epistolam in operibus variis II col. 903—908:* 'Item responsio ad interrogationem cuiusdam de prescientia vel predestinatione divina et de libero hominis arbitrio' = *p. 142—147, i. e. sermonem Flori de praedestinatione; col. 907—910* Gratiam itaque — in quo defectus nullus est = *p. 163—169 sine titulo, sed non sine principio; col. 913—944* Sententiae ex libris beati Augustini = *p. 89—132. Continet praeterea complures Augustini aliorumque patrum epistolas.*

Berolini, Iulio mense 1898.

Ernestus Duemmler.

---

1) *Cf. Weizsäckerum iniustius iudicantem in Jahrbüch. für Deutsche Theol. IV, 570: 'Er ist einer der schwächsten Denker, wo nicht der schwächste, in diesem ganzen Streite'. De tempore, in quo Amolo scripsit cf. Schrörs, Hinkmar v. Reims p. 122. 488; Freystedt in Zeitschr. für die hist. Theol. XXXVI, 343.* 2) *Flodoardi Hist. Rem. eccl. l. III c. 21 (SS. XIII, 514):* Item *(sc. Amoloni)* de Gothescalci vita vel conversatione, predicatione, deprehensione atque condempnatione, rei veritatem exponens, *cf. Schrörs p. 121.* 3) *Flodoard. Hist. Rem. eccl. III c. 26 (l. l. p. 538):* Viro illustrissimo Eberardo ex principibus imperatoris Lotharii litteras dirigens ... congaudet de bonis, quae de ipso per certas audiebat personas, maximeque per Amolum presulem, quem sincerissimum et carissimum vocat patrem suum. 4) *Cf. Mühlbacher Reg. n. 1116 sine data, 1122—1124 pro Remigio item sine data, sed ex chartis adulterinis 1118 et 1121 (cf. 1127) Remigium anno 852. ad sedem Lugdunensem accessisse concludendum est, cf. Sitzungsber. der Wiener Akad. phil. hist. Cl. LXXXV, 530.* 5) *Obituarium Lugdun. eccl. ed. Guigue p. 30:* II Kal. Apr. Obierunt Amolo Lugdunensis archiepiscopus et Argrinius abbas. 6) *a. 1666, tomo II, p. 135 sqq.* 7) *Patrol. lat. CXVI, 141—183.* 8) *Cf. Schrörs Hinkmar p. 120 n. 37.* 9) *Cf. Montfaucon Biblioth. bibliothecar. p. 747, ubi ex Delislii opinione idem codex significatur.* 10) *Cf. de eo Archiv VIII, 551; St. Génois Catal. des manuscrits de Gand p. 373 (parum accurate) et de codicibus (25) ex monasterio S. Maximini Gandavum delatis Jahrb. der Alterthumsfreunde im Rheinlande L, 204—212.*

1.

Amolo Lugdunensis archiepiscopus Teodboldum Lingonensem episcopum de reliquiis suspectis ex Italia Divionem allatis docet easque in loco occulto sepeliri iubet. 841—844

841—844.

Cod. armamentarii Parisini 717 s. IX., quem cont. H. Lebègue[a]*; cf. H. Martin, Catal. des mscr. de l'Arsenal II, 55.*

Edd. Baluzius Agobardi opp. II, 135—147 (a. 1666); Gallandii Bibl. patr. XIII, 553—556; Migne Patrol. lat. CXVI, 77—84.

*REVERENTISSIMO ET PURO DILECTIONIS AFFECTU EXCOLENDO TEODBOLDO, ECCLESIAE LINGONICAE EPISCOPO[1], AMOLO HUMILIS ECCLESIAE LUGDUNENSIS[b] EPISCOPUS IN DOMINO IESU CHRISTO SEMPITERNAM SALUTEM. *f. 1.

(c. 1) Mandastis nobis per dilectum fratrem, chorepiscopum vestrum[2], nuper in castro[c] Divionensi[3] apud ecclesiam beati Benigni martyris coepisse quaedam fieri in his, qui orationis et venerationis causa ex quibuscumque locis confluere videntur, et maxime, immo, ut nonnulli affirmant, tantummodo in feminis, unde animus vester quadam ambiguitate turbaretur, et necessarium iudicaretis nostrum, id est fraternum, expetendum esse consilium. Dixit enim, quod anno transacto duo quidam, qui se monachos esse dicerent, detulerint usque ad praefatam sancti martyris basylicam quaedam velut cuiusdam sancti ossa, quae se vel ex[d] urbe Roma vel ex nescio quibus Italiae partibus sustulisse affirmabant: cuius tamen sancti nomen se oblitos esse mira impudentia dixerunt. Quasi aut eum in tantum diligere et venerari potuerint, si vere sanctum esse cognoverant, ut tanto terrarum spatio tam studiose deferre satagerent[e], nisi eius nomen in locis illis, unde assumptus dicitur, usitatum esset atque vulgatum, et istis ita insinuatum et cognitum, ut desiderarent illum et exposcerent, vel etiam furto auferrent[f] in suae regionis finibus collocandum ac venerationi fidelium commendandum. Aut certe quem tanta veneratione dignum agnovissent, quem tanto amore transferendum exoptassent, quem tam longo itinere ipsi assidue pertulissent, eius nomen saltim una hora oblivisci potuerint; ut non illum, quem tantopere diligebant et venerabantur, continuo desiderio atque oratione ad praesidium salutis suae et ad propitiandam divinam clementiam pia et indesinenti memoria sibi adesse praecarentur[g]; aut omnino tante ignaviae ac stoliditatis extiterint, ut nomen eius ad commonitionem sui nec litteris saltem signare studuissent.

(c. 2) Unde, sicut praedictus frater noster retulit, prudenter et religiose fecistis, ut istiusmodi reliquias, quarum nulla extaret[h] auctoritas, et ipsum quoque vocabulum esset ignotum, nec ullo modo recipiendas iudicaretis, nec penitus contemnendas; si tamen illi qui detulerant possent, sicut promittebant, huius rei certitudinem ex eisdem partibus delatam sub diligenti ex*aminatione evidenter ostendere. Dixit itaque nobis, *f. 1'.

---

1. a) *Lemma:* Epistola Amolonis Lugdunensis episcopi ad Teodboldum Lingonensem episcopum *C manu saec. 17.* b) g *in* Lugd. *superscr.* c) c *in* castro *superscr.* d) *superscr.* e) satagerat *corr. in* -gerent *C.* f) auferent *C.* g) praecaremur *corr. in* -rentur *C.* h) exstaret s *deleto C.*

1) *a. 838—856, cf. Ann. S. Benigni Divion. (SS. V, 39) 856:* Obiit Teutbaldus episcopus XVI. Kal. Sept. 2) *Ingelrannus erat is in castro Divionensi vices episcopi gerens GALL. Cf. Chronica S. Benigni Divionens. ed. Bougaud (Analecta Divionensia I, 94), Pérard Recueil à l'hist. de Bourgogne p. 22.* 3) *Dijon.*

841—844 quod unus ex praefatis monachis, qui apud Divionem remanserat, iam mortuus sit, alter vero, qui ad perquirendum et renuntiandum perrexerat, nequaquam ulterius sit reversus. Attamen dum illa ossa, a tam vilibus personis delata et nulla veritatis assertione declarata, et tam insulsa relatione ecclesiae inlata, velut causa honoris iuxta[a] sepulchrum praefati gloriosi martyris reverenter locata conservantur, coepisse in eadem basylica velut quaedam miracula fieri, non sanitatum et curationum, quibus ulla indicia divinae miserationis et propitiationis ostenderentur, sed percussionum et elisionum, quibus miserae mulierculae subito in ipsa orationis domo cadere et conlidi et quasi vexari viderentur; cum tamen in nulla parte corporis lesae[b] appareant, aut ulla plagae alicuius vestigia monstrare videantur. Qua ex causa tanta illuc velut admirantium et stupentium turba concurrit, sicut non solum ab illo fratre nostro, quem misistis, sed etiam a nonnullis aliis didicimus, ut iam trecente sive quadringente aut eo amplius personae esse referantur, quae iam dicto modo corruentes atque elisae et post paululum velut recepto sensu sanatae nullatenus a loco discedere posse firmantur, quia videlicet si ad domos suas redire temptaverint, statim nova nescio qua plaga percussae, ad ecclesiam de qua exierant redire compellantur. In quibus esse dicuntur non solum puellae, sed etiam coniugatae, iuveniores et maturiores aetate, honestiores atque viliores.

(c. 3) Haec autem non solum in ecclesia sancti Benigni, sed etiam in altera ecclesia intra ipsum castellum et in aliis nonnullis per parrochias vestras similiter iam fieri coepisse significastis. Nam et in Augustodunensi territorio, quod Sedelocus vocatur[1], apud ecclesiam, in qua sancti martyres Andochius, Tyrsus et Felix conditi sunt, similia fieri vel potius simulari certa relatione comperimus. Expectavimus autem aliquot diebus, ut, sicut per praefatum chorepiscopum vestrum rogavimus, diligentius et modum et ordinem huius rei vestris nobis litteris intimaretis, ut, quanto subtilius et evidentius instructi, tanto adspirante Dei gratia ad respondendum inveniremur parati.
*f. 2. Sed quia nihil postea rescripsistis, melius nobis visum est, ut iuxta[c] quod ex *eius relatione agnoscere vel perpendere potuimus, dilectioni vestre debitum responsionis officium solvere non differamus.

Igitur ut ad haec omnia, prout Dominus donare dignatur, breviter respondeamus et causae ambiguum cum vestra pariter dilectione resecemus, videtur nobis inprimis, ut ossa illa, quae nulla ratione, nulla auctoritate, nescio cuius sancti esse dicuntur, unde primum prurigo huius curiositatis exorta esse videtur, omnino de sacris aditis[d] et de loco celebri tollantur, et nequaquam intra ecclesiam, sed foris in atrio, aut certe sub pariete vel circa ipsam, vel, quod utilius existimamus, circa aliam secreto in loco apto et mundo sub paucorum conscientia[e] sepeliantur, ut, quoniam et sancta esse dicuntur, aliquid eis reverentiae deferatur, et quia esse penitus nesciuntur, nequaquam rudibus populis occasio erroris et superstitionis existant. Nec metuere debemus, ne forte ex hac diligentia aliquam offensionem incurramus. Vult enim omnipotens Deus nos in rebus suis cautos esse atque discretos iuxta[a] praeceptum apostoli dicen-
1. Thess. 5, 21. 22. tis: 'Omnia autem probate, quod bonum est tenete, ab omni specie mala abstinete
2. Cor. 11, 14. vos'. Et iterum: 'Nam et ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis'. Unde et
Matth. 10, 16. Dominus monet dicens: 'Estote prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae'.
Habemus in hac re magnum et reverendum pietatis exemplum in gesti[s][f] beati Martini[2], ut nequaquam temere adhibeamus incertis fidem. Qui beatus et gloriosus Christi

---

a) iusta *corr. in* iuxta *C.* b) *prior* e *in ras.* c) iuxsta s *deleto C.* d) adytis *corr. in* aditis *C.* e) consentia ci *superscr. C.* f) ingesti *C.*

1) *Saulieu, Dép. de la Côte d'Or, arr. de Semur, cf. Lupi opp. ed. Baluzius p. 413.* 2) *Sulpic. Sev. V. S. Martini c. 11, p. 121 ed. Halm.*

confessor et pontifex locum quendam a praecessoribus suis ab altaris titulo consecratum et concurrentis populi frequentia celebratum, quia nec nomen sepulti illic, ut ferebatur, martyris, nec tempora passionis eius repperit, omnino se ab illo loco abstinuit, nec auctoritatem[a] suam vulgi opinioni accommodare[b] ullatenus voluit, donec rei veritate sibi divinitus patefacta, etiam populum superstitionis illius absolvit errore. 841—844

(c. 4) Invenimus etiam in decretis beati papae Gelasii[1] graviter notari episcopos et pene alienos a christianitatis affectu designari, qui in quocumque nomine defunctorum et fortassis nec omnino fidelium aedificatas sacris processionibus audacter instituere praesumunt ecclesias. Sed et quorundam venerabilium valde sanctorum corpora novimus, vel inter agrorum sepulturas, *vel in angulo ecclesiae annis plurimis iacuisse, donec se dignis revelationibus manifestarent. *f. 2'. Quapropter iuxta apostolicam atque evangelicam auctoritatem et venerabilia sanctorum patrum exempla atque instituta removeatur de medio et congruenti modo habeatur, unde tanta pullulavit occasio superstitionis et nulla probatur exsistere utilitas salutis. Nam etsi unum aut multum duo vel tria istis ipsis temporibus, quibus talia geruntur, sanitatum vel curationum signa in eadem beati Benigni martyris ecclesia veraciter et probabiliter celebrata sunt, haec profecto cum omni gaudio et veneratione ac debita gratiarum actione ad Dei gloriam et probatissimi atque gloriosissimi martyris merita referenda sunt. Nec tamen ob hoc cetera, quae sive in eiusdem martyris ecclesia sive im plerisque aliis fieri dicuntur, approbanda sunt. Quia, quantum ipsius rei gestae ordo ostendit, potuit fieri, ut haec primum ex vana opinione tamquam nuper allati sancti corporis locum inveniret occasio, dum in diebus quadragesimalibus confluentibus fortasse, ut[c] in multis locis consuetudo est, ad orationem popularibus turbis ostenderetur, commendaretur, et venerationi habendus qui penitus ignorabatur supervacue inculcaretur[d]. Atque ex hoc iam superveniente sollemnitate paschali, quando talia inchoasse perhibentur, viles et nequam homunculi accepta occasione, sive necessitate[e] famis cogente, sive cupiditate lucri instigante, istiusmodi velut percussiones et conlisiones et dementationes ac rursum sanationes fingere atque ostentare coeperint, sive sint viri, sive mulieres.

(c. 5) Quod cum populus, supervacua opinione delusus, in admiratione vel terrore habere coepisset, tanta illuc conferre et quasi male habentibus velut ex misericordiae compassione administrare coeperunt, ut omnino qui talia pati videbantur, non solum a loco recedere nollent, sed tamquam nova plaga ac debilitate percussi, nullatenus se recedere posse simularent. Quando enim umquam in ecclesiis Dei, in memoriis[f] beatissimorum martyrum *talia signa increbruerunt, quibus nequaquam aegri *f. 3. sanarentur, sed sani percuterentur et dementarentur? Quando istiusmodi sanitates sanctorum oratio apud Deum optinuit, quibus simplices et innocentes puellae in sanctuario Dei incolumes reddantur, sed si de salute sua gaudium parentibus facere voluerint, continuo iterum percussae ad domos eorundem parentum suorum redire prohibeantur? Quando autem martyres sancti ita coniugatas quasque fideles in suis sanctuariis sanitati restituerunt, ut eas a maritis seiungerent et, ne ad virorum suorum domos reverti possent, repentine cladis animadversione percuterent?

Quis haec non videat vel fallaciis hominum nequissimorum vel deceptionibus et ludibriis daemonum concinnata[g], qui hebetes sensu et inanes[h] fide et plenos curiositate et attonitos vanitate facile opprimunt vel etiam invadunt, ut in eis Deo iusto permit-

a) austor. *corr. in* auctor. *C.* b) acom. *altero* c *superscr.* c) *superscr.* d) incular. c *superscr. C.* e) necesit. s *superscr. C.* f) moriis me *superscr. C.* g) concinata n *superscr. C.* h) inanas *corr. in* inanes *C.*

1) *Gelasii epist. 14 ad Lucan. episcop. c. 25, ed. Thiel I, p. 375, Mansi Coll. conc. VIII, 44, Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius p. 653 (Jaffé nr. 636).*

841—844 tente et propria nequitia seviente talia etiam veraciter exercere sinantur? Atque ita velut ex uno loco per astutiam hominum et nequitiam daemonum pessimorum, qui humanae saluti libenter inludunt, per alia atque alia loca se pestilentia ista superstitionis atque inlusionis diffudisse videtur, dum in sacris locis et sanctorum martyrum basilicis sunt etiam quidam, qui turpis lucri gratia non solum ista non prohibent, nec errantem populum ad sinceram et puram religionis observantiam instituunt, sed etiam i[n]stigant[a] ad talia sectanda eosque tamquam religiosos praedicant ac suis adulationibus supplantant, tantum ut ex eorum votis atque donariis vel marsupia sua repleant, Os. 4, 8. vel epulis et potationibus vacent, de quibus recte per prophetam dicitur: 'Peccata populi mei comedent, et ad iniquitatem eorum sublevabunt animas eorum'. Haec de fictione[b] talium inlusionum et insana quorundam cupiditate nequaquam in huius responsionis nostrae serie diceremus, nisi talia tempore pii patris et antecessoris nostri[1] ita certissime in quibusdam homunculis, tam viris quam feminis, intra parroechiam nostram *f. 3'. experti essemus, ut de his nullatenus dubitare per*mittamur.

(c. 6) Vidimus namque aliquotiens coram illo qui se daemoniacos advexaticios esse simularent, sed, cum plurimis plagis atque verberibus distringerentur, confestim de miserrima simulatione confessi, et necessitates atque egestates suas, quibus supplendis[c] talia ostentaverant, publice exponentes, ab omni invasione daemoniaca, sicuti et erant, inlesi apparuerunt. Scimus etiam civitatem quandam haut longe a nostris finibus, quae Ucaetia[2] nuncupatur, sita in provincia Narbonensi, ubi cum eiusdem piae memoriae praecessoris nostri tempore ad sepulchrum sancti Fermini episcopi istiusmodi percussiones et elisiones fieri coepissent, ita ut in membris cadentium reperirentur quaedam stigmata[d] ustionis, tamquam illic sulphur arsisset, et ex hoc territi atque obstupefacti vulgares cum votis ac[e] donis plurimis gregatim ecclesiam frequentarent, accepto ab eodem patre nostro consilio[3] praedicavit eis atque praecepit Narbonensis qui nunc superest[4] Bartholomeus episcopus, ut omnino locum illum, quem superstitiose frequentare coeperant, nequaquam amplius ita frequentarent, et quaecunque illuc conferre consueverant, magis in usum indigentium et misericordiae opera erogarent. Quod cum factum fuisset, statim et ibi et[f] in aliis locis, in quibus iam similiter fieri incipiebat, tota illa deceptio cessavit et populus fidelis optata incolumitate ac tranquillitate respiravit.

(c. 7) Unde omnino videtur nobis, prout ratio ipsa dic[t]at[g] et bonorum nos exempla informant, ut arripiatis pium studium et sacerdotalem sinceritatem[h] ac cf. Matth. 21, 13. severitatem; et ne domus Domini, quam oportet esse domum orationis, fiat domus Luc. 19, 46. negotiationis et spelunca latronum, eliminetis ex ea istiusmodi commentum et figmentum diabolicum, quo tanta infelicium hominum et maxime mulierum multitudo nimis dolende ac pudende, velut captiva et mente capta, obligata tenetur; annuntiando omnibus fideliter atque optestando, ut intermisso huiusmodi vano et pernicioso concursu, unde nulla animae salus, nulla corporis incolumitas, nulla vitae utilitas provenire cognoscitur, unaqueque plebs in parroechiis[i] et ecclesiis, quibus attributa est, *f. 4. quieta consistat. Atque ad ea sanctuaria, ubi sacrum baptisma *accipit, ubi corpus et sanguinem Domini percipit, ubi missarum sollemnia audire consuevit, ubi a sacerdote suo penitentiam de reatu, visitationem in infirmitate, sepulturam in morte con-

---

a) istigant *C.* b) finctione *C.* c) supplendas *C.* d) stimgmata *C.* e) a c *superscr. C.* f) *superscr.* g) dicat *C.* h) insincerit. in *deleto C.* i) parrach. *corr. in* -roech. *C.*

1) *Agobardi.* 2) *Uzès, Dép. Gard.* 3) *Cf. Agobardi litteras ad Bartholomeum episcopum datas, quas supra edidimus p. 206—210.* 4) *obiit ante annum 845, cf. cartam Caroli Calvi die 21. Ian. 845. datam, in qua meminit* venerabilis quondam Bartholomaei primae sedis Narbonensis tunc archiepiscopi *(Bouquet Recueil VIII, 470).*

sequitur, ubi etiam decimas et primitias suas offerre praecipitur, ubi filios suos baptis- 841—844
matis gratia initiari gratulatur, ubi verbum Dei assidue audit, et agenda ac non agenda
cognoscit, illuc, inquam, vota et oblationes suas alacriter perferat, ibi orationes et
supplicationes suas[a] alacriter Domino effundat, ibi suffragia omnium sanctorum quaerat,
qui, ut scriptum est, 'sequuntur[b] agnum quocunque vadit', et idcirco fideliter invocanti- Apoc. 14, 4.
bus ubique praesto sunt, et per ipsos atque in ipsis omnipotens Deus, qui populo suo
promittit dicens: 'In omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te et Exod. 20, 24.
benedicam tibi'. Ibi itaque unaqueque plebs pupillis et viduis, pauperibus et pere-
grinis[c], de facultatulis quas Deus tribuit elemosynarum largitionem exhibeat, hospi-
talitatis officia impendat et quo[d]cumque[d] in comesationibus et ebrietatibus et quaestu
hominum vanorum consumere solebat, in istiusmodi suis et proximi salubribus utili-
tatibus expendat. Haec est enim legitima et ecclesiastica religionis forma, haec
antiqua fidelium consuetudo, per quam et novitatum vanitas amputatur, et vetusta ac
recta evangelicae atque apostolicae institutionis semita custoditur. Si autem et langores
aliqui ac debilitates accidunt, iuxta evangelicum et apostolicum praeceptum praesto Iac. 5, 14. 15.
habet unusquisque, ut inducat presbiteros ecclesiae et orent super eum, ungentes eum
oleo in nomine Domini; et oratio fidei salvabit infirmum.

(c. 8) Cum haec largiente vobis Domino fideliter atque instanter annuntiata
fuerint et observata, confidimus in[e] ipsius pietate, quoniam, cessante inani ac super-
vacua largitione munerum ac votorum, cessabit etiam multitudo illa simulantium et
simulatio percussionum ac dementationum, cum unusquisque non vana et falsa osten-
tare, sed ad corpusculi sustentationem necessaria quaerere vel etiam mendicare coge-
tur, ita ut si forte aliqui obstinatiores in tali facto apparere voluerint, duris omnino
verberibus coerciti ad confessionem veritatis compellendi nobis esse videantur. Nam
etsi illud verum esset, ut discedere a locis illis temptantes confestim novo morbi
genere corriperentur, quanto esset manifestius hoc ex diaboli impug*natione fieri, *f. 4'.
tanto confidentius[f] Domino miserante ac protegente erat discedendum et, contemptis
fideliter inimici terroribus, in locis legitimis more ecclesiastico illius misericordiae
supplicandum. Neque enim inter sanctos martyres et spiritus atque animas iustorum
cum Domino iam regnantium illic[g] invidia suspicanda est, sed plena caritatis unitas
et pietatis societas; et ideo semel[h] sibi oblatos aegros, si vitandae temptationis gratia
fideliter ad aliorum sanctorum limina deducantur, nequaquam indignari, sed potius
favere et congaudere atque congratulari credendi sunt. Quorum unus praecipue, mag-
nus videlicet apostolus Paulus, propter hanc unitatem spiritus ceteris sanctis dicit:
'Si cui autem aliquid donatis, et ego. Nam et ego si quid donavi, propter vos in 2. Cor. 2, 10.
persona Christi'. Quod si votum et desiderium est populorum fidelium, diversorum
martyrum et ceterorum sanctorum limina suppliciter frequentare, sunt dies certi et
legitimi, quibus id iuxta antiquam ecclesiae observantiam devote exercere conveniat:
tempore videlicet generalium rogationum, et pro diversis tribulationibus ac necessi-
tatibus indictarum laetaniarum seu quadragesimalium ieiuniorum, sive etiam in vigiliis
et nataliciis martyrum.

(c. 9) Quae omnia et ex universalis ecclesiae lege descendunt, et sacerdotum
praedicatione ac denuntiatione commendantur, et omnium fidelium oboedientia et pie-
tate attentius observanda sunt. Quamquam et ceteris diebus cum silentio et puritate
devotionis, non in ostentatione et tumultu sacra loca probabiliter visitentur. Nunc
vero quanta absurditas est haec tam legitima et tam assidue annuntiata ac iussa a
plerisque popularibus aut neglegenter omitti, aut vix et coacte observari, et ad illa

---

a) *superscr.* b) sequntur *C.* c) *ante* nis *littera deleta est.* d) quocumque *C.* e) *ante* in p *deletum est.* f) confitentius *corr. in* -dentius *C.* g) illuc *C.* h) simul *corr. in* semel *C.*

851—852 in. esse promtissimos, quae nullo praedicante ac docente, immo etiam obsistente, tantum animi sui supervacuitate secuntur. Quibus sepe beati Pauli apostoli voce inculcan- 1. Cor. 14, 20. dum est: 'Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia parvuli estote, ut sensibus Iac. 1, 27. perfecti sitis'. Et illud beati Iacobi dicentis: 'Religio munda et inmaculata apud Dominum et patrem haec est: visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum, et in- *f. 5. maculatum se custodire ab *hoc seculo'. Quatinus haec atque huiusmodi apostolica ortamenta attendentes tam presbiteri quam populi atque in locis suis devote instanter ac fideliter Domino servientes sinceritati mentis et fructibus misericordiae potius studeant quam vanitati vel ostentationi. Nam etsi quidam illorum fallacium atque fallentium, vere inergumini et arrepticii essent, more ecclesiastico vel in locis suis a sacerdotibus suis vel in quibusque martyrum sanctuariis a propinquis et amicis tranquille debuerant tractari atque opitulante Dei gratia purgari, non populorum turbis ac tumultibus inaniter prosequi.

Haec, prout Dominus dedit, iuxta auctoritatem divinam et institutionem paternam ad interrogationem vestram sedulo respondere curavi. Vos et ista libenter accipite; et si qua meliora Deus inspiraverit, prompta intentione et vigilanti cura peragite, quatinus grex dominicus vestrae gubernationi commissus, eodem Domino auxiliante, et erroris effugiat offendiculum et religionis ac sinceritatis consequatur augmentum. Misimus vobis etiam exemplar epistolae praefati pii patris et nutritoris nostri ad iam dictum Narbonensem episcopum[1], ut si quis de huiusmodi causis subtilius et plenius nosse voluerit, illius lectione uberius ac profundius instruatur.

Dominus[a] omnipotens reverendam dilectionem vestram ad aedificationem ecclesiae suae iugiter protegere et custodire dignetur.

2.

Amolo archiepiscopus Lugdunensis Gothescalci monachi excommunicati rogatu ad interrogata scriptaque eius litteris Hincmaro archiepiscopo commissis respondet eumque de opinionibus fidei catholicae contrariis abiciendis monet atque obsecrat. 851—852 in.

Cod. Gandavens. biblioth. 249 (quondam S. Maximini Trevir. Nr. 76) s. X. p. 147—163.

Edd. Sirmond a. 1649. 8°; Opp. var. II, 893—904; Gilb. Mauguin Sylloge vet. auct. de praedest. et gratia II, 195—209; Agobardi opp. ed. Baluzius II, 149—171; Bibl. max. patr. Lugdun. XIV, 332—336; Gallandii Bibl. patr. XIII, 556—561; Migne Patrol. CXVI, 84—96.

*p. 147. *AMOLO[a] HUMILIS ECLESIAE LUGDONENSIS EPISCOPUS DILECTISSIMO FRATRI GOTISCALCO SALUTEM.

Quod te in huius sermonis exordio fratrem nomino, quem fraternae unitati contrarium non ignoro, ea, in quantum Deus largitur, facio caritate, quam scriptura nobis Isai. 66, 5. precipit[b] dicens: 'Dicite his qui oderunt vos, fratres nostri estis'. Quia etsi ex illorum parte qui eiusmodi sunt fraternitas deperit, non idcirco etiam in nobis frigescere aut perire debet ipsius fraternitatis affectus. Quod autem non solum fratrem, sed etiam dilectissimum dico, Dominus novit, quia te fideliter diligo, hoc tibi cupiens quod et mihi. Unde et salutem tibi veraciter obto, presentem pariter et futuram, per 1. Tim. 4, 8. eam divini cultus pietatem, quae, sicut apostolus testatur, 'ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc[c] est et futurae'.

---

a) deus *corr. in* dominus *C.*

2. a) *in T antecedunt haec:* Et iterum: Deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua et cetera similia. b) ci *in ras. corr. ex* ce *T.* c) nuc n *superscr. T.*

1) *Cf. supra p. 206—210.*

Audiens sane et agnoscens quae in scriptis tuis misisti et per quendam fratrem 851—852 in. nostrum[1] mihi innotescenda vehementissime flagitasti, diu ęsitavi, utrum tibi respondere deberem, homini de novis contra aeclesiam presumptionibus et non parvis erroribus iamdudum accusato[a] et propter contumaciam, ut audio, episcopalis concilii[2] auctoritate dampnato. Inportunum namque et inpudens videri posse existimabam, si de causa, quae prudentium et reverendorum fratrum nostrorum inquisitione, cognitione et sententia definita est, aliquid ultro dicere vel respondere adgrederer: et rursum tantam deprecationem et subplicationem tuam contempnere et preterire silentio[b] non *videbatur christianę esse pietatis et caritatis, per quam precipue lex Christi adimple- *p. 148. tur in nobis[c], testante et commendante apostolo: 'Alter alterius onera portate et sic Gal. 6, 2. adimplebitis legem Christi'. Unde et cum de se ipso dixisset: 'Factus sum infirmis 1. Cor. 9, 22. infirmus, ut infirmos lucrarer, omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos'. Et post aliqua: 'Non querens quod mihi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant', con- ib. 10, 33. tinuo, ut nos ad exemplum sui et per hoc ad exemplum Christi instrueret et informaret, adiuncxit: 'Imitatores mei estote, sicut et ego Christi'. Ipse est enim verus et pius ib. 11, 1. ille Samaritanus, qui descendentem ab Ierusalem in Iericho et a latronibus in itinere spoliatum et vulneratum ac semivivum derelictum clementer miseratus est, alligans vulnera eius et vini atque olei infusione curans tanteque misericordiae et pietatis suae nos imitatores esse desiderans, in finę huius parabole unicuique nostrum dicit: 'Vade, Luc. 10, 37. et tu fac similiter', manifeste ostendens illum vere esse proximum fratri, illum vere imitatorem sui, qui fraternis necessitatibus atque infirmitatibus prompta pietate et cumpassione succurreret.

Istiusmodi igitur consideratione provocatus, et de venerabilium fratrum atque consacerdotum[d] nostrorum sincerissima caritate confisus, per quam in Domino unum sumus, et invicem commissi[e] nobis ministerii onera et officia communicare debemus, quatinus et illorum bona per unanimitatis[f] spiritum nostra, et nostra, si qua divina[g] misericordia esse possunt, illorum sint, melius et salubrius existimavi aliquid tue fraternitati rescribere, quam inutili taciturnitate[h], et de illis viderer diffidere, et tibi tam angustiato, tam afflicto, tam anxio et conturbato nihil consulere. Quapropter omnipotentis Domini et salvatoris largissimam et indeficientem [oro][i] gratiam, ut nobis tribuere dignetur utilem et veracem ad tuam consolationem et instructionem sermonem et animum tuum preparet ac tranquillet, ut quae dicturi sumus, pia mansuetudine et humilitate[k] suscipias ac, seposita animositate et studio contentionis, libenter quae vera[l] sunt audias, et non nostra, sed Dei et sanctorum patrum dicta obedienter suscipias, eisque animum tuum et sensum sincera *pietate summittas, quia, ut[m] verax *p. 149. veraciter scriptura dicit, 'sunt viae quae videntur homini rectę et novissimum eorum Prov. 16, 25. ducit ad mortem' et 'qui[n] confidit cogitationibus suis impie agit'. Unde et alibi eadem ib. 12, 2. scriptura admonet dicens: 'Et ne innitaris prudentiae tuae'. ib. 3, 5.

Hoc namque malum quantum cavendum sit homini, etiam beatus Effrem, admirande sanctitatis et inlustrissime doctrinę pater, ostendit[3], cum in hora exitus sui adstanti sibi uni ex discipulis, magni et acuti et nimis curiosi ingenii, sollicite admonens dixit: 'Cave, Pauline, ne umquam [te][i] summittas cogitationibus tuis'. Quantum vero bonum sit oboedientiae et quantum malum contentionis et contumacie, docet nos iterum sermo divinus, ubi per Samuelem prophetam dicit: 'Melior est oboedientia[o] 1. Reg. 15, 22. 23.

---

a) sa *superscr. T.* b) *in ras.* t *superscr. T.* c) vobis *T.* d) consacerdotium *T.* e) -si *altero* s *superscr. T.* f) *ras. unius litterae ante* -tatis. g) diuida *corr.* -na *T.* h) ci *in ras. T.* i) *deest T, suppl. Sirm.* k) humilitates *T.* l) *corr. e* uentura *T.* m) u *superscr.* n) *superscr. T.* o) a *superscr. T.*

1) *i. e. Lugdunensis ecclesiae.* 2) *Carisiacensis a. 849.* 3) *Hunc locum nusquam inveni.*

851—852 in. quam victimę, et auscultare magis quam offerre[a] adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere'.

Itaque et tu, et si bonus et utilis et pacificus aeclesię filius esse desideras, noli te sensui tuo committere, sed maiorum iudiciis adque sententiae, immo divinis et aecclesiasticis auctoritatibus facile cede, libenter adquiesce[b], et oboedienter subdere,
Isai. 66, 2. ut possit in te Dei spiritus habitare; dicente Domino per prophetam: 'Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem verba mea? Videmus certe tempora novissima et periculosissima ab apostolo olim predicta, plena ignorantiae et infirmitatis animorum, in quibus illud Domini terribile dictum semper
Matth. 18, 6. est reminiscendum atque tremendum: 'Qui scandalizaverit unum de pusillis his, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius et demergatur
ib. 7. in profundum maris'. Et iterum: 'Ve mundo ab scandalis, necesse est ut veniant scandala, veruntamen ve homini illi, per quem scandalum venit'. Sed et aures et linguas prurientes cavere debemus, ne vel ad audiendas vel ad loquendas novitates
2. Tim. 4, 3. 1. Tim. 6, 20. promti et faciles simus. Quia et 'prurientes auribus' et 'profanas vocum novitates' pariter apostolus condempnat et oppositiones falsi nominis scientiae admonens devitan-
*p. 150. ib. 21. das, continuo de eadem falsi nominis[c] *scientia subiungit dicens: 'Quam quidam promittentes circa fidem exciderunt'.

Cum adhuc esses in partibus regni Germaniae[1], audivimus in primis super nomine
ib. 23. tuo famam[d] dolendam, quod videlicet novitates sereres et 'stultas ac sine disciplina quęstiones' ventilares. Deinde perlata est etiam ad nos studio aecclesiasticorum virorum quaedam scriptura tua, in qua apertissimae et prolixo[e] sermone atque, ut tibi visum est, etiam testimoniis scripturarum sive sanctorum patrum, quid sentires sive doceres, multipliciter exsecutus es[f]. Nunc quoque accepimus et alia scripta[g] tua non parva, quae ad episcopos vel contra episcopos, qui in concilio dampnationis tuae[2] affuerunt, scripsisse vel protulisse videris. In quibus quanta potuisti[h] intentione, de una tantum questione, id est de prędestinatione divina, quid teneas, diligenter explicare curasti. Ita factum est, ut ex utraque scriptura tua, sive quam[i] per alios, sive quam te mittente accepimus, plenissime nobis cognoscere videamur, in quibus questionum periculis fluctuet, vel, quod nimis dolendum est, naufragetur sensus tuus.

Quapropter cumpendiose nobis et utiliter fieri posse videtur, ut ex illa tota seriae scriptorum[k] tuorum ea, quę nobis fidei catholice[k] quam maxime contraria esse videntur, brevibus et distinctis capitulis ordinemus, adiungentes sive subiungentes per singula, quid e contrario scriptura sancta doceat, et aecclesia Dei firmissime teneat, et ubique fideliter ac salubriter doceat. Cuius doctrine et sensibus te, quasi devotum et pium filium, inrefragabiliter optemperare oportet, si cupis in eius corporis unitate vivum et sanum membrum inveniri, et non cum putribus et emortuis iustę severitatis iudicio abscisionem mereri[l]. Hunc autem sermonis nostri tenorem, servato in omnibus legitimo ordine et aecclesiastica auctoritate, non tibi, qui infelici et miserabili lapsu excommunicationem ab aeclesia excepisti, sed principaliter reverentissimo et carissimo nostro, metropolitano antistiti[3] direximus tuo, confidentes in Domini pietate, quia cum

---

a) auferre *T.* b) adquiescere re *del. T.* c) *in marg. inf. scribitur* Quaternio ·X· *T.* d) *corr. ex* famen *T.* e) *ras. post* pro *T.* f) est *corr. in* es *T.* g) *in ras.* a *superscr. T.* h) *corr. ex* posuisti *T.* i) quā *superscr. T.* k) scriptorum — esse *in marg. suppl.* scripto- -tholi- *a ligatore in marg. abscisa.* l) merere *corr. in* -ri *T.*

1) *Germaniam deseruit Gothescalcus post synodum Moguntinam a. 829. habitam, sed a. 848. eam aliquamdiu repetiit, cf. Traubium in Poet. aevi Carol. III, 709. 712.* 2) *Carisiaci a. 849. celebrato.* 3) *Hincmaro Remensi archiepiscopo, in cuius dioecesi Gothescalcus tunc degebat, in monasterio scilicet Altovillarensi.*

851—852 in.

haec legerit et nostrae erga te compassionis affectum cognoverit, non indignatione aliqua adversum te, sed boni patris et pii pastoris visceribus commovebitur, ut his congruenter *perlectis et tranquille aput te tractatis, si divina gratia adspirante ad- (*p. 151.) quiescere volueris veritati, nequaquam diutius aberres a caulis, sed boni et summi pastoris humeris reportatus, unitati[a] invente ac redempte ovis, cum gaudio caelestium[b] (cf. Luc. 15, 5. 6.) et terrestrium feliciter restituaris.

Haec sunt igitur quae in scriptis tuis merito reprehendenda et reprehensa, tanquam verę fidei catholicę inimica, notavimus, et qualiter ad regulam veritatis sint corrigenda perstrinximus.

In primis displicet nobis valde quod dicis et asseris neminem perire posse Christi sanguine redemptum. Hoc enim dictum dupliciter fidei catholicę adversatur. Si aut neminem ex numero christianorum, postquam semel in Christo babtizatus et particeps redemptionis Christi effectus est, perire posse confirmas, contra apostolum apertissime predicentem[c] et contestantem[d], quoniam 'iniqui regnum Dei non possidebunt' et quo- (1. Cor. 6, 9.) niam qui illa vel illa crimina admiserint, 'regnum Dei non consequentur' et 'non habent (Gal. 5, 21. Eph. 5, 5.) hereditatem in regno Christi dei'. Inter quos etiam illi sunt negatores Christi, de quibus ipse terribiliter testatur: 'Quicumque negaverit me coram hominibus, negabo et (Matth. 10, 33.) ego eum coram patre meo qui est in cęlis'. Et illi infructuosae fidei, de quibus ait: 'Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum'. Sed et (ib. 7, 21.) ille fatuae virgines, quae non sumpserunt oleum in vasis suis cum lampadibus, quibus clausa ianua regni dicturus est: 'Amen dico vobis, nescio vos'. Aut si non credis (ib. 25, 12.) omnes, qui vera fide et devotione per babtismi gratiam regenerantur, Christi esse sanguine redemptos, immo in Christi morte et sanguine babtizatos, licet et postea plurimi ex eis vel per hereses vel per alia diversa crimina pereant, manifestissime contrarium est beato Paulo apostolo dicenti: 'Quicumque babtizati sumus in Christo (Rom. 6, 3.) Iesu, in morte[e] ipsius babtizati sumus'. Et beato Iohanni similiter de eodem Domino contestanti: 'Qui dilexit nos, inquid, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo'. (Apoc. 1, 5.) Et beato Petro etiam de pessimis haereticis, qui post babtismum redemptionis Christi de aeclesia recesserunt, ita dicenti: 'Et eum, qui emit eos, Dominum negant, super- (2. Petr. 2, 1.) ducentes sibi celerem perditionem'. Et ipso Domino de eisdem hereticis per prophetam dicenti: 'Et ego redemi eos et contra me locuti sunt mendacia'. Itaque iuxta (*p. 152. Osee 7, 13.) fidem catholicam[f] et apostolicam, propheticam et evangelicam[g], omnes isti fideliter ad babtismum Christi accedentes, non utique alio pretio, sed Christi sanguine redempti sunt. Sed cum plurimi ex eis eandem gratiam in se irritam fecerint, et idcirco in aeternum pereant, qua ratione verum est, neminem perire posse sanguine Christi redemptum?

Secundo loco displicet nobis valde, quia verissima et sacratissima aeclesię sacramenta, videlicet exhorcismi et babtismi, chrismatis et eucaristiae ac manus inpositionis, perfunctoriae et frustratoriae omnibus, qui post perceptionem eorum pereant, dari confirmas, dum eos sanguine Christi, sine quo ipsa mysteria iam non mysteria, sed quaedam velut vacua et inania ludibria sunt habenda, redemptos negas, cum e contrario apostolus et veritatem redemptionis Christi et verum divinorum mysteriorum effectum etiam in eis qui inreparabiliter pereunt doceat esse conlata, cum ait: 'Im- (Hebr. 6, 4—6.) possibile est enim eos, qui semel sunt inluminati, gustaverunt etiam donum caeleste, et participes sunt facti Spiritus sancti, gustaverunt nihilhominus bonum Dei verbum virtutesque saeculi venturi et prolapsi sunt, renovari rursus ad penitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei' et cetera. Et iterum: 'Quanto magis putatis (ib. 10, 29.) deteriora mereri subplicia qui filium Dei[h] conculcaverit et sanguinem testamenti pollu-

a) unitate *corr. in* -ti *T.* b) *ras. ante* um *T.* c) p̄ *superscr. T.* d) *ras. post* con *T.* e) *in ras.* mor- *superscr. T.* f) c *et* c *superscr. T.* g) apostolicam *eras.* euangel. *superscr. T.* h) *superscript. T.*

851—852 in. tum duxerit, in quo sanctificatus est et spiritui gratiae contumeliam fecerit'. Et alio 1. Cor. 8, 11. loco: 'Et peribit, inquid, infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est'. Ita veritas mysteriorum peragit virtutem suam, cum fideliter accipitur, etiam in illis qui non permanent in veritate eorundem mysteriorum. Sed et in illa regula intellegendarum scripturarum de corpore Christi vero atque simulato, unde tu hunc[a] errorem velut confirmare niteris, veraciter nosse debes simulationem denotari vitae et morum, non, quod absit, divinorum mysteriorum et sacramentorum.

*p. 153. Tertio loco displicet nobis valde, quia et divinarum scripturarum testimo*niis, et sincerissimis sanctorum patrum dictis tam perverse abuteris, ut haec omnia quae manifestissime adversus divinam veritatem et paternam fidem disputas[b], ex illis non recte intellectis multipliciter adfirmare contendas. In tantum ut illos, qui ex numero fidelium pereunt, nec tunc, quando in primis ad percipienda mysteria regenerationis et dominicę oblationis, vel in parvula aetate ab aliis oblati sunt vel ipsi in maiori fideliter accesserunt, affirmes Christo et aeclesiae [non[c]] incorporatos, nec membra illius quaesitae et salvatę ovis effectos, ac per hoc nec umquam fuisse christianos. Nam quomodo est christianus, qui non pertinet ad corpus Christi, qui non est membrum Christi? Cum e contrario apostolus etiam illos, qui graviter peccare, et in eodem gravi peccato perire possunt, membra Christi et templum Spiritus sancti esse dicat, quamdiu fideliter 1. Cor. 6, 15. et innocenter agunt. 'Nescitis, inquid, quia corpora vestra membra Christi sunt? ib. 3, 16. 17. Tollens ergo membra Christi faciam membra meretricis? absit'. Et iterum: 'Nescitis, quia templum Dei estis et Spiritus sanctus habitet in vobis? Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus', et cetera.

Quarto loco displicet nobis valde, quia tam dure et indisciplinate et immaniter de divina predestinatione sentis et loqueris in dampnatione reproborum, ut omnes illos qui ad sinistram ponendi sunt in die iudicii et cum diabolo atque angelis eius pro malis meritis suis aeterno igne dampnandi, ita sint[d] divinitus ad interitum predestinati, ut eorum prorsus[e] omnium nullus aliquando potuerit, nullus possit salvus esse. Quod sentire et dicere quid est aliud, quam in Deum graviter et horribiliter blasphemare, si illis eius predestinatio hanc necessitatem inrevocabiliter inposuit, ut omnino quod ad salutem suam proficeret operari non possent. Sed absit a nobis hoc recipere, ne meritum[f] dampnationis illorum Dei culpa sit, qui eos tales esse constituit, non illorum, qui aliud esse non potuerunt. Huic errori, vel potius inmanissimę impietati, resistit *p. 154. Eccli. 15, 21. scriptura *dicens de illo: 'Nemini mandavit[g] impie agere et nemini dedit spatium peccandi'. Et ipse iudex vivorum et mortuorum destruit istum insanum mendatium, qui se in illo die iudicii ita illis, qui ad sinistram stabunt dicturum esse predixit: Matth. 25, 41. 'Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius'. Ut, cur á se inreparabiliter discedere sint digni, cur maledicti, cur[h] diabolo et angelis eius in aeterna poena sociati, videlicet non ex[i] Christi iudicio praedestinationis suae, sed ex merito iniquitatis eorum, statim clarissimę subiungat et ostendat dicens: Quia ib. 42. 'esurivi et non dedistis mihi manducare, sitivi et non dedistis mihi bibere' et cetera. Ubi evidenter ostenditur, quod non propterea dampnantur, quia opera salutis suae facere non potuerunt, sed quia facere noluerunt. Unde et psalmista[k] de eodem iusto Ps. 61, 13. et aeterno iudice dicit: 'quia tu reddes unicuique secundum opera sua'. Similiter et Rom. 2, 5. 6. apostolus: 'In die, inquid, ire et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua'. Non ait 'secundum preiudicia sua', sicut ista insana et furibunda doctrina asserere conatur, ad nihil aliud, nisi ad subversionem audientium. Cum e contrario fides catholica firmissime teneat, nec ipsum diabolum et angelos eius ad hoc

a) *superscr. T.* b) *ex* -tans *corr. T.* c) *om. T.* d) *superscr. T.* e) prossus *T.* f) *corr. ex* -to *T.* g) *in ras.* man. *superscr. T.* h) r *superscr. T.* i) x *superscr. T.* k) salmista *T.*

umquam prędestinatos ut tales essent, sed quia tales suo vitio esse voluerunt, idcirco 851—852 in. eis aeterno ignis subplicia preparata. Omnipotens enim Deus non est auctor malorum meritorum, nec malorum hominum, nec malorum angelorum, sed ipsi sibi[a] sunt auctores mali, quod propria voluntate gesserunt, Deus autem iustus ultor et iudex in his quae eius aequitate passuri sunt. Praescivit ergo aeternaliter futura mala merita ipsorum, sed prescientia eius non eis intulit necessitatem, ut aliud esse non possent, sed tantum praevidit quod aliud esse nollent. Prędestinavit eisdem malignis angelis et reprobis hominibus perpetuas poenas, non quia malignos et reprobos ipse eos facit, sed quia malignos et reprobos suo vitio futuros illos previdit et quos tales *proprio *p. 155. vitio futuros previdit, quid mirum[b], si eos iusto iuditio suo aeternis poenis et incendiis predestinavit, ut qui volentes peccaverunt nolentes puniantur. Non itaque in illis predestinavit omnipotens Deus quae sibi erant facturi iniqua voluntate sua, sed quae ipse de eis erat ordinaturus aequissimo iudicio suo. Nulla enim predestinavit iniusta, sed tantum iusta, iniusta vero prescivit ut Deus futura, predestinavit ut iudex iustus dampnanda. Nec prescientia tamen, nec predestinatione[c] sua cuiquam malorum hominum vel angelorum necessitatem inposuit male agendi, sed tantummodo pro malis gestis aeternas poenas luendi. Unde verissime ad eum scriptura dicit: 'Deus aeterne, Dan. 13, 42. qui occultorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant'. Et iterum de illo: 'Domino enim Deo antequam crearentur omnia fuerunt cognita, similiter et post per- Eccli. 23, 29. fectum[d] respicit omnia'. Et alio loco: 'A seculo enim, inquid, usque in seculum ib. 39, 25. respicit, et nihil est novum in conspectu eius'. Sunt quidem in malis et dampnandis aliqui reputati, qui aliud esse non potuerunt, sicut illi parvuli recens nati, sub reatu originalis peccati defuncti, quibus per babtismum Christi non potuit subveniri. Sicut etiam illi[e] ignorantes Deum, qui non potuerunt invocare in quem non crediderunt, nec credere ei quem non audierunt, nec audire sine predicante, nec predicatorem habere, quia nullum ad se mitti meruerunt. Sed et in his non est iniquitas apud Deum, quia et illos traxit ad mortem originale peccatum et istos et originale pariter et actuale. Ipso tamen ubique iusto iudice, qui de tota humani generis massa ob primę prevaricationis meritum iuste dampnata[f] alios facit vasa misericordiae gratuita gratia, alios permisit esse vasa[g] irae iusto iudicio.

Sin autem hoc quaeritur, ubi in scripturis praedestinatio in malam partem dicatur, ipsum quidem propriae verbum tali sensu positum forsitan non facile invenitur, sensus tamen verbi manifeste in pluribus locis apparet. Sicut in primis de angelis refugis beatus Iudas apostolus dicit: 'Angelos vero qui non servaverunt suum prin- Iud. 6. cipatum, sed dereliquerunt suum domicilium, *carceribus caliginis dampnatos tradidit *p. 156. in iudicium cruciandos reservari'. Et de Anticristo Paulus apostolus dicit: 'Et reve- 2. Thess. 2, 3. latus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod[h] colitur'. Et post pauca: 'Quem dominus Iesus inter- ib. 8. ficiet spiritu oris sui[i] et destruet inlustratione adventus sui'. De Iuda quoque proditore ipse Dominus, cum pro apostolis oraret, ait: 'Et nemo ex his periit, nisi filius Ioh. 17, 12. perditionis, ut scriptura impleatur'. De quo etiam apostoli orantes pro helectione successoris eius Mathiae ad Dominum dicunt: 'Ostende quem ex his duobus elegeris Act. 1, 24. 25. accipere locum ministerii huius, et apostolatum de quo prevaricatus est Iudas, ut habiret in locum suum'. Tale est et illud quod per Salomonem dicitur: 'Universa Prov. 16, 4. propter semetipsum operatus est Dominus, impium quoque ad diem malum'. Et quod in libro Iob scriptum est: 'Quia in die perditionis servatur malus, et ad diem Iob 21, 30. furoris ducitur'. Et in libro Sapientiae de Aegiptiis: 'Ducebat enim eos ad hunc[k] Sap. 19, 4.

a) *superscr. T.* b) nimirum ni *del. T.* c) ne *superscr. T.* d) -tam *corr. in* -tum *T.* e) *rasura unius verbi post* illi *T.* f) dampnatam m *del. T.* g) vas *T.* h) *superscr. T.* i) spiritus ori sui *T.* k) hanc *corr. in* hunc *T.*

851—852 in. finem digna necessitas'. Et aput Ieremiam de quibusdam: Ier. 12, 3. 'Congrega eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in diem occisionis'. Talibus etiam Amos propheta dicit: Amos 6, 3. 'Qui separati estis ad diem malum et adpropinquatis solio iniquitatis'. Item de filiis 1. Reg. 2, 25. Hely scelestis et sacrilegis dicitur: 'Qui non audierunt vocem patris sui, quia voluit Deus occidere eos'. Et ad[a] Amasiam prevaricatorem et impium regem propheta 2. Par. 25, 16. loquitur: 'Scio, inquid, quod cogitaverit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, et insuper, quod non adquievisti consilio meo'. Sed haec omnia ita fideliter pensanda sunt, ut in eis et malorum, sive angelorum sive hominum, iniquitas et Dei vindicantis incontaminabilis iustitia cognoscatur. Praeordinavit atque tradidit angelos malignos in iudicium cruciandos reservari, sed exigente eorum impietate, qua non servaverunt ordinem et honorem suum, quem sub Deo et cum Deo habere potuerunt. Et Iudas precognitus et predictus est filius perditionis, sed merito impiae proditionis abiit in *p. 157. locum suum, id est sibi in poenis destinatum et preparatum, sed quia *prevaricatus est de loco ministerii et apostolatus. Ita non est mirum, si Anticristus, quia prescitus est homo peccati, precognitus etiam et predictus est filius perditionis, et malus atque impius preparatur ad diem malum, servatur in diem perditionis et furoris, sed quia ipse sua sponte et malus et impius existet. Ducebat et Ęgyptios divini iudicii necessitas ad exitium et interitum preparatum, sed digna, quia pro impietatibus et contumacia eorum iusta. Sic et illi qui velut pecora aeterne morti devoti esse voluerunt, si quidem impiis[b] manibus et verbis accersierunt illam, congregantur quasi grex perditionis et sanctificantur, id est quodammodo separantur ad diem malum et ad diem occisionis[c]. Sed et impii filii Heli et impius rex ille Amasias indigni habiti sunt iudicio Dei qui consilium salutis suae susciperent, et Deus illos occisioni et perditioni preparavit. Sed iuste utique ob merita impietatum, quae de illis prius scriptura commemorat[d], et ex- Eccli. 26, 27. cecari et interire meruerunt. Ait etiam scriptura: 'Et qui transgreditur a iustitia ad peccatum, Deus preparavit illum ad rompheam'. Paravit ergo et preordinavit istiusmodi trangressorem ad rompheam, id est ad mortem et interitum, sed iuste, quia ipse ultro transgressus est a iustitia ad peccatum. Iuxta hunc igitur divinę auctoritatis sensum omnipotens Deus iusto iudicio suo predestinat poenas malis, predestinat malos poenis, nullum tamen predestinat, ut sit malus, quia non malorum, sed bonorum auctor est bonus, et malorum gestorum ultor est iustus, et si mala gerentes ad eum convertantur, indultor pius. Sciendum tamen, quod predestinationis verbum in malam partem sicut in scripturis minus est usitatum, ita et a doctoribus rarius usurpatum, et ob hoc nequaquam magnopere de eo certandum.

Quinto loco non minus detestamur et horremus, quod ita exarsisti adversus eos, qui aeterno interitu sunt digni, ut dixeris eos tam inrevocabiliter et incommutabiliter perditioni esse predestinatos sicut Deus ipse incommutabilis et inconvertibilis est. *p. 158. Et episcopos, ad quos scribis, quasi misericorditer adhortaris, *ut hoc predicent populis, ut quia iam prefinitam dampnationem evadere non possunt[e], saltim aliquantulum Deo subplicent et humilientur, ut statutas[f] eis vel modicum mitiget et leviget poenas. Obsecro, ubi haec umquam in scripturis sacris legisti, ubi in sanctis et catholicis aeclesię doctoribus invenisti? Cur non similiter diabolum et angelos eius exhortaris, ut quia statutam dampnationem evadere non potuerunt, iam nunc interim orent et deprecentur Dominum, ut eis mitiora et tolerabiliora fiant aeternae poenae? Aut quid amplius istis relinquis, quos similiter inrevocabili[g] sententiae dampnatos asseris? Huic tam atroci impietati contradicit aeclesie fides, quae diabolum cum angelis suis credit inremediabiliter corruisse, hominibus vero, etiam impiis, si recognoscant peccata sua,

a) *superscr. T.* b) impii *T.* c) occis- *in ras. superscr. T.* d) e *superscr. T.* e) -sent *corr. in* -sunt *T.* f) statutis *T.* g) inrevocabile *corr.* -li *T.*

si defleant[a], si confiteantur, si divinam misericordiam implorant, indubitanter ianuam 851—852 in. indulgentiae apperiri. Sic enim propheta docet et[b] exortatur dicens: 'Querite Domi- Isai. 55, 6. 7. num dum inveniri potest, invocate eum dum prope est. Derelinquet impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum, et miserebitur eius et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum'. Et iterum: 'Quis ambulabit in ib. 50, 10. tenebris et non est lumen ei? speret in nomine Domini et innitatur super[c] Deum suum'. Et ipse Dominus per se: 'Convertimini ad me et convertar ad vos, dicit dominus Mal. 3, 7. exercituum'. Et alio loco: 'Revertimini filii revertentes, et sanabo adversiones vestras'. Ier. 3, 22. Et iterum: 'Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab im- Ez. 33, 12. pietate sua'. Ista est fides et piaetas aeclesiae, quia diabolum novit in malis suis sine poenitentia permansurum, nec ullam indulgentiam accepturum. Et hominibus ad Deum[d] conversis per ineffabilem eius bonitatem et poenitentiae[e] remedium concedi et salutis aditum non negari. Oro, quid tibi peccavit humanum genus? quid tibi peccavit aeclesia? quid in ipsa aeclesia tot proximi et fratres tui, ut eis tam magnam, tam patentem ianuam pietatis Dei obstruere et obserare coneris. Quis umquam fidelis aecclesiasticus vir ita predicavit, ut haec tam adtente et obstinate inculcare et confirmare non erubescas. Vere non est christiana, sed pagana, immo diabolica ista duritia, quam si bene cogitare et recognoscere posses, *profecto signares cor tuum et *p. 159. manum tuam poneres super os tuum. Legimus quidem in evangelio beatum Iohannem cf. Prov. 30, 32. evangelistam de Iudeis dixisse: 'Propterea[f] non poterant credere, quia dixit Esaias: Ioh. 12, 39. excecavit oculos eorum et induravit cor eorum'. Sed sicut beatus Augustinus in quinquagesimo eiusdem evangelistae tractatu[1] fideliter et catholicae exponit: Sic dictum est[g] non poterant, ubi intellegendum est, quod nolebant, quemadmodum dictum est de domino Deo nostro: 'Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest'. De omnipotente 2. Tim. 2, 13. dictum est non potest. Sicut ergo quod Dominus seipsum negare non potest, laus est voluntatis divinae, ita quod illi non poterant credere, culpa est voluntatis humanae. Non quia mutari homines in melius non possunt, sed quamdiu superba sapiunt, non possunt credere. Hoc de Iudeis qui excecati et indurati sunt, Deus prescivit, atque in eius spiritu propheta predixit. Non ergo poterant credere iuxta sensum fidelissimi doctoris, quia hanc eorum futuram inpossibilitatem, id est superbam impietatem, per quam Domini humilitatem[h] contempserunt, et Deus vere previdit[i] et per Dei spiritum propheta vere predixit. Claudamus itaque aures adversus hanc inauditam duritiam et verba precipitationis et audiamus prefatum doctorem dulciter orantem et dulciter disputantem adversus prophana et inaniloquia vanitatis. Quosdam, inquid[2], nimia suae voluntatis fiducia extulit in superbiam et quosdam nimia suae voluntatis diffidentia deiecit in neclegentiam. Illi dicunt: Ut quid rogamus Deum ne vincamur temptatione, quod in nostra est potestate? Isti dicunt: Ut quid conamur bene vivere, quod in Dei est potestate? O Domine, o pater, qui es in caelis, ne nos inferas in quamlibet istarum temptationum, sed libera nos a cf. Matth. 6, 9. 13. malo. Audiamus Dominum dicentem: 'Rogavi pro te, Petre, ut non deficiat fides tua', ne sic Luc. 22, 32. existimemus fidem nostram esse in libero arbitrio, ut divino non egeat adiutorio. Audiamus[k] evangelistam dicentem: 'Dedit eis potestatem filios Dei fieri[l]', ne[m] omnino existimemus in nostra Ioh. 1, 12. potestate non esse quod credimus. Veruntamen in utroque illius beneficia cognoscamus. Nam et agendae[n] sunt gratiae, quia data est potestas et orandum, ne subcumbat infirmitas.

---

a) deleant *T, corr. Sirm.* b) ut *man. rec. corr.* et *T.* c) *superscr. T.* d) adeum *T.* e) potentiae *T, corr. Sirm.* f) Propria *T.* g) *post* est *rasura unius verbi T.* h) humili- *in ras. superscr. T.* i) -ri- *superscr. T.* k) et *add. Aug.* l) *al. man. superscr. T.* m) nec *T.* n) agenda *T.*

1) *Opp. III, 2 col. 647 tractat. 53 § 9.* 2) *Ibid. § 8. Cf. Sententias b. Augustini cap. V, 6 (Sirmondi opp. var. II, 937) ubi idem locus laudatur.*

851—852 in. Sexto loco similiter detestati sumus[a], quod Deum et sanctos eius in perditione *p. 160. eorum, quos et *aeternae dampnationi predestinatos assidue repetis, dicis exultaturos Sap. 1, 13. et gavisuros, cum e contrario apertissime scriptura dicat: 'Deus mortem non fecit, Ez. 33, 11. nec letatur in perditione vivorum'; et alio loco: 'Vivo ego, dicit dominus Deus, quia ib. 18, 23. nolo mortem impii, sed ut convertatur et vivat'; et iterum: 'Numquid voluntatis meę est mors impii, dicit dominus Deus, et non magis ut convertatur a via sua mala et vivat?' Quomodo ergo letatur in morte et in dampnatione impii, cum ipse iurat non esse voluntatis suae? aut quomodo gaudet ad ruinam cuiusquam, qui ut nullius bono, ita etiam nullius malo indiget, ut quasi potentior vel beatior fiat.

Protulisti quidem, velut ad muniendum sensum tuum, testimonia de scripturis, Prov. 1, 26. sed incongruenter et non eo sensu quo ibi posita sunt. Veluti est illud: 'Ego quoque in interitu vestro ridebo et subsannabo' et illud[b], quod non de generali perditione impiorum, ut tu posuisti, sed propriae de miseria et calamitate infidelium Iudeorum in Deut. 28, 63. Deuteronomio dicitur: 'Et sicut letatus est super vos Dominus, benefaciens vobis, vosque multiplicans, sic letabitur disperdens vos atque subvertens'. Sed grandi et pia consideratione indiget, ut qualitercumque cogitetur risus et subsannatio Dei in interitu perditorum, et letitia sive exultatio non solum in profectu iustorum[c], sed etiam in[d] subversione pravorum[e], qui, ut supra ostensum est, in nullius morte, in nullius perditione letatur, nec aliquem perire velle se iurat, quia nullius interitum velud inimicus creaturae suae desiderat, sed in eis qui pereunt tantummodo finem malitiae et ordinem ac retributionem iustitiae diligit. Sic itaque in interitu impiorum et iniquorum ridebit et subsannabit, cum eorum superbiam et contemptum digna punitione humilians atque condempnans omnem creaturae vanitatem et elationem adversus creatorem, inrisione et subsannatione dignam esse monstrabit[f]. Unde et divina eadem verba posita sunt, ut non diceret, de interitu vestro ridebo et subsannabo, sed in interitu vestro, scilicet non pro illo, sed in illo, id est non pro illis, qui sua culpa perierunt, sed quia in eo- *p. 161. rum iusta perditione, in contemplatione rationalis et beatae creaturę, laus ac*crescet et gloria creatoris, exultante omni helecta creatura, non in tormentis miserorum, sed in aequitate et veritate iudiciorum divinorum. Quod etiam in presenti seculo anima- Ps. 96, 8. bus sanctorum conceditur, dicente psalmista: 'Exultaverunt filiae Iudae propter iudicia tua, Domine'. Non ergo propter perditionem cuiusquam, sed propter divinae aequitatis ib. 57, 11. iustitiam. Hoc sensu accipi potest et illud: 'Letabitur iustus cum viderit vindictam' Prov. 11, 10. et illud in Salomone: 'Et in perditione[g] impiorum erit laudatio'. Letatur autem omnipotens Deus vel benefaciens iustis, vel mala retribuens pravis. Non quod ipse diversa affectatione mutetur atque varietur, cuius gaudere, sicut et esse, aeternum adque in- Iac. 1, 17. commutabile est, 'aput quem non est transmutatio nec vicissitudinis obhumbratio'. Matth. 10, 20. Sed sicut spiritus patris dicitur loqui in eis quos loquentes facit, quos ad testifica- cf. Rom. 8, 26. 27. tionem veritatis instruit et informat, qui etiam postulare pro sanctis et gemere ac desiderare dicitur, quia eis quos repleverit affectum postulandi et gemendi et desiderandi inspirat: ita et ipse letatur in sanctis in quibus habitare dignatur, quia eos procul dubio letantes facit, sive in donis gratiae quę largitur piis, sive in iudiciis [et[h]] aequitatibus, quibus impios punit. Pro quibus etsi humano affectu, sicut apostolos cf. Matth. 26, 22. dicit de se tanquam homines contristantur, tamen divino spiritu regente atque illustrante, iusta Dei iudicia laudare et glorificare non cessant. Cum igitur tam magna et ineffabiliter maiori cautela, ut aliquatenus intellegi possint, divina verba indigeant, non facile a quoquam proferenda sunt velud pro se, ne forsitan bene tractata inveniantur contra se.

---

a) *post* sumus similiter *al. man. repetitur T.* b) illut *corr.* -lud *T.* c) verborum *T,* rectorum *corr. Sirm.* d) i *T.* e) prav- *super rasura T.* f) -uit *corr.* -bit *T.* g) perditio *T.* h) *deest T.*

[851—852 in.] Septimo loco duo prorsus gravia mala in tuis nobis moribus plurimum displicuerunt. Unum quod sacerdotes Dei et rectores aecclesiarum tantis iniuriis et convitiis et maledictis laceras, tanto dispectu et contumacia conculcas, utique spiritu erroris et superbiae miserabiliter deceptus, ut omnino nihil christianę patientiae, nihil christianae reverentiae habere videaris. Nam inter cetera omnes, qui insaniae sensuum tuorum zelo fidei resistunt, heretiquos appellare non metuis, eosque a bono et erudito atque catholico episcopo Rabanicos[a] *nuncupare presumis. [*p. 162.] Nec times Deum, quod in tales et tantos diaboli laqueos per vanam instabilitatem mentis et corporis, et vaniorem curiositatem atque arrogantiam incidisti. Nec erubescis, quod in tot erroribus et mendaciis ab omnibus ubique deprehenderis et confutaris. Nec doles, quod ecce tot annis[1] a corpore aecclesiae iustae severitatis dampnatione precisus atque omni bonorum contubernio ac solatio defraudatus[2] remansisti velut stirps[b] inutilis et palmes aridus igni [cf. Isai. 14, 19.] destinatus. Sed adhuc insuper os tuum maledictione et amaritudine plenum est, et [Rom. 3, 14.] conversus in arcum pravum, non pro Domino, ut putas, sed, aeclesiam matrem tuam [cf. Ps. 77, 57.] eiusque presules patres tuos sacrilega audacia contempnens, adversus Dominum iacularis.

Alterum vero malum est in moribus tuis, quod in omnibus quę dicis et sentis, sicut scriptura tua declarat[c], nullum omnino hominum more bonorum pie et humiliter deprecaris, nullius te sensui et auctoritati summittis, nec dicis quod sepe solet et debet pietas dicere: 'Obsecro, bone vir aut bone frater, si in his quae dico aliquatenus erro, ferto infirmitatem meam, instruito ignorantiam meam, et probabis oboedientiam meam, quia paratus ero libenter suscipere quicquid veritas dignabitur declarare'. Sed ita te sensui tuo credis et in ipsa veritate speculari et contemplari[d] gloriaris, ut in scriptis tuis nec Deo ipsi subplices, ut tibi quod melius est revelet. Quapropter multum fraternitatem tuam exhortor et moneo et paterna pietate ac fraterna caritate persuadeo, ut revertaris in temetipsum, convertaris ad cor tuum, et excutias procul a te istum errorem vanum et laborem infructuosum ac pernitiosum, restituasque te sanctae matri[e] aeclesiae, restituas te obedientiae Domini, sacerdotum et patrum tuorum, restituas te fraternae omnium caritati. Ut qui modo iaces tanquam 'vas perditum', [Ps. 30, 13.] cooperante Dei gratia efficiaris in domo eius vas utile, ad omne opus bonum [Baruch 6, 58.] paratum. Nec terrearis consideratione vel erroris quem incurristi, vel iniuriarum quas in Dei sacerdotes intulisti, nec ex hoc velut inplacabiles patiaris. Omnes deprecabimur pro te et ipsi ultro propter amorem Christi obliviscentur se, eruntque aput *omnes et preterita errata in oblivionem et presens conversionis[f] tuae bonum in [*p. 163.] gaudium et exultationem. Tantum ne dubites, ne remoreris, sed 'eruere quasi dammula [Prov. 6, 5.] de manu et quasi avis de insidiis aucupis', ne in tali dampnatione repentina morte preventus, aeclesię matri, cui nunc merorem[g] facis assiduum, luctum, quod absit, derelinquas perpetuum. Crede indubitanter, quia haec ex vera et sincera erga te caritate et solo amore salutis tuae loquor. Nec omnino estimes[h], quod quaedam superius velut durius et austerius prosecutus sum ad confusionem vel condempnationem tuam prolata. Sed scito certissime, quia ad hoc tantum dicta sunt, ut ea coram oculis ponerem tanquam in speculo[i] veraciter diiudicanda et adiuvante Dei gratia quamtotius et studiosius emendanda. Si quidem, ut bene ipse nosti, 'meliora sunt vulnera amici, [Prov. 27, 6.] quam fraudulenta oscula inimici'.

---

a) rabanicos h *superscr. T.* b) i *superscr. T.* c) -rant n *del. T.* d) cūtempplari, i *ex* e *corr. T.* e) matre *T.* f) conversationis *corr. in* conversionis *T.* g) *ante* r *littera eras. T.* h) es *corr. e ex T.* i) o *corr. ex* a *T.*

1) *inde ab anno 849.* 2) *scilicet conclusus in monasterio Altovillare (Hautvillier).*

851—852 in. Ad extremum breviter tuae intimo caritati gestum esse intra Gallias temporibus poene beati papae Leonis sive Agapiti concilium venerabile[a] et aecclesiae Dei valde utile[1] a pluribus episcopis, quibus prefuit admirande sanctitatis et virtutum ac miraculorum beatus Cesarius Arelatensis episcopus, ubi diligenter de gratia Dei et libero hominis arbitrio, de praescientia et predestinatione divina constat esse definitum, qualiter moderatissima et perpensissima ratione sentiendum, tenendum et docendum sit. Unde hic ad commonitionem[b] prudentiae tuae paucissima verba subnecto, quibus aiunt: Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, quod post acceptam babtismi gratiam omnes babtizati Christo auxiliante et cooperante quae ad salutem animae pertinent, possint et debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate predestinatos non solum non credimus, sed etiam, si sint qui[c] tantum mali credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus. Explicit[d].

---

a) *post* ven. *ras. T.* b) communionem *corr. in* commonitionem *T.* c) *ras. post* qui. d) *Sequitur in T sine titulo:* Gratiam itaque Dei credere debemus, qua humanum genus nullis suis bonis meritis pręcedentibus sola Dei gratuita bonitate et misericordia salvatur *etc.*

1) *Concil. Arausican. a. 529. celebratum, Concil. aevi Merovingici ed. Maassen p. 52, cui Caesarius interfuit.*

IX.

HRABANI (MAURI) ABBATIS FULDENSIS ET ARCHIEPISCOPI MOGUNTIACENSIS EPISTOLAE.

De Hrabani vel Mauri vita scriptisque cur hoc loco fusius disseramus non est causa, cum iamdudum in carminum eius prooemio (Poet. Carol. II, 154—157) his de rebus aliquantulum egerimus. Quibus in libello singulari, cui 'Hrabanstudien' inscribitur a. 1898. nonnullis additis[1]*, inde repetere liceat, Hrabanum non, ut Mabilio voluit*[2] *et plerique recentiorum eum secuti repetierunt, iam anno 776, sed probabilius vix ante annum 784. natum atque in Alcvini disciplina Turonensi iam a. 796. diutius versatum esse. Ludimagistri munere, abbatis dignitate nondum impetrata, per multos annos functus, discipulis, qui summo studio eum coluerunt, sanctae scripturae libros secundum allegoriam inprimis interpretatus, quae illi schedulis dispersis inscripserant, postea in librorum formam posteris quoque profuturus redegit*[3]*. Sed et in his commentariis et in sermonibus eodem modo collectis*[4]*, et in variis operibus de computo, de clericorum institutione, de rerum natura, de martyrologio*[5] *ita fere omnia ex auctoribus suis verbotenus excerpsit vel expilavit, ut paucissima tantum ex suo ipsius ingenio prodiisse liqueat*[6]*. Doctrinam non augere, sed in posteritatem propagare ei cordi fuit.*

Epistolarum quas Hrabanus dederat maxima pars iniuria temporum interiit. Matthias Flacius quidem ac sodales eius, qui centuriatores Magdeburgenses dicuntur, seriem quandam epistolarum Fuldensium usque ad Sigehardi abbatis († 891) tempus inde ab anno c. 814. protentam in historia ecclesiastica excerpserunt, quae magni momenti fuisse videntur, sed nobis non licuit alia nisi frusta exilia atque obscura, ab eis forte servata, secundum temporis ordinem repetere. Desunt etiam codici Mellicensi unico praefatio operis de oblatione puerorum ad Ludowicum imperatorem data, quam Ruodolfus novit[7]*, epistola, quam ipse Hincmaro de clericis ab Ebone consecratis scripsisse tradit*[8]*, aliaque ad Eigilum Pru-*

---

1) *Sitzungsber. der Berliner Akad. 1898 I, 24—42; cf. Allgem. Deutsche Biogr. XXVII, 66 sqq.* 2) *Mabillon Acta SS. ord. S. Bened. IV, 2, 22.* 3) *Cf. Schönbach, Zs. für Deutsches Altert. XL, 106, Traube, Neues Archiv XVII, 458.* 4) *Cf. infra p. 391 n. 1 ad ep. 6 et quae E. Schröder adnotavit, Quellen und Forschungen XLIV p. 45.* 5) *Cf. Forsch. zur Deutschen Gesch. XXV, 200.* 6) *Cf. Iul. v. Schlosser in Jahrb. der kunsthistor. Sammlungen des Kaiserhauses XIII, 31 'durch und durch ein Schulmeister'.* 7) *Miracula SS. Fuldens. c. 15:* ad Hludvicum imperatorem scripsit librum I contra eos, qui oblationem secundum regulam sancti Benedicti destruere volebant. 8) *Cf. infra librum poenitential. ad Heribald. c. 34.*

miensem abbatem de eucharistia data[1]. *Cetera, quae litterarum instar hic collegimus, non sunt proprie epistolae, in quibus de rebus eius agitur, sed aut praefationes et dedicationes librorum aut commentarioli, quibus quaestionibus vel theologicis vel canonicis docte respondetur. Unde praeter spem neque carmina neque epistolas cum celebri Hrabani nomine satis congruere ac parvum tantum fructum ferre vitam moresque eius investigantibus perspicuum est.*

Quamquam de Hrabani vita ob fontium penuriam non bene instruimur, de ordine operum eius usque ad annum 842, quo abbatia se abdicavit, Ruodolfus discipulus eius admodum studiosus[2] *testis est locuples. De nominis forma id dicendum erit, Hrabanum antiquissimam eius fuisse, sed iam saeculo nono nondum exacto haud raro Rabanum sine h littera inveniri, postea quoque Rhabanum recto ordine inverso.*

Postquam iam inde a saeculo XVI. ineunte opera nonnulla Hrabani libris modo rarissimis typis impressa sunt, Colvenerius a. 1627. Coloniae opera eius omnia sex voluminibus comprehensa ex Iacobi Pamelii schedis edidit. Neque alia extat editio praeter Coloniensem ex se apta, cum abbas Migne satis habuerit Patrologiae latinae tomis 107—112 more solito eam non semper accurate repetere, supplementis quidem aliquot auctam, sed minime omnibus, quae invenire potuisset, additis. Post Colvenerium enim Phil. Labbe, Iac. Sirmond, Mabilio, Martène, Baluzius, ut ante eum Wolfg. Lazius, de Hrabano, opusculis eius nondum notis edendis, optime meruerunt. Amplum apparatum criticum, quem Ioh. Bapt. Enhuber, prior S. Emmerammi[3], *saeculo XVIII. exeunte, Frobenii exemplum secutus, multo labore collegerat, reliquit in scriptis bibliothecae Monacensi neque alius nisi Kunstmann supplementa quaedam operum ineditorum inde hausit. Ipse quoque inspexi. Dum multorum Hrabani operum libri manuscripti admodum antiqui nobis praesto sunt, modo pauci modo plures, quos ad singulas litteras enumerabo, alia (in quibus 8 epistolae) editioni Coloniensi tantum debemus, quae quos codices secuta sit, nusquam memoriae prodit.*

Addo in fine Walahfridi, excellentissimi Hrabani nostri discipuli, praefationes duas breves, quae ad commentarios magistri in Genesim ab eo abbreviatos pertinent. Ex cuius epistolis nihil iam superest nisi ea, quo Adalgiso praeceptori visiones Wettini carmine celebratas dedicat (Poet. Carol. II, 301—303), aliaeque, pars ab eo scriptae, pars ad eum datae, mutilae ac depravatae, quas post Eugenium de Rozière Kar. Zeumer inter formulas aevi Karolini Augiensium nomine insignitas accurate edidit[4].

Berolini Iulio mense 1898.

Ernestus Duemmler.

1) *Cf. infra librum poenitential. ad Heribald. c. 33, Kunstmann Hrabanus Maurus p. 157.* 2) *Cf. Ermenrichi epist. (SS. XV, 154):* Ruadolfo in omni arte eius doctrina peritissimo. 3) *Cf. de eo Kunstmann, Hrabanus Magnentius Maurus p. 1—3. 167. Est nunc Cod. lat. Monac. 15024, qui 97 fasciculos complectitur.* 4) *Formulae p. 364—377, de quibus cf. Neues Archiv XVII, 263; XXI, 301—303.*

1.

Hrabanus diaconus Fuldensis Hattoni monacho librum sanctae crucis iussu eius perfectum mittit eumque ut diligenter rescribi iubeat admonet. *c. 814.* c. 814

Codd. Harleianus 3045 (quondam liber sancte Marie sanctique Nycolai in Arenstein*) saec. XII. ex. fol. 3', quem contulit A. Hughes-Hughes; Monacensis 8201 (quondam Mettenensis) a. 1415. scr. fol. 38, quem cont. S. Riezler; S. Petri Salisburg. a, XII. 4 p. 3 a. 1487. scr., quem cont. W. Hauthaler.*

Ed. Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 169—170 ex schedis Enhuberi [a].

DOMINO FRATRI ET CONLEVITAE[1] HATTONI HRABANUS[b] IN CHRISTO SALUTEM.

Librum sanctae crucis, quem te adhortante inchoavi, te conlaborante dictavi, teque opitulante perfeci[2], tibi, postquam consumavi[c], ad probandum direxi, deprecans, ut qui studiorum meorum solacium eras, quique laboris refrigerium, gaudii quoque sis particeps, gratanter officium accipiendo, quod sola caritas administrat, diligenter opus examinando, quod dilectio vera conmendat, studioseque[d] in eo corrigendo que necessitas expostulat. Dignum etiam arbitrabar, ut, qui in animo meo primatum tenes, et in amicis summam, primitias operis primus acciperes, ne alius tibi preriperet in officio quem nullus prevenit in[e] diligendo. Recte quidem, quia memoratum opus in laudem sanctae crucis et in honorem redemptoris nostri, quantum potui, non quantum volui, confeci, ipsi vero ac[f] summo pontifici per leviticum ministerium ad deferendum conscivi te socium, ut qui unius[g] sumus propositi eiusdemque[h] ordinis simili intentione parique[h] voto idem officium compleremus. Ergo quod opto fiat, ut ambobus eadem[i] remuneratio perpetrati operis ab ipso tribuatur piissimo largitore[k], qui parem voluntatem, idem consilium, unum studium eandemque[h] dilectionem in cordibus amborum[g] tribuit.

Deus utique pacis Iesus Christus, qui pacem suam servis suis reliquit, quique Ioh. 14, 27.
dat, immo in finem dabit, et qui hanc suos filiolos quasi quoddam signum discipulatus
sui inter homines habere decrevit, quando eis dixit: 'In hoc cognoscent omnes, quia Ioh. 13, 35.
discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem', ipsamque et mandatum no-
vum et suum preceptum nuncupavit, cum ait: 'Mandatum novum do vobis, ut diligatis Ioh. 13, 34.
invicem, sicut dilexi vos'; et item: 'Hoc est, inquit, preceptum meum, ut diligatis in- Ioh. 15, 12.
vicem, sicut dilexi vos,' — te servet[l].

---

1. a) *Lemma:* Incipit epistola Magnentii Hrabani ad Hattonem Bonosum *H.* b) Rabanus *H.* c) consumaveram *M*, consummaveram *S.* d) stud. quoque *S.* e) *om. M, S.* f) ac *erasum est in H et* uel d' *superscr.* g) *om. H.* h) que *om. M, S.* i) *om. S.* k) largitori *H.* l) te servet *om. M, S.*

1) *Ex hoc titulo colligi potest Hrabanum tunc et ipsum levitam, id est diaconum, fuisse, scripsit igitur haec antequam ab Haistolfo a. 814. die 23. mens. Dec. presbyter consecratus est. Cf. intercessionem Albini pro Mauro v. 13. 14 (Poet. aevi Carol. II, 160):* Ast ubi sex lustra implevit iam scribere temptans, | Ad Christi laudem hunc edidit arte librum; *Ruodolf. Mirac. SS. Fuld. c. 15 (SS. XV, 340):* Nam, ut ipse testatus est, primum scripsit anno aetatis suae circiter XXX. in laudem sanctae crucis duos libellos. 2) *Ebert (Gesch. der Liter. des Mittelalt. II, 143), quem Iul. de Schlosser (Jahrb. der kunsthistor. Samml. des Kaiserhauses XIII, 24) secutus est, Hattonem, quem pingendi artis gnarum fuisse scimus, figuras Hrabani versus complectentes delineasse argumentati id mihi non persuaserunt, cum auctor de hac eius ope nusquam verba faciat, immo in versibus ad Otgarium datis (Poet. aevi Carol. II, 162) se ipsum tantum* artificem vilem *nominet.*

c. 814 Quapropter obsecro te, frater, ut si cui commissum tibi opus ad rescribendum tradideris, illum admoneas, ut figuras in eo factas et conscriptionis ordinem servare non negligat, ne forte, si formas figurarum variaverit, et scripturae ordinem commutaverit, operis precium perdat; et iam opus meum non meum esse faciat, quia non meum[a] idem, sed nec suum, quia est[a] vitiatum. Ille quidem facile[b] rectitudinem in eo servare poterit, qui linearum numerum caute rimatur et litterarum dispositionem in eis diligentius custodit. Tu ergo et illum ammonendo[c] eius es director et nostrum ius servando[d] nostri censeberis fidus amator, cuius amoris ille sit perfectus finis qui in presenti est rectus trames[e], ut[f] qui modo inter angustias illum servare non cessat, idem ergo[a] remotis omnibus angustiis atque tribulationibus eum in semetipso in eternum stabiliet. Amen.

Bene[g] semper valeas in Christo, frater, meam infirmitatem orationibus adiuvans. Pax te conservet pacis mihi[h] dona rogantem. Explicit epistola[i].

2a.

Hrabanus diaconus Fuldensis opus in laudem sanctae crucis a se editum lectori commendat ac de scribendi ratione exponit. *c. 814.*

Codd. Vatican. Christ. reg. 124 s. IX. fol. 6 (C), quem cont. Schellhass; Vindobonensis 652 (Th. 39) fol. 4' s. IX. (V); Vindobon. 911 (Salisb. 43) s. IX. (S) fol. 1'.

Edd. Iac. Vimpfelingius, Phorcheim a. 1503; Marc. Welser, Aug. Vindelic. 1605; Opp. ed. Colvenerius I, 279; Migne Patrol. lat. CVII, 145—146.

Incipit prologus.

Hortatur nos lex divina ad deferendum Domino dona nec excipit aliquem, sed ab omnibus spontaneam expetit oblationem, cum Moysi Dominus praecepit ita dicens:
Exod. 25, 2. 'Loquere filiis Israhel, ut tollant mihi primitias ab omni homine, qui offert ultroneus, accipietis eas'. Ubi nullus excusationi[a] locus datur, quando voluntas prompta quaeritur[b] et non necessitas inponitur, sed uniuscuiusque proprio arbitrio relinquitur.

Unde[c] ipse haec legens, animum devotum inpendens[d], offerebam has primitias in laudem sanctae crucis expensas, quae columna est caelestis aedificii[e], in qua videlicet constructa est domus Christi ipsi arbitri interno, qui me conspicit non superba[f] intentione, sed humili devotione[g], quicquid sua gratia possum, in eius laudem velle
cf. Ioh. 7, 24. conferre; qui non secundum faciem, sed secundum cor iudicans, non estimat quantitatem[h] muneris, sed quantitatem[i] devotionis.

Nec enim arbitror me posse aliquid sanctae cruci decoris conferre, quae claritate sua[k] cuncta clarificat, sed claritatem eius et maiestatem[l] perpetuam laudibus quibuscumque[m] possum conservis meis prędico, ut saepius[n] eam legentes ac sedulo[o] conspicientes, nostram in ea redemptionem assidue[p] cogitemus, redemptorique nostro incessanter gratias agamus. Qui cum nullius egeret, sempiternumque regnum una cum
Phil. 2, 7. 8. Patre et Spiritu sancto haberet, 'semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, factus oboediens[q] Patri usque ad mortem, mortem autem crucis'. Semel quoque pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret[r] Deo, faceretque nos regnum et sacerdotes Deo patri suo.

---

a) *om. M, S.* b) faciliter *M, S.* c) admonendo *M, S.* d) iurando *M, S.* e) directus tramis *M.* f) *om. H.* g) Bene — rogantem *rubro colore scr. in S.* h) michi *M.* i) Expl. ep. *om. M, S,* amen *add. M.*

2a. a) excussationi *C.* b) quęr. *V,* quer. *S.* c) Un *S.* d) imp. *V.* e) adif. *S; post* aed. *del. est* est *C.* f) superbia *corr. in* superba *C.* g) devoc. *S.* h) quantitataem *V.* i) quantitate *V.* k) claritatis suae *S.* l) magest. *S.* m) quibus *om. S.* n) sae- *in ras. C.* o) saedulo *C, S.* p) assiduae *S.* q) obed. *S.* r) offeret *C.*

Quapropter rogo, ut quicumque textum huius operis perspexerit, non statim propter artificis vilitatem spernendo abiciat, sed, si velit et possit, legat et oculo sanę fidei intuendo atque per auctoritatem divinarum scripturarum diiudicando, quod in eo catholice[a] et recte repperierit disputatum, ei hoc tribuat, a quo est omne bonum. Si quid[b] autem minus recte atque inconsiderate invenerit prolatum, magis meae inperitiae quam malitiae deputet[c], qui catholicae fidei quantum possum rectitudinem semper desidero et inhianter disco, eiusque iura, quantum superna gratia concedit, servare contendo. c. 814.

Atque ideo cui errasse videor, humiliter suggero, ut vel viva voce, si presens sim, vel per scripta si absens, errorem meum mihi intimare non tardet. Sin autem propter longinquitatem terrarum seu propter aliam aliquam inpossibilitatem neutrum horum facere possit, sive etiam me a presenti vita constiterit[d] excessisse, precor, ut pro reatu meo clementissimum iudicem deprecetur, quatinus[e] ipse, quem humanae infirmitatis nihil latet, erroris mei vincula dissolvat, et suae remissionis gratia peccatorum mihi veniam donet. Hocque ideo[f] me quamdiu vixero in hoc corpore acturum exopto, id est pro meis et pro aliorum erratibus cottidie[g] preces fundere, ut ipse pius sua gratia et errantes corrigat et erratorum indulgentiam tribuat.

De cetero autem moneo lectorem, ut huius conscriptionis ordinem teneat, et figuras in eo factas ubique servare non neglegat[h], ne operis pretium[i] pereat et utilitas lectionis minuatur. Quod ut facilius possit, uniuscuiusque figurae rationem in sequenti sibi pagina prosaico stilo intimare curabam, subternectens expositionem eius simul et versus, qui in ea conscripti sunt. Si quem autem movet, cum uniuscuiusque paginę versus eiusdem numeri discribere[k] decreverim, cur aliquas[l] notas sive punctos eis interseruerim, agnoscat me[m] hoc non tam necessitate quam voluntate fecisse, ut lucidior sensus et loquutio[n] in eis fieret. Nec hoc quidem vulgo neque frequenter feci, nec[o] sine auctoritate[p] maiorum. Nam non[q] recordor alicubi me fecisse in ipsis versibus punctos, nisi ubi quae pronomen vel que coniunctio fuit, vel syllaba us[r] finalis dictionis, quod idem et Porphyrius[1] fecit, secundum cuius exemplar litteras spargere didici[s], et pro m littera alicubi virgulam super antecedentem sibi vocalem notavi. Feci quoque et synalypham[t] aliquando in scriptu in oportunis locis synalifarum[u], quod et Titus Lucretius non[v] raro fecisse invenitur[2]. U quoque inter q et aliquam vocalem positam aliquando intercoepi[w], similiter et h aspirationem, maxime[x] cum u taliter posita a grammaticis nihil esse iudicatur[y] et h non littera sed nota aspirationis esse convincitur. Si autem metricis omnibus, qui solummodo metri genus et pedum regulam servant, potestas non minima datur per[z] metaplasmos[a] et scemata atque tropos, et cetera quae poetis[b] abundantissime a grammaticis concessa sunt, cur[c] non mihi, qui[d] non solum genera certa metrorum et pedes legitimos[e], sed etiam seriem et numerum litterarum et figurarum modum diligentius servare curavi.

Ante omnia quoque obsecro unumquemque, qui hoc opus legerit, ne invidiae stimulis contra me excitetur, ut laborem meum dissipare contendat, ne dum hoc quod

---

a) catholicae *S*, a *del. C, V.* b) quit *V.* c) depatet *S.* d) constituerit *S.* e) quatenus *corr. in* -tinus *C alio atram.* f) idem *V, S.* g) cotidie *C, S.* h) intellegat *S.* i) praetium *V.* k) disscribere *S*, disccribere *corr. in* disscr. *C.* l) aliquando *V.* m) *om. S.* n) locutio *V.* o) nec — Porphyrius fecit *om. S.* p) auctoritatem m *eraso C.* q) *superscr. al. man. C.* r) fin. syll. us *V.* s) dedici *corr. in* did. *C.* t) synalyfam *C, S.* u) -lyfarum *S.* v) no *S.* w) intercaepi *V*, intercepi *corr. e* -cepe *S.* x) maximę *S.* y) videatur *S.* z) pe *S.* a) methaplas *S.* b) pętis abud. *S.* c) autem *post* cur *del. C.* d) quo *V.* e) ligittimos *V.*

1) *Publilii Optatiani Porfyrii panegyricum Constantio augusto dictum dicit, cf. Optatiani Porfyrii carmina ed. Luc. Müller p. XI.* 2) *Cf. Lachmanni commentar. in Lucret. p. 65 sq.*

c. 814 ego ad laudem Dei parare sategi, ille delere studet, sibi magis noceat quam mihi, et dum sanctae crucis gloriam per meam humilitatem audire non sustinet, crucifixi regis offensam incurrens redemptionis gratiam quae in cruce est, non consequatur. Explicit prologus[a].

2b.

Hrabanus Fuldensis diaconus opus in laudem sanctae crucis versibus editum ut lucidius redderet, altero libro in sermonem pedestrem convertit. *c. 814.*

Codd. ut supra C fol. 43', V fol. 34', S fol. 38'.

Edd. Vimpfelingius et Welser; Opp. ed. Colvenerius I, 339; Migne Patrol. CVII, 265.

Incipit[a] prefatio libri secundi.

Mos apud veteres fuit, ut gemino stilo propria[b] conderent opera, quo iocundiora[c] simul et utiliora sua legentibus forent ingenia. Unde et apud saeculares[d] et apud ecclesiasticos[e] plurimi inveniuntur qui metro simul et prosa unam eandemque rem descripserunt[f]. Ut de ceteris taceam, quid aliud beatus[g] Prosper[h 1] ac venerandus vir Sedulius[2] fecisse cernuntur? Nonne ob id gemino stili caractere[i] duplex[k] opus suum edunt, ut varietas ipsa et fastidium legentibus auferat et si quid forte in alio minus quis intellegat, in alio mox plenius edissertum agnoscat?

Hoc igitur exemplo atque hac de causa ego quidem vilissimus homuntio opus, quod in laudem sanctae crucis metrico stilo condidi, in prosam vertere curavi, ut, quia ob difficultatem ordinis et figurarum necessitatem obscura locutio minusque patens sensus[l] videtur metro inesse, saltem[m] in prosa lucidior fiat[3]. Non enim satagebam ut eisdem verbis quibus in metro usus sum, sed eodem sensu in hoc opere locutus essem. Hoc[4] et idem Oratius, vir acutus et doctus in arte poetica[5], erudito interpreti precepit dicens:

Nec verbum verbo curabis reddere fidus
Interpres.

Interpres enim ego quodammodo in hoc opere sum, non alterius linguae, sed alterius locutionis, ut eiusdem sensus veritatem explanem.

Quapropter rogo lectorem, ut non fastidiose accipiat nostrum laborem, sciatque me non superfluitati studere velle, sed utilitati[n], nec ulli invidere, sed magis fraterna caritate quicquid gratia divina possum, ad utilitatem proximi scribendo velle conferre.

Bonitas omnipotentis Dei mihi concedat, ut quicquid boni mente teneam, opere perficiam et quicumque nostrum laborem fraterne accipiat, Deo largiente aeterni gaudii nobiscum particeps exsistat[o]. Explicit praefatio[p].

---

a) prol. *om. V.*

2b. a) *om. S.* b) properia *C.* c) iucund. *C, S, corr. in* iocund. *V.* d) saecul. a *del. V.* e) aeccles. *C.* f) descripserant *C.* g) peatus *corr. in* beat. *S.* h) s *al. man. suppl. C.* i) carectere *V,* charact. *C.* k) duplux *V.* l) sermo *C.* m) saltim *S, corr. in* saltem *V.* n) utilitate *corr. in* -ti *V.* o) *corr. in* existat *C.* p) Incipit liber secundus de sancta cruce *sequitur in codd.*

1) *Prosperi librum sententiarum ex Augustino atque epigrammatum super sententias Augustini dicit, cf. Ermenrici epistolam infra edendam:* in isto vero *(sc. opere)* Prosperi nostri morem ex parte secutus. 2) *In carmine et opere paschalibus, cf. ad hunc locum Traube, Poet. Carol. III, 371 n. 5. Hrabani exemplum in vita Eigili abbatis duobus libris concinnanda Candidus monachus Fuldensis secutus est, cf. Poet. Carol. II, 95.* 3) *Cf. Ruodolfi Mirac. SS. Fuld. c. 15 (SS. XV, 340):* Sequentem autem libellum ideo conficiendum putavit, quem etiam in XXVIII capitulis breviavit, ut locutionem metri prioris libelli in eo lucidiorem faceret. 4) *Ex Hieronymi ep. 57 ad Pammach. c. 5 (opp. I, 308—309).* 5) *Ars poet. v. 133. 134.*

3.

Hrabanus Fuldensis magister Haistulfo Moguntiacensi archiepiscopo tres libros rogatu 819
fratrum Fuldensium de ecclesiasticis ordinibus atque institutionibus compositos offert.

819.

Codd. Parisinus 1938 s. IX. fol. 172' (P 1); Parisinus 2441 s. XI. fol. 1 (P 2), utrumque contulit K. Hampe; Monacensis (quondam S. Emmerammi) 14210 s. IX. f. 2—3' (M); Guelferbytan. inter Helmstad. 32 s. XI. in. fol. 117' (H), cont. Werminghoff; Trevirensis civit. 592 (quondam S. Maximini) s. IX. ex., cont. Keuffer (T); Erfordianus bibl. Amplonianae A 64 s. X., cont. C. Beyer (E)[a]. *Extat etiam in codd. Londin. Harleiano 101 fol. 94, Abrincatensi 114 fol. 1 s. XII.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius VI p. 1; Bibl. patr. Paris. (a. 1654) X, 559; Migne, Patrol. CVII, col. 265—296; Rabani Mauri De institut. clericor. libri tres ed. Knöpfler p. 1—4.

DOMINO REVERENTISSIMO AC RELIGIOSISSIMO[b] HAISTULFO[c] ARCHIEPISCOPO[1] HRABANUS[d] MINIMUS SERVORUM DEI SERVUS[e] AETERNAM[f] IN CHRISTO OPTAT SALUTEM.

Cum te, sancte[g] pater, pro merito summae pietatis plurimi venerentur[h] et omnibus fidelibus causa magnae fidei et sanae doctrinae honorabilis atque amabilis exsistas, congruum esse iudicavi, ut[i] ego, in quem plurimum tuorum beneficiorum contulisti, aliquod[k] munusculum, licet non condignum[l], tamen ut credo non ingratum, tuae venerationi deferrem[m], nihil verens de pretio, quia animus in bonitate dives magis aestimat devotionem offerentis quam donum. Et hac fiducia[n] ausus sum partem laboris mei, quam[o] in studio sacrae lectionis elaboravi, tibi, quem[p] benignissimum et[q] aequissimum esse scio, vice[r] muneris dirigere, ut a te qualiscumque sit, reciperetur ac tuo sacro[s] iudicio probaretur atque ad purum examinaretur.

Quaestionibus[t] ergo diversis fratrum nostrorum, et maxime eorum, qui sacris ordinibus pollebant, respondere conpellebar, qui me de officio suo et variis observationibus, quae in aecclesia[u] Dei decentissime observantur, saepissime[v] interrogabant[2]. Et aliquibus eorum tunc dictis, aliquibus vero scriptis, prout oportunitas loci ac temporis erat, secundum auctoritatem et stilum maiorum ad interrogata respondi, sed non in hoc satis eis facere potui, qui me instantissime postulabant, immo cogebant, ut omnia haec in unum volumen congererem[w], ut haberent quo aliquo modo inquisitionibus suis satisfacerent, et in uno codice simul scriptum repperirent, quod antea non simul, sed speciatim singuli, prout interrogabant. in foliis scripta habuerant.

Quibus consensi et quod rogabant feci quantum potui. Nam de hoc tres libros edidi. Quorum primus de aecclesiasticis ordinibus et de veste sacerdotali continet. Item de IIII carismatibus aecclesiae, id est baptismo[x] et chrismate[y], corpore et sanguine Domini et de officio missae secundum morem Romanae aecclesiae. Secundus autem liber continet de officio canonicarum horarum et de ieiunio, confessione ac poenitentia, de legitimis quoque ieiuniis et festivitatibus variis, de lectionibus et cantu aecclesiastico[z],

---

3. a) *Lemma:* Incipit prologus *P 1, M,* sequentis operis *add. P 2;* Incipit prefatio Hrabani episcopi Mogonciacensis aeclesiae *H.* b) relegios. *M.* c) Histulfo *P 2.* d) Rabanus *P 2, H; corr. man. coaeva ex* Hrab. *P 1.* e) *om. P 2, M, H.* f) et. *corr.* ex aet. *P 1.* g) sanctę *P 1. 2, E,* sanctae *T.* h) venerantur *H.* i) et *M.* k) aliquot *T.* l) indignum *P 2,* cogidignum *H.* m) defferrem *corr. in* deferrem *P 2.* n) fidutia *P 2, T, E.* o) quem *M.* p) *om. T.* q) atque *E.* r) vicem *E.* s) *om. T, E.* t) Quest. *P 1, M;* Quaest. — instit. deb. *(p. 386 v. 9) om. H, T, E.* u) aeclesia *M (passim).* v) sępissimae *M.* w) conrerem *P 2.* x) babtismo *M.* y) crismate *M,* chrismatę *P 2.* z) eccles. *corr. ex* aeccl. *P 1.*

1) *813—825, cf. Ruodolf. Miracula sanctor. Fuld. c. 15, SS. XV, 340:* Post haec scripsit ad Heistolfum archiepiscopum de institutione clericorum libros III, in quibus de ecclesiasticis ordinibus et officiis diversis, quae in ecclesia geruntur, ratio demonstratur et ordo discendi ac modus docendi verbi Dei declaratur. *De tempore, in quo hoc opus confecit cf. versus qui infra p. 386 secuntur.* 2) *Cf.* prohemium ad fratres Fuldensis monasterii *(Poet. Carol. II, 163) v. 13:* Nam quia poscistis haec vobis reddere scriptis, | Exhibui parvis haec tribus ipse libris.

819 de fide catholica et e contrario de variis heresibus. Tertius vero liber edocet, quomodo omnia quae in divinis libris scripta sunt, investiganda atque discenda sunt, necnon et ea quae in gentilium studiis et artibus aecclesiastico viro scrutari utilia sunt. Novissime[a] vero liber ipse exponit, quomodo oporteat[b] eos, qui docendi officium gerunt, diversos auditores diversis allocutionibus ammonere[c], et in doctrina aecclesiastica[d] fideliter erudire. Et quia[e] haec omnia quae diximus, ad clericorum officium maxime[f] pertinent, qui locum regiminis in aecclesia tenent et de universis legitimis Dei populum[g] instruere debent, placuit ipsos libros 'de institutione[h] clericorum' nuncupari, id est cum qua se vel sibi subditos ad servitium divinum instituere[i] debent.

Proinde obsecro te, sancte pater, ut[k] oblatum tibi opus suscipias ac pie[l] relegens diligenter illud examines, et ita quae in eo rationabiliter inveneris dictata, ei hoc tribuas, a quo est omnis ratio creata. Si qua vero inconsiderate repperieris[m] prolata tuo studio cito[n] reddas illa[o] emendata. Et sic credo legentibus erunt utilia. Tuo enim magisterio semper me libens subdam, a quo recordor me accepisse dignitatem aecclesiasticam[1].

Confido tamen omnipotentis Dei gratiae, quod[p] fidem et sensum catholicum in omnibus tenerem, nec per me quasi ex me ea protuli, sed auctoritati innitens maiorum, per omnia illorum vestigia sum secutus. Cyprianum dico atque[q] Hilarium[r], Ambrosium, Hieronimum, Augustinum[s], Gregorium, Iohannem[t], Damasum[u], Cassiodorum[t] atque Isidorum[v] et ceteros[w] nonnullos, quorum dicta alicubi in ipso opere, ita ut ab eis scripta sunt, pro convenientia posui, alicubi quoque[x] eorum sensum meis[y] verbis[z] propter brevitatem operis strictim enuntiavi. Interdum vero, ubi necesse fuit, secundum exemplar eorum quaedam sensu meo protuli. In omnibus tamen[a], ni fallor, catholicam[b] imitatus[c] sum[d] veritatem, a qua, si Dominus adiuvaverit, non patior ullo modo[e] divelli; quam et te prae omnibus habere atque amare confido. Et ideo tua suffragia supplex peto, ut ipsa veritas omnium creatrix atque[f] gubernatrix, licet non meis meritis, tamen propter tuam sacratissimam orationem me in se sine ullo devio erroris in aeternum conservare dignetur.

Beatitudinem tuam opto semper bene[d] valere in omnibus, sancte[g] pater, memorem[h] nostri.

Haec tibi, sancte pater, devote munera trado,
  Quae tu dignanter qualiacumque cape.
Tu decus es nostrum, doctor, summusque sacerdos,
  Dux sacer et princeps, lux, via, pastor, honor.
Nam quia tu templum dedicasti martyris almi[2]
  Per servum donum hoc martyr et ipse dedit.
Nam est nonus et decimus octingentesimus annus.
  Ex quo salvator venit in arva pius.
Qui te perfectum tribuat faciatque beatum,
  Inserat et laetum coetibus angelicis.

---

a) novissimę *P 1. 2.* b) oportet *M.* c) admonere *P 2.* d) eccles. *corr. ex* aeccl. *P 1.* e) quod *M,* quę *P 1.* f) maximę *P 2.* g) dei *add. M, P 2, del. P 1.* h) istitut. *P 2.* i) instruere *ed.* k) et *P 2.* l) piae *E.* m) repper. *uno* p *deleto H.* n) cicius *H,* citius *M, E.* o) illi *P 2.* p) quia *T, E.* q) adque *H.* r) Hylarium *P 1, 2.* s) Agustinum *P 1.* t) *om. P 2.* u) Damasium i *del. H.* v) Isiodor. *corr. in* Isid. *M,* Ysid. *E,* Hisid. *T.* w) *om. P 2,* caet. *M, corr. in* cet. *P 1.* x) *om. H, E.* y) eis *E.* z) *om. T, E.* a) tunc *E, om. T.* b) catholica *H.* c) immitatus *P 1.* d) *om. H, T, E.* e) ullumodo *P 1.* f) creaturarum et *H, E.* g) sanctae *P 1. 2, E, T.* h) memor *E.*

1) *Cf. supra p. 381 n. 1.* 2) *Bonifatii a. 819. Kal. Nov. cf. denotationem dedicationis et Candidi vitam Aeigili I c. 15 (SS. XV, 230), II c. 17 (Poet. Carol. II, 109. 205).*

Abbas namque meus vesterque fidelis amicus 820
Aigil[1] haec voluit reddere dona tibi.
Se totum atque offert, suaque omnia sponte ministrat,
Quem tecum summus salvet in arce Deus.

4.

Hrabanus magister Marchario monacho, qui ei quasdam de computo propositiones et responsiones explicandas obtulerat, librum de computo dedicat. *820.*

Codd. S. Galli 902 saec. IX. p. 106 (G); Oxfordiensis Bodleianae Canonici Misc. 353 fol. 2 saec. IX. ex. (O); Monac. 14221 (S. Emmerammi) fol. 24' s. IX. (M1), de quo cf. Steinmeyer Ahd. Gl. IV, 537; Monacensis 14523 (S. Emmerammi) fol. 2 s. X. (M2); Parisinus 4860 (quondam Moguntiac., de quo cf. Auct. antiq. IX, 364) fol. 119' s. X. (P), quos cont. Hampe.[a] *Extat etiam in cod. Abrincat. 114 fol. 98 s. XII.*

Edd. Usserius Veter. Hibernicar. epistol. sylloge (Paris. 1665) p. 39 ex cod. bibl. Cottonianae Vitellius A. XII s. XII. fol. 43; Steph. Baluzius, Miscellaneor. l. I p. 1 ex P; Migne Patr. lat. CVII, 669—671.

DILECTO FRATRI[b] MARCHARIO[c] MONACHO[2] HRABANUS[d] PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM.

Legimus scriptum in Proverbiis: 'Melior est sapientia cunctis preciosissimis[e], et omne desiderabile ei non potest comparari[f]'. Prov. 3, 15. Ideo, frater dilectissime, gratias ago Deo, qui tibi eius amorem inspiravit, cuius possessio mundi divitias contempnit[g] téque reddidit suo fulgore decoratum et proximis tuis profectuosum. Petebas ergo, ut quibusdam de computo[h] propositionibus earumque minus[i] perfectis responsionibus, quas mihi protuleras, nescio a[k] quibus confectas, stilum adhiberem, easque tibi lucidiores[l] redderem. Feci quantum potui, sed non eo ordine quo ibi positas repperi[m]; quia confusa[n] series vim cognoscendi abstulit et tedium lectionis invexit. Pleraque[o] ergo quę mihi magis necessaria videbantur addidi, et ordinem in ipsis rebus disponere contendi. Inde quoque evenit, dum brevitati studerem, et tamen ipsarum rerum veritatem patefacere vellem, quod unius libri quantitatem devitare non possem[p]. Conposui quidem ex numero et temporum articulis quendam dialogum, et nomini tuo ipsum dicavi; in quo quę necessaria[q] mihi videbantur, interrogandi, discipuli nomine, et quę respondendi, magistri vocabulo prenotavi. Et non hęc tantummodo propriis ratiocinationibus[r], sed etiam[s] ex antiquorum dictis et sanctorum patrum[3] sententiis enodare curavi.

Ideo, frater karissime[t], hęc legens, scias me non[u] difficultati[v] verborum aut obscuritati sententiarum[w] studuisse, immo magis plana quęque faciliaque collegisse[x], et quę ex proprio inserui, ad dilucidandam ipsam veritatem laborasse magis quam

---

4. a) *Lemma:* Incipit prologus Hrabani abbatis de computo *P,* de computo *om. G, M 2, lemma om. O, M 1.* b) filio *M 2.* c) Rabano *Cotton.* d) Rabanus *M 1,* Gildas *Cotton.* e) pretios. *M 1.* f) compari *corr. in* comparari *G,* conparari *corr. in* comp. *O.* g) contepmnit *M 2.* h) conputo *M 1, corr. in* comp. *O.* i) *om. M 2.* k) *om. M 1, ubi super* conf. *ponitur* ·|· desideras. l) ludicio res, *post corr.* lucidiores *O.* m) reperi *G.* n) *ad. marg.* mixta *M 1.* o) pleruque *corr. in* pleraque *M 2.* p) possum *O, corr. in* possem *P.* q) nescessaria *G.* r) rationationibus *G, M 2, P,* ratiocinationibus *superscr. in M 2,* ratiotination. *corr. in* ratiocin. *O.* s) etia *M 2.* t) carissime *M 1, 2, P.* u) in *add. M 1.* v) diffilcultati *G.* w) sentenciar. *G.* x) colligisse *M 1.*

1) *Fuldensis a. 817—822, de quo Candidus (V. Aeigili c. 20, SS. XV, 231) refert:* Disputationem quoque saepius cum Hrabano magistro, qui ei erat speciali familiaritate connexus, excepit. 2) *De Marchario alibi nihil constat, nisi forte is fuerit* (Macarius ille Scottus), *contra quem Ratramnus librum de anima scripsit, cf. Mabillon Acta SS. IV, 2, p. LXXVII. LXXVIII, Annal. ord. S. Bened. II, 458. Annum, in quo Hrabanus hunc librum composuit, pluribus locis ipse designat, cf. c. 58:* Ut in praesenti sunt DCCCXX, *c. 61. 63. 65:* usque in septimum annum Hludowici imperatoris; *67. 69. 78 (ed. Baluze p. 53. 58. 59. 61. 62. 63. 72). Cf. c. 68 (p. 63):* si hodie, cum scribo, in XI. Kal. Aug. septima est luna. *Cf. Ruodolfi Miracula sanctor. Fuld. c. 15 (SS. XV, 341):* Praeterea quoque Machario monacho petente de computo confecit dialogum unum. *Librum fere totum ex Beda, de ratione temporum, expilavit.* 3) *Beda scil. atque Isidoro.*

821—822 aliorum imperitię[a] insultasse. Nulli enim me prefero[b]; sed bene quaerentibus et fidem catholicam[c] rite servantibus pro modulo meo comitem spondeo, ac iuniorem subdo. Quod mihi divina gratia concedat: ut quamdiu vivam, servorum Christi servitor, et bene docentium auditor, et bene laborantium aliquantulus adiutor existam[d].

Dilectionem tuam maiestas[e] Christi nunc et in perpetuum conservare dignetur, sancte[f] frater, memorem nostri. Obsecro[g] ut quanto citius[h] possis exemplar[i] istius libri, quod tibi ad rescribendum[k] direxi, absolvas, et mihi remittas. Vale[l].

5.

Hrabanus Fuldensis magister Haistulfo archiepiscopo Moguntiacensi commentarium in evangelium Matthaei ex patribus excerptum atque a se auctum libris 8 distinctum dedicat. *821—822.*

Codd. Parisinus 11683 (S. Germani 305) s. IX. fol. 1 (P); Montepessulanus 57 (Buherian. B 49) s. IX. fol. 1—2 (M), quem contulit V. Cl. Max Bonnet; Vindobonensis 991 (Salisb. 87) s. X. fol. 1—3, cuius initium deest (V), cont. Holder-Egger; Monacensis 13032 (Ratisbonens.) s. XII. fol. 1—2 (R), cont. Hampe; Vaticanus Christinae reg. 113 (Liber beati Petri de cultura Cenomannis) *s. XIII. fol. 1, cont. Krause b. m. (C).*

Edd.: Colvenerius V, 1—2; Migne Patrol. CVII, 727—730.

DOMINO[a] BEATISSIMO[b] AC MERITO VENERABILI ET IN CONSPECTU DOMINI SINCERA CARITATE CARISSIMO PATRI HAISTULFO[c] ARCHIEPISCOPO HRABANUS INDIGNUS PRESBITER[d] AETERNAE PACIS IN CHRISTO OPTAT SALUTEM.

Memor illius praecepti, quod per vas sibi aptum olim sapientia protulit dicens:
Eccli. 7, 31. 35. 'In tota anima tua time Deum et sacerdotes illius sanctifica, datum brachiorum tuorum et sacrificium sanctificationis offeras in[e] initia sanctorum', decrevi, sancte pater, opus, quod divina largiente gratia in expositionem[f] sancti[g] evangelii secundum Matheum non sine labore tamen[h] confeceram, tuae sanctitati dirigere[1], ut tuo sancto examine probatum, si dignum iudicaveris ad legendum fratribus sub tuo regimine constitutis, illud tradas, non quasi pernecessarium, cum multi me[i] scriptores in illo vestigio precesserint, sed quasi magis commodum[k], cum plurimorum sensus ac sententias[l] in unum contraxerim, ut lector pauperculus, qui copiam librorum non habet, aut cui in pluribus scrutari profundos sensus patrum non licet, saltem[m] in isto sufficientiam suae indigentiae inveniat.

Plures enim fuere, qui ante nos in evangelium Mathei tractatus ediderunt: nam Origenis hinc XXV[n], ut Hieronimus[o] testis est[2], exstant[p] volumina et totidem eiusdem[q] omeliae commaticumque[r] interpretationis genus; et Theophili Antiochenae[s] urbis episcopi[t] commentarii[u]; Ypoliti[v] quoque martyris, et Theodori Heraclitae[w], Apollinarisque Laudicensis[x] ac

---

a) inperitię *M 2, post corr.* imp. *O.* b) profero *corr. in* prefero *G, M 2,* pręfero *M 1.* c) chatholicam *G, M 2.* d) exsistam *O.* e) magestas *G.* f) sanctę *M 1.* g) opsecro *M 2.* h) quantotius *M 1,* quantocius *corr. in* quanto citius *G.* i) exemplum *M 2.* k) ad scribendum *M 1,* ad res . . cribendum *in ras. M 2.* l) *om. M 1.* Explicit prologus *add. M 2, P, G, ubi sequitur* Incipiunt capitula libri sequentis.

5. a) Domino — salutem *om. C.* b) beatissimo — merito *om. R.* c) Aistulfo *P.* d) praesbiter *P,* prespiter *R.* e) et *Vulg.* f) expositione *C.* g) sanctae *corr. in* -ti *M.* h) tandem *C.* i) multitudine *pro* multi me *P.* k) conmodum *R.* l) sentencias *R.* m) saltim *R, corr. in* saltem *M.* n) viginti quinque *C.* o) Ieronimus *C.* p) extant *R.* q) *om. C.* r) cummaticumque *corr. in* comm- *M.* s) Anthiochenę *M,* Antiocenae *P.* t) *in marg. suppl. R.* u) conment. *R.* v) Yppoliti *P, C.* w) Eraclite *P,* Eraclitę *M, C,* Heraclytę *R.* x) Laodic. *C,* Laodiceni *Hier.*

1) *Ruodolfi Mirac. sanctor. Fuld. c. 15 l. l.:* ad quem *(sc. Heistolfum)* etiam scripsit tractatum super evangelium Matthaei consummans illum VIII libris. *De tempore in quo Hrabanus hunc tractatum scripserit cf. Windisch, Die Quellen des Heliand p. 82—83.* 2) *In Mathaeum, opp. VII, 7. Quae secuntur Hrabanus ex Hieronymo mutuatus est.*

Didimi[a] Alexandrini. Et Latinorum Hilarii[b] Pictaviensis[c], Victorini et Fortunatiani. Scripsit 821—822
quoque predictus vir beatus Hieronimus[d] petente Eusebio in hoc evangelium commentarium, sed pro brevitate temporis, ut eius sermonibus dicam, omissa veterum auctoritate, quos nec legendi[e] nec sequendi facultas sibi data est, historicam[f] interpretationem digessit breviter et interdum spiritalis intellegentiae flores miscuit[g], perfectum opus reservans in posterum. Haec quippe non in eius suggillationem[h] protuli, cuius ingenium et studium, quod in divinorum librorum interpretatione et expositione habuit, maxime miror, sed, ut ostendam causam, quae nos compulit presens opus adgredi.

Cum enim fratres, qui evangelium nobiscum legere disponebant, conquererentur, quod in Matheum[i] non tam plenam et sufficientem expositionem haberent, sicut in ceteris evangelistis, laborantibus beato Ambrosio Mediolanensi episcopo et venerabili patre Augustino Bedaque famulo Dei[k], ad legendum habebant, eorum precibus coacta est parvitas nostra presens opus adgredi, non tam propriis viribus aut ingenio confidens, quam divino adiutorio et fraternae caritati[l], quae omnia credit, omnia sperat, 1. Cor. 13, 7.
omnia sustinet; cui solummodo cessi, detrahentium atque insultantium non curans vaniloquium, qui magis praesumptioni[m] quam pietati nostrum forsitan[n] deputabunt laborem. Et non mirum, cum magis parati sunt[o] aliena lacerare, quam propria opuscula condere. Quorum quia nemo potest calumniam[p] et invidos morsus devitare, nisi qui omnino nihil[q] scribit, magis eligo vanam surda aure pertransire quaerimoniam[r], quam otiose[s] torpens Christi neglegere gratiam, cui soli placere optantes vanos hominum rumusculos nihili[t] ducimus.

Adgregatis[1] igitur hinc inde insignissimis sacrae lectionis atque dignissimis artificibus, quid in opusculis suis in beati Mathei[u] verbis senserint, quid dixerint, diligentius inspicere curavi: Cyprianum[v] dico atque Eusebium, Hilarium[w], Ambrosium, Hieronimum, Augustinum[x], Fulgentium, Victorinum, Fortunatianum, Orosium, Leonem, Gregorium Nazanzenum, Gregorium papam Romanum, Iohannemque Crisostomum[y] et ceteros patres, quorum nomina sunt scripta in libro vitae. Horum ergo lectioni intentus, quantum Phil. 4, 3.
mihi pro[z] innumeris monasticae servitutis retinaculis licuit, et pro nutrimento parvulorum, quod[a] non parvam nobis ingerit[b] molestiam et lectionis facit iniuriam[2], ipse mihi dictator, simul[c] notarius et librarius, existens, in scedulis ea mandare curavi quae ab eis exposita sunt vel ipsis eorum syllabis[d] vel certe meis[e] breviandi causa sermonibus. Quorum videlicet quia operosum erat vocabula interserere per singula, et quid a quo auctore sit dictum nominatim ostendere, commodum[f] duxi eminus e latere primas nominum litteras inprimere, perque has viritim, ubi cuiusque patrum incipiat, ubi sermo quem transtuli desinat, intimare, sollicitus[g] per omnia, ne maiorum dicta furari et haec quasi mea propria componere dicar. Multumque obsecro et per Dominum legentes obtestor, ut si qui forte nostra haec, qualiacumque sunt, opuscula transcriptione[h] digna duxerit, memorata quoque nominum signa, ut in nostro exemplari repperiunt[i], adfigere[k] meminerint.

---

a) Dydimi *P, R.* b) Hylarii *R.* c) Pictavens. *C,* Pictaviensis *corr. in* Pictavensis *M.* d) Geronimus *corr. in* Ier. *M.* e) neglegendi *corr.* nec leg. *M.* f) hystor. *P.* g) admiscuit *C.* h) sugillat. *P.* i) Mattheum *M.* k) domini *P, ed.* l) caritatis s *del. M,* fraterna caritate *C.* m) praesumptione *corr. in* -ni *M,* presumptioni *P.* n) forsitat *corr. in* -tan *M.* o) sint *R.* p) calumpniam *R.* q) nichil *R.* r) querim. *P.* s) ociose *R.* t) nichili *R.* u) Matthei *M.* v) *hic incipit V.* w) Hylarium *R, C.* x) Agustinum *P.* y) Crisostonum *corr. in* -mum *M.* z) prae *R.* a) *bis scr. unum del. M.* b) ingeret *corr. in* -rit *M.* c) et *add. R.* d) sillabis *R.* e) certem eis m *eraso V.* f) commodi *P.* g) sollicitus — omnia *om. P, C.* h) transscriptione *V.* i) reppererint *R,* reperiunt *P, C.* k) adfigere *corr. in* aff. *M,* effigere *C.*

1) *Quae secuntur auctor noster magna ex parte ordine aliquantulum mutato ex Bedae epistola ad Accam data (Bedae opp. ed. Giles X, 268—269) repetivit, id quod Schoenbach nos docuit, Zeitschr. für Deutsches Altertum XL, 107.* 2) *Cf. Candidi vitam Aeigili II, c. 17 v. 99 (Poet. Carol. II, 111) ubi vocatur* Hrabanus et ipse | Presbiter et monachus, multorum iure magister; *Erminrichi epist. ad Gundramm. (SS. XV, 154):* si hoc ob nimiam eius occupationem fieri nequeat.

821—822 Preter haec quoque nonnulla, ut sine laesione[a] aliorum dicam, quae mihi auctor lucis aperire dignatus est, proprii sudoris[b] indicia per notas vocabuli[c] agnominisque mei, ubi oportunum videbatur adnexui[d], totumque opus in libros VIII[e] distinxi[f], illud maxime observans, ubicumque potui, ut ubi evangelista sermones Domini consummatos esse referebat[g], ibi[h] librorum terminos constituerem. Disposui etiam[i] per ipsos libros duos ordines capitulorum: unum, quem in ipso evangelio sub Mathei[k] nomine titulatum repperi, alterum, quem huic operi preponendum noviter condidi. Quos utique coloribus, ne confusionem lectori facerent, distinguere curavi, priorem atramento, alterum minio conscribens. Illum nempe ob hoc ponens, ut si quis forte evangelium legens invenerit sententiam, cuius allegoriam[1] ignorans scire desideret, notet capitulum, quod in margine paginae eidem sententiae prescriptum est, et statim recurrens ad tractatum revolvat librum et querat ibi ipsum capitulum, quod ante in evangelio annotavit[m], et sic sine ulla mora inveniet quod[n] desideravit. Sequens vero capitulorum[o] ordo, qui minio sparsim in volumine[p] conscriptus est, ad superliminarem[q] paginam respondet[r], quam in capite huius operis ob conpendium querendi et commodum[s] inveniendi diligenti lectori cum singulis capitulis distinctim ordinantes preposuimus, ut quae[t] illic[u] prenotata sunt, eorum indicio[v] in libro conscripta repperiat[w].

Omnia vero ad utilitatem fratrum et ad commoditatem legentium parare sategimus[x], optantes ut ad plurimorum perveniant[y] profectum. Si quis forte despicit hunc laborem nostrum quasi superfluum, cum multi plenius et perfectius de eisdem[z] rebus tractaverint, legat ea quae sibi elegerit[a] nobiliumque doctorum amplissimis vescatur caenis, et[b] dimittat haec nostra licet[c] paupercula illis, qui perfectorum non possunt carpere cibum, quorum non venter pinguibus repletus[d] hortorum[e] fastidit olera, sed leguminum assuescit comedere[f] cibaria, sciat tamen verum illud vulgi esse proverbium, quod utilior est[u] sitienti parvus[g] purae aquae haustus, quam nausianti[h] largissima conditi vini pocula[i].

De cetero quoque obsecro venerationem tuam, antistitum[k] carissime[l], ut si dignum habitu ducas presens opus, ab hoc exemplari quod tibi transmisi, rescribere illud iubeas et rescriptum diligentius requirere facias, ne scriptoris vitium[m] dictatoris deputetur
Ioh. 4, 36. errori, sed magis qui seminet simul gaudeat et qui metit, fructumque pariter congregent in vitam aeternam.

Orantem[n] [1] pro nobis sanctam paternitatem vestram gratia superni protectoris conservare atque ad defensionem ecclesiae suae[o] sanctae semper corroborare[p] dignetur. Explicit[q] prologus[2].

---

a) lesione *R.* b) suduris *corr. in* -oris *M.* c) vocaboli *corr. in* -buli *M.* d) annexui *R.* e) octo *M.* f) distincxi *M.* g) referabat *V.* h) ibi — constit. *in marg. suppl. C.* i) ętiam *V.* k) Matthei *M, V.* l) adlegor. *corr. in* alleg. *M.* m) adnotavit *V, corr. in* annot. *M,* ev. ante ann. *C.* n) quam *V.* o) capitulum *P.* p) conscriptus est in vol. *P, C.* q) superlumin. *C.* r) resp. pagin. *P, C.* s) conmodum *R.* t) utque *M.* u) *om. C.* v) indicia *P.* w) reper. *P, R, C.* x) satagimus *P.* y) *corr. in* proveniant *M.* z) iisdem *P, C.* a) elegit *C.* b) *om. P, C.* c) pauperc. lic. *C.* d) repletus — leguminum *suppl. M in marg. infer.* e) ortorum h *superscr. M.* f) conmedere *R.* g) parvulus *C.* h) nauseanti *C, R.* i) pecula *corr. in* pocula *M.* k) antestitum *V, corr. in* antistitum *P, M.* l) kariss. *R.* m) vitium dictato . . *in marg. suppl. M,* vicium *R.* n) Orantem — prologus *om. R, literis uncialibus script. in V.* o) suę *al. man. in marg. suppl. V.* p) conroborare *P.* q) Expl. prol. *om. P, R, C.*

1) *Ex epistola Bedae l. l. p. 272.* 2) *Colvenerii editionem huius commentarii mutilam, quam Migne repetivit, supplevit Kunstmann l. l. p. 170—210 ex schedis Enhuberi, qui codices tunc Salisburgenses 87. 88, nunc Vindobonenses 991. 988 s. X. adhibuit.*

6.

Hrabanus Fuldensis abbas Haistulfo Moguntiacensi archiepiscopo sermones populo praedicandos rogatu eius mittit eosque quos singulos miserat in unum volumen ut congregentur petit. 822—825. 822—825

Cod. latet.

Edd. Colvenerius V, 580; Migne CX, 9—10.

SANCTO AC VENERABILI PATRI HAISTULFO ARCHIEPISCOPO[1] HRABANUS VILIS SERVITOR SERVITORUM DEI.

Iussionibus tuis obtemperans, beatissime pater, sermonem confeci ad praedicandum populo de omnibus quae necessaria eis credidi; hoc est primum qualem observantiam deberent habere in festivitatibus praecipuis, quae sunt in anni circulo, ut vacantes ab opere mundano, non vacui fierent a verbo divino, sed cognoscentes Dei voluntatem factis eam implere studerent. Deinde texuimus praedicationem illis de diversis speciebus virtutum, id est de fide spe et caritate, de castitate, continentia et caeteris speciebus virtutum, qualiter eas appetentes et custodientes Deo placerent et vitam aeternam in caelis cum sanctis angelis percipere possent. Postea vero alium adiunximus sermonem de variis errorum et vitiorum seductionibus, cum quibus antiquus hostis humanum genus deludit ac decipit, hoc est de malo superbiae et iactantiae, irae, invidiae, fraudis, avaritiae, gulae et fornicationis et his similibus, ut scirent Christi oves, quomodo lupi ferocissimi et draconis saevissimi morsus evadere et praevisos cavere possent.

Verum quia haec diversis occupationibus intervenientibus simul edere non potui, sed diversis temporibus, prout oportunitas dictaverat, separatim scripta in scedulis tibi transmiseram, peto, ut omnia in unum volumen congregari iubeas et istam epistolam simul cum capitulari se subsequente[a] praeponi, ut sciant legentes, si aliquid utilitatis in eis repererint, non mei esse studii diligentiam, sed vestri imperii obedientiam.

Hoc quoque maxime vice remunerationis obsecro, pater, ut meae parvitati impendas, ut quibuscumque de subiectis sive devotis hoc opusculum ad legendum vel ad praedicandum committes, meam fragilitatem apud iustissimum iudicem orationibus suis adiuvare praecipias, quatenus praesentis vitae cursum per suam gratiam diutius teneam et ad futuram beatitudinem feliciter pervenire merear.

Divinitas domini nostri Iesu Christi beatitudinem vestram omni tempore incolumem conservare dignetur: sancte pater, memor sis nostri.

7.

Frechulfus Lexoviensis episcopus a Hrabano Fuldensi abbate librorum penuria motus petit, ut auctorum priorum expositionibus adhibitis in Pentateuchum commentarium breviorem componat. 822—829.

Codd. Monacensis (quondam Frisingensis) 6260 s. IX. fol. 1[2] *(M), cont. Hampe, Vaticanus Christinae reg. 91 saec. X. fol. 1 (C), quem hic illic altera manus saec. XI. correxit, cont. Krause.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius II, 1; Migne Patrol. lat. CVIII, 439—442.

---

6. a) subsequentem *ed., corr. Enhuber.*

1) *Ruodolf. Miracul. SS. Fuldens. c. 15:* cuius *(sc. Heistolfi)* et hortatu fecit homilias diversas per totum annum ad diversas festivitates et de variis vitiis atque virtutibus subiunxit sermones ad praedicandum populo Dei. *Hos sermones Hrabanus iam abbas scripsisse videtur, quorum plerosque ex Augustino aliisque patribus ad verbum repetivit, cf. Cruel, Geschichte der Deutschen Predigt im Mittelalter p. 63—65, ubi fontes indicantur.* 2) *In margine superiore scripsit manus saec. XI.:* Liber iste est sancte Marie et sancti Corbiniani Frisingensis.

822—829 FRECHULFUS EPISCOPORUM INFIMUS[1], VENERABILI ABBATI MAURO[2] ET CONSACERDOTI, IN CHRISTO DEI FILIO, SALUTEM.

Novit[a], mi dilectissime, tuae caritatis benivolentia in occiduo litore Oceani[b], quamvis nullis suffragantibus[c] meritis, pastoralem me suscepisse[d] curam, ubi populum famem passum verbi salutaris repperi, sed minime suam sentientem inediam. Non enim spiritales esuriendo[e] desiderabat dapes, quarum suavitatis gustum necdum expertus cf. 1. Cor. 3, 2. erat: quem primum lacte alendum, non solido censui[f] cibo. Igitur annuente Domino, escas iam[g] ambiunt[h] contingere; et quamvis adhuc parvuli panem sibi dare[i] deposcunt; sed ut eis frangatur, et in viscera eorum salubriter traiciatur[k], absque discrimine strangulationis, vestro indigemus solatio. Maxime autem in Pentateuco[l], qui scilicet legislatoris libri, humiliter deposcimus, ut ita vestro succincte dilucidentur studio, ut priorum perscrutando conferatis tractatorum labores. Et velud[m] ex pratis vernantibus amoenisque flores mellifluos carpendo, apum more in alvearium[n] congestos, nobis favum cum melle odorifero porrigere non neglegatis.

Eo[o] itaque modo opus hoc conpendiosum[p] fieri flagitamus, ut primum sensus littere, ac deinde spiritalis intellegentia[q] accurate[r] succisa prolixitate pandatur, et singulorum nomina auctorum, in fronte notentur pagellę, ex quibus presentes decerpseritis sententias. Insuper praecamur obnixe, ut quicquid sanctus Spiritus, qui loquebatur olim in viris Deo deditis, et adhuc loquitur et loquetur, vestro benivolo et devoto inspiraverit animo, sub nullo reticeatis silentio, sed littera praenominis vestri prima seorsum adnotetis[s]: ut eminentius etiam de proprio gaudere valeamus pariter dono. His quoque pręlibatis, ut fuerimus odoribus respersi, dapibusque refecti, vertetur occasus noster[t] in orientem, et[u] regio contigua axi occi*duo fiet Iudea, nostrique Brittonum[v] vicini erunt Israhelitae. *f. 1'.

Ergo si aliquas excusationis pretendere temptaveris occasiones[w], ne tante molis[x] opus ingentesque labores[y] subeas, et respondere nitereris[z], cur non proprio sudore eos legendo perlustro[a] libros, ex quibus haec fieri mando et queque libuerint, decerpendo colligam, ad haec vestrae caritatis vigilantia intendat, quoniam nulla[b] nobis librorum copia, ut haec facere possimus, subpeditat; etiamsi parvitas obtunsi sensus[3] nostri vigeret; dum in episcopio nostrae parvitati[c] commisso, nec ipsos novi veterisque testamenti canonicos repperi libros, multo minus horum expositiones; nec etiam hoc vestram prudentiam latet, quod multo suavius ab esuriente hic sumitur cibus, qui cum flagrantia pretiosorum pigmentorum, tempore oportuno, ab aliquo rationabiliter

---

7. a) *Lemma:* Incipit epistola sancti Frechulfi episcopo ad Rabanum cognomento Maurum pro expositione pentatheuci *alt. man. s. XI. C.* b) Oc *in lacuna M, corr. in* occeani *C 2.* c) sufrag. *C.* d) *primum* s *in lacuna M, corr. ex* tuscep. *C 2.* e) *sequ.* des *eras. M.* f) *add. C 2.* g) escam sic *C.* h) ambuint *M.* i) dari *C.* k) trahiciatur h *eraso M.* l) pentatheuco *C.* m) velut *C.* n) alvearum *corr. in* alvearium *M.* o) ergo *C.* p) conpediosum n *superscr. M.* q) intellegentiae e *eras. M,* intelligentiae *C.* r) ocurrite *ead. manus corr. in* occurrat *M.* s) annotetis *C.* t) nrt *M.* u) t *superscr. M.* v) Brittonum *corr. in* Britonum *C 2,* ttaniorum *superscr. man. post. M.* w) ocas. *corr. in* occas. *C 2.* x) mo *partim in lacuna M.* y) ingentisque laboris *C.* z) niteris *C,* nisus fueris *ed.* a) *manus post. superscr.* em *M.* b) nulla *in marg. al. man. suppl. M.* c) *ante* parvitati p *erasum est M.*

1) *Frechulfus primo a. c. 825. nobis occurrit, cf. supra p. 317 n. 1, obiit die 8. Oct. mens. a. 852, cf. Wattenbach, Geschichtsquellen I, 218; Ruodolf. Mirac. SS. Fuld. c. 15:* Posthaec rogatu episcoporum Frecholfi videlicet et Fridurichi et Humberti scripsit in Octateuchum commentariorum libros XXVIIII, hoc est in Genesim libros IIII, in Exodum libros IIII, in Leviticum libros VII, in Numeros libros IIII, similiter et in Deuteronomium libros IIII, in Iesu Nave libros III, in Iudicum libros II, in Ruth quoque librum I fecit. 2) *Cum Hrabanus commentarios in Pentateuchum abbas iam factus scripserit, ut eos post annum 822. ediderit, inde sequitur, sed ante annum 829. eos compositos esse coniciamus oportet, in quo Hildvino abbati commentarium super libros regum tradidit. A Genesi enim eum initium cepisse interpretandi probabile est.* 3) *Cf. supra epistolam eius ad Elisacharum datam p. 318:* sensu obtunsus.

est conditus, quam ille, qui inerti colligitur labore; et quando iam hora vescendi est, tum primum diversae species teruntur mortario, coquuntur igne, sicque semicocte[a], famelico anxio[b] adponantur[c], quęque inmatura erunt[d] confecta[e], non[f] gratum saporem percipientibus prestant. Quapropter ea, quae mea parvitas vestrae iniungit fraternitati, quia fiduciam de tua dilectione simul et oboedientia habeo, ut quamtotius[g] tanto operi[h] studium adhibeas, fiducialiter impero[i]. 822—829

Bene frater valeas, nostrique assidue memor fias[k].

8.

Hrabanus Fuldensis abbas a Frechulfo episcopo Lexoviensi rogatus, ut expositionem Pentateuchi ei componeret, in Genesim commentarium primum mittit veterum patrum opera excerpendo suaque hic illic addendo. *822—829.*

Codd. Monacensis 6260 (quondam Frisingensis) saec. IX. fol. 1'—2' (M), cont. Hampe; Vaticanus Christinae reginae 91 s. X. fol. 1 (C), cont. Krause; Florentinus bibl. Laurentianae Amiatinus 3 fol. 1' s. XI (F), quem contulit V. Cl. Davidsohn; Parisinus 2424 s. XII. ex. fol. 1 (P)[a], *quem cont. Hampe.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius II, 2; Migne Patrol. CVII, 441—442.

REVERENTISSIMO ATQUE[b] SANCTISSIMO PATRI FRECHULFO[c], DEI[d] DONO EPISCOPO, HRABANUS[e] PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM.

Magnorum virorum conamen antiquitus fuit, ut invicem scribendo sua provocarent studia atque exercerent ingenia. Quod licet eorum exemplo moderno tempore agere decreveris, tamen[f] mirandus in[g] hoc es, quod convenientem personam ad istud[h] conamen non requisieris, cum tam vilem atque[i] inhabilem ad hoc officium hominem[k] elegeris, cui nec scientiae opes[l], nec eloquentiae facultas vires tribuunt. Maxime cum in deserto rurali opere magis institutus[m] sum[n] victum propriis manibus querere, quam urbana facundia libros[o] condere.

Iniunxisti[p] enim mihi negotium[q] ultra virtutem meam, ut Pentatheucum Moysi perlectis sanctorum patrum usquequaque dictis, simul sensum littere ac spiritalis[r] intellegentiae[s] in volumine digererem[t] et ea, quae[u] ab aliis exposita non invenirem, proprio labore enodare[v] curarem. Verum haec[w] quantum possibilitatem meam excedant[x], tu melius nosti, cum in difficillimo loco conversans, propter curam gregis dominici, ne ei necessaria desint, tantum occupatus sim, ut nec aliorum dicta perlegere, nec propria excogitare liceat. Sed quia tuae caritati aliquid denegare non audeo, nec etiam tuae sanctitati inoboediens[y] esse velim, artius[z] me huic operi mancipavi, ut quantum valerem tuae satisfacerem voluntati, non[a] quod mihi[b], sed[c] aliis utile sit, considerans.

---

a) -cocte *al. atram. corr. in* -coctę *M.* b) amico *C.* c) apponuntur *C.* d) immature sunt *C.* e) confectaę̣ *M,* confecte *C.* f) non *eras. in M.* g) *ante* totius *man. post. superscr.* quam *M,* otius *C.* h) *littera in fine del. M,* operi *add. C 2.* i) *corr. ex* imperio *M.* k) Explicit epistola sancti Frechulfi episcopi *add. C.*

8. a) *Lemma:* Incipit prologus Rabani Mauri in Pentatheucum ad eundem *C;* In Christi nomine. Incipit prefatio Hrabani confessoris ad Frechulfum episcopum de libro super Genesis *F.* b) atque sanct. *om. P.* c) Freculfo *P, corr. in* Frechulfo *C 2,* Frechulpho *F.* d) Dei — episc. *om. P.* e) Rabbanus *P,* Hrabbanus *F.* f) tam *P.* g) es in hoc *P.* h) hoc *pro* ist. con. *P.* i) et *P.* k) hominis *F.* l) scientia eopes *F.* m) instituturus *M.* n) sim *C, P, F.* o) libras *corr.* libros *M.* p) iniuncxisti *F.* q) negocium *C, P.* r) spịritalis *M,* spiritualis *F, P.* s) intelligentię *F, P, corr. ex* intelleg. *C 2.* t) re *superscr. M.* u) que *P,* quę *F.* v) enodarem *om.* curarem *P,* enuclare *F.* w) hec *P.* x) excedunt *F.* y) inobędiens *F,* inobediens *P.* z) arcius *P.* a) num *C.* b) mi *corr.* mihi *C 2.* c) quod *add. C, F, P.*

822—829 Feci enim sicut[a] postulasti, et sanctorum patrum libros, in quibus rebar aliquid de sententiis[b] legis expressum esse, quantum licuit perlegi et singula secundum oportunitatem loci, prout mihi[c] satis esse videbatur, inserui, eorum nominibus[1] ante in pagina[d] prenotatis. Si quid vero[e] gratia divina indigno mihi[c] elucidare[f] dignata est, in locis necessariis simul cum nota agnominis mei interposui, quatinus[g] sciret lector, quę ex patrum traditione haberet, et quę ex parvitate nostra, licet sermone rustico, tamen ut credo sensu catholico exposita inveniret.

Unde, frater sanctissime, obnixe deprecor, ut opus quod nimia postulatione a[h] me extorsisti, pia intentione[i] relegas, diligenter examines, et sicubi correctione[k] opus sit, fraterno affectu hoc mihi[l] intimare[m] non tardes, ut ea quae in variis occupationibus detentus[n] forsan[o] incaute protuli[p], tua ammonitione[q] conventus[r], corrigere studeam,
Ioh. 4, 36. ut et qui seminat, simul gaudeat, et qui metit[s], fructumque pariter[t] congregent in vitam aeternam. Lege ergo veterum libros, et legis Dei intentus meditator existe, doctorisque, sicut tibi iniunctum[u] est, ministerium strenue[v] perage. Et primum e libro Geneseos, per rerum visibilium creationem[w] invisibilium mediteris effectum, ac de machina corporalis[x] mundi, microcosmi spiritalem exquire intellegentiam[y], sicque deinde per patrum historicam[z] generationem, sanctae ęcclesiae mysticam[a] edisce fecunditatem, moralique intellectu sufficienter instructus, per patriarcharum de loco in locum transmigrationem nostram in hoc mundo considera peregrinationem, quibus hereditas
Ps. 83, 8. non in presenti, sed in futura vita promittitur, quia Deus deorum videbitur in Sion[b].

De cetero quoque obsecro, ut commissum tibi opus ea[c] mente accipias, qua tibi directum est, et tam tuis quam etiam[d] tuorum utilitatibus ipsum accommodes[e] nec etiam, si alicui de adfinibus[f] tuis habere illud placuerit, prestare ei deneges[g], ut tuae[h] dilectionis affectus, ác nostri laboris effectus, plurimorum, si Dei voluntas sit, consulat[i]
cf. Matth. 25, 25. utilitati, quatinus[k] magis pro expenso talento lucri mercedem accipiamus, quam ex detento atque[l] in[m] terram defosso damnum pro[n] parcitate nostra sentiamus.

Beatitudinem tuam omni tempore divina gratia bene[o] valentem custodiat, sancte[p] pater, memorem nostri[q].

9.

Hrabanus Fuldensis abbas Frechulfo Lexoviensi episcopo expositionem in librum Exodi ex patribus collectam mittit, de cuius sensu mystico eum edocet. 822—829.

Codd. Oxoniensis bibl. Bodleianae Laudianus 6 saec. IX. ex. fol. 1 (L); Trecensis 559 saec. X. fol. 1 (T), cont. Hartmann; Carolsruhensis Augiensis XLIX saec. X. p. 103 (A); Parisinus 2424 saec. XII ex. fol. 111' (P); Duacensis 339 saec. XII., quem contulit V. Cl. Rivière bibliothecarius (D).

Edd. Opp. ed. Colvenerius II, 84; Migne Patrol. CVIII, 9—10.

---

a) quod *P.* b) sentiis *corr. in* sententiis *C.* c) mi *corr.* mihi *C 2.* d) *om. P.* e) paginam *C.* f) dignata est ostendere *pro* eluc. dign. e. *P.* g) quatenus *ead. man. corr. in* quatinus *M.* h) á *M.* i) intemptione *F.* k) correptione *C.* l) vel *add. P.* m) nunciare *P.* n) detemptus *F.* o) forsitan *C, F, P.* p) pertuli *F.* q) admon. *C.* r) contentus *P.* s) metet *corr. in* metit *M,* metet *F.* t) congreg. par. *P.* u) inunctum *M.* v) strennue *M.* w) creatianem *F.* x) corporis *P.* y) intellig. *P.* z) hyst. *P.* a) mist. *C, F.* b) Syon *P,* Sion *corr. in* Syon *C.* c) acc. ea mente *P.* d) *om. P.* e) acomodes c *superscr. M.* f) affinibus *P,* adfinitatibus *F.* g) deneger *corr. in* deneges *M.* h) tua *F,* tue *P.* i) *post* consulat *duae litterae eras. M.* k) quatenus *M.* l) ac *P.* m) in terr. *om. P.* n) pro — nostra *om. P.* o) div. gr. bene val. *P.* p) sc·e *littera erasa M.* q) Incipiunt capitula *etc. pergit M fol. 3.*

1) *E. Schröder (Das anegenge, Quellen und Forsch. XLIV, 45) Hrabanum pleraque atque etiam auctorum nomina commentario Bedae verbotenus debere cognovit ('Hraban compilirt nicht, er schreibt einfach ab. Obwohl er . . . . bestimmt behauptet, die Quellen immer verzeichnet zu haben, ist Bedas Name nie genannt, wohl aber sind die Citate in der Form, wie sie sich bei Beda finden, stehen geblieben').*

Inter ceteras[a] scripturas, quas Pentatheucus[b] legis continet, merito liber Exodi 822—829 eminet, in quo pene omnia sacramenta, quibus presens ecclesia[c] instituitur, nutritur et regitur, figuraliter exprimuntur. Nam ibi per corporalem exitum filiorum Israel de Aegypto[d] terrestri[e] noster exitus de spiritali[f] Aegypto[d] demonstratur. Ibi per transitum maris rubri et Pharaonis atque Aegyptiorum[g] submersionem[h] baptismi mysterium[i] et spiritalium hostium interitus figuratur[k]. Ibi typici agni immolatio et[l] pasche celebratio veri agni passionem ac[m] nostram redemptionem[n] insinuant. Ibi manna de caelis et[o] potus de petra egenti populo dantur, ut doceat nos caelestem panem et potum vitae desiderare. Ibi precepta atque iudicia populo Dei in monte traduntur, ut discamus supernis subici disciplinis. Ibi tabernaculi constructio atque vasorum eius simul cum cultu et sacrificiis fieri iubentur[p], ut sanctae ecclesiae mirabilis ornatus et spiritalium[q] sacrificiorum ritus[r] in hoc insinuetur. Ibi spiritalis unctionis et thimiamatis odoramenta conficiuntur[s], ut sanctificatio Spiritus[t] sancti et orationum sacrarum[u] mysterium[v] nobis commendentur[w].

Haec enim omnia non solum precedentium patrum dictis ita explicita invenimus, verum ipsorum apostolorum traditione ac scriptis certissime[x] percepimus. Nam Paulus ad Corinthios[y] scribens ita ait: 'Nolo autem vos ignorare, fratres, quod[z] patres 1. Cor. 10, 1—4. nostri omnes sub nube fuerunt[a] et omnes per[b] mare transierunt, et omnes in[c] Moysen[d] baptizati[e] sunt in nube et in mari et omnes eandem[f] escam spiritalem manducaverunt et omnes eundem[f] potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de[g] spiritali consequente[h] eos petra, petra autem[i] erat Christus'. Sic[k] et[l] Iohannes evangelista cum in evangelio[m] suo dominicam passionem describeret[n], ubi[o] ad illum locum perventum est, quo in cruce pendentium latronum crura[o] frangerentur, hinc testimonium sumens[p] ait: 'Ad Iesum autem cum venissent, ut viderunt[q] eum iam mortuum, non fregerunt Ioh. 19, 33. 34. eius crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit et continuo exivit sanguis et aqua'. Et paulo post: 'Facta sunt, inquit, haec, ut scriptura impleretur: Os non ib. 36. comminuetis ex eo' et cetera.

Quapropter, dilectissime antestitum[r] Freculfe[s], videtur mihi[t] huius libri necessaria esse meditatio, in quo sacramentorum[u] atque mysteriorum[v] caelestium tanta vis existit, ut non solum evangelicis, sed etiam legalibus ad Christi cultum pleniter instruamur traditionibus. Feci enim, sicut in tua epistola mihi iussisti et collegi[w] undique[x] de sanctorum patrum dictis in unum volumen singularum sententiarum exsolutiones et, ubi minus antiquorum invenire[y] potui, explanationes nostras iuxta eorum sensus similitudinem[z], prout divina gratia me posse concessit, inserui expositiones. Unde deprecor, ut, si confectum[a] opus dignum duxeris, tam tuis quam[b] aliorum utilitatibus illud[c] accommodes et communiter[d] secundum caritatis regulam cum proximis tuis utaris bono quod tibi agnoscis munere conlatum[e] esse divino.

---

9. a) nter ceteras *evanida in L*, omnes *D*. b) pentateucus *P*, pentateuchus *D*. c) ęccl. *L*. d) Aegipto *L*, Egypto *P*, *D*. e) spiritalis *add. D*. f) spirituali *P*. g) . . io . . *evanida in T*. h) summersionem *P*. i) mister. *P*, . . rium *T*. k) interius designatur *P*. l) *om. L, D*. m) ac—redempt. *om. L*. n) insin. ac nostr., red. *om. D*. o) *om. D*. p) iubetur *A*. q) *om. P*. r) cultus *T*. s) confitiuntur *P*. t) sancti spir. *D*. u) sacrorum *A*. v) misterium *T*, mysteriorum *A*. w) commendetur *A*. x) certissima *P*, *om.* ac scriptis. y) Chorinthios *T*, *D*. z) quoniam *T*, *D*, *Vulg*. a) f . . . . . *T*. b) *om. L, D*. c) per *T*. d) Moyse *P*, *D*. e) ba *l. n. p. T*. f) eand. — spir. *legi non possunt in T*. g) de . . consequ *legi non possunt in T*. h) -ti *T*. i) autem — Sic *leg. non poss. T*. k) Hinc *L*, *D*. l) *om. L, P, D*. m) ev. suo *l. n. p. T*. n) discriberet *L*. o) *l. n. p. T*. p) *om. P*. q) viderent *L*, *l. n. p. T*. r) antistitum *P*, *D*. s) Frechulfe *L*. t) michi *D*. u) sacramentum *T*. v) misteriorum *T*. w) colligi *T*, *alio atram. corr. in* collegi *A*. x) undeque *corr. in* -dique *T*. y) pot. inv. *D*. z) similitudines *D*. a) divinum *P*. b) utilitat. quam alior. *P*. c) allud *corr. in* illud *T*. d) *om. T, A*. e) collatum *P*, *D*.

822—829 De cetero quoque obsecro, ut fragilitatem meam orationibus adiuves deprecans supernam maiestatem, ut me in presentis pelagi tempestate ita sua[a] gratia gubernet, qualiter me in presenti vita in suo servitio utilem et in futura[b] largitatis suae ope concedat esse beatum.

Omnipotens[c] Deus hic te diu ad multorum profectum[d] conservet incolumem[e] et in caelesti regno sanctorum gaudii efficiat esse participem, sanctę pater, memorem[f] nostri.

10.

Hrabanus Fuldensis abbas Frechulfi Lexoviensis episcopi rogatu libris Geneseos et Exodi a se enarratis Leviticum quoque mysteriorum plenum addit. 822—829.

Cod. Trecensis 63 saec. X. fol. 2 (T), quem contulit L. Hartmann.

Edd. Opp. ed. Colvenerius II, 171—172; Migne Patrol. CVIII, 245—248.

DOMINO SANCTO ATQUE BEATO PATRI MULTUMQUE IN ÇHRISTI MEMBRIS CAUSA VERĘ PIETATIS NOBIS VENERANDO FRECULFO EPISCOPO HRABANUS PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM.

Arduum opus et ultra proprias vires me aggredi iampridem[1] iussisti, ut quinque libros Mosaicę legis, quos Hebrei torach appellant[2], sensu spiritali tibi per ordinem exponerem. Ad quod in fronte operis statim respondi, mirari me, quare ad tale studium vilem et inertem homunculum eligeres, precipue cum in desertis locis conversans maxima occupatione detinear, qua servire ac necessaria previdere famulis Christi sub regula sancti Benedicti degentibus cotidie compellor, nec otium habeam aut patrum dicta[a] pleniter perscrutari aut aliquid inde digne excerpere. Sed quia in tua sententia persistens hanc excusationem recipere nolebas, parui precepto, ne inoboedientię arguerer fastu, et Geneseos librum[a] atque Exodum secundum sensum maiorum exposui, tandem ad Leviticum perveniens, repperi hunc[a] a venerabili presbitero Hierosolimorum Esychio[3] satis pene[b] expositum, unde cogitavi ab huius libri labore me poenitus abstinere ac tibi suggerere, quatinus memorati auctoris lectione tibi satisfaceres.

Sed tua diligentia, hoc responso non contenta, precipiebat ut ex prefati viri opere necnon et ex aliorum patrum scriptis, qui in eundem librum non per ordinem, sed viritim quasdam sententias exposuerunt, in unum colligerem, ut in promptu haberes, quid unusquisque eorum inde senserit. Feci sicut mandasti et ex confuso sententiarum ordine quendam ordinem digestionis variorum doctorum sententias alternando atque commiscendo composui. Si quid autem ibi te offenderit, tibi deputes, non mihi qui hoc facere me compellebas. Ego autem in hoc non necessitati alicuius consului, sed tantum tuę oboedivi voluntati.

Accipe opus quod postulasti et Levitici libri multiplicia mysteria in eo legendo revolve. Cuius libri tanta vis est, ut beatus Hieronimus in eius laude alicubi dixerit[4], quod singula sacrificia, immo singulę poenę sillabę et vestes, Aaron et totus ordo leviticus cęlestia inspirarent sacramenta, qúia, ut alius doctor[c] ait[5]: 'Sicut in novissimis diebus verbum Dei ex Maria virgine carne vestitum processit in hunc mundum et aliud quidem erat quod

---

a) grat. sua *P.* b) futuro *P.* c) Omnipotens — nostri *om. ed.* d) profectum *bis scr. D.* e) incolumen *A,* incolomem *L.* f) memor esto *D.*

10. a) *om. T.* b) plene *ed.* c) *In codice Vaticano latino 59 f. 107', ubi excerpta huius prologi, legitur:* Origenes quoque ait quia sicut in novissimis *etc.*

1) *annis igitur fortasse aliquot decursis.* 2) *Isid. Etymol. VI, 1, 5, opp. ed. Arevalus III, 240.* 3) *qui obiit a. c. 440.* 4) *Epist. 53 ad Paulin. c. 8, opp. I, 274.* 5) *Origenis in Levitic. hom. I c. 1, opp. ed. Delarue II, 184.*

822—829

videbatur in eo, aliud quod tegebatur: carnis namque aspectus in eo parebat omnibus, paucis vero et electis dabatur divinitatis agnitio, ita et, cum per prophetas vel per legislatorem verbum Dei profertur ad homines, non absque competentibus profertur indumentis. Nam sicut ibi carnis, ita hic litterę velamine tegitur, ut littera quidem aspiciatur tanquam caro, latens vero intrinsecus spiritalis sensus tanquam divinitas sentiatur'.

Te tamen difficultas ulla lectionis non deterreat, sed magis divinę pietatis ad studium provocet recordatio, quae per quendam sapientem voluit dicere: 'Ego diligentes (Prov. 8, 17.) me diligam et qui mane vigilaverint ad me, invenient me'. 'Transite ad me omnes, (Eccli. 24, 26.) qui concupiscitis me et a generationibus meis implemini.' Et in evangelio ipsa veritas humilitatem nostram ad meditationem sapientię suę misericorditer provocando ait: 'Qui sitit, veniat ad me et bibat et de ventre eius fluent atquę vivę'. (Ioh. 7, 38.) 'Venite ad me (Matth. 11, 28—30.) omnes, qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est et onus meum leve est.' Cuius pietatem tam in presenti sentire, quam etiam in futuro pleniter perspicere ipse concedat, qui nos ad suam gratiam convocaverat, Iesus Christus dominus noster.

De cetero quoque caritatem tuam[a], sanctae frater, suppliciter postulo, ut pro opere tibimet expenso sacris orationibus me remuneres et omnibus tecum conversantibus atque lectione nostra utentibus id ipsum facere persuadeas, quatenus divina gratia in via veritatis me ducere et usque ad finem in ea conservare dignetur. Dicasque cotidie pro me orando illud psalmistę: 'Spiritus tuus bonus, Domine, deducat famulum (Ps. 142, 10—12.) tuum in viam rectam vivificesque eum in ęquitate tua et educes de tribulatione animam illius et in misericordia tua disperdes inimicos eius et perdes omnes, qui tribulant animam ipsius, quoniam servus tuus ipse est'.

Bene[b] te valere cupimus et in Christi servitio cotidie proficere, sancte pater, memorem nostri.

11.

Hrabanus Fuldensis abbas Frechulfo Lexoviensi episcopo libri Numerorum spiritualem interpretationem rogatu eius mittit. *822—829.*

Codd. Monacensis (Frisingensis) 6261 s. X. fol. 1 (M); Parisinus 2426 s. X. in. fol. 1 (P); Carolsruhensis Augiensis CXV s. X. fol. 1 (A); Trecensis 63 s. X. fol. 80 (T), cont. Hartmann; Erlangensis 152 (Halesbrunnensis)[1] *s. XII. fol. 2 (E); Vaticanus Palatinus 292 s. XII. fol. 1'—2 (V), quem cont. V. Cl. Schellhass. Extat etiam in codice Zwetlensi 73 s. XII. fol. 1', de quo cf. Xenia Bernardina II, 1, 328*[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius II, 314; Migne Patrol. CVIII, 587—588.

Numerorum* librum multiplicibus mysteriorum[b] obscuritatibus involutum sanctorum patrum sententiae[c] produnt, quia ibi numerus[d] filiorum Israhel[e] mystice[f] disscribitur[g] et singularum tribuum castrametatura[h] circa tabernaculum[i] testimonii[k] ad

---

*) Hunc[2] librum contulerunt ex praecepto Rabani[l] abbatis Lupus et Gerolfus et[m] in quantum permisit angustia temporis, pro captu intellegentiae[n] correxerunt *M f. 1, A f. 1, E f. 1', Zwettl. cod.*

a) *om. T.* b) Bene — nostri *om. T, add. ed.*

11. a) *Lemma:* Incipit prologus in librum Numeri *E;* Prologus Mauri Rabani ad Frechulfum *V.* b) misteriorum *P, T, V.* c) sentencię *E,* -tię *V.* d) numeris *corr. in* -rus *P.* e) Israel *P, T, E.* f) mistice *T,* misticae a *del. A,* mysticę *E.* g) discribitur *A,* describ. *P, T, E.* h) castra *corr. in* castrorum met. *E.* i) tabernacula *E.* k) testimoni *A.* l) *om. M,* excepto Rabani *atram. nigro corr. in* ex praecepto Rhabani *A.* m) ut *M.* n) intelligentię *E.*

1) *In fol. 1' legitur:* Liber sanctę Marię Halesbrunnen. 2) *Cf. de hac inscriptione Traube in Rhein. Museum für Philol. N. F. XLVII, 558. Gerolfus diaconus et tum presbyter scripsit chartas Fuldenses intra annos 837. et 842. (Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 219—245), idem fortasse, quem Annal. necrol. Fuld. (SS. XIII, 178) sub anno 862. adnotant:* VI Id. No. Gerolf presbiter monachus.

822—829 formam sanctae aecclesiae refertur[a], ubi levitarum in ministerio Dei distributio[b] atque oblatio principum secundum[c] convenientiam[d] divinorum sacramentorum prefiguratur. Novissime quoque post plurima[e] diversarum[f] rerum atque effectuum explicita[g] mysteria[h] omnium mansionum ab[i] Aegypto[k] usque ad terram repromissionis[l], in quibus Israhelitę[m] transeundo castrametati sunt, catalogus enumeratur, ut nobis demonstraret[n], qualiter de Aegypto[k] spiritali egressi per rubrum mare atque heremum vastissimam presentis seculi debeamus ad repromissam[o] in caelis patriam properare.

Sed quia hęc[p] tibi, sanctę frater Frechulfe[q], nostro labore postulasti spiritali[r] interpretatione[s] exponi, post primam excusationem, qua me a tanto onere[t] apud[u] te absolvere volui[v], ne forte inoboedientiae[w] nota[x] inurerer, studui[y] preceptis tuis parere et sanctorum patrum sententias[z] ad hoc[a] opus undique colligere. Ubi quoque minus elucidatum eorum sententiis[b] vel pretermissum, non pro eorum ignorantia, sed forte
Sap. 10, 21. pro occupatione[c], aliqua repperi[d], caelesti gratia[e] confidens, quae[f] aperit os mutum[g], et linguas[h] infantium facit[i] esse disertas[k], temptavi pleraque iuxta eorum sensus vestigia inserere[l], non tamen latenter[m], ne forte pro fraude furti arguerer, sed manifeste ea agnominis mei prenotatione[n] depinxi, sicut et in[o] aliis opusculis nostris iam me fecisse recordor[p], ut sciret lector, qua[q] securitate patrum dicta legere posset quantaque cautela nostra rimari deberet.

Si autem aliqua eorum quae posui lectorem offenderint[r] quasi non rite prolata, magis infirmitati[s] atque inperitiae[t] meae deputet, quam presumptioni seu malitiae[u], eaque diligenter examinans, si sane fidei viderit[v] concordare, non temere[w] pro vilitate locutionis ea reprehendat. Si autem alicubi[x] me errasse in sensu deprehenderit, veniam apud clementissimum iudicem caritatis instinctu admonitus[y] mihi[z] impetrare[a] festinet,
cf. Matth. 8, 17. quem nihil[b] infirmitatis humanę latet, qui etiam nostras infirmitates[c] in se suscipere et egrotationes portare, sanguinemque suum pretiosissimum[d] pro remissione[e] peccatorum nostrorum effundere dignatus est, ut, qui nostris meritis non potuimus, per ipsius gratiam salvaremur.

Te autem, venerande pater, sicut correctorem in necessariis, ita defensorem habere volo in reprehensionibus superfluis. Deprecor ergo, ut fragilitatem[f] meam orationibus apud altithronum[g] adiuves, quatinus[h] me in hac presenti vita, scuto fidei suae munitum, aliquid semper sui servitii explere faciat et post egressum animae de corpore[i] in sua presentia iubeat vitam percipere aeternam.

Deus omnipotens, auctor et reparator[k] salutis nostrae, longo tempore ad multorum profectum te conservet incolumem[l] atque in fine sanctorum coetui[m] insertum aeternae gloriae faciat esse consortem[n].

---

a) ecclesię narratur *P*, aeccl. narrantur *T*, refertur ęccl. *E*. b) distribucio *E*. c) secundam *corr. in* -dum *A*. d) *legi non pot. in P*. e) multa *E*. f) -sarum — myst. *l. n. p. P*. g) explicata *E*. h) mist. *T, V*. i) sequitur *E*. k) Ęgypto *T, E*, Egypto *V*. l) -sionis — transeundo ca- *l. n. p. P*. m) Israelitę *E*. n) -et — per *l. n. p. P*, demonstret *A*, demonstretur *E, V*. o) promissam, *in marg. suppl.* re *M*, -missam in *l. n. p. P*. p) hec *V*. q) Fredulfe *T*. r) spiritali *corr. in* -tuali *P*. s) interpretac. *E*. t) honere *T*. u) aput *M*. v) nolui *A, E*. w) inobędientię *V*. x) nota in- *l. n. p. P*. y) studeo *E*, studio *A*. z) sentenc. *E*. a) huc *corr. in* hoc *A*. b) sentenc. *E*, sententias *corr. in* -tiis *A*, opus *add. V ante* sent. c) pro occu- *l. n. p. P*. d) reperi *E*, *corr. in* repp. *A*. e) gratiae *corr. in* -tia *M*. f) quae — pleraque *om. V*. g) meum *man. poster. superscr.* vel mutum *E*, mutorum *Vulg*. h) -guas inf. *l. n. p. P*. i) fecit *T*. k) dissertas *M, T*. l) inserre *corr. in* inserere *A*. m) *l. n. p. P*. n) prenotac. *E*. o) *om. E*. p) recordar *corr. in* -dor *A*. q) quanta *E*. r) offerunt *in marg. corr. in* offenderunt *M*. s) in infirmitati *M*. t) imperitię *T, E*. u) militię *corr. in* malitię *A*. v) videat *E*. w) timere *corr. in* temere *A*. x) alicui *A, T, P*. y) ammonitus *P, E*. z) michi *P*. a) imperare *M*. b) nichil *P, T, E, V*. c) infirmitatis *A*, *om. E*. d) precios. *P, V*. e) repromissione *corr. in* remissione *T*, redemptione *ed*. f) fragiltatem *corr. in* fragil. *M*. g) altitron. *V*. h) quatenus *corr. in* -tinus *M*. i) corpere *E*. k) reperator *corr. in* repar. *A*. l) incolumen *A*, incolomem *E, V*. m) cetui *E*, cętui *V*. n) Explicit prologus. Incipiunt capitula *add. E*, Inc. cap. *M*.

12.

Hrabanus Fuldensis abbas Frechulfi Lexoviensis episcopi rogatu ut Pentateuchi expositionem consummaret, Deuteronomion quoque maiorum ope destitutus secundum sensum spiritualem interpretatur. 822—829(?)

Codd. Trecensis 63 saec. X. fol. 138 (T), quem cont. L. Hartmann; Paris. 2427 s. XII. ex. fol. 1 (P), cont. Hampe. Extat etiam in cod. Divionensi 54 (36) s. XII. fol. 2, cf. Catal. des départ. V, 16.

Edd. Opp. ed. Colvenerius II, 405; Migne Patrol. CVIII, 837—840.

PIO PATRI FRECULFO EPISCOPO RABANUS[a] EXIGUUS IN CHRISTO SALUTEM.

Decursis igitur tuis parendo preceptis, prioribus legis libris, novissime ad Deuteronomium Moysi considerandum perveni, quatinus inde aliqua tue sancte voluntati consentiens sacramenta spiritaliter rimarer, atque in unum volumen maiorum dicta colligerem. Sed quia[b] in hunc librum cuiuspiam explanationem proprie[c] non inveni, necesse habui, ut perspectis anteriorum librorum expositionibus, inde ad huius libri enodandas questiones adsumerem[d] facultatem. Hec autem quę noviter ibi a legislatore inserta repperi, divina gratia largiente, pro modulo nostri ingenioli, quantulumcumque[e] explanare[f] curavi. Deuteronomium quoque, ut beatus Hieronimus in quadam epistola sua ad amicum ait[1], secunda lex est, et evangelice legis prefiguratio sicque ea habet que priora sunt, ut tamen nova sint omnia. Quapropter hęc res operosa indiget exsolutione, scilicet quod ita historialiter[g] ordinentur vetera, ut spiritaliter omnia demonstrentur nova, et legis per figuram patefaciat littera, quae[h] sacer evangelii textus in se continet sacramenta.

Unde, sancte frater, tuo de hoc maxime indigemus adiutorio, quatinus apud omnipotentem Deum precibus assiduis impetres, ut quod nos iubes inertes ad tuam et ad tuorum utilitatem facere, eius opitulatione nobis conferatur, 'qui dat omnibus Iac. 1, 5. affluenter, et non inproperat[i]', qui[k] et in evangelio suo[l] fidelibus suis promisit dicens: 'Petite, et dabitur vobis, quęrite, et invenietis, pulsate, et aperietur vobis. Omnis Luc. 11, 9. 10. enim qui petit accipit et qui querit invenit et[m] pulsanti aperietur.' Idcirco[n] autem tuas postulationes imploro, quia meritis sacris illas[o] Deo acceptissimas credo. Ceterum autem nos pro hoc ipso precibus, licet non condignis, tamen humillimis, insistimus, postulantes, ut supernus arbiter qui in altis habitat, et humilia respicit in celo et in Ps. 112, 5. 6. terra, suscitat de pulvere egenum, et de stercore erigit pauperem, aliquam particulam 1. Reg. 2, 8. Ps. 112, 7. donorum suorum muneris sui ex largitate nobis concedere dignetur, ut eius servitium in ecclesia[p] sancta sua ad ipsius laudem et nostram salutem explere possimus.

Ecce habes Pentateucum Moysi ut petisti, cum mysteriis suis spiritali calamo aliquantulum explicitum quibus[2] quinque verbis loqui se velle apostolus in ęcclesia gloriatur. 1. Cor. 14, 19. Esto pius scrutator legis Dei[q] et devotus executor preceptorum altissimi, ut sicut in ordine consors, ita et cooperator sis sanctorum apostolorum. Memor esto doctoris gentium exhortationis, qua discipulum instruens ait: 'Pręcipe hec et doce. Nemo 1. Tim. 4, 11—16. adolescentiam[r] tuam contempnat, sed exemplum esto fidelium, in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum venio, adtende[s] lectioni et exhortationi [et] doctrine. Noli neglegere[t] gratiam, quae in te est, quae[u] data est tibi per prophetiam cum inpositione[v] manuum presbiteri. Hec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Adtende[w] tibi et doctrinę: insta in illis. Hoc enim faciens,

---

12. a) Rathbanus *T.* b) qui *T.* c) proprię *T.* d) assum. *P.* e) quantuluncumque *P.* f) explanasse *T.* g) hystor. *P.* h) que *P.* i) improp. *P.* k) quae *T.* l) *om. P.* m) *om. T.* n) iccirco *P.* o) Deo illas *P.* p) ęccl. *T.* q) *om. T, ed.* r) adulesc. *T.* s) att. *P, corr. in* adtende *T.* t) neglig. *P.* u) quę *P.* v) impos. *P.* w) attende *P.*

1) *Epist. Hieronymi 53 ad Paulin. c. 8, opp. I, 274.* 2) *Epist. 53 ad Paulin. c. 8 l. l.*

826—829(?) et te ipsum salvum facies, et eos qui te audiunt.' Hec te facere et perficere, ad tuam et ad salutem[a] multorum, concedat altissimus.

Vale, sancte pater, Maurique tui in sacris orationibus semper memor esto[b].

13.

Hrabanus Fuldensis abbas Friduricho Traiectensi episcopo, quem ob sanctae scripturae studium laudat, commentarium in librum Iesu Nave mittit et legendum commendat, tractatum in evangelium Matthaei, quem ei commodaverat, reclamat. *826—829(?)*

Codd. Guelferbytanus inter Weissenburgenses 31 s. IX. fol. 2, in cuius folio 1 alterum exemplar huius epistolae neglegentius scriptum atque inperfectum invenitur (W 1 et 2); Trecensis 63 fol. 181—181' (quondam Cisterciensis) s. X. (T), quem contulit L. Hartmann; Parisinus 2427 s. XII. fol. 14 (P).

Edd. Mabillon, Acta SS. ord. S. Benedicti IV, 2, 41—42 (ex T); Martène et Durand Monumentor. ampliss. coll. IX, 669—671 (ex T); Migne Patrol. CVIII, 999—1002.

DOMINO BEATISSIMO VERAEQUE CARITATIS OFFICIO PLURIMUM VENERANDO, FRIDURICHO EPISCOPO, HRABANUS[a] VILISSIMUS SERVORUM DEI FAMULUS IN CHRISTO SALUTEM.

Studium tuum ac[b] diligentiam in sacrarum scripturarum meditatione plures, qui sanctitatem tuam noverunt, laudant, et merito, quia assiduus es in lectione[c] et frequens in doctrina, prout ratio ordinis tui[d] postulat; quem lucem mundi cum apostolis salvator nuncupat, ac de vero lumine inlustratam[e] lucernam super candelabrum posuit, ut luceas omnibus, qui in domo Dei sunt. Unde plurimi fratrum venerationem tuam colunt atque colendo diligunt: nobisque inde valde amabilis es, quod[f] non tantum[g] presentes, sed etiam absentes fraterno provocas amore ac salubri incitas exhortatione[h], ut legis Dei commune tecum exerceamus[i] negotium. Nec absurdum est quod facis, licet nos ad hoc officium impares atque indigni simus, cum ibi quaeris sacrae legis confirmationem, unde accepisti christiane religionis exordium. Sanctissimus ergo antestis[k] et beatissimus Christi martyr Bonifacius[l] gentem Fresonum, cui tua dilectio[m] preest, non solum verbo, sed etiam sanguinis sui effusione ad fidem Christi convertit. Unde rationabiliter agis, quod ab illo ministerii tui patrocinium quaeris, a quo ordinis tui ac sedis primam accepisti functionem[n]. Ideo quoque memoratus martyr per famulum suum dignanter inpendit[o] quod ab illo quęrebas solatium[p].

Matth. 5, 14. ib. 15.

Porro quia lectionis[q] divine a nobis petisti solamen, direximus tibi codicem, quem ex sanctorum patrum dictis in historiam Iesu Nave sensu allegorico prolatis collegeram[r]. In quo opere in aliquantis locis pro parvitate sensus nostri, ubi necesse fuit, divina concedente gratia, aliqua inserueram; petens, ut fratrum, qui tecum sunt utilitatibus[s] illum accommodes, ut discant ex typo Iesu historici mysterium[t] veri Iesu, domini videlicet salvatoris, qui sanguine suo nos redemit ac de infirmitate, qua peccatis nostris exigentibus gravabamur, salvavit[u].

Ante annos ergo aliquot[v] tractatum in evangelium[w] Mathei, quem rogante bonę memoriae Haistulfo archiepiscopo[1] confeceram, tibi ad rescribendum accommodavi. Sed quia illum necdum recipere potui, remunerationis vice presens opus transmisi, ut saltim hoc beneficio ammonitus, remittas foenus[x] quod acceperas.

---

a) mult. sal. *P.* b) Explicit prefacio *add. P.*

13. a) Rabanus *P*, Rhabanus *W 1.* b) ac dilig. *om. P.* c) leccione *T.* d) tua *W 2.* e) illustratam *P.* f) quos *W.* g) tam *T, P.* h) exortat. *T, corr. in* exhort. *P.* i) exercemus *W.* k) antistes *T, P.* l) Bonefac. *P.* m) dileccio *T.* n) funccionem *T*, finitionem *P.* o) imp. *W, P.* p) *om. P.* q) leccionis *T.* r) colligeram *W.* s) *corr. ex* utilitilitatibus *T.* t) misterium *T, P.* u) *hic finit W 2.* v) aliquod *W.* w) evangelio *T, P.* x) fęnus *P.*

1) *qui obiit anno 825. exeunte, cf. supra p. 388.*

Lege diligenter Iesum Nave[a][1], qui non solum nomine, verum etiam gestis Iesum Christum 826—829(?) typice[b] prefiguravit. Transit Iordanem, hostium regna subvertit, divisit terram victori populo et per singulas urbes, viculos, montes atque confinia ecclesiae[c] cęlestisque Hierusalem[d] spiritalia regna discripsit[e]. Sicque cognoscis ipsius libri textum evangelice lectioni[f] concordare, quae Domini salvatoris ostendit adventum, predicationem, passionem, triumphum atque victoriam, qua mortem vincendo, caelestium, terrestrium atque infernorum adquisivit sibi dominationem: qui ascendens in cęlum sedensque ad dexteram Patris iudex est venturus vivorum ac mortuorum, et secundum Iude apostoli adtestationem non solum homines, sed et angelos iudicaturus est; qui in epistola sua ita scripsit, dicens: ‘Com- Iud. 5. 6. monere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti[g] salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit; angelos vero, qui non servaverunt suum principatum, sed dereliquerunt[h] suum domicilium[i], in iudicium[k] diei magni vinculis aeternis sub caligine reservavit.’ De cuius diei certitudine primus apostolorum Petrus nobis[l] in sua epistola ostendit[m], dicens: ‘Unum vero hoc non lateat vos, 2. Petr. 3, 8—15. karissimi, quia unus dies apud Deum sicut mille anni, et mille anni[n] sicut dies unus. Non tardat Dominus promissis, sed pacienter agit propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad penitentiam[o] reverti. Adveniet autem dies Domini ut fur, in quo caeli magno impetu transient, elementa vero calore solventur. Cum haec igitur dissolvenda sint omnia, quales oportet vos esse in sanctis conversationibus et pietatibus expectantes[p] et properantes in adventum[q] diei Dei[r], per quam[s] caeli ardentes solventur et elementa ignis ardore tabescent[t]? Novos vero caelos et novam terram, et promissa ipsius expectamus[u], in quibus iustitia habitat. Propter quod, karissimi, haec expectantes[v], satagite inmaculati et inviolati ei inveniri in pace et Domini nostri longanimitatem salutem arbitramini.’

Huius ergo sacratissimi adventus diem, sancte pater, ante oculos semper habe, tuosque tecum in occursum superni iudicis praepara cum lampadibus bonorum operum lucentibus, quatinus[w] eius gratiam inveniens, cum his qui a[x] dextris eius stabunt, audire merearis: ‘Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum Matth. 25, 34. est ab origine mundi’; quod nos promissum tecum audire donumque illud simul percipere ipse concedat, qui nos a potestate tenebrarum eruere et in regnum suum convocare dignatus est Iesus Christus dominus[y] noster.

Bene valere[z] te cupimus, sancte pater, nostrique memorem in sacris orationibus fieri. Divinitas domini nostri Iesu Christi vitam tuam conservet in aevum. Explicit epistola.

14.

Hrabanus Fuldensis abbas Hildvino abbati S. Dionysii ac palatii archicapellano, qui librum aliquem utilem ab eo rogaverat, expositionem librorum Regum, quam fratribus Fuldensibus composuerat, mittit, auctorum nominibus in margine additis. 829.

Codd. Monacensis (S. Emmerammi) 14384 s. IX.—X. fol. 1—2' (E); S. Galli 284 s. X. p. 1 (G); Guelferbytanus inter Weissenburgenses 53 s. X. fol. 1' (W); Monacensis (Tegernseensis) 18189 s. X.—XI. fol. 1'—3 (T); Vatican. Palatinus 293 s. X. fol. 2—2', quem cont. R. Arnold V. Cl. (P); Casinensis 133 s. XI.

---

a) Iesu Nave *W.* b) tipice *T, P.* c) aeccl. *T*, ęccl. *P.* d) Iherus. *T*, Ierus. *P.* e) descripsit *T, P.* f) leccioni *T.* g) Egypti *W, P.* h) derelinquerunt *P.* i) domincilium n *eraso P.* k) iuditium *T, P.* l) nos *T, P.* m) instruit *T, P.* n) et — anni *ead. man. superscr. in W.* o) poenitent. *T*, penitenc. *P.* p) exspect. *W*, *corr. in* expectantes *T, P.* q) in adventum *om. W, T, P.* r) *om. P.* s) quem *T, P.* t) tabescescent *P.* u) exspect. *corr. in* exp. *P.* v) exexpect. *corr. in* expect. *T*, exsp. s. *deleto P.* w) quatenus *T, P.* x) ad *W.* y) Deus *P.* z) re *suppl. prima manus T.*

1) *Ex Hieronymi epist. 53 ad Paulin. c. 8, opp. I, 274.*

829 *p. 1—2 (C), quem cont. Ambr. Amelli Casinensis; Erlangensis (Halesbrunnensis) 239 s. XII. fol. 1' (H); Carolsruhensis Augiensis CXXI. s. X. fol. 1 (A); Vindobonensis 1000 (Salisburg. 176) s. XII. fol. 2 (V)*[a]. *Extat etiam in cod. Remensi 129 (347) s. X. fol. 1.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 45; Migne Patrol. CIX, 9—10.

DOMINO REVERENTISSIMO ET IN MEMBRIS[b] CHRISTI PLURIMUM VENERANDO ATQUE COLENDO PATRI HILDVINO[c] ABBATI ET SACRI PALATII[d] ARCHICAPELLANO[1] HRABANUS[e] EXIGUUS SERVORUM DEI SERVUS IN DOMINO AETERNO PERPETUAM OPTAT SALUTEM.

Cum venerationem[f] tuam, sancte pater, ubique excellentem sentiamus[g] et pluribus profectuosam[h] esse compertum[i] habeamus[k], id ipsum, ut divina clementia diutius[l] fieri permittat, et novissime[m] aeterna mercede remuneret[n], assiduis precibus instanter deposcimus[o].

De cętero[p] quoque, quia vestra sanctitas per quendam fratrem nostrum, quem ad palatium[q] praeterito anno direximus, nostrae parvitati suggerere dignata est, quatenus[r] aliquod volumen vobis utile mitteremus, nos haec suggestio non parum sollicitos reddidit, quid vobis, qui divites estis in omnibus, in omni scientia[s] et[t] omni doctrina, et apud quem[u] librorum maxima copia est, placitum et condignum accommodare possemus. Et quia vos aliquem librum, quem vobis mitterem, nominatim non expressistis, cogitavi mecum vestrae[v] caritati opusculum quoddam, quod nuper confeceram[w] rogatu fratrum nostrorum, qui[x] apud[y] nos divinos libros legunt, in expositione[z] librorum Regum humiliter[a] dirigere[2]. Quod deprecor eo animo suscipiatis, quo[b] vobis illud[c] transmisi. Non enim arbitror illud[d] esse[e] vobis condignum, sed ex devoto corde, qualecumque sit, tamen prolatum.

Aestimo[f] enim, si illud[d] relegeritis, per omnia vobis non displicere, cum cognoveritis me ad[g] hoc laborare velle, ut sanctorum patrum dicta, quae de[h] predicto libro exposita in pluribus exemplaribus dispersa[i] sunt, in unum ob commoditatem legentis colligerem, quatenus[k] quid[l] quisque eorum in sententiis[m] diversis historię regum per singula loca senserit[n], pariter et secundum ordinem a nobis dispositum repperiret[o]. Ibi enim inveniet[p] quid pater Augustinus, quidve insignis interpres divinorum librorum Hieronimus[q] senserint[r]; quid papa beatus ac suavissimus doctor Gregorius, quidve[s] Isidorus[t] Hispaniensis[u] episcopus, et quid Beda magister nobilis ac[v] ceteri[w] patres, quorum longum est nomina recensere[x], rite intellexerunt[y].

Quorum omnium sententias aut, sicut[z] ab ipsis conscriptę[a] sunt[b], posui aut sensum eorum meis verbis breviando explanavi. Praenotavique[c] in marginibus paginarum

---

14. a) *Lemma:* Incipit *(om. G, W, A, T)* prologus Hrábani (Rabani *G, P, H, C,* Rhabani *W*) abbatis *(om. G)* in explanationem (explanatione *A*) librorum regum (abbatis — regum *om. C,* in — regum *om. T*) *A, G, P, H; prologum omittunt E, V.* b) menbris *H.* c) Hilduwino *G,* Hilduvino *A, H, V,* Hildiuvino *T,* Hilduino *superscr.* w *P.* d) palacii *A, H, T.* e) Habranus *A,* Rabanus *E, G, H, C,* Rábanus *T.* f) venerac. *A.* g) senc. *A.* h) profectuorum *E, post corr. in* profectuosam *V.* i) conpertum *A,* compertam *H.* k) habemus *A.* l) clemencia diuc. *A.* m) novissima *A.* n) te *superscr. T.* o) de *eras. G.* p) coetero *G,* cetero *A, E, V.* q) palac. *A.* r) quatinus *H.* s) omnia sciencia *A.* t) in *add. C.* u) aput quam *A.* v) *pro* vestrae — regum *habent C, ed.* in expositionem (expositione *C*) librorum regum quoddam opusculum conficere et nomini vestro illud consecrare vestraeque prudentiae approbandum. w) confecerem *corr. in* -ram *A.* x) quia *E, V.* y) aput *A.* z) exposic. *A.* a) hoc *add. C, ed.* b) quod *C.* c) *om. A,* vob. (ill. *above*) *G.* d) illut *A.* e) *om. G.* f) Estimo *H.* g) ad hoc *om. G.* h) *om. C.* i) disperse *corr. in* dispersa *A.* k) quatinus *H.* l) quod *corr. in* quid *H.* m) sentenc. *A, H.* n) senserat *T, V, corr. al. man. in* senserit *E.* o) reper. *A, H, C.* p) et *add. E, T, V.* q) Iheron. *H.* r) senserit *H.* s) Quidvę *V.* t) Ysid. *H,* Hysid. *C.* u) Hispal. *P, H,* Ispaniensis *E, C, V.* v) et *H.* w) coeteri *G.* x) recenseri *E, T, V.* y) intellexerunt *A, G, E.* z) sicuti *C.* a) scripte *A, G, H,* conscripta *C.* b) sint *P,* est *C.* c) Prenatavique *A,* Praenominavique *C.*

1) *Ruodolf. Mirac. SS. Fuld. c. 15:* etiam rogatu Hiltwini abbatis libros IIII in expositionem libri Samuelis et Regum *(scil. fecit). De Hildvino cf. supra p. 179 n. 1.* 2) *De anno, quo Hrabanus haec scripsit, cf. infra epistolam ad Geroltum archidiaconum datam.*

aliquorum eorum nomina, ubi sua propria verba sunt; ubi vero sensum[a] eorum meis 829
verbis expressi aut ubi iuxta[b] sensus eorum similitudinem, prout divina gratia[c] mihi concedere dignata est, de novo[d] dictavi, M[e] litteram[f] Mauri nomen exprimentem, quod meus magister beatae memoriae Albinus mihi indidit, prenotare[g] curavi, ut diligens[h] lector sciat, quid quisque de suo proferat[i], quidve[k] in singulis sentiendum[l] sit[m], decernat. Praeterea Ebrei[n] cuiusdam[o], modernis temporibus in legis scientia non ignobiliter eruditi[1], opinionem[p], quam ille dixit super huius[q] libri capitulis traditionem Ebręorum[r] habere, non paucis locis simul cum nota nominis eius inserui, non quasi ingerens alicui auctoritatem ipsius[s], sed simpliciter ponens quod scriptum repperi[t], eius probationem[u] lectoris iudicio derelinquo.

Ante omnia autem[v] deprecor, ut presumptioni[w] meae veniam tribuas, quod tam
imperitus[x] non solum sermone, sed etiam scientia[y] tantum opus[z] subire presumpsi[a].
Non enim de mea, sed de[b] divina[c] confidebam potentia[d], de qua scriptum est: 'Quia Sap. 10, 21.
sapientia aperit[e] os mutum[f] et linguas infantium facit disertas[g]'. Qui et humanam cf. Num. 22, 28.
fecit linguam pecudis resonare loquelam[h]. Legebam enim eum per prophetam dixisse:
'Aperi os tuum et ego adimplebo[i] illud[k]'. Et alibi: 'Quoniam, inquit[l], in me[m] speravit[n], Ps. 80, 11. ib. 90, 14.
liberabo eum et[o] protegam eum, quoniam cognovit nomen meum'.

Nec enim diffido[p] aliquos esse, qui, suam[q] volentes ostentare peritiam[r], nostram reprehensuri[s] sint[t] inertiam. Quibus non meis, sed beati Hieronimi[u] respondebo sermonibus[2]: 'Legant qui volunt; qui autem nolunt, abiciant et ventilent apices, litteras[v] calumnientur[w]'. Magis vestra[x] caritate provocabor ad studium, quam illorum detractione et odio deterrebor. Si enim haec parva a vestra grate suscepta[y] fuerint[z] pietate[a], Domino opitulante[b] adhuc[c] aliquod[d] utile elaborare[e] et vestrae sanctitati[f] presentare conabor[g].

Beatitudinem[h] vestram maiestas divina felici successu pollentem perpetualiter conservare dignetur[i].

15.

Hrabanus Fuldensis abbas Ludowicum imperatorem de honore parentibus a filiis exhibendo, de innocentibus iniustis iudiciis non condemnandis temporum ratione habita ex sancta scriptura docet eumque ut filio poenitenti indulgeat admonet. *834.*

Cod. Parisinus 2443 saec. IX. fol. 13'—29, quem contulit H. Lebègue.

Ed. Baluzius in Petri de Marca de concordia sacerdotii et imperii ed. 3, Paris 1704 col. 1367—1382; Francofurti 1708 col. 1271—1286; Neapoli 1771, Bambergae 1788, III, 597—614.

---

a) eor. sensum *E.* b) *om. H.* c) gracia *A.* d) denuo *H.* e) *in marg. add. T.* f) liter. *A, H,* littera *C.* g) *corr. ex* pronot. *G.* h) diliens *A.* i) proferebat *A, P,* preferebat *T, V, corr. in* proferat *E.* k) quitve *H.* l) sciendum *G.* m) scit *A.* n) Hebrei *T, H,* Hebraei *C.* o) cuiustam *A.* p) oppinion. *A, E.* q) libri huius *H.* r) Hebreor. *T, H,* Hebraeor. *C,* Ebreor. *E, P.* s) eius *H.* t) reperi *A, H, C.* u) probac. *A.* v) *om. A, E, G, H.* w) presumt. *H.* x) peritus *H,* imperatus *A.* y) scienciam *A.* z) erat *add. A.* a) presumsi *H, C.* b) *om. V.* c) domini *C.* d) potencia *A.* e) aperuit *A,* aperit *manu post. superscr.* u *P.* f) *corr. in* muti *E,* muti *V.* g) dissertas *E, V uno* s *del.* h) loquellam *A, uno* l *del. E.* i) adinplebo *A, V.* k) illut *A.* l) inquid *A, H.* m) im me *H.* n) *seq.* liberavit *eras. G.* o) *eras. P.* p) al. diff. *T.* q) suo *H.* r) periciam *A.* s) repręhensuri *G.* t) sunt *G, A, H, P.* u) Iheron. *A, H.* v) literas *A, G.* w) calumpnientur *H.* x) uram *corr.* vestra *V.* y) susceptę *G,* susceptem m *ex parte eraso A.* z) fuerunt *C.* a) pietatę *corr.* -te *G.* b) oppitul. *G.* c) ab hoc *C.* d) aliquid *P, H.* e) elaborere *corr. in* -rare *E.* f) sanctitatis *C.* g) conbor *corr.* conabor *T.* h) Beatitud. — dignetur *om. A, E, G, H.* i) Amen *add. E,* Explicit prologus *P, H. In E, G, P, T, V secuntur hic versus:* Lex preclara Dei, totum quae inluminat orbem *etc., quos edidi Poet. Carol. II, 164.*

1) *De quo cf. Traube (Neues Archiv XVII, 468).* 2) *Epist. ad Domnion. et Rogatianum, opp. IX, 1525. 1526.*

834 OPUSCULUM RHABANI MAURI AD HLUDOWICUM IMPERATOREM IN XII CAPITULIS CONPREHENSUM[1].

*f. 13'. I. De honore parentum et subiectione filiorum.

II. De his qui parentes suos vel maiores contempnendo dispiciunt.

III. Quod regiae dignitati honor sit et oboedientia ab omnibus deferenda, contumacia autem superborum disciplina coercenda.

IIII. Quod non liceat filiis parentes suos de hereditate et possessione propria expellere atque ab eis aliquid per vim seu fraudem auferre.

V. Quod malum avaritiae et cupiditatis maxime detestandum sit.

VI. De iustis iudiciis in omnibus rebus et personis observandis.

VII. Quod omnino de temerariis iudiciis abstinendum sit.

VIII. De amministratoribus saecularium iudiciorum quid sentiendum sit.

VIIII. Quod illi, qui se peccatores generaliter fatentur, et tamen ab aliis manifeste argui non possunt, nullo modo sunt iudicandi atque damnandi.

X. Quod falsa iustificatio nihil prosit, sed maxime obsit abutentibus ea.

XI. Quod pietas divina veraciter conversis et de praeteritis peccatis pęnitudinem agentibus perfectam veniam tribuat.

XII. Exortatio ad indulgentiam delinquentium.

Hos quoque bissenos fixi tibi, Caesar amate,
In scripto titulos quos relegens teneas.
Illic repperies divinę docmata legis,
*f. 14. *Quae bona commendant quaeve mala reprobant.
Iustitiae palmam tribuunt, hanc laude coronant,
Spernentes pellunt ac scelus omne procul.
Mentem humilem acceptant detestanturque superbam,
Fas pie commendant proiciuntque[a] nefas.
Iura superna docent patribus se subdere proles,
Non vinci[b] a pravo, vincere sedque bono.
Victor rex Christus faciat te vincere mundum
Aeternae et pacis dona tibi tribuat.

De honore parentum et subiectione filiorum.

I. Quam placita fuerit omnipotenti Deo honorificatio parentum et subiectio filiorum, ipse qui primum nasci fecit ex patribus filios, postmodum legis aedicto nature ius in hominibus ostendens confirmavit, ut hoc cogantur divino facere imperio quod debuit piaetas suggerere affectu. Nam in Exodo, ubi Dominus decalogum legis populo suo tenendum edidit, post tria mandata, quae de sua cultura primum protulit, mox (Exod. 20, 12.) de humanae sociaetatis foedere subiuncxit dicens: ‘Honora patrem tuum et matrem, ut sis longevus super terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi’. In Levitico quo- (Lev. 19, 13.) que idem Dominus ita praecepit: ‘Non facias, inquit, calumniam proximo tuo, nec[c] vi (ib. 20, 9.) opprimas eum. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Patri matrique (*f. 14'. Deut. 21, 18—21.) qui maledixerit, sanguis eius sit *super eum’. Item ipse in Deuteronomio sic ait: ‘Si genuerit homo filium contumacem et protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, et coercitus obędire contemserit, apprehendent eum et adducent ad seniores

15. a) proiciunque *C.* b) vinti *C.* c) ne *C.*

1) *Cf. Ruodolfi Mirac. SS. Fuldens. c. 15 (SS. XV, 341):* Cui *(sc. Hludvico)* et misit epistolam consolatoriam post calamitatem, quae ei accidit ex parte filiorum suorum et optimatum; in qua ex divinis testimoniis ostendit, quod falsum iudicium non potest recte condemnare innocentem; in qua etiam novissime provocat eum ad indulgentiam in se commissorum.

civitatis illius et ad portam iudicii, dicentque ad eos: ‘Filius noster iste protervus et 834 contumax est, monita nostra audire contemnit, comesationibus vacat et luxoriae atque conviviis. Lapidibus eum obruet populus civitatis et morietur, ut[a] auferatis malum de medio vestri, et universus Israel audiens pertimescat’. Item in eodem libro, ubi de maledictionibus contra peccantes pronuntiandis per levitas praeceptum est, ita legitur: ‘Maledictus, qui non honorat patrem suum et matrem. Et dicet omnis populus: Deut. 27, 16. amen’. In Proverbiis quoque Salomon ita ait: ‘Audi, fili mi, disciplinam patris tui, Prov. 1, 8. 9. et ne dimittas legem matris tuae, ut addatur gratia capiti tuo et torques collo tuo’. ‘Conserva, fili mi, praecepta patris tui, et ne dimittas legem matris tuae.’ ‘Stultus ib. 6, 20; 15, 5. inridet patris sui disciplinam. Qui autem custodit increpationes, astutior fiet’. ‘Qui ib. 19, 26. affligit patrem et matrem, ignominiosus est et infelix.’ Et alibi: ‘Qui maledicit, in- ib. 20, 20. 21. quit, patri vel matri, exstinguetur lucerna eius in mediis tenebris, *hereditas ad quam *f. 15. festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit’. Et in alio loco: ‘Vir fidelis ib. 28, 20. multum laudabitur. Qui autem festinat ditari, non erit innocens’. Et paullo post: ‘Qui subtrahit aliquid de patre suo vel matre et dicet: Hoc non est peccatum, particeps ib. 28, 24. homicide est’. ‘Oculum, qui subsannat patrem et qui dispicit partum matris suae, ib. 30, 17. effodient eum corvi de torrentibus; et comedunt filii aquile.’ In libro quoque Iesu filii Sirach ita scriptum est: ‘Qui honorat patrem, iucundabitur in filiis, et in die Eccli. 3, 7–18. orationis suae exaudiaetur. Qui honorat patrem suum, vita vivet longiore, et qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Deum, honorat parentes et quasi dominis serviet his, qui se genuerunt. In opere et sermone et omni patientia honora patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Deo, et benedictio illius in novissimo manet. Benedictio patris firmat domos filiorum[b], maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui, non est enim tibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui, et dedecus filii pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui et ne contristes eum in vita illius, et si defecerit sensus, veniam da, et ne spernas eum in tua *virtute. Elimosina enim patris non erit in *f. 15'. oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum et in iustitia aedificabitur tibi. In die tribulationis commemorabitur; sicut in sereno glaties, solventur tua peccata, quam male fame est, qui relinquet patrem, et est maledictus a Deo, qui exasperat matrem’. Et item: ‘Honora, inquit, patrem tuum et gemitus[c] matris tuae Eccli. 7, 29. 30. ne obliviscaris. Memento, quoniam, nisi per illos, natus non fuisses, et retribue illis, quomodo et illi tibi’. Ad domum[d] vero Rechabitarum loquitur Dominus per Hieremiam ita dicens: ‘Pro eo quod obedistis praecepto Ionadab patris vestri et custodistis om- Ier. 35, 18. 19. nia mandata eius, et fecistis universa, quae praecepit[e] vobis, propterea haec dicit dominus Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab stans in conspectu meo cunctis diebus’. In Malachia[f] quoque sic Dominus ait: ‘Filius honorat patrem Mal. 1, 6. et servus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si ego dominus sum, ubi est timor meus?’

Hinc et in evangelio ipsa veritas ad phariseos ait: ‘Quare et vos transgredimini Matth. 15, 4–6. mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem et matrem, et: Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri: Munus quodcumque est ex me tibi proderit, et non hono*rificabit[g] patrem suum aut matrem suam, et irritum fecistis mandatum Dei *f. 16. propter traditionem vestram’. Et item alibi ad Iudeos ait: ‘Ego honorifico patrem Ioh. 8, 49. meum et vos inhonorastis me’. Item alibi: ‘Non veni, inquit, facere voluntatem meam, Ioh. 6, 38. sed eius qui misit me, patris’. Paulus quoque in epistola sua ad Ephesios ait: ‘Filii, Eph. 6, 1–3. oboedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum,

---

a) et *C.* b) firmorum *C.* c) genitus *C.* d) domo *C.* e) praecipit *C.* f) malechia *C.* g) honorificavit *C.*

834 quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, et sis longevus super
Col. 3, 20. terram'. Item ad Colosenses: 'Filii, inquit, oboedite parentibus vestris per omnia.
Hoc enim placitum est in Domino'. Petrus quoque similiter in epistola sua ammonet
1. Petr. 5, 5. dicens: 'Adolescentes, subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem
insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam'.

De his, qui parentes suos[a] vel maiores contempnendo dispiciunt.

II. Quantum autem displiceat Deo dehonestatio parentum, exempla illa quae
Gen. 9, 20—22. inveniuntur in divinis libris declarant. Nam cum post diluvium[b] Noe plantasset
vineam, et se vino inebriasset nudatusque iacuisset in tabernaculo suo, medius trium
ib. 22—27. filiorum eius, qui patris sui nuditatem conspiciens inriserat, maledictionem debitam in
*f. 16'. semine suo perceperat, ceteri vero filii eius, qui velaverunt *obscenitatem parentis,
benedictione patris perpetuo sunt remunerati. Sic et ceteris patriarchis displicuisse
repperitur inequalitas ac feritas morum sobolis suae et mansuaetudo placita fuisse.
Gen. 16, 12. Denique de Hismahel primo filiorum Abraham legitur, quod homo ferus esset, manusque eius contra omnes et manus omnium contra eum et quod e regione universorum
Gen. 22, 17. fratrum suorum figeret tabernacula. Sed in Isaac vocatum est parenti semen, cui
benedixit Dominus et pactum suum statuit illi in foedus sempiternum et semini eius
ib. 25, 25. 27. post eum, quia per omnia patris sui obtemperavit voluntati. Huic nati sunt duo filii,
Esau videlicet[c] et Iacob, quorum primus erat rufus et in morem pellis hispidus; qui
ib. 27. adultus factus est vir gnarus et homo agricola. Sequens autem frater eius vir erat
simplex, habitabat in tabernaculis. Unde et mater eum maxime diligebat, cui et
paterna benedictio pleniter perveniebat, fratre eius seniore propter cupiditatem ęscae
ib. 37, 3. primogenitorum[d] honorem perdente. Similiter et pater Iacob Ioseph filium suum
minorem natu super omnes filios suos diligebat, quem scriptura mansuetissimum atque
cf. ib. 47, 12. iustissimum esse testatur, qui patrem suum atque fratres pietate largissima fovebat
ac nutriebat.

Moyses igitur, qui constitutus est a Deo dux populi Israel et cum Deo loquebatur, sicut homo loquitur ad amicum suum, numquid in moribus eius praecipue prae-
*f. 17. Num. 12, 3. dicatur, quod homo fuerit mitissimus ultra omnes *homines qui morabantur in terra?
Deut. 34, 9. Iosue vero minister Moysi, quia per omnia fidelis et devotus atque obediens fuit domino suo, principatum populi Israel divino iudicio electus post Moysen accepit et
cf. 1. Reg. 17, 14. feliciter usque ad finem perduxit. Sic et David minimus inter fratres suos ob hoc
maxime Deo placuit et ad regni culmen pervenit, quia humilitatem, pacientiam ac
mansuetudinem maxime in moribus suis servavit. De quo in psalmo scriptum est:
Ps. 131, 1. 'Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis eius'. Hinc et in Machabeorum
1. Mac. 2, 57. libro legitur: 'David in sua misericordia consecutus est sedem regni in saecula'.
Dan. 6, 23. Annanias Azarias Misael in fide persistentes liberati sunt a flamma. Daniel in sua
simplicitate ereptus est de ore leonum et honoribus sublimatus factus est in regnis
inclitus. Sic videlicet omnes, qui speraverunt in Deum et pacienter eius adiutorium
praestulabantur, nequaquam ab eo sunt deserti.

Quod regiae dignitati[e] honor sit et[f] obędientia ab omnibus deferenda[g], contumatia autem superborum disciplina coercenda.

III. Quod autem regiae dignitati honor sit a subditis offerendus, et quod Deo
displiceat contumatia subditorum[h], ostendit scriptura divina tam in sententiis quam
Exod. 22, 28. *f. 17'. etiam in exemplis. Nam in Exodo scriptum est: 'Diis non detrahes et principi *populi

a) parensuos *C.* b) diluuum *C.* c) fidelicet *C.* d) promogenitorum *C.* e) dignitatis *C.* f) *om. C.* g) deferanda *C.* h) subtitorum *C.*

834

tui non maledices'. Et in Deuteronomio: 'Qui autem, inquit, superbierit, nolens obędire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo et decreto iudicis, Deut. 17, 12. 13. morietur homo ille, et auferas malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit, et nullus deinceps intumescet superbia'. Hinc et Samuel propheta in libro Regum obedientiam ita laudavit dicens[a]: 'Melius est enim obędientia quam victime, et auscul- 1. Reg. 15, 22. 23. tare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere'. Unde in Proverbiis scriptum est: 'Time dominum, fili mi, et regem, et cum detractoribus ne comiscearis, quoniam Prov. 24, 21. 22. repente consurget perditio eorum; et ruinam utriusque quis novit?' Et item: 'Abhomi- ib. 16, 12. 13. nabiles regi qui agunt impiae, quoniam iustitia[b] firmatur solium. Voluntas regum labia iusta; qui recte loquitur, diligetur[c]'.

Denique in evangelio non solum parentes Iesu regi terreno censum solvebant, sed etiam ipse Dominus pro se imperatori tributum solvit, atque aliis idem facere praecepit dicens: 'Reddite ergo quae sunt cesaris[d] cesari et quae sunt Dei Deo'. Matth. 22, 21. Sic et apostolica lectio obędientiam maioribus inpendere nos docet. Nam Petrus in epistola sua scribit dicens: 'Subiecti igitur estote omni humane creature propter Deum, 1. Petr. 2, 13. 14. sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam malorum factorum, laudem vero bonorum'. *Et paulo post: 'Deum, inquit, timete, regem *f. 18. ib. 17. honorificate'. Hinc et doctor gentium ad Romanos scribens ait: 'Omnibus potestatibus Rom. 13, 1–7. sublimioribus subditi[e] estote. Non est enim potestas nisi a Deo. Quae autem sunt a Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi dampnationem adquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac et habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bono. Si autem malum feceris, time. Non enim sine caussa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in ira ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed et propter conscientiam. Ideo enim et tributa prestatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem'.

Superbia ergo et seditio contra principes suos quantum Domino displiceat, ostenditur in actibus Nebroth, qui primus tirannidem exercuit, de quo scriptum est, quod Gen. 10, 9. robustus esset venator coram Domino, et in his qui turrem aedificare conati sunt ad indicium superbiae suae, quorum Deus linguam confudit et destruxit opera, ita ut ib. 11, 7. 8. dispergerentur ab invicem in universum orbem terrarum, necnon et in factis Chore, Dathan et Abiron, qui se elevaverunt et *surrexerunt contra Moysen, ducem populi *f. 18'. Dei, quos inaudito antea iudicio Dominus condempnavit[f], ita ut aperiens[g] terra os Num. 16, 2. 32. 33. suum deglutiret eos et omnia, quae ad illos pertinebant, descenderuntque viventes in infernum. Horum ergo casum atque ruinam pertimescens David unctus iam rex non ausus est levare manum suam contra Saul regem, sed viris illis, qui eum persuaserunt, ut Saul quasi sibi traditum in deserto Engathi vel in deserto Ciph percuteret atque interimeret, respondit dicens: 'Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino 1. Reg. 24, 7. meo christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quoniam christus[h] Domini est'. Et item: 'Quis inquit, extendit manum suam in christum Domini et innocens erit? ib. 26, 9–11. Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, ut moriatur, aut in praelium descendens perierit, propitius sit mihi Dominus, ne extendam manum meam in christum Domini'. Unde et illum iuvenem, qui se plaudebat, quasi occiderit[i] Saul, iussit interficere, dicens ad eum: 'Quare non timuisti mittere manum tuam, ut 2. Reg. 1, 14.

---

a) dicit *C.* b) iustitiae *C.* c) dirigetur *C.* d) cesares *C.* e) subtiti *C.* f) contempnavit *C.* g) operiens *C.* h) christi *C.* i) occideret *C.*

834 occideres christum Domini? Sanguis tuus sit super caput tuum. Os enim tuum locu- 2. Reg. 1, 16. tum est adversum te dicens: 'Ego interfeci christum Domini'. Idcirco liberavit Do- ib. 18. minus David et protegebat eum ab universis hostibus suis eosque, qui insidiabantur anime eius, tradidit in potestatem ipsius; filium quoque eius Absalom, qui in super- ib. 20. biam elatus contra patrem seditionem suscitavit, necnon et tumultuantem[a] Seba filium *f. 19. Bochri in ditionem suam redegit[b], *quatenus cognoscerent omnes, qui fraudem contra dominos suos iniqui moliuntur, quod innocentia iusti validior est astutia malignorum.

Sed et haec licet antiquitus facta veterum prodat historia, tamen huiuscemodi christianis temporibus non desunt exempla. Nam tyranni, qui contra dominos legitimos subita insolentia se aerexerant, non inpuniti evaserant, sed iusto iudicio Dei dampnati poenas condignas luebant. Cuius rei inditia sunt bella famosissima gloriosissimi et fidelissimi imperatoris Theodosii, quae gessit contra Maximum tyrannum, Gratiani domini sui interfectorem fratrisque eius Valentiniani de regno expulsorem, quem sola fide maior, universa autem apparatus belli conparatione minor, sine dolo et sine controversia Theodosius clausit, coepit, occidit[1]. Similiter et contra Arbogastem atque Eugenium infestissimos tyrannos, qui plurimas tam Romanorum quam etiam barbarorum contraxere copias[2] ad invadendum regnum et subvertendum[c] principem; quos utique christianissimus imperator, potentia Dei, non fiducia hominis fretus, magis orationibus quam armis subegit[3]. Cui etiam miracula divinitus conlata palam favebant, ita ut turbo ventorum in hora hostium rueret, et spicula ab ipsis missa in se converteret, scutaque incidens ora *f. 19'. eorum pectoraque graviter verberaret. Unde Eugenius captus *atque interfectus est, Arbogastus vero sua se manu perculit[4]. Sic et in Arcadii, praedicti Theodosii imperatoris filii, temporibus filiique ipsius Theodosii iunioris Gildo comes dispiciens parvam aetatem memorati Theodosii regnum sibi usurpare temptabat; quem contra Mascecel frater suus missus est[5], qui cum recenti cede filiorum suorum, quos Gildo frater eius dolo circumventos[d] interfecit, turbatus esset, tamen magis in divinum auxilium quam in proprias vires confidens, secum sanctos servos Dei aliquot permotos[e] praecibus sumsit, cum his orationibus ieiuniis psalmis[f] dies noctesque continuans sine bello victoriam meruit ac sine cede vindictam. Hoc modo denique cum contra hostium septuaginta milia quinque[g] militum in castris opponeret, sanctus Ambrosius episcopus Mediolanensium ei per somnium apparere[h] visus est, certisque indiciis victoriam praesagare. Unde et confortatus in hostem circumfusum procedit; et cum ad eos, qui primi occurrerunt[i], pia pacis verba iactaret, signiferum quemdam insolenter obsistentem et iam iamque pugnam excitantem[k] gladio percussit in brachio, eumque manu debilem ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. Quo viso relique cohortes deditionem iam fieri priorum estimantes[l], certatim[m] sese ad Mascezelem signis tradidere. Unde conversi[n] barbari, quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum destituti, in diversa fugerunt. Gildo et ipse *f. 20. fugam molitus *arrepta navi in altum profectus, ac deinde revocatus in Affricam est. Post aliquot[o] autem dies strangulatus interiit. Inveniuntur etiam et his similia in aliorum imperatorum vel regum temporibus contigisse. Sed non necesse est coram scientissimis ac rerum omnium peritissimis plura replicare. Tantum haec commemorationis caussa posita sufficiant.

Quod non liceat filiis parentes suos de hereditate et possessione propria expellere atque ab eis aliquid per vim seu fraudem auferre.

IIII. Nec illud[p] etiam praetereundum est, quod non decet filios, cum heredes futuri decernuntur, parentes suos de honoribus suis ac possessionibus proturbare, quia

a) cummultuantem *C.* b) redigit *C.* c) subvestendum *C.* d) circumventus *C.* e) permutos *C.* f) ieiunus psalmus *C.* g) *post* quinque *add.* *C* m1. h) apparare *C.* i) occurrerant *Or.* k) exscitantem *C.* l) existim. *Or.* m) cestatim *C.* n) tradit. conversis *Or.* o) aliquod *C.* p) illut *C.*

1) *Ex Orosii historiar. adv. pagan. l. VII. c. 35, p. 525. 526 ed. Zangemeister.* 2) *ibid. p. 528.* 3) *ibid. p. 528—529.* 4) *ibid. 530. 531.* 5) *Ibid. c. 36 p. 533—535.*

nec hoc divina auctoritas neque sanctorum patrum exempla probant atque consentiunt. 834 Legimus ergo, quod David rex iuberet Sadoch sacerdoti et Nathan prophetae, ut [3. Reg. 1, 32–35.] ordinarent atque unguerent filium suum Salomonem in regem super Israel, constitueritque eum super solium suum. Sed tamen non antea scriptum invenitur confortatum esse Salomonem in regno suo, nisi post patris obitum. Tunc enim scriptura ita dicit: 'Dormivit David cum patribus suis, et sepultus est in civitate David, Salomon autem [ib. 2, 10. 12.] sedit super thronum David patris sui, et fir*matum est regnum eius nimis'. [*f. 20'.]

Sic et ceteri reges semper post patris obitum successisse in regno patribus suis descripti sunt, licet aliqui eorum filios suos sortes regni praeelegerint; sicut Constantinus imperator tres filios suos, Constantinum videlicet, Constantium et Constantem, in diversis orbis partibus caesares constituit, et Theodosius[a] Arcadium et Honorium participes regni sui esse voluit. Omnes tamen illi patribus suis subditi atque subiecti usque ad finem vite eorum perseveraverunt, quia nulla lex, sive divina seu etiam humana, laudat filios per rapinam vel fraudem parentes suos a sedibus suis et possessionibus eicere, sed magis docet ac praecipit cum reverentia et humilitate atque condigno obsequio a patribus futuram hereditatem promerendo sperare. Nam et hoc Dominus noster in evangelio docuit discipulos suos dicens: 'Quicumque voluerit fieri [Marc. 10, 43. 44.] inter vos maior, erit vester minister; et quicumque voluerit inter vos primus esse, erit omnium servus'. Et ut suo hoc exemplo probaret, subiunxit dicens: 'Nam et [ib. v. 45.] filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, et daret animam suam redemtionem pro multis'. Et alibi: 'Non est, inquit, discipulus super magistrum, nec [Matth. 10, 24. 25.] servus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit[b] sicut magister eius, et servus sicut dominus suus'. Apostolus quoque humilitatem Christi nobis praecipue commendavit dicens: 'Hoc sentite in vobis, quod et in Christo Iesu, qui, cum in forma [Phil. 2, 5–11.] Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo, *sed semetipsum [*f. 21.] exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus oboediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus illum exaltavit et donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris'.

Quod malum avaritiae et cupiditatis maxime detestandum sit.

V[c]. Quod autem abhominabilis sit coram Deo qui per avaritiam et cupiditatem terrenarum rerum ius propinquitatis neglegit, ostendit Habacuc[d] propheta dicens: 'Vae [Habac. 2, 15. 16.] qui potum dat amico suo, mittens fel suum et inebrians, ut aspiciat nuditatem eius. Repletus est ignominia pro gloria'. Et item: 'Vae, inquit, qui congregat avaritiam [ib. v. 9. 10.] in malum domui suae, ut sit in excelso nidus eius, et liberari se putat de manu mali. Cogitasti domui tuae confusionem, concidisti populos multos, et peccavit anima tua'. Et iterum: 'Ve, ait, qui aedificat civitatem in sanguinibus et praeparat urbem in [ib. v. 12.] iniquitate'. Hinc et per Salomonem dicitur: 'Vir, qui festinat ditari et aliis invidet, [Prov. 28, 22.] ignorat, quod egestas superveniet ei'. Nam et in Ecclesiaste scriptum est: 'Avaro [Eccli. 10, 9. 10.] nihil est scelestius, et nihil est iniquius quam amare pecuniam. Hic enim et animam *suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua'. [*f. 21'.]

De iustis iudiciis in omnibus rebus et personis observandis.

VI. Quod autem iudicia iusta in omnibus servanda sint, ostendit Dominus in Deuteronomio ita dicens: 'Iudices et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas [Deut. 16, 18–20.]

---

a) theosius *C.* b) sic *C.* c) *om. C.* d) ambacuc *C.*

834 dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, ut iudicent iusto iudicio, nec in
alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera, quia munera excecant
oculos sapientium et mutant verba iustorum. Iuste quod iustum est persequaris, ut
vivas et possideas terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi'. Hinc et per
Zach. 8, 15–17. Zachariam prophetam dicitur: 'Nolite timere. Haec sunt ergo verba quae facietis[a].
Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, veritatem et iudicium pacis iudicate
in portis vestris. Et unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus
vestris, et iuramentum mendax ne diligatis. Omnia enim haec sunt quae odivi, dicit
ib. 7, 9. 10. Dominus'. Et idem: 'Iudicate, inquit, iudicium verum et misericordiam et miserationes
facite, unusquisque cum fratre suo, et vir fratri suo non cogitet malum in corde suo'.
Ier. 21, 12. Hinc et per Hieremiam dicitur: 'Iudicate, inquit, mane iudicium et eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea et succendatur
et non sit qui exstinguat propter malitiam studiorum vestrorum'.

*f. 22. E contrario autem quam sibi detestabilis sit fraus in iudicando, ostendit *Dominus
Isai. 10, 1. 2. per Esaiam dicens: 'Ve qui condunt leges iniquas et scribentes iniusta scripserunt, ut opprimerent in iuditio pauperes et vim facerent cause humilium populi mei'.
ib. 5, 20. 21. Et idem: 'Ve qui dicitis malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem
et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum. Ve qui sapientes
ib. 29, 15. 16. estis in oculis vestris et coram vobismetipsis prudentes'. Et alibi: 'Ve, inquit, qui
profundi estis corde, ut a Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera,
et dicunt: Quis videt nos et quis novit nos? Perversa est enim vestra cogitatio'. Et
ut ostenderet sperantibus in Deum cito ab ipso provenire solacium subiungit dicens:
ib. 19–21. 'Addent mites[b] in Domino letitiam, et pauperes homines in sanctos Israel exultabunt,
quoniam defecit qui praevalebat, consummatus est inlusor et succensi sunt omnes, qui
vigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo et arguentem in
porta subplantabant, et declinaverunt frustra a iusto'.

Item de iniquitate iudicii ac falsis iudicibus Dominus loquitur per Ezechiel dicens:
Ezech. 13, 18–19. 'Vae, qui consuunt pulvillos sub omni cubito[c] manus, et faciunt cervicalia sub capite
universe aetatis ad capiendas animas. Cum caperent animas populi mei, vivificabant
animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei et fragmen
*f. 22'. panis, ut interficerent animas, *quae non moriuntur, et vivificarent animas, quae non
ib. 22. 23. vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis'. Et iterum: 'Pro eo quod merere
fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristavi, et confortastis manus impii,
ut non reverteretur a via sua mala et viveret, propterea vana non videbitis et divinationes non divinabitis amplius, et eruam populum meum de manu vestra, et scietis[d],
Prov. 17, 15. quoniam ego Dominus'. Hinc et in Proverbiis scriptum est: 'Qui iustificat impium
et qui condempnat iustum, abhominabilis uterque est apud Deum'.

Quod omnino de temerariis iudiciis abstinendum sit.

VII. Quod autem temerarium iudicium vitandum sit, ostendit ipsa veritas in
Luc. 6, 37. evangelio dicens: 'Nolite condempnare[e] et non condempnabimini[f]. Nolite iudicare et
Matth. 7, 2. non iudicabimini. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis'. Hinc et
1. Cor. 4, 5. Paulus ait: 'Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit
abscondita tenebrarum et manifestabit[g] consilia cordium. Et tunc laus erit unicuique a
Rom. 14, 10–13. Deo'. Et item: 'Tu autem, inquit, quid iudicas fratrem tuum aut quare spernis fratrem
tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim: Vivo ego dicit
dominus Deus, quoniam mihi flectetur[h] omne genu et omnis lingua confitebitur Do-

a) faciaetis *C.* b) mittens *C.* c) cubitu *C.* d) sietis *C.* e) contempnare *C.* f) contempnabimini *C.* g) manifestavit *C.* h) flectet *C.*

mino. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius 834
invicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, *ne ponatis offendiculum fratri vel scan- *f. 23.
dalum'. Unde et Dominus ipse in evangelio, cum adduxissent ante eum scribe et Ioh. 8, 3. 6.
pharisei mulierem in adulterio deprehensam, non cito sententiam in eam protulit, sed
se prius inclinans digito scribebat in terra, ut nos doceret discretionis normam in
omnibus servare et non temere aliquid agere. Ergo cum aliquid in iuditio agendum
est, debet primum iudex pensare caussam ac factum, et sic recurrere ad praecepta divi-
norum librorum, quia non convenit ei aliquid gerere sine documento divinorum testi-
moniorum et sine exemplo sanctorum patrum, qui spiritu Dei edocti faciebant quae
Deo placita esse noverant. Qui autem aliter fecerit[a], dampnationem sibi adquirit,
cum manifeste apostolus dicat: 'In quo enim alterum iudicas, te ipsum condempnas[b]'. Rom. 2, 1.

De amministratoribus[c] saecularium iudiciorum quid sentiendum sit.

VIII. Denique hinc quidam quaerendum putant de iudicibus saecularibus, cum
reos secundum legem puniunt, aut mortis sententia dampnant, utrum homicidii crimine
obnoxii[d] sint an non. De quo quid sancti patres senserint, palam inveniri potest.
Nam in decretis Innocentii pape[1] ita scriptum est: 'Quaesitum est etiam super his, qui
post baptismum amministraverunt, et aut tormenta sola exercuerunt aut etiam capitalem protulere
sententiam. *De his nihil legimus a maioribus diffinitum. Meminerunt enim a[e] Deo potestates *f. 23'.
has fuisse concessas, et propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum et Dei ministrum
esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderint factum, quod auctore Domino
viderint esse concessum? De his ergo ita, ut hactenus servatum est, sic habeamus, ne aut dis-
ciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsis autem in ratione reddenda
gesta sua omnia servabuntur.' Hinc et sanctus Augustinus[2]: 'Non autem ipse occidit qui
ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius utenti. Et ideo nequaquam contra hoc prae-
ceptum fecerunt, quod dictum est: Non occides, qui Deo auctore bella gesserunt aut personam Exod. 20, 13.
gerentes publice potestatis secundum eius leges, hoc est iustissime rationis imperium, sceleratos
morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam lau-
datus est nomine piaetatis, quod voluit filium nequaquam scelerate, sed oboedienter occidere. Et
merito[f] quaeritur, utrum pro iussu Dei sit habendum, quod Iephte[g] filiam, quae patri occurrit,
occidit, cum id se vovisset immolaturum Deo, quod ei redeunti de praelio victori primitus occur-
risset. Nec Samson aliter excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi
quia hoc spiritus latenter iusserat, qui per illum miracula *faciebat. His igitur exceptis, quos vel *f. 24.
lex iusta generaliter vel ipse fons iustitiae Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem vel se
ipsum vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur.' Beatus quoque Ambrosius[3] ex-
ponens sententiam Pauli apostoli ad Romanos, ubi praecipit potestatibus universis
subditos[h] esse, ita dicit: 'Hic ergo subiectus est[i] potestati, qui se terrore Dei ab his abstinet
quae prohibet. "Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi Rom. 13, 2.
sibi dampnationem adquirunt". Manifestum est, quod unusquisque operibus suis aut iustificabitur
aut condempnabitur[k]. Qui enim audientes legem peccant, inexcusabiles sunt. "Nam qui prin- ib. 3.
cipantur non sunt timori bonis operibus, sed malis." Principes hos reges dicit, qui propter
regendam vitam et prohibenda adversa creantur, Dei habentes imaginem, ut sub uno sint ceteri.
"Vis autem non timere potestatem? Bonum facito et habebis laudem ex illa." Laus ex potestate
tunc surgit, cum quis innocens invenitur. "Dei enim minister est tibi in bono." Manifestum ib. 4.
est ideo rectores datos, ne malum fiat. "Si enim male feceris, time. Non enim sine caussa

a) fecerint *C.* b) contempnas *C.* c) ammistratoribus *C.* d) obnexii *C.* e) *om. C.* f) meritum *C.* g) iepthe *C.* h) subditus *C.* i) es *C.* k) contempnabitur *C.*

1) *Epist. 6 ad Exsuper. c. 7. 8, p. 543 ed. Schoenemann.* 2) *De civit. Dei I c. 21, opp. VII, 21.* 3) *Pseudoambros. ad Rom. c. 13, Ambrosii opp. II app. 98. 99.*

834 Rom. 13, 4. gladium portat". Hoc est ideo comminatur, ut, si fuerit contemtus, vindicet. "Dei minister vindex est in ira in eum qui male agit". Quoniam futurum iudicium Deus statuit et nullum perire vult; hoc in saeculo rectores ordinavit, ut terrore interposito hominibus velut pedagogi sunt, ne in f. 24'. ib. 5. poenam incidant futuri *iudicii. "Ideoque subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam". Recte dicit subiectos esse debere non solum propter iram, id est ultionem prae- ib. 6. sentem (parit enim ira vindictam), sed et propter futurum iudicium, quia si hic evaserint, illic eos poena exspectat, ubi accusante ipsa conscientia punientur. "Nam idcirco tributa penditis. Ministri enim[a] Dei sunt, in hoc ipso servientes". Ideo dicit tributa prestari, vel quae dicuntur fiscalia, ut subiectionem prestent, per quam sciant non se esse liberos, sed sub potestate agere quae ex Deo est, principi enim suo, qui vicem Dei agit, sicut [Deo subiciuntur, sicut][b] dicit Danihel Dan. 4, 14. Matth. 22, 21. propheta: Dei est enim, inquit, regnum et cui vult, dabit illud. Unde et Dominus: Reddite, ait, quae sunt caesaris caesari. Huic ergo subiciendi sunt sicut Deo, cuius subiectionis probatio haec est, cum illi pendunt tributa.'

Propterea quoque sanctos patres non invenimus imperatores, reges atque iudices huius saeculi nec in temporibus legis nec etiam sub gratia novi testamenti pro huiuscemodi negotiis, cum seditiosos armis deprimebant vel sontes capitali sententia plectebant, aut sinodali decreto aut episcoporum iudicio esse condempnatos[c]; quia necesse est, ut qui divino non oboediunt mandato, acriori coerceantur tormento, quatenus lex Dei vim sui[d] iuris obtineat et inproborum caussa infestatio subvertere non praevaleat, sicut in Antiocheno concilio diffinitum est[1], ut, qui ecclesiam conturbare vel sollicitare persisterit, tamquam seditiosus per potestates exteras obprimatur.

*f. 25.

Quod illi, qui se peccatores generaliter fatentur et tamen[e] ab aliis manifeste argui non possunt, nullo modo sunt iudicandi atque dampnandi.

VIIII. At quia de iudiciorum qualitate aliqua iam dicta sunt, nunc requirendum est, utrum is, qui generaliter se fatetur peccasse et tamen in aliquo gravi delicto convinci non potest publice deliquisse, excommunicatione sacerdotali plectendus sit an ne? quia invenimus plures, non solum de minoribus personis et plebe vulgi, sed etiam de sanctis viris, se peccatores coram Deo pronuntiasse, et inde magis veniam ac gratiam Domini, quam offensam promereri.

Num. 14, 18—20. Nam Moyses pro populo orans ad Dominum ait: 'Dominus paciens et multe misericordiae, auferens iniquitatem et scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filiis et tertiam et quartam generationem, dimitte, obsecro, peccatum populi tui secundum magnitudinem misericordiae tuae. Dixitque Dominus: Ps. 31, 5. Dimisi iuxta verbum tuum'. Hinc et psalmista ad Dominum ait: 'Delictum meum cognitum tibi feci, et iniustitias meas non operui. Dixi: pronuntiabo adversum me Ps. 50, 5—7. iniustitias meas Domino, et tu remisisti impietatem cordis mei'. Et item: 'Iniquitatem, ait, meam ego agnosco et delictum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi et malum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis et vincas, cum iudicaris. Ecce Ps. 142, 2. enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis peperit me mater mea'. 'Ne intres in iudicio cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens.' Hinc Iob 14, 4. *f. 25'. et Iob dixit: 'Quis potest facere mundum *de inmundo conceptum semine? Nonne tu, ib. 25, 5. 6. qui solus es?' Et item: 'Astra, inquit, non sunt munda in conspectu Dei, quanto magis Isai. 64, 5. 6. homo putredo et filius hominis vermis?' Hinc et per Esaiam dicitur: 'Ecce tu iratus es, et peccavimus. In ipsis fuimus semper et salvabimur. Facti sumus, ut inmundus omnes nos, quasi pannus menstruate universe iustitiae nostrae'. Hinc et per Ieremiam

a) ministerium *C.* b) Deo — sicut *om. C.* c) contempnatos *C.* d) suę *C.* e) tam *C.*

1) *Cap. 5 (Mansi Concil. coll. II, col. 1322).*

dicitur: 'Scio, Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est, ut ambulet et 834 dirigat gressus suos'. Ier. 10, 23. Et rursum: 'Cognovimus, inquit, Domine, impietates nostras et ib. 14, 20. 21. iniquitates patrum nostrorum; quia peccavimus tibi. Ne nos des in obprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam'. Hinc et Daniel in oratione sua dixit: 'Peccavimus, iniquitatem fecimus, Domine, in omnem iustitiam. Vertatur, obsecro, ira Dan. 9, 15–16. tua et furor tuus a civitate tua Hierusalem et monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra et iniquitates patrum nostrorum Hierusalem et populus tuus in obprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus ib. 18. preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis'. Et paullo post: 'Cum ib. 20–22. adhuc, inquit, loquerer[a] et orarem et confiterer peccata mea et peccata populi mei Israel, ecce vir Gabriel, quem videram in visione in principio, cito volans et tetigit me in tempore sacrificii vespertini et docuit me et locutus est[b] mihi'.

Ecce legislator pro populo peccatore humiles praeces offerens et ad misericordiam iustum iudicem interpellando provocans, veniam peccantibus meruit. Sic et rex atque psalmista *in iniquitatibus se conceptum et in delictis natum commorans pro- *f. 26. cf. Ps. 50, 7. 5. fitetur se agnovisse peccatum suum. Et tamen propter hoc regnum non perdidit, immo iustificationem veraciter promeruit, ac sedem regni tam sibi quam filiis suis perpetualiter confirmavit. Prophetae quoque se peccasse, iniquitatem fecisse, simul cum populo pronuntiaverunt et exaudiri a Domino citius meruerunt, angelicumque oraculum impetraverunt. Quis est qui humilem confessionem caussam esse iuste dampnationis dicere ausus sit, maxime cum sapientia manifeste[c] dicat: 'Qui abscondit Prov. 28, 13. scelera sua, non dirigetur. Qui autem confessus fuerit et reliquerit[d] ea, misericordiam[e] consequetur'. Nam et ipsa veritas in parabola evangelica[f] publicanum pro pec- Luc. 18, 13. 14. catis suis humiliter depraecantem phariseo[g] de propria iustitia arrogante suo iudicio pretulit. Et apostolus Iohannes in epistola sua ita scribit dicens: 'Si dixerimus, quia 1. Ioh. 1, 8. 9. peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata nostra et mundet nos ab omni iniquitate'.

Quod falsa iustificatio nihil prosit, sed maxime obsit abutentibus ea.

X. De falsa enim iustificatione quid sentiendum sit, mox subiungendo ostendit dicens: 'Si dixerimus, quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, et verbum 1. Ioh. 1, 10. eius non est in nobis'. Hinc et in Ecclesiaste scriptum est: 'Non te iustifices ante Eccli. 7, 5. Dominum, quoniam agnitor cordis ipse est et penes[h] regem *noli velle videri[i] sapiens'. *f. 26'. Hinc et Dominus arrogantes et duros corde per Hieremiam increpat dicens: 'Quid Ier. 2, 33. 35. 36. 37. niteris bonam ostendere viam tuam ad querendam dilectionem et dixisti: Absque peccato et innocens ego sum, et propterea avertatur furor tuus a me. Ecce ego iudicio contendam tecum, eo quod dixeris: Non peccavi, quia vilis[k] es facta nimis iterans vias tuas. Obtrivit Dominus confidentiam tuam et nihil habebis prosperum'.

Quod pietas divina veraciter conversis et de praeteritis peccatis paenitudinem agentibus perfectam veniam[l] tribuat.

XI. Quam misericors autem sit Dominus super eos, qui veraciter se per confessionem et paenitentiam convertunt ad eum et sperant in misericordia eius, declarat ipse per Hiezechielem prophetam dicens: 'Iustitia iusti super eum erit, et impietas Ezech. 18, 20–23. impii erit super eum. Si autem impius egerit paenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est et custodierit universa praecepta mea, et fecerit iudicium et iusti-

---

a) loquere *C.* b) es *C.* c) manifestat *C.* d) reliquirit *C.* e) misericordia *C.* f) euuengelica *C.* g) phariseos *C.* h) poenas *C.* i) videris *C.* k) viles *C.* l) venio *C.*

834 tiam, vita vivet et non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua, quam operatus est, vivet. Numquid voluntatis meae est Ezech. 18,30–32. mors impii, dicit dominus Deus, et non, ut convertatur a viis suis et vivat?' 'Convertimini et agite paenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, et non erit vobis in ruinam iniquitas. Proicite a vobis omnes praevaricationes vestras, in quibus praevaricati[a] estis, et facite vobis cor novum et spiritum novum. Et quare moriamini *f. 27. domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit dominus Deus, revertimini *et ib. 33, 12–16. vivite.' Et alibi: 'Impietas impii non nocebit ei, in quacumque die conversus fuerit ab impietate sua; et iustus non poterit vivere in iustitia sua, in quacumque die peccaverit. Etiam si dixero iusto, quod vita vivat, et confisus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitiae eius oblivioni tradentur, et in iniquitate sua, quam operatus est, in ipsa morietur. Sin autem dixero impio: Morte morieris, et egerit paenitentiam a peccato suo, feceritque iudicium et iustitiam, [et][b] pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vite ambulaverit, nec fecerit quidquam iniustum, vita vivet et non morietur. Omnia peccata eius quae peccavit, non inputabuntur ei: iudicium et iustitiam fecit, vita vivet'.

Ideo Novatiani heretici frustra ianuam pietatis superne obcludere paenitentibus nituntur, divine misericordiae sinum[c] ignorantes, cum non solum prophetica lectio, sed etiam evangelii maiestas id ipsum adstruat, quod quicumque pro commissis peccatis digne paenitentiam gerunt, veniam apud clementissimum iudicem peccatorum suorum promerentur. Unde non solum praecursoris Domini vox babtismum paenitentiae in remissionem peccatorum primum praedicando intonuit, sed etiam ipsa veritas primordium praedicationis suae, ut Matheus testatur, de poenitentia agenda inchoavit dicens: Matth. 3, 2. ib. 11, 28. 'Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum caelorum,' et alibi: 'Venite, inquid, ad nos omnes, qui laboratis et honerati estis et ego reficiam vos'. Veraciter enim paenitentibus appropinquat regnum caelorum, quia delentur peccata et appropinquat *f. 27'. *iustitia sempiterna; omnesque qui ad salvatorem nostrum pia intentione veniunt, de peccatorum onere relevati, aeternae refectionis pabulum in caelestis regni beatitudine percipient.

Exortatio ad indulgentiam delinquentium.

XII[d]. Haec tu, sacratissime imperator, et his similia relegens, spernendo iudicia falsa, scias te per fidem rectam et bona facta aditum regni caelestis promereri posse. Nec te deterreat nocentium inproba vanitas, sed magis confortet evangelica veritas, credens in omnibus regi et iudici tuo, qui tibi in terra regnum dedit et in futura vita cf. Ps. 83, 7. bene facienti regnum promisit. Et ideo si quid te in hoc scammate belli et valle lacrimarum atque laborum plenissima[e] perversorum machinatio nocuit, non illud magni pendas, sed ereptori et defensori tuo domino Christo in omnibus gratias agas, qui 1. Reg. 2, 6. Hebr. 12, 6. mortificat et vivificat, flagellat omnem filium quem vult et castigat omnem filium Lev. 19, 18. 19. quem recipit. Meminerisquae illud divinae legis, quo scriptum est: 'Non queras ultionem, nec memor eris iniuriae civium tuorum. Diliges amicum tuum sicut te ipsum. Ego Dominus. Leges meas custodite'. Dicatque tibi simul cum David rege illa mulier sapiens in Regum, quae conpescuit ipsum David a cede Nabal stultissimi ita dicens: 1. Reg. 25, 28–31. 'Aufer iniquitatem famule tuae. Faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia praelia Domini, domine mi, tu praeliaris. Malitia ergo non inveniatur *f. 28. in te omnibus diebus vitae tuae. Si enim surrexit *aliquando homo persequens te et quaerens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium apud dominum Deum tuum. Porro anima inimicorum tuorum rotabitur quasi impetu et circulo funde. Cum ergo fecerit tibi Dominus domino meo omnia, quae locutus

a) praevaricari *C.* b) *om. C.* c) si num *C.* d) *om. C.* e) plenissimo *C.*

est bona de te, et constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultum [834] et in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris'.

Hinc et apostolus ad Romanos taliter loquitur dicens: 'Nolite esse prudentes [Rom. 12, 16–21.] apud vosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, providentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus; si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non vosmetipsos defendentes, karissimi, sed date locum ire. Scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super capud eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum'. De quo et in evangelio ipse Dominus et salvator noster Petro interroganti, quoties fratri [Matth. 18, 22.] in se peccanti dimittere debuisset, si usque septies, sed usque septuagies septies. Et alibi ad discipulos suos ait: 'Dimitte et dimittimini. Date et dabitur vobis. Mensuram [Luc. 6, 37. 38.] bonam et confersam et coagitatam[a] et supereffluentum dabunt in sinum vestrum. Eadem vero mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis'. Et idem: 'Cum stabitis, [Marc. 11, 25. 26.] inquit, ad orationem, dimittite, *si quid habetis adversus aliquem, ut et pater vester, [*f. 28'.] qui in celis est, remittet vobis delicta vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester, qui in caelis est, remittet vobis peccata vestra'. Et ut electos suos pressuram in mundo sustinentes consolaretur, alio loco dicit: 'Beati, qui persecutionem paciuntur [Matth. 5, 10–12.] propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati estis, cum maledixerint vobis et persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos'. 'In pacientia vestra possidebitis [Luc. 21, 19.] animas vestras.' 'Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.' Talia ergo [Matth. 10, 22.] nos facere verbis docuit ipse agnus Dei innocens, qui abstulit peccata mundi, qui [cf. Ioh. 1, 29.] tamquam ovis ad occisionem ductus, non aperuit[b] os suum, sed temptatus, inrisus, flagellatus, alapis cesus[c], consputus, spinis coronatus et ad extremum in cruce confixus, pro persecutoribus suis exoravit, dicens: 'Pater, ignosce illis. Non enim sciunt [Luc. 23, 34.] quid faciunt'. Non ergo mirum, si homo terrenus et fragilis aliqua adversa patitur, cum tanta homo caelestis et innoxius passus est, ut nos utique sanguine suo a peccatis redimeret et exemplo longanimitatis ac pacientiae suae instrueret atque confortaret.

Recipe igitur, pater mitissime, filium tuum poenitentem[1], ut illius patris clementissimi imitator fias, qui filium luxoriosum, in terra aliena totam substantiam suam cum meretricibus dissipantem, novissime *ad se poenitendo reversum, occurrens benignis- [*f. 29. Luc. 15, 22–25.] sime suscepit, et non solum peccata ei indulsit, verum etiam stolam primam illi reddidit, anulum in manu dedit, et calceamenta pedibus inpendit, largissimumque convivium novissime instruens, chorum et simphoniam cum eo laetabundus caelebravit, quia, si imitator eius fueris, procul dubio regnum aeternum perpetualiter cum illo possidebis.

Haec quoque dignitati vestrae, serenissime domine, ego vilis vester homuntio, non quasi sciolus replico, sed quasi devotus famulus ad memoriam reduco, ut, quia plurimi vos proximis temporibus iniuste leserunt, quidam per malitiam, quidam vero per timorem, et quidam per infirmitatem, vos cogitetis, quid maxime Deo placeat et eius sacris testimoniis praecipuae concordet, illudque[d] devota mente faciatis. Credo enim Deo meo, quia vos neque in adversis neque in prosperis umquam dimittat, sed sua defensione munitum, et ab universorum hostium lesione protectum ad aeterne vitae praemia feliciter pervenire concedat.

---

a) coagittatam *C.* b) apperuit *C.* c) cessus *C.* d) illutque *C.*

1) *Lotharium imperatorem, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 106.*

16.

834 *Hrabanus abbas Ludowico imperatori ab eo rogatus librum 40 capitulis distinctum de virtutibus et vitiis dedicat, divinorum librorum sententiis de honore parentum et subiectione potestati a Deo ordinatae exhibenda praemissis*[1]. *834.*

Cod. Biblioth. Palat. Vindobon. 842 (Th. 671) s. IX. fol. 1'—9' (cf. Mich. Denis Codd. bibl. Palat. I, 1027—1031), quem contulit Holder-Egger.

Ed. Wolfg. Lazius, Fragmenta quaedam Caroli Magni (Antverpiae 1560) p. 190—202.

*f. 1'. DOMINO PIISSIMO HLUDOWICO AUGUSTO HONOR ET VICTORIA ET SALUS PERPETUA.

*f. 2. *Quam grata sit ergo Deo omnipotenti fides et humilitas atque modestia, pluri-
Hebr. 11, 6. mis sanctarum scripturarum locis demonstratur; maxime cum apostolus dicat: 'Sine
1. Tim. 5, 8. fide inpossibile est placere Deo'. Et item: 'qui enim, inquit, suorum et maxime
domesticorum curam non habet, fidem negavit et est infideli deterior'. Et Petrus:
1. Petr. 5, 5. 'Adulescentes, inquit, subditi estote senioribus, omnes autem invicem humilitatem insinuate, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam'. Et alibi ipse Do-
Isai. 66, 2. minus dicit: 'Super quem requiescit spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos'. Ideo quam detestabilis sit infidelitas, superbia et contumacia, omnibus patet. Proemium ergo subditis et oboedientibus promittitur, et e contrario poene contumacibus atque superbis praedicuntur. Unde frustra nituntur qui honori vestro invident, religiosissime imperator, iniquisque calumniis vos per-
*f. 2'. secuntur, *cum omnipotentis Dei virtus speranti in se victoriam certam pariat, et superborum contumaciam iuste prosternat.

Quid autem inde canon divinorum librorum[a] sanciat, secundum iussum vestrum sententiis, quae dictanti proxime occurrunt, pandere curabo. Nam in Exodo ita Dominus
Exod. 22, 28. mandat: 'Diis non detrahes et principi populi tui non maledices'. Hinc et in Deutero-
Deut. 17, 12. 13. nomio: 'Qui autem, inquit, superbierit nolens oboedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo et decreto iudicis, morietur homo ille, et auferas malum de Israel, cunctusque populus audiens timebit; et nullus deinceps intumescat superbia'.
1. Reg. 15, 22. 23. Hinc et Samuhel propheta in libro Regum oboedientiam ita laudavit dicens: 'Melior enim est oboedientia quam victime, et auscultare magis quam offerre adipem arietum; quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et quasi scaelus idolatriae nolle ad-
*f. 3. Prov. 24, 21. 22. quiescere'. Unde in Proverbiis scriptum est: *'Time Dominum, fili mi, et regem, et cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum, et ruinam
Eccl. 10, 20. utriusque quis novit?' Et in Ecclesiaste: 'In cogitatione tua ne detrahes regi, et in secreto cubiculi tui ne maledixeris diviti, quia avis caeli portabit vocem tuam, et qui habet pennas, annuntiabit sententiam'. David[2] quoque in libro Regum, quanta reverentia sit regiae dignitati et subiectio ab omnibus adhibenda, ostendit, qui noluit in Saul persequentem manum mittere, sed viris illis, qui eum persuaserunt, ut memoratum regem quasi sibi traditum in deserto Engaddi vel in Zip percuteret atque interimeret, respondit dicens:
1. Reg. 26, 11. 'Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo chrysto Domini'. Et item:
ib. 9. ib. 10. 11. 'Quis, inquit, extendit manum suam in chrystum Domini et innocens erit?' 'Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit, ut moriatur, aut in proelium
*f. 3'. descendens perierit[b], *propitius mihi sit Dominus, ne extendam manum meam in christum

---

a) *abhinc librarius nigriore atramento utitur.* b) *abhinc pallidiore atramento.*

1) *Cf. de hoc opere Ruodolfi Miracula sanctor. Fuldens. c. 15 (SS. XV, 341):* Postea hortatu eiusdem *(sc. Hludvici)* fecit collectarium unum de sententiis divinorum librorum, in quo primum testimoniis divinis probavit observandum esse honorem parentum et subiectionem potestati a Deo ordinatae; deinde de diversis speciebus virtutum et e contrario vitiorum testimonia de auctoritate divina in eodem opere subiunxit, demonstrans, qualiter unicuique ordini in ecclesia Deo militandum sit; quod opus XL capitulis consummavit. 2) *Cf. supra p. 407 v. 38 sqq.*

Domini'. Unde et illum iuvenem, qui se plaudebat, quasi occideret Saul, iussit inter- 834
ficere dicens ad eum: 'Quare non timuisti mittere manum tuam, ut occideres christum 2. Reg. 1, 14.
Domini?' 'Sanguis tuus sit super caput tuum. Os enim tuum locutum est contra te, ib. 16.
dicens: Ego interfeci christum Domini'.

Similiter et alii prophetae atque sancti viri aliquoties leguntur non solum bonis,
sed etiam impiis ac perfidis regibus exhibuisse honorem, et non tantum[a] verbo, immo
etiam facto. Nec hoc metu mortis, sed pura fecere conscientia, quia sciebant pote-
statem non esse nisi a Deo. Unde legitur, quod manus Domini facta sit super Heliam, 3. Reg. 18, 46.
accinctisque lumbis cucurrerit ante Achab, donec veniret in Hiezrahel. Danihel quo-
que Nabuchodonosor regi interpraetans somnium humili voce locutus est ad eum
dicens: 'Tu rex cogitare coepisti in stratu tuo, quid esset futurum post hęc; et qui Dan. 2, 29. 30.
revelat mysteria, ostendit tibi quę *ventura sunt. Mihi quoque non in sapientia, quę *f. 4.
est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est, sed ut[b]
interpraetatio regi[c] manifesta fieret et cogitationes mentis tuae scires'. Sic et in alia
visione cum videret eam aliqua adversa regi portendere, ad eundem leniori sermone
locutus est dicens: 'Domine mi rex, somnium hoc his qui te oderunt, et interpraetatio Dan. 4, 16.
eius hostibus tuis sit'. Et postquam totam ei explicavit visionem, salubre consilium
sine aliquo inproperio peccati sui dedit dicens: 'Quamobrem, rex, consilium meum ib. 4, 24.
placeat tibi, et peccata tua aelemosynis redime et iniquitates tuas misericordiis pau-
perum, forsitan ignoscat Deus delictis tuis'. Simili modo et Hieremias, licet ab
impiis regibus, Ioachim videlicet et Sedechia, male fuisset tractatus, tamen mansuetu- Ier. 36, 26; 37, 14.
dinem ac pacientiam suam non deseruit, sed mitia verba rependit ac blando sermone
utile consilium dedit. Nam ad Sedechiam regem ita *locutus est dicens: 'Audi, quaeso, *f. 4'. Ier. 38, 20.
vocem Domini, quam ego loquor ad te, et bene tibi erit, et vivet anima tua'. Unde
adhuc in Proverbiis Salomon ait: 'Pacientia lenietur[d] princeps, et lingua mollis con- Prov. 25, 15.
fringet duritiam'. Sic et Sapientia alibi docet dicens: 'Admone proximum, antequam com- Eccli. 19, 17. 18.
mineris, et da locum timori altissimi', 'qui enim convicietur amico, dissolvet amicitiam'. ib. 22, 25.

Dominus quidem noster Iesus Christus Dei filius, qui ante omnia secula a patre
Deus genitus est, et in tempore hominis filius fieri dignatus est, ipse non solum Deo
patri oboedientiam inpendit, de quo scriptum est: 'Factus est oboediens patri usque Phil. 2, 8.
ad mortem, mortem autem crucis'. Sed et homini subicere semetipsum non dedignatus
est. Hinc legitur in evangelio, quod, postquam ipse duodenis in Hierusalem a paren- Luc. 2, 42.
tibus suis sedens in medio doctorum, audiens illos et interrogans fuisset inventus,
descenderit cum eis et venerit Naza*reth fieretque subditus illis. Et cum esset rex *f. 5. Luc. 2, 51.
omnium regum, non tamen despexit terreno regi temporaliter subdi. Unde parentes
suos voluit sub censu regali asscribi. Ipseque ab eis, qui didragma ab eo expetebant Matth. 17, 23.
pro se et pro Petro, non vi, sed voluntate iussit illa solvi. Necnon et his, qui se
interrogabant, utrum liceret censum dari caesari annon, respondit dicens: 'Reddite Matth. 22, 21.
quae sunt caesaris caesari et quae sunt Dei Deo'. Qui, quomodo iuniores cum
senioribus suis agere debeant, alibi monstravit. 'Non est, inquit, discipulus super ib. 10, 24. 25.
magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit enim discipulo, ut sit sicut
magister eius'. Petrus autem apostolus, quomodo potestatibus seculi subici oporteat,
in epistola sua ostendit dicens: 'Subiecti estote omni humanę creaturę propter Deum, 1. Petr. 2, 13. 14.
sive regi quasi precellenti, sive ducibus tamquam ab eo missis ad vindictam male-
factorum, laudem vero bonorum'. Docet ergo fideles, *aeterni videlicet regis famulos, *f. 5'.
etiam mundi potestatibus subdi, ne vel in hoc fidei et religioni christianę possit detrahi,
quod per eam humane conditionis iura turbentur. Nam ita potest recte intellegi quod
dictum est 'omni humanae creaturae', ut significetur et fidelibus et incredulis rerum

a) *in loco raso alia, ut videtur, coaeva manu.* b) et *C.* c) regis *C.* d) linietur *C.*

834 dominis, sive etiam omni dignitati hominum, omni personae, omni principatui, cui eos
divina dispositio subditos esse voluerit. Hoc est enim quod ait 'propter Deum', quia
non est potestas nisi a Deo, et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Sic et
1. Petr. 2, 16. 17. idem apostolus in eadem epistola paulo post subiungit dicens: 'Sicut servi Dei omnes
ib. 18. honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate'. Et item: 'Servi,
subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis et modestis, sed etiam
discolis', hoc est indisciplinatis sive agrestibus. Utrisque ergo vult oboedire subditos
et bene moratis et difficilioribus. Sic enim sanctus antistes Fulgentius[1] in opusculis
*f. 6. *suis ponit: Servientes cum timore non tantum bonis et modestis, sed etiam diffici-
lioribus. Igitur si indisciplinatis et difficillimis rerum dominis propter Dei amorem et
conscientiae puritatem iuxta apostolicum preceptum oportet Dei famulos subiectos
esse, quanto magis modestis ac benignissimis principibus decet cum omni humilitate
et reverentia obtemperare, nec aliquid adversus eos perverso consilio aut pravo opere
machinari, quia vindex est Dominus de his omnibus. Hinc et doctor gentium ad
Rom. 13, 1—8. Romanos, qui eo tempore sub perfidis imperatoribus degebant, scribens ait: 'Omnibus
potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est enim potestas nisi a Deo. Quae
autem sunt, a Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.
Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt. Nam principes non sunt timori
boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonum fac et habebis laudem
*f. 6'. ex illa. *Dei enim minister est tibi in bono, si autem malum feceris, time. Non
enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in ira ei qui malum
agit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed et propter con-
scientiam. Ideo enim et tributa pręstatis, ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum ser-
vientes. Reddite omnibus debita: cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui
timorem timorem, cui honorem honorem. Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem
diligatis. Qui enim diligit proximum, legem implevit'. Sola ergo dilectionis causa
Rom. 13, 10. Iac. 2, 10. divina sunt servanda mandata, quia 'plenitudo legis est dilectio'. Et 'qui in uno
offendit, factus est omnium reus'.

Propter Dei ergo timorem et dilectionem fideles oportet potestatibus terrenis
subici ut propter eum, quem sciunt et verbis subiectionem docere et eam propriis
1. Petr. 2, 23. 24. *f. 7. exemplis confirmare, quia, 'cum malediceretur, non remaledicebat; cum percu*tere-
tur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustę, quia peccata nostra
ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiae vivamus',
eius videlicet exemplorum vestigia sequentes, tribulationes in hoc mundo discant
Ps. 16, 4. sustinere iuxta illud psalmistae: 'Propter verba, inquit, labiorum tuorum ego custo-
divi vias duras'. Propter quae verba labiorum Dei, nisi quibus promittit pacientibus
vitam aeternam? Quo autem affectu principes tractandi sint, predictus magister
1. Tim. 2, 1—4. gentium Timotheum ita docens instruit: 'Obsecro igitur primo omnium fieri obsecra-
tiones, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et
omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam agamus in omni
piaetate et castitate. Hoc enim bonum est et acceptum coram salvatore nostro Deo,
qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire'. Ne autem
*f. 7'. 1. Tim. 5, 1. aliqua insolentia *iuniores consurgant adversum maiores prohibens docet: 'Seniorem,
inquit, ne increpaveris, sed obsecra ut patrem, iuvenes ut fratres' et caetera. Et non
1. Tim. 6, 1. 2. multo post: 'Quicumque, ait, sunt sub iugo servitutis, dominos suos omni honore
dignos arbitrentur, ne nomen Domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles
habent dominos, non contempnant, quia fratres sunt, sed magis serviant, quia fideles
sunt et dilecti, qui beneficii participes sunt'. Iustum ergo apud Deum est, ut
minores contemplatione piaetatis suos non contempnant dominos, qui benigne cum illis
agunt, sed multo magis debent eis servire quasi fidelibus, qui et diligi propter ipsud

1) *Ruspensis. Hunc locum non inveni.*

834

debent ab eis, et illa vel maxime causa, qua benigne illis utuntur. Hoc enim dicit, quoniam qui beneficiorum sunt participes, hoc est, qui beneficiis eos sublevare properant contemplatione piaetatis quam exsecuntur. Igitur omnes fideles decet dominis suis atque universis potestatibus Dei ordinatione super se constitutis cum modestia et lenitate subditos esse. Unde et prę*dictus apostolus cum in Actibus apostolorum [*f. 8.] coram Agryppa rege et Festo praeside pro se redderet rationem, verbaque ipsius indigne suscipiens magna voce Festus diceret: 'Insanis, Paule, multae te littere ad insaniam convertunt' [Act. 26, 24.], at ipse non illi contumeliosae, sed mansuetis sermonibus respondit: 'Non insanio, inquit, optime Festę, sed veritatis et sobriaetatis verba loquor. Scit [ib. 25–27.] enim de his rex, ad quem et constanter loquor, latere enim eum nihil horum arbitror, neque enim in angulo quicquam horum gestum est. Credis, Agryppa, prophetis? scio quia credis'. Ad haec cum Agryppa non humiliter, sed superbę respondisset Paulo dicens: 'In modico suades me christianum fieri' [ib. 28.], at ille in coepta mansuetudine perseverans ait: 'Opto apud Deum et in modico et in magno, non tantum te, sed et [ib. 29.] omnes hos, qui audiunt hodie fieri tales, qualis et ergo sum, exceptis vinculis his'.

His ergo et aliis non in paucis sanctarum scripturarum locis probatur, quod regiae dignitati non temere resistendum, sed prudenter atque humiliter per omnia cum ipsa agendum sit. Unde Ecclę*siastes docet dicens: 'Non litiges cum homine potente, [*f. 8'. Eccli. 8, 1. 2.] ne forte incidas in manus illius. Non contendas cum viro locuplete, ne forte contra sistat litem tibi'. Et item: 'Non iudices, inquit, contra iudicem, quoniam secundum [ib. 8, 17.] quod dignum est iudicat'. Et iterum: 'Non te iustifices ante Dominum, quoniam [ib. 7, 5. 6.] agnitor cordis ipse est, et penes regem noli velle videri sapiens. Noli quaerere fieri iudex, nisi videas inrumpere iniquitatem, ne forte extimescas faciem potentis et ponas scandalum in agilitate[a] tua'. Multae sunt ergo in divinis libris huiusmodi sententiae, quae docent subiectos dominorum reverentiam in omnibus habere, quae quidem copiosae colligi possent, si tempus permitteret. Sed quia omni fideli sufficit ad salutem apostolica et prophetica doctrina necnon et evangelica auctoritas, maiestate sua cuncta transcendens, omnibus religiosis et Deum timentibus atque diligentibus satis facit, sufficiant haec pauca collecta de pluribus. Et cum lector *studiosus haec testimonia, [*f. 9.] quae posita sunt, vera esse probaverit, sciat nihil in testamento divino his sententiis refragare[b], sed concorditer cum illis in omnibus veritatem asstruere. Vos ergo, amantissime domine, bonum quod coepistis usque in finem persequi studeatis et misericordiam, quam caelestis iurisperitus docuit dicens: 'Estote misericordes, quia et pater [Luc. 6, 36.] vester caelestis misericors est'. Et item euntes discite, quid sit: 'misericordiam volo [Matth. 12, 7.] et non sacrificium'. Et iterum: 'Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur' [ib. 5, 7.]. Hanc vos semper in corde tenete, hanc sedulo in opere exercete, hanc semper in iudicio exaltate, quia scriptum est: 'Iudicium ei sine misericordia, qui non [Iac. 2, 13.] facit misericordiam'. 'In multis enim offendimus omnes', et quia 'non sani opus habent [ib. 3, 2. Marc. 2, 17.] medico, sed male habentes', vestra piaetas omnibus succurrat, omnibus salutem pariat, ne quis pusillanimitate deficiat, ne quis tristitia frangatur, ne quis desperatione pereat, *sed magis gratiam vestram inveniens salutem integram omnis saucius omnisque con- [*f. 9'.] tritus percipiat, sicque multiplici consolatione populum vestrum relevando atque sanando illius vos discipulum et membrum veraciter esse probabitis, de quo angelus in evangelio testatus est dicens: 'Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum'. [Matth. 1, 21.]

Haec quoque, sacratissime imperator, pauca testimonia de sacra scriptura ideo ad sanctissimam honorificentiam vestram commendandam in hoc opere praeposuimus, quia plura iam in alio libello[1] de eadem re excerpta vobis transmisimus. Ea vero

---

a) aequitate *Vulg.* b) refragrare, r *eraso corr.* refragare *C.*

1) *Librum dicit de reverentia filiorum erga patres et subditorum erga reges, quem supra edidimus p. 404—415. Cf. de utroque Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 105—107.*

c. 834 quae secuntur ad ecclaesiasticam scilicet utilitatem pertinentia similiter de eisdem divinę auctoritatis libris assumendo, non nostris commentis, sed sinceritate ipsius scripturae innitentes, quadraginta capitulis subternexuimus.

*f. 10. *Rure[a] morans flexo decerpsi pollice flores,
Qui mixtim spirant nectar odoriferum.
Arboribus celsis evulsi ex cortice ramos,
Qui foliis myrram, balsama rore dabunt.
Haec quoque collecta calathis cum, lector opime,
Cernas, non spernas, sed relegens teneas.
Hic quoque virtutum redolet gratissimus ordo,
Sordidus et foetor pellitur arte procul.
His tu deliciis frueris si, rite placebis
Altitrono et felix regna beata capis[b].
Collectoris enim nomen si noscere quaeris:
Maurus dicor ego, tu sine fine vale[c].

17a.

Hrabanus Fuldensis abbas Iudithae imperatrici commentarios in libros Iudith et Esther, ut exemplum inde sibi assumat, dedicat. *c. 834.*

Codd. Carolsruhensis Augiensis LXXV s. X. p. 1 (A); Parisinus 2432 s. XII. (P); Monacensis (Ratisbonensis) 13048 s. XII. fol. 57'—58 (M), quos omnes cont. K. Hampe[a]. Extat etiam in cod. Vatic. Palat. 288 s. XII., de quo cf. Steinmeyer Ahd. Gl. IV, 607.

Edd. Mabillon Acta SS. ord. S. B. IV, 2, 42—43 ex codicc. Benigniano et Fontanensi, Bouquet Recueil des histor. des Gaules VI, 355; Migne Patrol. CIX, 539—542.

DOMINAE ELECTAE ET MERITO MAGNAE PIETATIS AB OMNIBUS VENERANDAE ATQUE AMANDAE, IUDITH[b] AUGUSTAE, HRABANUS[c] SERVORUM SERVUS DEI AETERNAM IN CHRISTO SUPPLEX[d] OPTAT SALUTEM.

Cum celsitudo magnitudinis vestrae atque largitio benignitatis[e], quae non solum cf. Matth. 5, 44. amicis, sed etiam inimicis ab ipsius Domini ore instructa prodesse dicit, plurimos sibi faciat devotos, nos etiam quantulacumque pars plebis a Deo vobis commissae sub pietate vestra degentes, devotum cogitamus vobis exhibere obsequium. Qui licet non simus censu pretiosarum opum locupletes, tamen studio sacrarum orationum non sumus omnino vacui, quas incessanter cotidie[f] Deo[g] pro vobis vestroque domino simul ac sobole offerimus, depraecantes, ut ipsius dono diu hic[h] incolomes[i] et in futura vita semper sitis felices atque gaudentes.

De cętero, quia vos comperi[k] laudabili excellere ingenio et sanctarum mulierum, quas scriptura sacra commemorat[l], virtutes ac studium in bono opere imitari, non

---

a) *Hos versus ediderunt Colvenerius (mendose) VI, 179, Lazius p. 191, Dümmler, Poet. lat. aevi Carol. II, 169.* b) capio *C.* c) *Apud Colvenerium adduntur hi versus:*

Huc properate, viri, sitientia corda rigari,
Fons ut cuncta sacris sordida mundet aquis.
Hinc orate Deum votis communibus ultro,
Servet ut hunc famulum tutor ubique suum.

17a. a) *Lemma:* Epistula Hrabani ad Iudith *A*, Incipit epistola Hrabani Mauri ad Iudith augustam. Incipit prologus Hrabani Mauri in expositionem libri Iudith *P*, Incipit prologus Rabani in librum Iudith *M.* b) Iudite *M.* c) Rabanus *M.* d) suplex *M.* e) benegnitatis *corr. in* benign. *M.* f) cottidie *M.* g) *om. A, P, ed.* h) *om. A, M.* i) incolum. *P.* k) compersi *M.* l) conmemorat mo *superscr. M,* laudat *A.*

frustra arbitratus sum quarundam illarum historiam[a] allegorico sensu ad sanctae ecclesiae[b] mysterium[c] a nobis translatam vestro nomini dicare atque transmittere, Iudith videlicet atque Hester[1], quarum unam coȩquatis nomine, alteram dignitate. Quae quidem ob insigne meritum virtutis tam viris quam etiam feminis sunt imitabiles[2], eo quod[d] spiritales hostes animi vigore, et corporales consilii maturitate vicerunt. Sic et vestra[e] nunc laudabilis prudentia, quae iam hostes suos non parva ex parte vicit[f 3], si in bono[g] cepto perseverare atque semetipsam[h] semper meliorare contenderit, cunctos adversarios suos feliciter superabit. Adhuc ergo in agone consistitis atque[i] ideo necesse est divinum implorare auxilium, ut qui suo sanguine mortem vicerat mortisque auctorem captivaverat, in certamine istius mundi veram vobis victoriam pariat; sicque veraciter triumphantes ad aeternae beatitudinis gaudia vos pervenire[k] concedat. c. 834

Accipite[4] ergo Iudith omonimam vestram, castitatis exemplar, et triumphali laude perpetuis eam preconiis declarate, ipsumque super omnia benedicite, qui ei talem virtutem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, insuperabilem superaret. Hester quoque similiter reginam regina in omni pietatis et sanctitatis actione imitabilem vobis ante oculos cordis semper ponite, quatinus[l] illius sanctitatis meritum adȩquantes, de terreno regno ad caelestis regni apicem conscendere[m] valeatis: per ipsius scilicet gratiam, qui illas sanctas mulieres triumphare fecerat, et universam aecclesiam suam, quam ipsae typo prȩferebant, perpetua victoria triumphantem caelestis patriae secum efficiat[n] possessorem, Iesus videlicet, deus et dominus noster, qui vos intus et foris, hic et ubique, nunc et semper custodire dignetur.

Optamus[o] vos bene valere, domina augusta, memorem[p] nostri. Amen[q 5].

17b.

Hrabanus Fuldensis abbas Iudithae imperatrici commentarium in librum Esther mittit. c. 834.

Codd. Genevensis 22 s. X. fol. 37, quem cont. E. Favre V. Cl. (G); Veronensis capit. LXVIII (65) s. X. fol. 33—33', cont. O. Cartellieri (V); Carolsruhensis Augiensis LXXV s. X. p. 1 (A); Monacensis (Ratisbonensis) 13048 s. XII. fol. 93' (M), utrumque cont. K. Hampe. Extat etiam in cod. Parisino nouv. acquis. 1461 s. XI.[a]

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 279; Migne Patrol. CIX, 635—636.

Liber Hester, quem Ebrei inter agiographa[b] annumerant, multipliciter Christi et aecclesie sacramenta[c] in mysterio continet, quia[d] ipsa Hester[6] in aecclesiae typo populum de periculo liberat et interfecto Aman, qui interpretatur[e] iniquitas, partes convivii et diem cele-

---

a) istor. *P*, hyst. *M*. b) aeclesiae *A*. c) mister. *P*. d) pro *corr. in marg.* quod *A*. e) nunc vestra *M*. f) vicerat *A*, *M*, *ed*. g) sinbono *M*. h) semetipsum *corr. in* -ipsam *A*. i) ac *P*, *M*. k) vos *add. iter. M*. l) quatenus *A*. m) conscenderet t *eraso A*. n) efficiet *A*. o) Optamus — nostri *om. A*. p) memor *P*. q) *om. A*, *P*, Explicit prologus *add. P*.

17b. a) *Lemma:* Prologus Hrabani ad Iudith *A*, Incipit prologus *G*, *V*, Prologus Rabani in librum Hester *M*. b) agiografo *A*, agiografa *V*. c) sacra sacramenta *V*. d) qua *V*. e) interprȩt. *V*.

1) *Cf. Ruodolfi Mirac. Fuld. c. 15:* Scripsit praeterea expositionem in historiam Iudith librum I. et in historiam Hester similiter librum I., quos tradidit Iudith augustae. *Versus acrostichos et mesostichos ad Iuditham augustam, qui ad hunc commentarium pertinent, edidi Poet. Carol. II. 165. 166.* 2) *Cf. Hieronymi prologum in libr. Iud., opp. X, 23.* 3) *Hrabanus hic vel ad annum 831. vel, quod magis probandum videtur, 834. respexit, in quibus Iudith ab inimicis liberata est.* 4) Accipite — declarate *ex prologo, Hieron. opp. X, 21—22.* 5) *In fine commentarii addit P hos versus fol. 28:*

Qui Iudith egregiam, meritis facieque decoram
Lascivum docuit superare viriliter hostem,
Vos doceat, fratres, viciorum tergere sordes.

6) *Ex Hieronymi ep. 53 ad Paulinum c. 7, opp. I, 279.*

c. 834—838 brem[a] mittit in posteros. Hunc quidem librum asserit sacrae historiae[b] interpres[1] de archivis Ebreorum[c] relevatum[d] verbum a verbo expressius se transtulisse. Attamen ea quae in editione vulgata repperit, non poenitus pretermisit, sed Ebraica veritate plena fide expressa cętera quae extrinsecus invenit iuxta finem libri addendo subiunxit.

Nos autem ea, quae ex Ebreorum[c] fonte prolata[e] sunt, allegorico sensu exposuimus, caetera vero quae ex Grecorum lingua et litteris insuper addita sunt et ab ipso interprete oboelo[f] prenotata exponere pretermisimus, sed horum sensum studiosus lector, cum anteriora bene rimaverit, satis agnoscere poterit.

Tú autem, ó nobilissima regina, cum sacramenta divina in expositis bene agnoveris, in cęteris quid sentiendum sit, rite censebis.

Deus omnipotens, qui illius reginę mentem ad relevandas[g] populi sui calamitates erexerat, te simili studio laborantem ad ęterni regni gaudia perducere dignetur.

18.

Hrabanus Fuldensis abbas Ludowico regi iuniori, quem ipse cognoverat, expositionem in librum Paralipomenon spirituali sensu compositam dedicat. Meminit commentariorum in libros Regum, quos annis aliquot ante et Hildvino abbati et Ludowico imperatori obtulerat. *c. 834—838.*

Codd. Monacensis (Frisingensis) 6262[2] *s. IX. fol. 1—2 (M); Guelferbytan. inter Weissenburgenses 21 s. X. fol. 2 (W); Oxoniensis Balliol 168 fol. 2—4 s. XII. ex. (O); Vatican. Palat. 197* (Monast. b. Marie Magdalene in Franckentall) *fol. min. s. XII. fol. 111 (P); Parisinus Nouv. acquis. 1462 (Cluni 46) s. X., ubi initium deest (C)*[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 145; Migne Patrol. CIX, 279—282.

DOMINO GLORIOSISSIMO ET GRATIA DEI PLENISSIMO, IN VERAQUE[b] RELIGIONE EXCELLENTISSIMO HLUDOWICO[c] REGI HRABANUS, VILISSIMUS SERVORUM DEI SERVUS, FLEXIS GENIBUS AETERNAM OPTAT IN CHRISTO SALUTEM.

Cum sępius iamdudum per alios audirem in cultu pietatis vos esse devotissimum atque strenuissimum[d] Dei famulum, et postmodum ipse presentialiter viderem[3] atque probarem id verum esse, quod antea solo auditu perceperam, cogitavi aliquod servitium, ut amantissimo[e] decet domino, vobis exhibere: quod etiam vestrae nobilitatis in divinis legibus potuisset nostro labore aliquo modo florens exercere ingenium, divinaque sacrorum librorum[f] testimonia rimando, regni gubernacula secundum patrum precedentium exempla legitime tenenda instruere.

Idcirco decrevi expositiunculam[g] nostram in librum Paralipomenon[h], quem[4] Ebrei[i] Dabreiamin nuncupant, hoc est verba dierum, vestrae dilectioni offerre, licet non condignam tante excellentiae, tamen non ingratam[k] vestrae benivolentiae, ut haberetis quoddam obsequium ex nostra parvitate vestro ordini decentissimum.

---

a) caelebrem *G.* b) hyst. *M,* histerię *V.* c) Hebr. *M.* d) elevatum *V.* e) prolatu *corr. in* prolata *A.* f) obelo *M.* g) revelandas *G,* liberandas *ed.*

18. a) *Lemma:* Incipit prologus domini *(om. O)* Rabani (Hrabani *O*) Mauri in librum (libro *O*) Paralipomenon *P, O.* b) verraque *corr. in* veraque *M.* c) Hludew. *P,* Ludow. *O.* d) strennuiss. n *eraso M.* e) amantissimum . . dominum *O.* f) laborum *M.* g) exposiciunc. *P.* h) paralibpom. *M,* paralipem. *O.* i) Hebr. *P.* k) ingratiam *M.*

1) *Hieronymi prolog. in libr. Esther, opp. IX, 1565—1566.* 2) *In fol. 1 legitur:* Liber iste est sancte Marie sanctique Corbiniani Frisinge. 3) *Wormatiae aestate a. 829., cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches ed. alt. I, 52. Hrabanus haec eo tantum tempore scribere potuit, in quo pater et filius concordes existebant i. e. inter annos 834. et 838.* 4) *Cf. Hieronymi opp. ed. Vallarsius IX, 1407.*

c. 834—838

Fas enim erat, ut regi christianissimo[a] et in divinis preceptis studiosissimo historia[b] regum Iuda, hoc est confitentium[1], cum spiritali sensu aliquantulum explanata offerretur[c]. Nam quia populum ecclesiasticum filii Dei pretioso[d] sanguine redemptum et in confessione nominis Dei assuetissimum, vestra nobilis ad servitium Dei regit prudentia, ideo bene convenit piissimo principi, hoc est rectori membrorum veri regis Christi, unigeniti videlicet Dei, ritum regiminis secundum divinam scripturam habere et agere, maxime cum sapientia, quae in ipsis litteris[e] manifestissime elucet, ammonens dicat: 'Per me reges regnant et conditores legum iusta decernunt'. Et item: 'Concupiscentia, inquit, sapientiae deducet ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus et stematibus, reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum[f] regnetis'. [Prov. 8, 15. Sap. 6, 21. 22.] Accipite ergo regum priorum historiam[g] et[h] sensum spiritalem ad gratiam Christi pertinentem super omnia in illa[i] amate. Lex enim Dei spiritalis est, et revelatione opus est, ut intellegatur, ac revelata facie gloriam Dei contemplemur. Unde in Apocalipsin[k] liber septem signaculis signatus ostenditur, quem nemo aperit, nisi ille reserat[l] qui habet clavem David, qui aperit, et nemo claudit; claudit et nemo aperit'. [Apoc. 3, 7.]

Quapropter sciendum est, quod inter ceteras[m] scripturas veteris testamenti presens historia[g] Paralipomenon[n] non ignobilem locum tenet; de qua divinorum librorum peritissimus interpres beatus Hieronimus ita ait[2]: 'Paralipomenon[n] itaque liber, id est instrumenti veteris epitoma, tantus ac talis est, ut absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, se ipsum inrideat[o]. Per singula quippe nomina iuncturasque verborum et pretermissę in Regum libris tanguntur historiae[g], et innumerabiles explicantur evangelii questiones'.

Haec igitur[p] ideo commemoravi, ut sciat lector, quam utilis est ipse liber ad scrutandum[q] et ad intellegendum, non quod ego, quasi doctus magister, per omnia ipsius mysteria[r] indagare aut explanare potuissem, sed, patrum vestigia sequens, ea quę explanata ab eis inveni, vel ad similitudinem sensus eorum gratia Dei annuente per me investigare potui, in ordinem disposui atque in unum opusculum colligere curavi. Non enim longos florentesque tractatus, in quibus plausibilis ludit oratio, sed commentarios in divinas historias[s] scribere decrevi, quorum officium est preterire manifesta, obscura disserere[t].

Ante annos enim aliquot rogatu Hildoini abbatis in Regum libros[3] secundum sensum catholicorum patrum quattuor commentariorum libros edidi[u], quos et sacratissimo genitori vestro[v] Hludowico[w] imperatori pręsentialiter in nostro monasterio tradidi[4], in quibus, sicut et in presenti opere feci, Iosephi Iudęorum historici[g] narrationem, necnon et Hebrei[x] cuiusdam[5], modernis temporibus in legis scientia florentis, opiniones plerisque in locis interposui, sed non ita, ut quasi lectorem invitum[y] ad ipsorum traditionis[z] adsensum[a] pertraherem, sed magis iudicio ac probationi[b] ipsius illa derelinquens.

Ceterum si haec aliquos offenderint, non nostrę est culpę, sed forsitan ipsorum perversi iudicii, qui magis volunt aliena opuscula carpere, quam sua condere, qui odio nominis nostri non res, sed personas considerant, magisque aliorum silentium quam

---

a) crist. *W*, krist. *M*. b) hyst. *P, O*, historiam *M*. c) offeretur *O*. d) prec. *P, O*. e) liter. *P*. f) imperpetuum *W*. g) hyst. *P, O*. h) *hic incipit C, priore folio avulso*. i) illam *pro* in illa *C, O*. k) apocalipsi *P*, apocalipsin n *del. C*. l) *corr. in* reseret *P, C*. m) *om. P, C, O*. n) Paralipemenon *W, C*. o) irrideat *W, P, O*. p) ergo *P, ed.* q) scructandum *O*. r) mist. *P*. s) hyst. *W, P, O*. t) deserere *M*. u) ędidi *W*. v) vestri *C*. w) Hludew. *P*, Ludow. *O*. x) Ebrei *O*. y) in unum *O*. z) tradic. *C*, traditiones *corr. in* -nis *M*. a) assensum *P, C, O*. b) probationis *W*.

1) *Cf. Hieronymi opp. ed. Vallarsius I, 179, III, 12.* 2) *Epist. ad Paulin. § 7, opp. I, 279.* 3) *Cf. supra p. 402.* 4) *Cf. carmen ad Ludowicum datum, quod edidi Poet. Carol. II, 164; Ruodolfi mirac. SS. Fuld. c. 15:* similiter Hludowico imperatore hortante in Paralipomenon dedit libros IIII. *Anno 832. imperatorem Fuldam venisse coniecit Simson (Ludwig der Fr. II, 21 n. 11).* 5) *Cf. supra p. 403 n. 1.*

c. 834—838 nostrum studium probant. Nos enim simpliciter ea quae invenimus posuimus. Nostrum est citare[a] testes, ipsorum de fide testium iudicare. Tu autem, rex nobilissime, contra invidorum morsus nos defende et fidei scuto atque framea divini zeli tuos protege, quia qualescumque sumus, vestri devoti famuli sumus et adiutores in gratia Dei.

Divina potestas et aeterna Christi maiestas hic et ubique, nunc et in[b] perpetuum vos feliciter regnantes[c] conservare dignetur[d].

19.

Hrabanus Fuldensis abbas Gerolto archidiacono commentarium in libros Machabeorum rogatu eius compositum mittit, commentario in libros Paralipomenon Ludowico regi reservato. *c. 834—838.*

Codd. Monacensis (S. Emmerammi) 14046 s. IX. fol. 1—1' (E); Einsiedlensis 185 s. IX. p. 1 (H), quem cont. P. Gabr. Meier; Monacensis (Ratisbonensis) 13048 s. XII. fol. 116' (R); Vindobonensis 741 (Theol. 135) s. XII. fol. 69—69' (V); Parisinus 2434 s. XIII. in. fol. 1 (P); Berolinensis Theol. fol. 8 s. XIV. fol. 1 (B)[a]. *Extat etiam in cod. Monac. (Tegernseensi) 18187 s. XI. f. 1'—2 cod. E simillimo.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius IV, 380—381; Migne Patrol. CIX, 1127—1128.

REVERENTISSIMO[b] ET OMNI HONORE[c] DIGNISSIMO GEROLTO[d] SACRI PALATII ARCHIDIACONO[1] HRABANUS[e] VILIS SERVORUM DEI SERVUS IN CHRISTO SALUTEM.

829 Memini me in palatio Wangionum[f] civitatis constitutum[2] tecum habere sermonem de eminentia sanctarum scripturarum et de difficultate divinarum historiarum, in quibus non solum per aliquanta loca propter varietatem rerum et situm provintiarum obscurus est sensus, quin[g] etiam per tropos figurarum occultus est intellectus.

Et quia[h] eodem tempore commentarios in libros[i] Regum nuper a nobis editos venerabili abbati[k] Hiltwino[l] tradideram, tu quidem parvitatem meam exhortatus[m] es, quatinus[n] in libros Paralipomenon[o] atque[p] Machabeorum commentarios iuxta vestigia maiorum pari studio condiderim[q]. Feci quantum potui et prioris libri expositionem Hludowico[r] regi editam dedi[3], sequentis vero tuae sanctitati tradendam[s] reservavi, ut petitio[t] tua non esset vana neque haberes me suggillandum quasi[u] tibi roganti nollem conferre quod aliis gratis contulerim[v]. Proinde quia iam confectum opus habes, utere eo sicut[w] decet servum Christi cum communione multorum et quod solus impetraveras ad plurimorum utilitatem pervenire facias.

De cetero quoque volo sanctitatem[x] tuam scire, quod ipsum opus ideo partim de divina historia[y], partim de Iosephi Iudeorum historici[y] traditione[z], partim vero de aliarum gentium historiis[y] contexui, ut quia[a] non tantum gentis Iudeae ac principum

---

a) cytare *O.* b) im *W.* c) *om. M.* d) Explicit prologus *add. P. In folio 147 codicis M secuntur haec:* Omnis labor finem habet. Ego Waltheri presbiter indignus scripsi iussione senioris nostri Annonis episcopi[4] ad laudem Dei et gloriam nominis sui.

19. a) *Lemma:* Item alia epistola Rabani ad Geroldum archidiaconum (dyac. *R*) *R, V.* b) domino *add. B.* c) caritatis officio *H, P, B, ed.,* laude honore *R.* d) Geroldo *R, V, B, ed.* e) Rabanus *E, R, P, V, B.* f) Wargiorum *P.* g) verum *E, V,* quin et *ed.* h) quod *H, P.* i) libro *B.* k) abbat *R.* l) Hiltiwino *H,* Hildvino *R,* Hildiwino *B.* m) exortus h *et* ta *superscr. H.* n) quitinus *corr. in* quatin. *E,* quatenus *H, P, V.* o) paralipemenon *E,* paralypom. *P,* paralip. *corr. in* paralyp. *H.* p) in *add. H.* q) conderem *R, B, ed.* r) Ludowico *V, R,* Lodewico *B.* s) tradendum *H.* t) peticio *V, R.* u) quod *ed.* v) contuleram *V, R.* w) decet sicut *R.* x) scire sanctit. tuam *H.* y) istoria *corr. sec. man.* hyst. *H,* hyst. *R.* z) tradic. *V, R.* a) qui *H.*

1) *Ruodolf. Mirac. sanct. Fuld. c. 15 l. l.:* librum quoque Machabaeorum priorem, petente Geroldo archidiacono, libellis II explanavit, sequentem vero libello uno. 2) *Hic de anno 829. agi recte vidit Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 72, cf. Simson, Ludwig der Fr. I, 322.* 3) *Cf. supra p. 422 n. 3. Utraque epistola igitur eodem fere tempore scripta sit oportet.* 4) *a. 855—875.*

eius, sed et aliarum gentium similiter in ipso libro mentio fit ex multorum librorum c. 835 — c. 840
conlatione[a] veritas sacrae historiae pateat et sensus narrationis eius lectori lucidior fiat.

Tu vero si quid in memorato opere tibi gratum atque utile inveneris, largitori omnium bonorum inde gratias referas. Si quid autem reprehensibile in eo[b] perspexeris, nostrae infirmitati et inperitiae[c] deputes et apud clementem iudicem veniam impetrare nobis per sacras orationes festines, sicque optimo largitori dignum honorem et fragili opifici oportunum[d] conferes[e] solatium.

Fraternitatem[f] tuam divina maiestas prosperis successibus pollentem et aeternae[g] beatitudinis gaudia promerentem omni tempore nostri memorem conservare dignetur. Amen[h].

20.

Hrabanus Fuldensis abbas Otgario Moguntiacensi archiepiscopo commentarium de libro Sapientiae 3 libris comprehensum dono dat, alium mox de Ecclesiastico se missurum esse pollicitus. *c. 835 — c. 840.*

Codd. Vaticanus Palatin. 294 s. IX. fol. 1—2 (V), quem contulit V. Cl. R. Arnold; Oxoniensis Bodleianae Laudian. Miscell. 390 s. XI. f. 1'—2'(O), contulit Hampe; Monacensis (quondam Ratisbonensis) 13048 s. XII. fol. 1—2, cont. Hampe (R); Bambergensis B. V. 22 (75) s. X. (B)[a]*, quem cont. V. Cl. Leitschuh.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 362; Migne Patrol. CIX, 671—672.

DOMINO REVERENTISSIMO ET CULTU SINCERISSIMAE CARITATIS OBSERVANDO SANCTO VIRO ET OMNI HONORE DIGNISSIMO, OTGARIO[b] ARCHIEPISCOPO[1], HRABANUS IN CHRISTO SALUTEM.

Quotienscumque presentiam tuam, beatissime pater, cogito, suavi semper delectatione reficior, reminiscens mansuetudinis et humilitatis, modestiae atque temperantiae[c], quae precipue in tua sanctitate vigent, ita ut ex hoc veraciter agnoscaris eius esse
imitator, qui discipulis suis precepit dicens: 'Discite a me, quia mitis sum et humilis Matth. 11, 29.
corde'. Unde quoque plurimi sacra dilectione incitati ad obsequium venerationis tuae concurrunt[d] et quodcumque officii possunt, devota mente offerre cupiunt.

Hinc etiam ego, licet terrenarum rerum opes non habeam, quia[e] ea solummodo possideo, quae ad sanctorum et[f] pauperum Christi necessitatem sublevandam pertinent, tamen hoc, quod ex divina gratia percepi, sacris divitiis, quas habundanter[g] habes in sapientia et scientia divinae[h] legis, voluntaria liberalitate quoddam munusculum addendum contuli, optans valde, ut quotienscumque sacro conspectui tuo illud presentetur[i], mei recorderis et si quid utilitatis in eo repperias[k], tam tuo quam tuorum etiam[l] usui aptare digneris.

Est siquidem munus, de quo loquor, presens volumen, quod in explanationem libri Sapientiae, qui a plerisque Salomonis nomine inscribitur, nuper edidi. Quem tamen beatus Hieronimus[m 2] asserit[3] non a Salomone, ut usus habet, sed a Filóne doctissimo quodam Iudeo fuisse conscriptum, quem pseudógraphum[n] prenotavit, propterea quod usurpationem[o]

---

a) *sec. man. corr.* collat. *H.* b) esse *add. B, ed.* c) impericię *V*, impericie *B.* d) dignum *B.* e) conferes *corr. man. s. IX.* conferas *H.* f) franitertatem *B.* g) aeterna *E.* h) *om. B, ed.*

20. a) *Lemma:* Incipit prologus Rabani in librum Sapientię *R*, Prologus incipit Rabani ad archiepiscopum Othgarium de libro sapientiae *O.* b) Othgario *O, ed.* c) temp'erantie *R.* d) concurrerunt *B*, cucurrerunt *ed.* e) qui *O.* f) *om. R, ed.* g) abund. *O, V, B, ed.* h) divina *B.* i) presentatur *R.* k) reper. *B.* l) *om. V*, et. tuor. *B, ed.* m) Ieronimus *R.* n) pseusógraphum *R.* o) usurpatione *B.*

1) *Moguntiacensi 826—847, cf. Ruodolfi Mirac. c. 15:* Librum quoque qui nuncupatur Sapientiae hortatu Otgarii archiepiscopi in III libellis, prout potuit, enodavit. 2) Hieronimus — resplendens *ex Cassiodori de institut. divin. liter. c. 5, opp. ed. Garetius II, 542.* 3) *Opp. IX, 1293.*

c. 835 — c. 840 nominis sibi[a] vendicet[b] alterius. Cuius voluminis expositionem presbiter Bellator octo libris[c] se adsumpsisse testatus est. De quo et pater Augustinus[d] et sanctus Ambrosius omeliarum[e] nomine nonnulla dixerunt. Cuius[f] quoque libri dictio est suavissima et revera nominis sui dignitate resplendens atque ad instruendam ecclesiam[g] Dei utilissima, licet supra memoratus divinae legis interpres Hieronimus[h] dicat[1] eundem librum apud Hebreos[i] nusquam haberi, sed Grecam magis redolere eloquentiam, nec inter canonicas scripturas apud[k] antiquos recipi[l], ut Iudith[m] et Tobí et Machabeorum libros, quos et moderno tempore inter scripturas sacras sancta enumerat ecclesia[g] legitque eos in publico sicut ceteras scripturas canonicas, frequenterque orthodoxi doctores eiusdem sententiis in dogmatibus suis utuntur.

Verum cur ego ad exponendum hunc librum laborem adsumpserim, hec causa fuit, quia nullius[n] antea super totum librum expositionem inveni, licet presbiter praedictus Bellator octo libros in eo se fecisse, ut predixi, commemoret. Sed haec hactenus[o] ad nos non pervenerunt. Ego autem hoc opus meum tribus libellis perstrinxi, quatenus[p] aliquantam intellegentiam[q] in mysteriis predicti libri avido lectori darem, ceterum perfectiora perfectioribus reservans.

Tu autem, religiosissime Christi antestis[r], utere munere a devoto tibi famulo conlato[s] et si quid in eo gratum repperias[t], Dei dono solummodo asscribas[u]; si quid autem reprehensibile, meae imperitiae[v] atque infirmitati magis hoc deputes quam malitie[w], et quomodo emendandum sit, mihi remandare non tardes; orationibusque apud[x] divinam pietatem meam inbecillitatem[y] subleves, ut qui mihi iam dedit velle et aliquo modo incipere, ipse donet omnia secundum voluntatem suam perficere[z]. Nec hoc celandum arbitror reverentiam tuam, quod aliud opus habeo in manibus, hoc est explanationem libri ecclesiastici[a], quem Iesu filii Sirach[b] nuncupant[c], et multa continet Christi et ecclesiae[d] sacramenta. Hoc quoque cum, Domino volente, ad finem perduxero, si presens munus primum a tua sanctitate grataner acceptum fuerit, mox benivola[e] mente tibi dirigere curabo[f].

Sancta Deus Trinitas et indivisa unitas dilectionem tuam inlaesam[g] et incontaminatam in aeternum conservare dignetur, sancte pater, memorem[h] nostri[i].

21.

Hrabanus Fuldensis abbas Otgario archiepiscopo Moguntiacensi post explanationem in Sapientiae librum commentarium in Ecclesiasticum decem libris confectum mittit.

c. 835 — c. 840.

Codd. Paris. lat. nouv. acqu. 1461 (Cluni 36) s. XI. in. fol. 1 (P), Divionensis 66 (47) s. XII. fol. 1, quem cont. V. Cl. Guignard bibliothecarius (D); cod. cathedral. Dunelmensis t. III, 28 c. 1300. scr. (Liber ecclesie sancti Cuthberti communi armariolo conventus Dunelmensis in perpetuum assignatus ex dono fratris Godefridi de Kyppier, cuius anime propicietur Deus. Amen.) *continet excerpta tantum epistolae. Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 394; Migne Patrol. CIX, 763—764.*

---

a) portat *Cass.*, portet *V pro* sibi vend. b) vind. *B.* c) se lib. *R.* d) Agustinus *R.* e) homeliarum *O*, omeliarum *B.* f) Huius *R.* g) ęccles. *O.* h) Ieronimus *R.* i) Ebreos *B.* k) aput *R.* l) recepi *B.* m) Iudit *R.* n) nullus *O, B*, nullam *ed.* o) actenus *V, B.* p) quatinus *O.* q) intellig. *R, B.* r) antistes *O, R, B.* s) collato *O, R.* t) repereris *R*, reper. *B.* u) ascribas *O*, attribuas *R.* v) inper. *B.* w) malicie *R.* x) aput *R.* y) imbec. *O, R.* z) perfecte *V, O, ed.* a) ęccles. *O*, aeccles. *B.* b) Syrach *O.* c) nuncupavit *al. man. corr. in* nuncupant *R.* d) ęcclesię *O*, aeccl. *B.* e) benevola *O.* f) festinabo *R*, conabor *ed.* g) illesam *R.* h) memor sis *ed.* i) amen *add. R.*

1) *Opp. IX, 1295.*

DOMINO IN DOMINO DOMINORUM DILECTISSIMO, OTGARIO ARCHIEPISCOPO[1], HRABANUS[a] PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM. c. 835 — c. 840

Sciens benivolam intentionem tuam et studium in Christi servitio nobilissimum, qui fide et cultu ecclesiam Dei non ignobiliter ornas, apposui quidem ego vilissimus servorum Christi servus aliquod solatium tuae, sancte pater, impendere sollertiae[b], in explanatione videlicet divinarum scripturarum, ut voto tuo satisfacerem et ecclesiae Christi debitum servitium exhiberem. Unde etiam explanatiunculam, quam tribus libellis in Sapientiae librum, qui vulgo appellatur Salomonis, edidi, tuae venerationi pridem direxi[2]. Et nunc opusculum, quod in expositione libri Iesu[c] filii Sirach[d], qui Ecclesiasticus nuncupatur, decem libris nuper confeci, simili devotione offero, ut summus sacerdos Christi et architectus divini aedificii domum sapientiae, quam ipsa sibi fundavit, atque in septem columnis[e] erexit, scriptis ecclesiasticis pro modo tibi a Deo (cf. Prov. 9, 1.) concesso adornares et lucrum gregis Dei amplificares. Nec aliud instrumentum ad hoc aptius esse putavi, quam quod ipsa Sapientia suo nomine et arte dicavit: quod in superficie quoque et in medulla virtutem tenet scientiae et pietatis, sicut in prohemio precedentis libri et in capite presentis declaratur. Dicit[f] enim beatus Hieronimus in prologo, quem[g] interpretatione voluminum Salomonis ad Chromatium[h] et Eliodorum episcopos conscripsit[3], hunc[i] librum Iesu[c] filii Sirach[k] se apud Hebreos repperisse non Ecclesiasticum, ut apud Latinos, sed Parabolas prenotatum. Cui iuncti erant Ecclesiastes et Canticum[l] canticorum, ut similitudinem[m] Salomonis[n] non solum[o] librorum numero, sed et materiarum genere coequaret. Alterum[p] vero, hoc est Sapientiae librum, nusquam apud ipsos Ebreos repperisse[q]. Sed magis illum[m] Grecam redolere[r] eloquentiam, quam et[m] nonnulli Filonis esse affirmant.

Praeterea[s] notandum, quod ille liber Salomonis, qui dicitur Ecclesiastes, et iste Iesu[c] filii Sirach[t], qui Ecclesiasticus nuncupatur[u], ad instructionem ecclesię Dei, hoc est populi christiani, sunt utilissimi: quorum priorem contionatorem possumus dicere, alterum vero congregatorem seu collectorem. Sed[4] inter Ecclesiasten et inter Ecclesiasticum istam patres posuere distantiam, quod Ecclesiastes ad Christum dominum maxime[v] debet referri, Ecclesiasticus vero cuicumque iusto praedicatori potest absolute congruere, qui ecclesiam Domini sanctissimis solet[w] monitis congregare: quod utique praesentem librum fecisse manifestum est. Qui propter excellentiam virtutum suarum panarethos, id est virtutum[x] omnium capax, appellatur[y]. Cuius tanta claritas tantaque latinitas est, ut sibi textus ipse commenta sint[z]. Atque utinam quam cito mente capitur, tam facili actuum qualitate redderetur![a] Huius ergo libri lectio frequens apud te sit, sancte pater, et testimoniorum eius assidua[b] meditatio, quatenus[c] cogitatio, quae tecum pro honore gradus et virtutum merito incessabiliter conversatur, assidue verbum Dei audiat et disciplinarum utilitatem intellegat[d] atque servare discat. Ut homo Dei semper sit paratus ad omne opus bonum, et religio christiana et vita fidelium plene clarescat, glorificeturque Deus per omnia in omnibus.

---

21. a) rabanus r *in* ras. *P.* b) sollerciae *D.* c) Hiesu *P,* Ihesu *D.* d) Syr. *D.* e) columpnis *D.* f) Item alius prologus in ecclesiasticum secundum Rabanum. *Inscriptio in C.* g) in *add. D.* h) Chromac. *D.* i) *Hic incipit C.* k) Syrach *D,* Syrach dicit se Ieronymus apud *C.* l) cantica *C.* m) *om. C.* n) Salomonem *C.* o) modo *C.* p) Librum vero sapientie non repperisse apud eos *C pro* Alterum — reperisse. q) reper. *P.* r) redolore *corr.* redolere *man. post. P.* s) Ecclesiasticus vero sicut et Ecclesiastes ecclesie utilissimus est, qui congregator vel collector interpretatur, sicut ille concionator. Sed ecclesiastes ad Christum refertur et ad quemlibet predicatorem. Ecclesiasticus *C pro* Praeterea — manifestum est. t) syrac *D.* u) noncupatur *P.* v) solummodo *Cass.* w) solent *D.* x) omnium virtutum *C.* y) quem . . πανάρετον . . capacem appellant *Cass.* z) ipse sibi comenta sit. Explicit prologus Rabani *finit C,* commentarius sit *ed.* a) reddatur *Cass.* b) *corr. ex* assidia *P.* c) quatin. *D.* d) intellig. *D.*

1) *Cf. Ruodolfi Mirac. c. 15:* Et librum Iesu filii Sirach qui appellatur Ecclesiasticus X libris similiter elucidavit. 2) *Cf. supra p. 425.* 3) *Opp. ed. Vallarsius IX, 1293. 1294.* 4) Sed inter — reddatur (redderetur) *ex Cassiodori de instit. divin. litter. c. 5, opp. ed. Garetius II, 542.*

840 De cętero quoque moneo lectorem, si eius prudentiae alicubi in hoc opere nostro vel sensus displiceat vel oratio sordescat, non nos temerario iudicio cito reprehendat, sed magis infirmitati et ignorantiae veniam tribuat, sciatque loca ibi esse difficilia et diversis enigmatibus valde obscura, unde debet ignoscere labori nostro, aut, si quid melius potuerit invenire, nos in eius sententiam paratos sciat transire. Dummodo noverit veniam, quam nobis illum[a] optamus tribuere, se ab aliis, ubi indiget, aliquando
Matth. 7, 2. accepturum. Scriptum est enim: 'In quo iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis'.

Sancta Deus Trinitas beatitudinem vestram ubique et in omnibus conservare dignetur, sancte pater, memorem nostri[b].

22.

Hrabanus Fuldensis abbas Notingo electo episcopo, quocum in expeditione bellica convenerat, opusculum rogatu eius de praedestinatione confectum mittit. *840.*

Cod. Amiatinus[1] *bibl. Laurent. Florent. 3 fol. 74 s. XI.*[a], *quem copiose descr. Bandini Bibl. Leopold. I, 637—694; contulit V. Cl. Davidsohn.*

Edd. Ughelli Ital. sacra III, 675, ed. 2 III, 592—608; Sirmond opp. var. II, 999—1018; Migne CXII, 1530—1554.

VIRO VENERABILI ET OMNI HONORE DIGNISSIMO NOTINGO ELECTO EPISCOPO[2] HRÁBBANUS IN CHRISTO SALUTEM.

Nuper quando ad serenissimum imperatorem Hludowicum[3] in transitu expeditionis hostilis in pago Loganae venisti[b], et ibidem mecum locutus de heresi[4], quam quidam de predestinatione Dei inique contendunt[c] errantes et alios in errorem mittentes, sermonem habuisti, convenit inter nos, ut e divinis scripturis et de orthodoxorum patrum sententiis aliquod opusculum conficerem ad convincendum errorem eorum, qui de Deo bono et iusto tam nequiter sentiunt, ut dicunt eius predestinationem facere, quod nec homo ad vitam predestinatus possit in mortem incidere, nec ad mortem predestinatus ullo modo se possit ad vitam recuperare, cum auctor omnium rerum et conditor naturarum Deus nullius ruinę atque interitus causa sit, sed multorum origo salutis.

Proinde accipe nunc opusculum, quod tibi rogaveras a nostra exiguitate confici. Et si quid in eo gratum atque catholico sensu explicitum reppereris, ei hoc tribuas, a quo omne bonum esse scias, meque noveris quicquid eius gratia possim tuę karitati utilitatis conferre, per omnia et in omnibus paratum esse.

Vale et amantem te dilige nostręque parvitatis in sacris orationibus memor fieri non omitte[d]. Explicit prefatio[5].

---

a) opt. illum *D.* b) mei *superscr.* vel nostri *D.* Explicit prephatio *add. D.*

22. a) *hoc argumentum habet:* In hoc volumine continentur opuscula Rabbani Mauri archiepiscopi de predestinatione ad petitum Nóctingi Brixiensis episcopi. Item eiusdem epistola de predestinatione ad Heberardum ducem cum testimonio de libro beati Prósperi. b) Logana evenisti *C.* c) condunt *lib. de trib. epist.* d) omitto *C.*

1) *Hunc codicem Theobaldum Clusinum episcopum a Hrabano amico impetratum deinde abbatiae Amiatinae dono dedisse contendit quidem Ughellius (ed. 2, III, 592), sed minime probavit; posterioris sane est aetatis.* 2) *Cf. Ruodolfi Mirac. Fuld. c. 15:* Ad Notingum quoque episcopum Veronensem de praescientia ac praedestinatione Dei, de gratia et libero arbitrio scripsit librum I, in quo quid recte sentiendum esset ostendit. *Notingus, de quo a. 843. Aug. 22. in Lotharii cartis dicitur:* per Notingum Veronensis ecclesie vocatum episcopum *(Mühlbacher Reg. 1070. 1071), postea Brixiensis consecratus est, cf. Translat. S. Calixti c. 1 (SS. XV, 418 sq.).* 3) *Pium (ut Mabillon, Acta SS. IV, 2, 43 iam vidit), in expeditione hostili vere anni 840. contra Ludowicum filium ducta, cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 332 adn. 2, Schrörs Hinkmar p. 97 n. 41.* 4) *Verba* De heresi — salutis *laudat auctor libri ecclesiae Lugdunensis de tribus epistolis c. 41 (Bibl. patr. Lugdun. XV, 689), in cuius capitulis 41—47 Hrabani epistola ad Notingum examinatur et refutatur.* 5) *Hrabani epistola his verbis finitur:* Ecce habes, dilectissime frater, quod petisti: sensum orthodoxorum atque catholicorum patrum breviter in uno libello

23.

Hrabanus Fuldensis abbas Lupo Ferrariensi abbati, contubernii quondam inter eos habiti memor, collectarium iussu eius in Pauli apostoli epistolas compositum mittit, quod ex patribus tantum, nihilo ex suo sensu addito, excerpserat. c. 840—841. c.840—841

Codd. latent[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius V, 169—170; Baluzius, Servati Lupi opp. ed. 2 inter elogia; Migne CXI, 1273—1276.

VENERANDO FRATRI ET COMMILITONI LUPO CHRISTI MINISTRO HRABANUS SERVUS SERVORUM DEI IN DOMINO SALUTEM.

Postquam desiderabili praesentia tua corporaliter carui, in animo, crede mihi, dilectione tua numquam vacuus fui, sed sedulo revolvens studium, quod habebas in meditatione divinae legis, et modestiam morum, quibus inter nos[1] conversans non parum multis amabilis eras, petitionis tuae necnon et sponsionis meae memor, collectarium in epistolas Pauli apostoli, prout potui, confeci[2]. In quo, quantum mihi licuit et possibilitas sivit, adiuvantibus etiam consortibus lectionis nostrae, ex sanctorum patrum dictis in unum collegi quod illi in diversis opusculis suis, prout oportunitas tractatus postulabat, posuere. Quorum scripta, quia iuxta copiosam facundiam eorum latam expositionem habuerunt, brevitati studens excerpsi inde quae necessaria putavi; ut si cui hoc opus nostrum legere voluntas esset, diversorum doctorum sensus continuatim positos inveniret. Cui autem displicuisset, ipse de purissimis fontibus catholicorum expositorum in suis locis qui aeque vellet hauriret.

Nemo enim eum nostri laboris usum habere cogit invitum, quia studiosis tantum laboravi, non fastidiosis. Melius enim mihi videtur, ut sine invidia nominis mei et dispectu operis absque rancore tranquilla mente legat ea, quae sibi prodesse credit, quam cum reprehensione atque irrisione alieni operis crimen detractionis incurrat, atque animae suae peccati mortem Deum offendendo inde acquirat. Illum autem, qui lectione nostra uti elegit, admoneo, ut ubicumque conspexerit auctorum nomina, quorum dicta ex libris suis excerpsi, forinsecus in pagina singulis literis aut binis seu etiam ternis praenotata non pigeat eum in legendo coram aliis illa pronunciare, ne forte auditorem confundat, cum nescierit, quis hoc vel illud ediderit, et alterius[b] scripta arbitretur, quam se veritas habet. Sunt enim eorum sensus in aliquibus concordantes, in aliquibus vero discrepantes. Unde necessarium reor, ut intentus auditor per lectorem

---

23. a) *Cod. Monac. lat. 8108 saec. X. continet huius expositionis libros V—VIII, cod. Cantabrig. collegii Pembroke s. IX. 2588 libros IX—XIX, ut Neil bibliothecarius me docuit.* b) alternis *Colv., corr. Bal.*

constructum, de praescientia et praedestinatione, de gratia et libero arbitrio, restat ut credas ac confitearis, immo firma fide et sana doctrina aliis praedices quod credant et intellegant, Deum praescisse bonos et malos futuros, bonos autem tantum, ut vitam aeternam accipiant, praedestinasse, malos vero in aeternum perituros tantum praescisse, non praedestinasse. Gratia autem Dei quotquot salvi fierent salutem adipisci. Libero autem arbitrio, quod per primi hominis lapsum corruptum fuerat, cum divina bonitas illud secundum suum placitum regere voluerint, mercedem promereri posse perpetuam. Cum autem homo ille abutitur per superbiam, non gloria eius, sed poena dignum esse perpetua. Occulta autem atque secreta Dei, quae soli patent cognitioni divinae, neminem scrutari debere, ne plus volens Rom. 12, 3. sapere quam oportet sapere, pro veritate falsitatem et pro recta fide maximum errorem sequendo in interitum décidat sempiternum.

1) *sc. Fuldae cf. supra p. 397 v. 37, Lupi epistolam ad Einhardum datam (p. 55 ed. Desdevises):* Nam a praefato episcopo *(sc. Aldrico Senonensi, qui anno 836. obiit)* ad venerabilem Rhabanum directus sum, uti ab eo ingressum caperem divinarum scripturarum. *Anno 840. die 22. Nov. mensis Lupus abbas factus est, secundum A. Giry, Études d' histoire déd. à Monod p. 116, sed ego potius id anno 841. accidisse crediderim.* 2) *Ruodolfi Mirac. sanctor. Fuld. c. 15 l. l.:* in epistolas quoque Pauli hortatu Lupi diaconi collectaneum fecit, colligens de diversis opusculis sanctorum patrum sententias eorum et in ordinem disponens in XXX libris illum determinavit.

c. 841 primum recitata singulorum auctorum nomina ante scripta sua audiat, quatenus sciat, quid in lectione apostolica unusquisque senserit, sicque in mentem suam plurima coacervans possit[a] de singulis iudicare, quid sibi utile sit inde sumere. Doctores enim ipsi omnes catholici fuerunt excepto Origene, cuius tamen sententias tantummodo, quas catholico sensu prolatas credidi, sumpsi, caeteras autem praetermisi. Nec ex meo sensu in hoc opere plura protuli, sicut in aliis opusculis meis feci, credens sobrio lectori sufficere quod in patrum sententiis editum repererit.

De caetero quoque amabilem caritatem tuam deprecor, ut tu ipse pro peccatis meis apud[b] Dominum intercedas, id ipsumque fraterno tibi amore coniunctos facere horteris, quatenus per vestra suffragia veniam delictorum meorum apud divinam clementiam accipere merear et in futura vita cum electis Dei requiem sempiternam[1].

Beatitudinem tuam, sancte frater, aeterna Christi maiestas sacris virtutibus pollentem in aeternum conservare dignetur.

24.

Hrabanus Fuldensis abbas Samueli Wormatiensi episcopo collectarium in Pauli apostoli epistolas, Lupi monachi rogatu compositum, describendum mittit eumque ut pro valetudine sua preces faciat petit. *c. 841.*

Codd. latent.

Edd. Opp. ed. Colvenerius V, 169; Migne Patrol. CXI, 1273—1274.

DOMINO SANCTO ET MERITO VENERABILI SAMUELI EPISCOPO[2] HRABANUS, MINIMUS SERVORUM DEI IN CHRISTO SALUTEM.

Ex quo vos primum vidi et cognovi ingenii vestri excellentiam morumque temperantiam sensi, semper vos cordis intentione amare studui et dulcissimos amicos habere elegi. Ideo aliquotiens verbis, aliquotiens etiam scriptis de divinarum scripturarum studiis, quarum lectio semper mihi dulcis erat, collationem vobiscum habui. Nunc autem, quia audivi quandam partem laboris mei, quem in expositionem sacrarum scripturarum, prout potui, elaboravi, vos habere velle et maxime in epistolas beati Pauli apostoli, transmisi sanctitati vestrae quendam collectarium de sanctorum patrum opusculis in easdem epistolas, quem nuper, rogante Lupo monacho atque tunc diacono[3], confeci, ut vestro desiderio satisfacerem et aliorum utilitatibus, qui volunt nostri laboris participes esse, consulerem. Nec vobis tedium prolixitas operis facere debet, quod in triginta libris consummatum est, quia non aliter predictorum patrum sensus ad purum explicare valui, nisi eorum dicta, prout ab ipsis edita sunt, integra ponerem, ne forte, si quid indiscrete abstraherem, sensus eorum intelligentiam confunderem.

Accipite ergo foenus vobis commissum et per scriptores strenuos iubete illud citius in membrana excipere, ut, si quid vobis utilitatis possit inde conferri, in promptu habeatis; et nobis quod nostrum est otius restituatis, ne aliis optatum cibum edentibus nostri apostolicorum dapium inedia diutius ieiuni remaneant. Parata enim sunt

---

23. a) potest *Colv., corr. Bal.* b) apud *add. Bal.*

1) *Cf. Lupi epistolam 40 ad Hrabanum datam (ed. Desdevises p. 85):* Vestra igitur benivolentia me unaque congregationem michi creditam sacris orationibus, quaeso, commendare dignetur, ut, sicut studia mea plurimum eruditione adiuvistis, sic officii difficultatem assiduis precibus temperetis. 2) *Wormatiensi, ad quem Hrabanus etiam carmina complura edidit, cf. Poet. Carol. II, 188—191. Samuelem una cum Hrabano, cuius aequalis fuisse videtur, apud Alcvinum versatum esse docent hi versus:* Quod quondam docuit Albinus rite magister, | Hoc pectus teneat, hoc opus omne probet *(p. 190). Samuel obiit anno 855. vel 856. (Ann. Fuld. ed. Kurze p. 46; Ann. necrol. Fuld. 856, SS. XIII, 177), VIII. Id. Febr. (ibid. 166), episcopatui Wormatiensi iam a. 840. praeerat, cf. Ebbonis restitutionem (Capitul. reg. Francor. II, 112).* 3) *Lupus igitur tunc abbas nondum fuit aut Hrabanus eum abbatem creatum esse nondum compertum habuit.*

DRUOGONI SUMMO PONTIFICI · HRABANUS 2
FAMULUS XPI SALUTEM ·

Postquam per nos transeuntes abistis cogitaui
mecum de hoc quod mihi praesentialiter retulistis
qualiter quidam ex occidentalibus; epis senserint
de cor eporum ordine· & quod quidam eorum re
ordinar& illos qui temporibus antecessorum suorū
a bcor episcopis ordinati sunt presbiteros atque
diaconos necnon & aecclesias ab eis similiter con
secratas· profanans omnem scificationem pristinā
quasi non legitimam quā tamen cum consensu atq;
praecepto episcoporum suorum ipsi corepi pp&ra
uerunt; Unde & scismata in aecclesia xpi oriuntur
cum rectores populi di in doctrina sua ab inuicem
discrepant· alii dicentes licere corepiscopis cum
consensu atque praecepto maiorum suorum hoc
est praesulum ciuitatum sub quibus ipsi degunt
manus baptizatis inponere ut accipiant spm scm
presbiterosque atque diaconos necnon & ceteros
gradus aecclesiae ordinare· Alii uero affirmantes
nullo modo eis hoc ministerium compe&ere sed
tantum illis episcopis qui urbibus praesunt· ex
quo uidelicet excitantur secte· inuidiae· irae·



vobis nostra omnia, ut quaecumque inde vultis accipere vel quocumque tempore ea desideretis habere, absque retractatione, prout possibilitas sinit, vestrae per omnia obtemperent voluntati. Tantum adsit nobis vestra provisio, ut ea a nobis exquirantur, quae possibilitas nos praestare posse censeat et impossibilitas aliqua conferre non contradicat. c. 830—842

De caetero autem nolo vos ignorare, quod in praesenti anno valida aegritudine laborabam, ex qua etiam adhuc penitus absolutus non sum. Unde obsecro dilectionem vestram, ut adiuvetis me sacris orationibus apud omnipotentem medicum, qui vulnerat et sanat, mortificat et vivificat, ut non me secundum mea merita poenis afficiat debitis, sed secundum magnam misericordiam suam me, remissis omnibus delictis, faciat dono gratiae suae in suis gaudere beneficiis et sub eius dispensatione vitam praesentem ita transigere, qualiter aeternae vitae, quae in conspectu gloriae eius est, particeps existam. Optimum enim mihi sit omnibus diebus vitae meae hic et in futuro, nunc et semper, sub eius gubernatione vivere et ipsius voluntati in omnibus deservire. Iob 5, 18. 1. Reg. 2, 6.

Opto vos bene valere semper et in sacris virtutibus cotidie proficere, sancte pater, memor esto nostri.

25.

Hrabanus Fuldensis abbas epistola ad Drogonem Mettensem archiepiscopum data de munere et iuribus chorepiscoporum agit eosque ab episcoporum occidentalium invidia tuetur. *c. 830—842.*

Codd. Parisinus 2443 saec. IX. fol. 2—13, in cuius fol. 1 haec leguntur: Thiotmar corepiscopus adquisivit[1] *(P), quem contulit Hampe; Vatican. Palatin. 576 s. X. fol. 19—26 (V), quem cont. R. Arnold; cf. Codd. Palat. I, p. 190.*

Edd. Labbe Coll. concilior. VIII, col. 1852—1860 ex V (= Harduin V, 1417, Mansi XVI, 872—880, Migne CX, 1195—1206); Baluzius ex P in De Marca Concordia sacerdot. et imp. ed. 3, Francofurti 1261—1270 (= Hartzheim Concil. Germ. II, 219—225).

*DRUOGONI[a] SUMMO PONTIFICI[2] HRABANUS FAMULUS CHRISTI SALUTEM. *P f. 2.

Postquam per nos transeuntes abistis, cogitavi mecum de hoc quod mihi praesentialiter retulistis, qualiter quidam ex[b] occidentalibus episcopis senserint[c] de corepiscoporum[d] ordine, et quod quidam eorum reordinaret illos, qui temporibus antecessorum suorum ab[e] corepiscopis ordinati sunt, presbiteros atque diaconos necnon et aecclesias ab eis similiter consecratas, profanans[f] omnem sanctificationem pristinam quasi non legitimam, quam tamen cum consensu atque praecepto episcoporum suorum ipsi corepiscopi perpetraverunt.

Unde et scismata in aecclesia Christi oriuntur, cum rectores populi Dei in doctrina sua ab invicem discrepant: alii dicentes licere corepiscopis cum consensu atque[g] praecepto maiorum suorum, hoc est praesulum civitatum, sub quibus ipsi degunt, manus baptizatis inponere[h], ut accipiant Spiritum sanctum, presbiterosque atque diaconos necnon et ceteros gradus[i] aecclesiae ordinare; alii vero affirmantes nullo modo eis hoc

---

25. a) Opusculum Hrabani, si liceat chorepiscopis presbiteros aut diaconos ordinare cum consensu episcopi sui *V pro* Druogoni — salutem. b) de *V.* c) senserunt *V.* d) chorep. *V passim.* e) a *V.* f) profanantes *V.* g) et *V.* h) impon. *V.* i) eccl. grad. *V.*

1) *chorepiscopus scil., Hrabani amicus, qui obiit a. 857. Alia manus c. 1300. subscripsit:* Wolframus Dei gratia episcopus Herb dilecto in Christo patri. 2) *archiepiscopo Mettensi, 823—855, cf. Ruodolfi Mirac. Fuldens. c. 15:* quorum *(sc. opusculorum)* unum est de corepiscoporum ordinatione, super quo ad Drugonem archiepiscopum scripsit librum unum. *De tempore huius epistolae definiendo alii alia censuerunt, sed eam non post annum 842. scribi potuisse ex loco Ruodolfi modo allato satis elucet, immo eam non multo post concilium Parisiacense a. 829. celebratum (l. I c. 31, Mansi XIV, 556) compositam esse existimaverim. Anno 836. Drogo pro Hrabano apud imperatorem intercessit, cf. Mühlbacher Reg. nr. 923.*

c.830—842 ministerium competere, sed tantum illis episcopis, qui urbibus praesunt. Ex quo vide- cf. Gal. 5, 20. *f. 2'. licet[a] excitantur secte, invidiae, irae, *rixae, aemulationes, dissensiones, contentiones, per quae multi de populo videntes magistrorum dissensionem non mediocriter scandalizantur.

Non enim huiusmodi litigatores illam concordiam apostolicam sequuntur, de qua Phil. 2, 1—4. Philippenses Paulus obsecrat dicens: 'Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus[b], si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitrantes, non quae sua sunt singuli[c] considerantes, sed ea quae aliorum sunt'[d]. Unde et ipse volens iuniores suos auditoribus commendare et non dispectos[e], 1. Cor. 4, 16. 17. sed acceptabiles reddere, Corinthios per[f] epistolam suam admonet dicens: 'Rogo ergo vos, fratres, imitatores mei estote[g]. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus et fidelis in Domino, qui vos commonefaciat vias meas, quae sunt in Christo 1. Cor. 16, 10. 11. Iesu, sicut ubique et[h] in omni aecclesia doceo'. Et rursum: 'Si autem, inquid, venerit Timotheus, videte, ut sine timore sit apud vos, opus enim Domini operatur sicut et *f. 3. ego. Ne quis ergo illum spernat, deducite illum in pace, ut veniat *ad me, exspecto[i] enim illum cum fratribus'. Philipensibus[k] quoque de eodem Timotheo ita scripsit Phil. 2, 20—22. dicens: 'Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quae sua sunt quaerunt, non quae sunt Christi Iesu. Experimentum autem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius mecum servivit in evangelio'. Nam et[l] praeceptum humilitatis ut claret ab ipsa veritate sumpsit, quae in evangelio Luc. 22, 25. 26. discipulos de primatu contendentes instruxit dicens: 'Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos benefici vocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior et qui precessor est sicut ministrator'. Et suo[m] ib. 27. exemplo eos confirmans[n] sequitur dicens: 'Ego autem in medio vestri[o] sum, sicut qui Matth. 20, 28. ministrat, filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare et dare animam suam redemptionem pro multis'.

Habebant enim ipsi apostoli adiutores in praedicatione evangelii Christi, qui etiam ordinationes fecerunt ex preceptis eorum. Unde legitur in codice, quem Damasus papa de episcopis Romane aecclesiae petente Hieronimo presbitero conscripsit[1], *f. 3'. *quod Linus et Cletus ex praecepto beati Petri ordinationes presbiterorum fecerint[p], cum tamen post passionem Petri non illi, sed Clemens in honorem cathedrae successerit, ipso eidem tradente principe apostolorum, sicut epistola eiusdem Clementis, scripta ex mandato Petri, ad Iacobum fratrem Domini testatur[2]. Hinc reor, quod usus corepiscoporum primum originem sumpserit et hactenus in aecclesia catholica retineatur, ut ipsi corepiscopi a propriis episcopis suis ordinati iuxta praeceptum eorum diaconos et presbiteros ac ceteros gradus ordinent, atque reliqua sacerdotalis[q] officii peragant.

---

a) videlicent *P.* b) spiritualis *V.* c) consid. sing. *V.* d) *om. V.* e) desp. *V passim.* f) per — suam *om. V.* g) sicut et ego Christi *add. Vulg.* h) *om. V, Vulg.* i) expecto *V.* k) Philipensibus — angelis *om. V.* l) Hoc autem *V pro* Nam et. m) suo eos ex. *V.* n) informans *V.* o) vestrum *V.* p) fecerunt *V.* q) officia sacerdotalia *V.*

1) *Lib. pontifical. ed. Duchesne I, 118; hunc locum respexisse videtur Pseudoisidorus, Decreta Iohannis III papae, ed. Hinschius p. 716. 717:* Sic autem Petrus princeps apostolorum adiutores sibi ascivit Linum et Cletum, non tamen potestatem pontificii aut ligandi vel solvendi normam eis tradidit, sed successori suo sancto Clementi, qui sedem apostolicam post eum et potestatem pontificalem tradente sibi b. Petro tenere promeruit. Linus vero et Cletus ministrabant exteriora, princeps autem apostolorum Petrus verbo et orationi insistebat et quae non incongrue ad traditionem Spiritus sancti per manus inpositionem pertinent . . . Linum namque et Cletum nihil legitur umquam egisse ex pontificali ministerio potestative, sed quantum eis a b. Petro praecipiebatur, tantum solummodo agebant, *cf. ibid. p. CCII.* 2) *Leonis opp. edd. Ballerini III, 455, Jaffé Nr. 10.*

Unde miror, quomodo isti, qui hanc contentionem movent, ordinem corepiscopo- c. 830—842 rum tantum dispiciant, ut poene eis nihil amplius[a] dignitate presbiterorum tribuant, cum hoc nec novorum nec antiquorum nec etiam ipsis apostolorum dogmatibus consuetudinibusque conveniat, sed in sensu simul ac dogmate dissentiat. Claret enim hoc, quod in his non ratio et humilitas, sed invidia atque superbia dominentur, ita ut dispectis cooperatoribus suis ipsi soli potentes ac sanctificatione pollentes videri appetant; et hoc quod sancti patres propter[b] concordiam *et unionem singulis dignitati- *f. 4. bus conscripserunt, ipsis[c] magis dampnationem noxiam quam discretam dispositionem esse putent.

Praecipiunt enim sacri canones, qualiter unusquisque ordo mensuram suam custodiat a minimo usque ad maximum et minor gradus maiori semper subditus fiat, ita ut diaconi absque episcopo vel presbitero baptizare non presumant, nisi praedictis fortassis officiis longius constitutis necessitas extrema conpellat et ut gratiam sacre communionis post presbiteros accipiant diaconi[d], aut episcopo eis aut presbitero porrigente, sed nec sedere in medio presbiterorum diaconis liceat, nec etiam coram presbitero sedere audeant, sed iussione presbiteri sedeant. Similiter quoque mandant, ut diaconis honor exhibeatur ab[e] obsequentibus, id est subdiaconis et omnibus clericis. De presbiteris vero in decretis Gelasii papae ita scriptum est[1]: 'Nec minus etiam presbiteros contra suum[f] modum tendere prohibemus nec episcopali fastigio debita sibimet audacter assumere nec[g] conficiendi crismatis, non[h] consignationis pontificalis adhibende sibimet arripere *facultatem, non praesente quolibet antestite[i], nisi fortasse iubeatur, vel orationis vel actionis *f. 4'. sacrae subpetere sibi presumat esse licentiam; neque sub eius aspectu, nisi iubeatur aut sedere praesumat[k], aut venerabilia tractare mysteria; nec sibi meminerit ulla ratione concedi sine summo pontifice subdiaconum vel acolitum[l] ius habere faciendi; nec prorsus dubitet, si quicquam ad episcopale ministerium specialiter pertinens suo motu[m] putaverit[n] exsequendum, continuo se presbiteri[o] dignitate et sacra communione privari'.

De corepiscopis autem in Ancyrano concilio ita scriptum est[2]: 'Corepiscopis non licere presbiteros aut diaconos ordinare, sed nec presbiteros civitatis sine praecepto episcopi vel litteris in unaquaque parrochia'[p]. Adtende[q], quod non dicit corepiscopis non licere poenitus[r] diaconos aut presbiteros ordinare, sed non aliter licere, nisi ex pręcepto episcopi sui vel litteris in unaquaque parrochia.

Item in Anthioceno[s] concilio sic legitur[3]: 'Qui in vicis vel possessionibus corepiscopi nominantur, quamvis manus inpositionem episcoporum perceperint et ut episcopi consecrati sint[t], tamen sanctae synodo[u] placuit, ut modum proprium recognoscant et gubernent subiectas sibi aecclesias *earumque moderamine curaque contenti sint. Ordinent etiam lectores et subdiaconos *f. 5. atque exorcistas, quibus promotiones iste sufficiant. Nec presbiterum vero nec diaconum audeant ordinare preter civitatis episcopum (id[v] est praeter conscientiam civitatis episcopi), cui ipse cum possessione est subiectus'.

Cum autem corepiscopos manus inpositionem episcoporum percipere dicit[w], et quod[x] sicut episcopi consecrati sint: cur cum consensu episcoporum, quibus subiecti sunt, consecrationes sacrorum ordinum eis facere non licet et cum chrismate[y] sacro fideles consignare? Vanum est enim, quemquam consecrationem episcopalem habere,

---

a) a *add. V.* b) ad *V.* c) ipsi *V.* d) *om. P.* e) ad *P.* f) contrarium *V pro* contra s., ultra s. *Gel.* g) non *Gel.* h) nec *V.* i) antistite *V.* k) presumant *P.* l) accolitum *V.* m) nutu *V.* n) putaverint *P.* o) presbiterii *V, Gel.* p) parrachia *P*, parroechia *V (semper).* q) Attende *V.* r) penitus *V.* s) Antioceno *V.* t) sunt *corr. in* sint *V.* u) sacrę sinodo *V.* v) id est — episcopi *om. P.* w) dicat *V.* x) quidem *V.* y) chrysmate *V.*

1) *Epist. 14 c. 6, ed. Thiel I, 365. 366.* 2) *Cap. 13 (Mansi Conc. coll. II, 521).* 3) *Cap. 10 (Mansi Conc. II, 1323), cf. Capitul. reg. Franc. II, 32 c. 9.*

c. 830—842 si ministerium episcopi ei non licet agere. Ad[a] quid ergo invocatur Spiritus sanctus ab episcopo ordinatore, ut sanctificationem persone ordinandę tribuat, si ipse invocator et ordinator post consecrationem, quam rite peregit, mox reprehenderit? Numquid Deum inridet[b], cuius donum poscit, cum postea ipsud[c] donum spreverit? Numquid haec[d] calumnia, qua Domini sanctificationem inludit[e], ad ipsum auctorem sanctificationis pertingit? Planum est ergo, quod in Spiritu sancto per verbum Dei omnis sanctificatio adimpletur. Et quare non pertimescit blasphemare et derogare Spiritus sancti
Matth. 12, 32. *f. 5'. potentiae, cum scriptum sit: 'Qui dixerit verbum *contra filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc saeculo neque in futuro'. Unde Petrus apostolus in Actibus apostolorum, cum Cornelium centurionem et eos, qui secum erant, videret accepisse gratiam Spiritus sancti, Iudaeos contra se altercantes pro eo, quod ad gentes introiret et manducaret cum illis, tali
Act. 11, 17. 18. responso refutat dicens: 'Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus sicut et nobis, qui credidimus in dominum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere Deum?[f]' His auditis tacuerunt et glorificaverunt Deum[f] dicentes: 'Ergo et[g] gentibus Deus poenitentiam ad vitam dedit'.

Quem ergo Deus dono spiritus sui honorat, non est rectum, ut ab hominibus dehonestetur. Nec debet quisquam pro calumnia deputare, quod divina dispositione
Rom. 13, 1. constat ordinatum esse: quae enim a[h] Deo sunt ordinata[i] sunt. Proinde nec inferioribus episcopis dignitas proprii gradus tollitur, cum metropolitano totius provintiae cura delegatur. Nam sine eo in provintia episcopum ordinare, nec generale concilium convocare, nec quicquam aliud caeteris episcopis licet in provintia agere, nisi quantum constat ad singulorum parrochias[k] et episcopatus pertinere. Si enim in episcoporum
*f. 6. ordine corepiscopos non liceret *habere, nullatenus inter trecentos decem et octo patres, qui in Nicaeno concilio adfuerunt[l] [1], adnumerarentur[m]. In quorum catalogo amplius quam duodecim corepiscopi inserti sunt, ubi nullus presbiterorum vel diaconorum in numero praefinito patrum, sed solummodo metropolitani[n] et episcopi atque corepiscopi nominatim recensiti inveniuntur.

Ad quid enim episcopus cuiuslibet civitatis corepiscopum sibi vult ac decernit ordinare, si ipsam ordinationem suam nullam efficatiam arbitratur habere? Dicit enim
Rom. 14, 22. 23. apostolus: 'Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est'. Hanc quidem sententiam non ad ciborum solummodo qualitatem et differentiam discernendam, sed ad omnem ambiguitatem et duplicitatem tollendam
Eph. 4, 14. prolatam esse intellegimus: 'ut non simus parvuli fluctuantes in omni vento doctrinae',
Iac. 1, 8. 6. 7. sed sani et stabiles in fide et firmi in apostolica doctrina. 'Vir enim duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. Et qui hesitat, similis est fluctui maris, quia[o] a
*f. 6'. vento movetur et circumfertur. Non ergo estimet homo ille, quod accipiat *aliquid a
Marc. 11, 23. 24. Domino'. Ait enim ipsa veritas in evangelio: 'Amen dico vobis quicquid orantes
ib. 9, 22. petitis, credite, quia accipietis et veniet[p] vobis'. 'Omnia enim possibilia sunt credenti,'
Rom. 1, 17. quia fides vera recte credentem salvat et 'iustus in fide sua vivit', illa videlicet quae
Gal. 5, 6. per dilectionem operatur.

Hoc enim sanctorum patrum prudentia posteris suis pręvidit[q] et sacra canonum auctoritas instituit, ut dissensio et scismata in aecclesia Christi non fierent, sed magis unitas et concordia pacis inibi pręvaleret. Et ideo cuique[r] ordini iuxta mensuram suum officium delegavit, ut per studium humilitatis et dilectionis pax christiana et

a) At *P.* b) Dominum irrid. *V.* c) illud *V.* d) non et *V.* e) significationem illudit *V.* f) dominum *V.* g) *om. P.* h) sunt a Deo *V.* i) ordinati *P.* k) parroechias *V.* l) affuerunt *V.* m) adnumer. *corr. in* annum. *V.* n) metropolitali *P.* o) qui *V, Vulg.* p) fiet *V.* q) providit *V.* r) unicuique *V.*

1) *Cf. Mansi Concil. coll. III, 693—696.*

concordia in populo Dei perseveraret. De quo et ipsa veritas discipulos ad imitationem c.830—842
sui provocans ait: 'Tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et Matth. 11,29.30.
humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est
et onus meum leve est[a]'. Hoc iugum per caritatem fideles sociat, non per contentionem
dissipat, hocque onus non opprimit se portantem per ponderis gravitudinem, sed magis
sublevat ac sustentat per solatii conlationem[b].

Nihil ergo iuvat reprehensores hos et vaniloquos magistros, quod[c] ad defensionem
erroris sui illud de Actibus *apostolorum sumere nituntur, quod[c] Petrus et Iohannes[d] *f. 7.
missi sint ab apostolis de Hierosolimis in Samariam, ut inponerent manus[e] illis, qui
a Philippo baptizabantur, quatinus acciperent Spiritum sanctum, quoniam aliter hoc
fieri non decebat, quam ut apostoli implerent et perficerent ea quae a ministro eorum
bene coepta fuerant. Non enim Philippus hic unus de XII, sed unus de VII diaconibus
erat, qui ab apostolis paulo ante ordinati sunt, qui et in catalogo VII levitarum primus Act. 6,5.
post Stephanum ante[f] alios adnumeratus[g] est. Unde post Stephani necem statim ad
Philippi actus explicandos scriptor historicus[h] videtur transire ita dicens: 'Facta est Act. 8,1—9.
autem in illa die persecutio magna in aecclesia, quae erat Hierusolimis[i], et omnes
dispersi sunt per regiones Iudeae et Samariae preter apostolos. Curaverunt[k] autem
Stephanum viri timorati et fecerunt planctum magnum super illum. Saulus vero
devastabat ecclesiam per domus intrans et trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam.
Igitur qui dispersi erant pertransiebant evangelizantes verbum Dei, Philippus
autem descendens in civitatem Samariae praedicabat illis Christum. Intendebant autem
turbę his, que a Philippo *dicebantur, unanimiter audientes et videntes signa quae *f. 7'.
faciebat. Multi enim eorum, qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna
exiebant. Multi autem paralitici et claudi curati sunt, factum est autem magnum
gaudium in illa civitate'. Et non multo post: 'Cum autem, inquid, audissent apostoli ib. 14—17.
qui erant Hierusolimis[i], quia recepit Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum
et Iohannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum sanctum.
Nondum enim in quemquam illorum supervenerat[l], sed baptizati tantum erant in nomine
domini Iesu. Tunc inponebant manus super illos et accipiebant Spiritum sanctum'.
Idem etiam Philippus baptizavit eunuchum Candacis reginae Aethiopum, sicut con- ib. 27 sqq.
sequenter narratur[m]. Et post discessum eius pertransiens evangelizabat civitatibus ib. 40.
cunctis, donec veniret Cesaream[n]. De quo Lucas alibi mentionem facit, cum transitum
Pauli ad Hierusalem enumerasset[o], ita dicens: 'Alia autem die profecti venimus Act. 21,8.9.
Cesaream[n]. Et intrantes domum Philippi evangelistae, qui erat unus de[p] VII, mansimus
apud eum. Huic autem erant filiae quattuor *virgines prophetantes'. Unde ap- *f. 8.
paret, quod[c] iste Philippus non fuit episcopus neque corepiscopus, sed tantum diaconus
et evangelista. Si enim corepiscopus esset, nequaquam scriptor historiae hoc
tacuisset. Necdum enim apostoli ab invicem discesserant, ut in singulis provintiis
sive[q] civitatibus episcopos aut corepiscopos ordinarent, sed in Hierosolimis tantum
manentes praedicabant verbum Dei, donec Spiritus sancti dispositione agente ad praedicandum
gentibus per orbem directi sunt.

Sicque omnis ordo aecclesiasticus in singulis locis iuxta eorum dispensationem[r]
distributus hactenus in aecclesia catholica servatur et, sicut una fides, unum baptisma, Eph. 4,5.
una religio a christianis in toto orbe tenetur, ita unius eiusdemque Spiritus sancti
distributione pax et concordia in electis Dei ubique firmiter corroboratur omnisque

a) *om. V, Vulg.* b) consolationem *V.* c) quia *V.* d) Iohannis *P.* e) ill. man. *V.* f) ante alios *om. V.* g) adnum. *corr. in* annum. *V.* h) hystoriae *V.* i) Hierosol. *V.* k) Curaverunt — custodiam *om. V, ubi sequitur* Et post pauca. l) venerat *V.* m) narrat *V.* n) Cęsaream *corr. in* -riam *V.* o) enumerat sed *corr. in* enumerasset *P.* p) ex *V.* q) aut *V.* r) dispositionem *V.*

[c. 830—842] discordia procul pellitur, quoniam iuxta apostolum 'quicumque spiritu Dei aguntur, hi [Rom. 8, 14. ib. 9.] filii sunt Dei, qui autem spiritum Christi non habet, hic non est eius'. Unde[a] idem [Eph. 4, 1–4.] doctor gentium nos ammonet[b] dicens: 'Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate et mansuetudine, cum [*f. 8'.] patientia, *subportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae'.

Convenit autem[c] quibusque fidelibus et membris corporis Christi, ut honore se [Gal. 5, 26.] invicem praeveniant, alterutrum[d] se sufferant, nec[e] contra apostolum 'efficiantur inanis [1. Petr. 3, 8.] gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes', sed magis unanimes omnes sint [cf. Phil. 2, 3.] in oratione, conpatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles et[d] nihil agant [1. Cor. 14, 33.] per contentionem, quia non est dissensionis Deus, sed pacis. Haec enim tantummodo nobis contendendi regula ex praecepto dominico conceditur, ut contendamus per [cf. Matth. 7, 13. 14.] angustam portam intrare et artam viam[f] incedere[g], quae ducit ad vitam, non latam et spatiosam, quae ducit ad mortem. Si enim bonae devotionis et mansuetudinis indicia per humilitatis atque oboedientiae praebemus officia, veri imitatores Dei effecti, Christi [1. Pet. 3, 18.] domini sequimur[h] exempla, qui, cum adhuc peccatores essemus, pro impiis servis mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, vivificatos[i] [2. Tim. 1, 10. *f. 9.] autem spiritu'. 'Qui destruxit quidem mortem, inlumi*navit autem vitam et incorruptionem per evangelium'. Excelsus inter angelos, humilis inter homines, ministrare [Matth. 20, 20. Ioh. 13, 5.] voluit, non ministrari. Unde in caena mystica discipulorum pedes lavit et lintheo[k] quo erat prȩcinctus, tersit, peccatores[l] in convivium recepit et cum publicanis et peccatoribus manducavit, peccatricem mulierem ad se accedere permisit et lavare lacrimis ac tergere capillis pedes suos consensit, nihil veritus pharisaeorum superstitiosam reprehensionem. [Luc. 7, 47.] Propter quod iniustis quaerimoniis eorum ita respondit dicens: 'Dimissa sunt ei peccata [Marc. 2, 17.] multa, quoniam dilexit multum'. Et item: 'Non veni, inquit[d], vocare iustos, sed pecca- [Matth. 18, 11.] tores'. Et alibi: 'Filius, inquid, hominis venit salvare quod perierat'. Et rursum: [Ioh. 3, 17.] 'Non enim venit filius hominis, ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum'. At contra si dispectis caeteris fratribus nostris[d] atque[m] conservis nostris in sublime volumus extolli ac soli potentes et gloriosi cupimus ab hominibus videri, sine dubio illius imitamur iactantiam, qui dispectis caeteris sacris[n] angelorum turmis ad similitu- [*f. 9'.] dinem Dei non per humilitatem, sed per *iactantiam voluit sublimari, cum dixit: [Isai. 14, 13. 14.] 'Ascendam in caelum super altitudinem nubium et[d] ponam thronum meum ad aquilonem [Apoc. 12, 4.] et ero similis altissimo'. Unde merito de sublimitate angelica proiectus in inferni tartarum draco perfidus traxit secum tertiam partem siderum, ubi et nos, si eius sequimur vecordiam, propter mentis nostrae superbiam a sanctorum societate expulsi, poenas gehennae cum illo luemus aeternas.

Quomodo autem tam prelatis quam subditis agendum sit, aecclesiae pastor Petrus [1. Petr. 5, 1–5.] in epistola sua ostendendo[d] ammonet[b] dicens: 'Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi passionum, qui et eius quae in futuro revelanda est gloriae communicator, pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte[o], sed spontaneae[p] secundum Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntariae, neque ut dominantes in cleris, sed formȩ[q] facti gregi[r] ex animo, ut[s], cum apparuerit princeps pastorum, percipietis inmarcescibilem[t] gloriae coronam. Similiter, adulescentes[u], sub- [*f. 10.] diti estote senioribus, omnes autem invicem humilitatem insinuate, *quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam'.

---

a) proinde *V.* b) adm. *V.* c) enim *V.* d) *om. V.* e) ne *V.* f) via *P.* g) intendere *V.* h) sequemur *V.* i) mortificatus . . . vivificatus *V, Vulg.* k) linteo *V.* l) peccatores — recepit et *om. V.* m) ac *V.* n) sanctis *V.* o) coacto *corr. in* coacte *P,* coacti *V.* p) spontanei *V.* q) forma *V, Vulg.* r) gregis *V, Vulg.* s) et *corr. in* ut *P.* t) inmarcessibilem *V.* u) adol. *V.*

c. 830—842

Quapropter necessarium mihi videtur, ut omnes humiliemus nos sub potenti manu Dei, quatinus ipse nos exaltet in tempore visitationis; et quisquis in maiore[a] dignitate ex electione divina se positum agnoscat, conmilitones[b] ac conministros[c] omni honore dignos arbitretur et ex mutua dilectione locum eis prebeat proficiendi[d] ac bene operandi, quia venient dies, quando non honoris dignitates, sed bonorum operum a nobis requirentur actiones. Filius enim hominis[e] venturus est in gloria patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera eius. 'Omnes [cf. Rom. 2, 6. ib. 14, 10.] simul[f] stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout [2. Cor. 5, 10.] gessit sive bonum sive malum'. Qui autem inferioris gradus est, non maiora et quae ad se non pertinent per elationem appetens temptet, sed contentus sit officio, quod sibi divina ordinatio voluit conferre; et ita rite credendo ac recte docendo beneque operando cotidie in Deo[g] proficiat, ut ministerii sui bonum praemium consequatur. Qui enim bene ministraverit, gradum sibi bonum adquirit. *Unde ipsa veritas ait: 'Qui [*f. 10'. Ioh. 12, 26.] mihi ministrat, me sequatur; et ubi sum ego, illic et minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit[h] eum pater meus, qui[i] est in caelis'. Et alibi: 'Volo, [ib. 17, 24.] inquid, pater, ut ubi sum ego, ibi sit et minister meus'.

Grandis honor est Christi ministrum esse, unde et grande praemium bene ministrantem[k] sequitur, ita ut cum Christo et sanctis angelis eius in caelesti beatitudine sine fine letetur[l], atque ideo non convenit servis Christi contendere de sublimitate honoris, sed magis certare de utilitate sane praedicationis et assiduitate bonę operationis, ut populus Christi audiat ex ore eorum verbum recte fidei et videat in actibus eorum bonum exemplum per humilitatis inditium, quia iuxta veritatis[m] sententiam, 'omnis qui se exaltaverit, humiliabitur et qui se humiliaverit, exaltabitur'. [Matth. 23, 12.]

Qui enim gradum honoris in aecclesia Christi acceperunt, quomodo vivere et[n] quid agere debeant, audiant ipsum Dominum ostendentem atque pręcipientem: 'Sint, [Luc. 12, 35. 36.] inquid, lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes in[o] manibus, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando *revertatur a nuptiis, ut cum venerit et [*f. 11.] pulsaverit, confestim aperiant ei'. Et quale eos[p] praemium taliter facientes in futuro sequatur, mox subiungit dicens: 'Beati servi illi, quos, cum venerit dominus[q], invenerit [ib. 37.] vigilantes. Amen dico vobis quod precinget se et faciet illos discumbere et transiens[r] ministrabit[s] illis'. Et paulo post: 'Quis, putas, est, inquid, fidelis dispensator et pru- [ib. 42—44.] dens, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem, cum venerit dominus eius, invenerit ita facientem. Vere dico vobis, quia supra omnia quae possidet, constituet illum'. Non enim pigris et ebetibus[t] doctoribus et de primatu huius mundi atque divitiis certantibus tale praemium promittitur, sed bene laborantibus et digne Deo servientibus. Non est enim aequum, ut conlatio sacri ordinis servis Christi fiat causa elationis et terrenae voluptatis, quia nec in ipsius magistri nec in discipulorum eius dictis sive exemplis aliquid huiusmodi reperiunt.

Quomodo autem de Christi moribus nos instruat Paulus[u] apostolus, audiamus: 'Hoc enim[v] sentite in vobis quod et[w] *in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, [Phil. 2, 5—11. *f. 11'.] non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus oboediens patri[x] usque ad mortem, mortem autem crucis.

a) maiori *V.* b) agnoscit suos commilit. *V.* c) ministros *V.* d) perficiendi *V.* e) Dei *V.* f) enim *V, Vulg.* g) Deum *V.* h) honorificavit *P.* i) qui — caelis *om. V.* k) ministrantes *V.* l) lętentur *V.* m) veritas *corr. in* veritatis *P.* n) deb. et quid ag. *V.* o) in manibus *om. P.* p) eis *P.* q) dom. inven. *manu post. superscr. P.* r) tran *bis scr. et semel del. P.* s) ministrabat *corr. in* -bit *P.* t) hebet. *V.* u) ap. Paul. *V.* v) autem inquit *V.* w) et quod *P.* x) *om. V.*

c.830—842 Propter quod et Deus illum exaltavit et donavit illi nomen, quod est super omne
nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur caelestium terrestrium et infernorum;
et omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris'.
Matth. 6, 31—33. Hic[a] ergo discipulis suis praecepit dicens: 'Nolite solliciti esse dicentes: Quid mandu-
cabimus? Aut quid bibemus? aut quo operiemur? Haec[b] omnia gentes inquirunt.
Scit[c] enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quaerite autem primum regnum
Luc. 14, 33. Dei et iustitiam eius et haec omnia adicientur vobis'. 'Qui non renuntiaverit omnibus
Matth. 16, 24—26. quae possidet, non potest meus esse discipulus'. 'Qui vult venire post me, abneget
semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam
salvam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet
*f. 12. eam. Quid enim prodest homini, si universum[d] mundum *lucretur, anime vero suae
detrimentum patiatur' et cetera. Hinc et Petrus exhortans fideles in epistola sua ait:
1. Petr. 1, 13—16. 'Succincti lumbos mentis vestrae, sobrii perfecte sperate in eam quae offertur vobis
gratiam, in revelatione Iesu Christi, quasi filii oboedientiae, non configurati prioribus
ignorantiae vestrae desideriis, sed secundum eum qui vocavit vos sanctum; et ipsi
sancti in omni conversatione estote, quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam
1. Ioh. 2, 15—17. ego sanctus sum'. De quo et Iohannes ait: 'Nolite diligere mundum neque ea quae
in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est caritas patris in eo, quoniam omne
quod in mundo est, concupiscentia carnis et concupiscentia oculorum est et superbia
vitae, quae non est ex patre, sed ex mundo est; et mundus transit et concupiscentia eius.
Rom. 6, 12—13. Qui autem facit voluntatem Domini[e], manet in aeternum'. Hinc et Paulus ait: 'Non
ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad oboediendum desideriis eius, sed
neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo tan-
ib. 13, 14. quam ex mortuis viventes et[f] membra vestra arma iustitiae Deo'. Et iterum: 'Carnis,
ib. 14, 13. inquit, curam ne feceritis in desideriis'. Et rursum: 'Non ergo amplius invicem iudi-
*f. 12'. cemus, sed hoc *iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum'. Et
ib. 15, 1. 2. iterum: 'Debemus autem nos firmiores inbecillitates[g] infirmorum sustinere et non
nobis placere. Unusquisque vestrum[h] proximo suo placeat in bonum ad aedifica-
tionem'.

Si autem secundum huiusmodi doctrinam conformemus nos exemplis oboedientiae, humilitatis et mansuetudinis Christi, considerantes singuli non quod nobis, sed quod aliis utile est, nec cupiditatibus istius[i] mundi atque inlecebris voluptatum[h] operam damus[k], nulla erit inter nos contentio de sublimitate honoris et inani iactantia terrenae potestatis nec conflictus nequam de questu[l] nefando praesentis saeculi, sed erit firma[m] pax et concordia inter nos exerceturque[n] unanimiter cultus pietatis et religio sancta et inmaculata coram Deo et salvatore nostro sine reprehensione custoditur[o]. Et ita omnia membra corporis Christi erunt in pace, exspectantes supernam gloriam in revelatione domini nostri Iesu Christi, quem, cum non videmus, diligimus; in quem nunc quoque non videntes credimus et exultando speramus, quod in adventu eius percipiamus finem fidei nostrae, salutem animarum nostrarum.

*f. 13. Igitur *quia ordo preteritae narrationis vestrae et responsionis parvitatis nostrae
hoc exigebat, ut contra tam ineptum conflictum sacerdotum atque scandalum plebis
aliqua de scripturis sacris atque orthodoxorum patrum sententiis excerperemus, quae
2. Tim. 2, 24. ostenderent ac declarando manifestarent, quod[p] servos Christi non oportet litigare,
sed mansuetos esse ad omnes, docibiles et pacientes, fecimus quod agendum esse
censuimus et in brevi libello haec omnia conprehendentes, sanctitati vestrae dirigere

a) Hinc *V.* b) enim *add. V.* c) Sit *V.* d) mund. univ. *V.* e) Dei *V.* f) et — vestra *om. V.* g) imbecill. *V.* h) *om. V.* i) huius *V.* k) damus *corr. in* demus *V.* l) quęstu *V.* m) forma *corr. in* firma *V.* n) exercebiturque *V.* o) custodietur *V.* p) quia *V.*

curavimus, petentes, ut, si dignum ducatis haec[a] relegere[b], ea, quae ibi[c] rectae posita sint, vestra auctoritate confirmetis; si qua autem reprehensione ibi digna videantur, ignorantem vestra prudentia instruatis, quatinus labor[d] noster per omnia non inanis fiat et studium doctrinae vestrae multiplici mercede ab omnium bonorum datore remuneretur. c. 838—842

Sanctitatem[e] vestram omnipotentis Dei gratia in aeternum conservare dignetur, venerande praesul, memorem nostri.

26.

Humbertus Wirciburgensis episcopus, Hrabani libris, quos Haistulfo archiepiscopo miserat, cognitis, membranas ei mittit, in quibus commentarios suos in Heptateuchum describendos ei curaret. Reliquias a Hrabano expetitas se ei destinasse testatur.

c. 838—842.

Codd. Guelferbytanus inter Weissenburgenses 31 saec. X. fol. 76—77 (W); Trecensis 63 s. X. fol. 206' (T), quem cont. L. Hartmann; Monacensis 8111 (Mogunt.) fol. 2—3 s. X. (M), quem cont. L. Baumann V. Cl.; Parisinus 2427 saec. XII. ex. fol. 135 (P), quem cont. Hampe[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 1; Migne Patrol. lat. CVIII, 1107—1110.

INLUSTRI[b] VIRO MERITOQUE INSIGNI AC PRESTANTISSIMO FRATRI[c] HRABBANO[d] MAURO HUNBERTUS[1], LICET INDIGNUS, INFULA TAMEN[e] SACERDOTALI PRAEDITUS, INMARCESCIBILEM[f] AETERNĘ[g] SOSPITATIS IN CHRISTO IESU SALUTEM.

Legi litteras tuas, dulcissime frater, quas sancto bonęque memorię viro, Haistulfo[h] archiepiscopo[2], scripsisti in fronte libri[i], quem sudore proprio prudentissimoque ingenio[k] composuisti[3], ad predicandum in anni circulo populo christiano, qui suaviter disputat de observantia dominici diei[l] et de festivitatibus sanctorum, ac fide, spe et caritate necnon[m] de ceteris virtutum speciebus. Preterea legi et alios tres libros, quos ad eundem venerabilem virum fecisti, quos placuit 'de institutione[n] clericorum' nominari[4], quorum primus de ecclesiasticis[o] ordinibus et IIII carismatibus[p] divinis narrat. Secundus continet de officio[q] canonicarum[r] horarum, et de festivitatibus variis, de ieiuniis et orationibus. Tertius non ignobiliter[s] instruit, qualiter discenda atque disserenda scriptura est[t] divinę legis, et quid utilitatis conferat ecclesiasticis[u] doctoribus philosophia humana.

Quibus perlectis, in quantum nostri ingenioli fuit capacitas, intellexi illos de omnibus, quę necessaria sunt sanctae Dei ecclesię[v], laudabili[w] magnitudine et brevitate

---

a) hunc *P.* b) legere *V.* c) recte ibi *V.* d) per o. l. n. *V.* e) Sanctitatem — nostri *om. V.*

26. a) *Lemma:* Epistola Hunberti episcopi ad Hrabanum directa *M.* b) Illustri *P.* c) patri *P, ed.* d) Rhabano *W,* Rabbano *P,* rabano h *del. M.* e) tunc *T.* f) inmarcessib. *corr. in* -cescib. *T.* g) eternę *P.* h) Haistolfo *M.* i) libelli *W, P, M.* k) *om. W.* l) dei *W.* m) et *superscr. W atram. nigriore.* n) institucione *T.* o) ęccl. *P,* ęcclęs. *T,* ecles. *W,* aecleasticis *M.* p) carissm. *uno* s *eraso W.* q) c *corr. in* t *W.* r) canonicor. *corr. in* -carum *T.* s) ignorabil. ra *eraso W.* t) *om. T, M, ed.* u) ecles. *W,* ęccl. *P,* ęcles. *M.* v) aeclesię *M,* ęcclesię *T, P.* w) laudabile *W.*

1) *Humbertus annis 832—842. episcopatui Wirciburgensi praefuit, cf. Chronic. Wirziburg. (SS. VI, 27), Catalog. episc. Wirziburg., Ann. necrol. Fuld. 842 (SS. XIII, 166. 174. 338), sed cum annos 10 menses tres dies octo sedisse dicatur, eum iam anno 831. die 3. Decembris mens. consecratum esse suspicor, obiit enim die 9. Mart. 842. Priusquam ad hanc dignitatem accessit, chorepiscopi Moguntiacensis munere functus est, cf. Candidi V. Aeigili l. I c. 16 (SS. XV, 230, ubi perperam Waitz cum Mabilione 'coepiscopus' legere voluit), l. II c. 19 v. 4 (Poet. Carol. II, 113), Hattonis epistolam de concilio Moguntiacensi a. 829. habito infra edendam (Forsch. zur Deutschen Gesch. V, 388). Chorepiscopum quoque Hrabanus episcopum salutaret oportebat, unde ex hoc titulo de sede Wirciburgensi ab eo possessa nihil certi statuendum est. Humbertum iam annis 819. et 829. viderat.* 2) *qui obiit anno 825. exeunte, die 28. Dec. (Poet. Carol. II, 237).* 3) *Cf. supra p. 391.* 4) *Cf. supra p. 385.*

c. 838—842 esse conplexos[a]. Certe in veritate dico vobis, quia[b] dici non potest, in quanta hilaritate mentis gratulatus gratias egi[c] Deo, qui tam utile vas istis in temporibus in sua sancta ęcclesia[d] habere voluit, ex quo ille, qui multum, et ille, qui parvum potum quaerit, haurire ac bibere potest[e]; et ex illa[f] die, fateor, multum desideravi vestrae familiaritatis particeps[g] fieri, ut saltim aliquando longe lateque iam olim dispersa meruissem[h] vestra accipere scripta; ac propterea paucas direxi ad te litterulas, fraterna ammonens[i] caritate, ne mentis acumen[k] otio inerti torpere seu obdormire permittas, sed sedulo cotidieque[l] sacras scrutando scripturas, fretus patrum auctoritate precedentium, vigil atque indefessus utilisque in domo Domini semper existas. Scriptum namque legimus: 'Non potest civitas occultari[m] supra montem posita'; item alio in loco: 'Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio, sed magis super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt'.

Matth. 5, 14. ib. 15.

Auditum enim habeo, super Eptaticum vos fecisse sermonem, ac super IIII[n] evangelia, necnon et super Regum[o], superna adiuvante gratia, pariterque veterum innitentem[p] auctoritate, multa utiliter scribendo dictasse; quapropter causa familiaritatis vestram obsecro fraternitatem[q], ut mihi scribere mihique tua[r] dirigere studeas opuscula[s], quę ex veterum ecclesiasticorum[t] sententiis, quasi flores[u] diversis ex pratis electi, domum domini ornant et quemcumque se amantem decorant; denique, quia[v] postulata mihi credo quod concedas, mitto menbranas[w] in quibus, opto, eos primum suscipiam libros, quos super Eptaticum vestrum conposuit[x] ingenium.

Non tamen propterea ista posco, quasi desint nobis istius operis scriptores; habemus namque Origenem, Victorinum, Ambrosium, Hieronimum[y], Cassianum[z], Isidorum, Augustinum[a], Fulgentium atque pontificem insignem eloquentissimumque[b] Gregorium et ceteros patres, quorum nomina non necesse tibi credimus enumerari[1]. Qui in tantum tuę sunt industrię cogniti[c], ut veraciter illorum linguam vestrum dicere possim sermonem, ut[d] quod illi mira pulchritudine[e] ac nimia longitudine sermonis proferebant, tu eorum vestigia sagaciter prudenterque sequendo, commatico[f] mellifluoque conprehendas[g] sermone. Brevi enim expositione[h] succincta, ut ait Isidorus doctor egregius[2], non faciunt de prolixitate fastidium; prolixa ergo[i] et occulta tedet oratio, brevis et aperta[k] delectat. Ideo vestram deprecor clementiam[l], ut perlectis istius epistolę litterulis, et si vestra voluntas ita oportere iudicaverit, iubeatis illam, ob nostrę invicem dilectionis[m] et societatis inditium[n], in fronte libelli ponere, quem mihi rogavi a vobis rescribere, ut poscentis et prestantis pariter affectus pareat et effectus.

Intercedentem pro nobis vestram beatitudinem Deus Dei filius, qui bonorum auctor[o] est omnium, perpetuo conservet incolomem[p].

Reliquias, dilectissime[q], quas flagitasti, per portitorem horum apicum transmisi. De reliquo scias me ex intimo mentis affectu promptum semperque paratum in omnibus quae vestra precipere decreverit voluntas. Fraternitatem tuam bene valere, dulcis amice[r], semper opto[s] memorem nostri[t].

---

a) compl. *T, P, M.* b) qui *W.* c) aegi *W, T,* ęgi *P.* d) aecl. *M.* e) possit *M, ed.* f) illo *W.* g) particebs *T.* h) meruisem *W.* i) ammonens d *superscr. M.* k) accumen *W, P.* l) cot. quę *W.* m) abscondi *M, Vulg.* n) evangelium Mathei *pro* IIII evangelia *M, ed.* o) *in marg.* volumen *M.* p) innitente *M, ed.* q) familiaritatem *T, P.* r) tuas *P.* s) *corr. ex* -las *P.* t) ęccles. *P,* ęcclęs. *T,* ecles. *W.* u) flores diver- *suppl. M in marg.* v) qui *W.* w) menbrana *W,* membranas *T.* x) composuit *T, P, M.* y) Iheronimum *P.* z) Casianum *W.* a) Agustinum *P.* b) que *om. M, ed.* c) cognoti *M.* d) cum *M, ed.* e) pulcrit. h *superscr. T,* pulchritudinem *W.* f) comm̃atico *W.* g) comprehenderis *P,* comprehendis *T, M.* h) exposic. *M.* i) autem *P.* k) apta *T.* l) sollerciam *M, ed.* m) dileccionis *T.* n) indicium *W.* o) actor *M, ed.* p) incolumem *T, M, P.* q) dilectissimę *T.* r) amicę *T.* s) *om. T.* t) Vale *add. T.*

1) *Cf. catalog. veterem libror. Wirceburg. Serapeum VI (a. 1845) p. 180—183.* 2) *Quaestion. in Genes. Praef. c. 3, opp. ed. Arevalus V, 260.*

Salvé[a], sancte pater, meritoque beatus in orbe, c.838—842
Tú decus és nostrum, sancte pater, merito.
Sit tibi cetra[b] Deus, tibi cassida Christus Iesus,
Qui té conservet semper ubique. Vale.

27.

Hrabanus Fuldensis abbas Humberto Wirciburgensi episcopo, qui commentarium in Heptateuchum ab eo expetiverat, ultimam eius partem in libros Iudicum et Ruth interim mittit, donec priores partes, quas Frechulfi Lexoviensis episcopi rogatu confecerat, ab hoc recepisset, expositionem vero Iesu Nave a Fridericho Traiectensi episcopo modo defuncto. c. 838—842.

Codd. Guelferbytanus inter Weissenburgenses 31 s. IX. fol. 77—78 (W); Trecensis 63 s. X. (T); Monacensis (Mogunt.) 8111 s. X. fol. 3'—4' (M), quem cont. L. Baumann; Parisinus 2427 s. XII. (P).[a]

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 2—3, Migne Patrol. lat. CVIII, 1109—1110.

DOMINO DILECTISSIMO ET CULTU SINCERISSIMĘ[b] CARITATIS VALDE OBSEQUENDO[c] ATQUE[d] VENERANDO PATRI, HUNBERTO[e] EPISCOPO, HRABANUS[f] EXIGUUS SERVORUM DEI SERVUS IN CHRISTO SALUTEM.

Acceptis litteris[g] sanctitatis tuę, quas ad parvitatem meam dirigere voluisti, valde gavisus sum, eo quod tuam sollertem[h] in eis agnoscebam industriam et in studio divinarum litterarum florens ingenium: unde pro hoc supplex Domino[i] gratias egi, quia et tibi dedit in legis suae[k] meditatione devotum habere exercitium, et populo suo[l] inde salubre percipere documentum.

Igitur quia paternitas tua a nostra exiguitate[m] ad hoc aliquantulum dignata est quęrere solatium, propter amorem Dei et vestram etiam in eo dilectionem[n] humilem, in hoc opere profiteor me vobis esse velle servitorem et boni studii, quantum divina gratia annuerit, benivolum adiutorem; Dei tantum fiat voluntas in prestando effectum, qui dedit et voluntatem.

De cetero, quia dignatus es mihi scribere, quatenus nostrum opusculum super Eptaticum tibi[o] dirigerem, feci quantum potui et novissimam partem illius, hoc est super Iudicum[p] et Ruth, quam ad manus[q] habui, tuo nomini consecratam[r] modo[s] direxi. Priorum vero librorum commentarios, hoc est Pentatheuci[t] Moysi, quos petente sancto viro Freculfo[u], non sine labore edidi, iam sibi ad rescribendum transmisi; quos cum recepero, exemplar eorum tibi scriptum destinabo. Iesu Nave vero expositionem bone memorię Fridericho, Traiectensis ęcclesię[v] episcopo[1], nuper transmisi. Hoc similiter, ut mihi redditum fuerit, si Dei voluntas est, tibi committere curabo; et non solum illa, sed et omnia, quae ad vestram utilitatem a nobis provenire possunt, libentissime inpendere[w] cogito; tu tantum nostram infirmitatem sacris orationibus et piis exortationibus[x] releves, quia non solum proprię aegritudinis[y] molestia, verum etiam[z] communis periculi, quod instanti tempore[2] valide inminet[a], anxietate[b] pregravatus sum. Ac ideo vestra

---

a) Salve — vale *om. T, P.* b) cet ra *W (cetra est lederschild).*

27. a) *Lemma:* Prefatio sequentis operis ad Hunbertum episcopum dictata *M.* b) sincerissimo *T, P.* c) -quen- *bis scr. et semel del. W.* d) adque *W.* e) Humb. *T.* f) Rabbanus *P,* Hrabbanus *T.* g) literis *W.* h) sollerter *P.* i) Deo *T, P.* k) legisuę *W.* l) populum suum *W.* m) exiguitatę *W.* n) dileccionem *T.* o) *om. T, P.* p) iudicium *corr. in* iudicum *W* i *eraso.* q) in praesenti *add. M, ed.* r) consecratum *M, ed.* s) *om. T.* t) pentateuchi *T, P.* u) Frechulfo *M.* v) ęclesię *W.* w) imp. *P.* x) *corr. in* exhort. *P.* y) egrit. *W.* z) aetiam *M.* a) imm. *T, P.* b) *om. W, T, P.*

1) *Cf. supra p. 400. De anno mortis eius nihil constat, cf. Poet. Carol. II, 181, SS. XV, 353 n. 3.* 2) *De cuius anni calamitate Hrabanus hic loquatur, vix certo definiri potest, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 176 n. 1.*

c. 838—842 oratione atque[a] omnipotentis Dei misericordia maxime indigeo, ne deficiam in tribula- cf. 2. Cor. 6, 4. tionibus, in necessitatibus, in periculis et in temptationibus diversis[1].

Hoc ergo scias, quia opus quod tibi remisi[b] non tantum ex maiorum dictis, quae in eorum libris conscripta repperi, sed ex nostro labore, quantum divina gratia nos posse concedit[c], editum constat: ita ut partim patrum sententias[d], partim etiam et[e] nostri sensus exiguitatem, ubi necessarium existimavi, proferat. Vestra ergo prudentia[f] et eorum sapientiam atque eloquentiam laudare et nostram inertiam ac rusti- Gal. 6, 2. citatem sufferre novit, sicque[g] illam apostoli sententiam adimplere qua dicit[h] 'alter alterius[i] onera portate et sic adimplebitis legem Christi'.

In duobus ergo prioribus commentariorum libellis historia Iudicum sensu mistico[k] exposita continetur; et in tertio[l] Ruth, quam aliqui auctorum libro[m] Iudicum associant, aliqui vero seorsum ponunt[2], non parva ex parte explanata invenitur. Haec ergo relegens, si quid in eis congrue inveneris expositum, illi hoc tribuas, a quo est omne bonum; quae autem aliter inveneris, nostrae infirmitati et inperitię[n] magis deputes quam malitię, et per[o] hoc apud omnipotentem Deum piis orationibus intervenire studeas, ut eius ope fiat dimissum[p] atque correctum, coram quo nostrae infirmitatis Ps. 138, 16. nullo modo latet inperfectum, unde et per psalmistam dicitur[q]: 'Inperfectum meum viderunt oculi tui'.

Bene ergo tibi convenit, reverentissime pater, ut qui iudiciaria[r] potestate[s] in ęcclesia[t] Dei[u] functus es, Iudicum librum instanter legas et eorum bona opera atque iusta iudicia[v] strenue imiteris populumque Dei ab hostium clade armis spiritalibus defendas et iuxta doctoris gentium sententiam, qua discipulum instruxit, sollicite 2. Tim. 4, 5. vigiles, pie labores, opus facias evangelistę, ministerium tuum impleas, ut cum princeps pastorum et rex regum, iudexque vivorum et mortuorum apparuerit, simul cum ceteris ęcclesię[w] Dei sanctis presulibus percipias inmarcescibilem gloriae coronam audiasque ab ipsa veritate illud evangelicum testimonium, quo servum bene laborantem et fide- Matth. 25, 23. liter pecuniam domini sui erogantem laudat dicens: 'Euge, serve bone et fidelis, quia[x] super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui'. Cuius gaudii omnipotens Deus, trinitas et indivisa unitas, cum sanctis angelis et electis animabus in cęlesti regno faciat te perpetualiter esse participem[y].

Beatitudinem tuam bene valere semper in Christo optamus, sancte[z] pater, memorem nostri[a].

28.

Hrabanus Fuldensis abbas, quamvis aegritudine impeditus, Lothario imperatori rogatu eius commentarium in Ieremiam prophetam Ludowico Pio etiamtunc vivo inchoatum mittit, Ezechielis prophetae ultima parte explicanda in tempus opportunius dilata. Fidem eius perpetuam profitetur. *840—842.*

Codd. Musei Britann. Addition. 22820 saec. X. fol. 1—2 (B), Cheltenhamensis Phillipicus 3726 fol. membr. saec. XII. ex. fol. 1'—2 (C), utrumque contulit K. Hampe[a]. *Extat etiam in cod. Abrincatensi 113 s. XII., cf. Catal. des départ. X, 52.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 1—2, Migne Patrol. CXI, 793—795.

---

a) adque *W.* b) transmitto *M, ed.* c) concessit *M, ed.* d) sentencias *P.* e) *om. T, P.* f) providentia *T, P.* g) scitque *M, ed.* h) 'Supportantes invicem in caritate', et item *add. M, ed. (cf. Eph. 4, 2).* i) inquit *add. M, ed.* k) myst. *T, M.* l) tercio *P.* m) libri *W.* n) imperitiae *M.* o) pro *W, M.* p) indultum *M, ed.* q) sicut psalmista testatur dicens *M, ed. pro* unde — dicitur. r) iuditiaria *P.* s) iudic. pot. *om. M, ed.* t) eclesia *W.* u) officio iudicandi *add. M, ed.* v) iuditia *T.* w) eclesię *W.* x) quia — fidelis *om. W, T, P.* y) paticipem *P.* z) sanctę *T, P.* a) Incipiunt capitula libri primi *sequitur in M.*

28. a) *Lemma:* Incipit prologus Rabani Mauri, in expositionem Iheremie prophete, ad Lotharium imperatorem filium Ludowici pii *C.*

1) *Hoc in bellum civile post obitum Ludowici Pii exortum optime quadrare videtur.* 2) *Cf. Hieronymi praef. in libros Samuel. et Malach. opp. IX, 457. 458.*

RABANUS[a] EXCELLENTISSIMO IMPERATORI HLUTHARIO VIRTUS, VITA ET SALUS PERPETUA[1]. 840—842

Post commentariolos, quos mea[b] parvitas in Eptaticum et in libros Regum atque in Paralipomenon ędidit, postque explanatiunculas historiarum[c] Hester, Iudith et Machabeorum, necnon et voluminis Sapientiae atque Ecclesiastici aliorumque opusculorum meorum[d] labores ad extremum in Hieremiam[e] manum misi, ut, collectis undique sanctorum patrum sententiis[f], huius quoque prophetę sensus aliquantulum avido lectori aperirem. Eaque mihi[g] ad hoc faciendum incubuit necessitas, ut quia beati Hieronimi[h] explanationes in hunc prophetam nusquam ad integrum repperire[i] potui, sed tantum primos sex libros, qui pertingunt pene usque ad medietatem voluminis prophetici, — sicut nec vir sollertissimus[k] Cassiodorus Senator invenire se posse asserit[2], quem[l] tamen viginti libros inde scripsisse[m] testatur — cogentibus fratribus nostris, qui nobiscum divinos libros scrutantur, ipse[n] scribendi impenderem studium: ac sic quod ex uno expositore et interprete divinorum librorum efficere non potui, saltem[o] ex pluribus doctoribus eorumque diversis voluminibus illorum petitioni[p] satisfacerem. Nam fertur[3] Origenes XLV omiliis pręsentem prophetam[q] Attico[r] sermone exposuisse. Ex quibus XIIII tantum translatas inveni, quae me in hoc opere non parum adiuvabant[s], explanationesque ceterorum prophetarum, quas pręfatus divinę legis interpres ędidit, multis in locis Hieremię[t] sententias lucide exposuerunt. Sic et beatus papa Gregorius non parum nobis[u] in dictando profuit, qui in diversis opusculis suis more suo divinorum librorum sententias[f] exponendo, istius quoque prophetę plurima testimonia enodavit.

His ergo omnibus consideratis unum opusculum condere disposui, quod tamen in viginti[v] libros dispertire decrevi, ne longitudo librorum fastidium lectori faceret, immo brevitas ad singula discutienda acutiorem[w] redderet. Nec me presumptiosum aut superfluum quisquam in conditione huius operis debet dicere, quasi post optimos et disertissimos expositores ego elinguis et tenuis ingenii magnorum virorum studia temerario ausu[x] velim obfuscare, cum me viderit eorum sententias[f] collegisse et ipsorum sensus ubique servasse, licet in aliquibus brevitatis causa propriis sermonibus usus sim, notatis forinsecus eorum nominibus, quorum verba aut sensus in pagella consistunt; habeatque satis commodum[y] compendium, quando id, quod in multis codicibus patrum scrutari debuit, in unum repperit[z] collectum: nec iam sibi laborare necesse esse[a] inquirendo[b], ubi aliorum labore quieti suę invenerit consultum.

Ergo quoniam nuper epistola de excellentia vestra, o imperator[c], missa ad nos pervenit hortans parvitatem meam, ut huius prophetę librum vobis exponerem ultimamque partem Ezechielis prophetę, ab eo loco, ubi expositionem eius beatus papa Gregorius in decima omelia morali sensu atque allegorico finivit[4], ego usque ad finem morali sensu mysticoque[d] perducerem: quod mihi arduum valdeque difficile visum est, ut hoc, quod doctissimi[e] atque[f] dissertissimi[g] ecclesię magistri ultra vires suas esse

a) Rabanus — perpetua *om. C, ed.* b) nostra *C.* c) hystor. *C.* d) nostrorum *C.* e) Ierem. *C.* f) sentenc. *C.* g) *sequitur verbum rasura del. B.* h) Ieronimi *C.* i) reper. *C.* k) solert. *C.* l) Qui *C.* m) commentatos esse *C.* n) *om. C.* o) saltim *C.* p) peticionibus *C.* q) sermonem *C.* r) Atticho *C.* s) *corr. in* adiuverunt *manu coaeva B.* t) Ieremie *C.* u) mihi *C.* v) XX *C.* w) apertiorem *C.* x) fastu superbo *pro* tem. ausu *C.* y) cōmodi *C.* z) repperit *C, manu coaeva corr. in* reppererit *B.* a) sit *C.* b) in querendo *C.* c) o imp. *om. C.* d) misticoque *C.* e) ditissimi *C.* f) et *C, ed.* g) disert. *C.*

1) *Rudolfus (Mirac. SS. Fuld. c. 15) l. l. meminit huius commentarii:* In Ieremiam quoque prophetam XX libros expositionis iuxta sensum maiorum edidit, *unde, cum Ludowico Pio iam defuncto consummatus sit, ut Hrabanus eum intra annos 840. et 842. scripserit, sequitur.* 2) *De institut. divinar. litterar. c. 3, opp. ed. Garetius II, 541.* 3) *Ex Cassiodoro l. l.* 4) *L. II hom. 10, opp. II, 1430.*

840—842 iudicaverunt et stupendo ab eo[a] declinaverunt, ipse infirmus et debilis et non tam
corpore ęgrotus quam etiam sensu minutus pertinaciter[b] quasi ad hoc idoneus temp-
tarem[c] aggredi. Qui licet aliquid magni numquam fuerim, tamen modo longe aliud me
esse sentio quam fueram: qui gravi ęgritudine pressus iam sępius in lectulo accumbo[1],
Iob 30, 31. quam ad scribendum vel ad[d] legendum in meditatorio sedeo. Idcirco[e] quoniam 'versa
est in luctum cythara mea et organum meum in vocem flentium', libet me magis
peccata mea plorare quam cantu musicam sonare, dicendo ad Dominum cum propheta:
Ps. 37, 9—11. 'Incurvatus sum et humiliatus sum usquequaque: rugiebam a gemitu cordis mei. Et
ante te est omne desiderium meum, et gemitus meus a te non est absconditus. Cor
meum conturbatum est in me et deseruit me fortitudo mea et lumen oculorum meo-
Ps. 50, 3. rum non est mecum'. 'Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam delens[f]
ib. 56, 2. ib. 70, 9. iniquitatem meam' 'quoniam in te confidit anima mea'. 'Ne proicias me in tempore
senectutis et, cum[g] defecerit virtus mea, ne derelinquas me'.

Igitur ob hanc causam ceteris omissis vel potius ad aptum tempus reservatis, si forte Dominus per inmensam pietatis suę gratiam voluerit sanitatem mihi tribuere facultatemque legendi atque scribendi conferre, modo presens opus expositionis videlicet Hieremię[h] prophetę, quod bonę memoriae genitore vestro Hludowico[i] Augusto adhuc vivente inchoaveram, et post obitum eius consummaveram, vestrę devotioni[k] simul et auctoritati committo, ut habeatis illud legatisque et ad bonum studium vestrum exercendum cum vestris eo utamini. Et quoniam plurimorum diversę sunt voluntates et differunt ingenia vacillantque sententię, placuit mihi te unum ac solum iudicem benevolum et sapientissimum expetere, sanctissime atque augustissime imperator Hludhari[l], cuius mentem divina sapientia illustrans non permittit fraude[m] invidorum corrumpi, nec versutia perversorum seduci, sed in ęquitatis et iustitię regula conservans per viam veritatis sedulo deducit[n]. Tibi ergo ęquo iudici pręsens opus offero, ut tuo examine ad purum probetur, et tua auctoritate contra invidos aemulorum morsus tueatur. Cum enim habuerim te propitium[o] et benignum iudicem, pro nihilo[p] aliorum opiniones falsas deputo[q], sed tui iuris amator ac tuę sanctę voluntatis devotus executor[r], fidelis tibi, Christo tribuente, quamdiu vixero, perseverabo.

Aeterna[s] Dei bonitas et super omnia excellens maiestas serenissimum ac piissimum Augustum ab hostibus in terra diutius protegat inlęsum et postmodum in caelis faciat perpetualiter regnare beatum[t][2].

29.

Hrabanus Fuldensis abbas de Humberti Wirciburgensis episcopi interrogatione, quota generatione conubium licitum sit, iterum festinanter respondet. —*842.*

Codd. Romanus Palatin. 576 s. IX. ex. fol. 8'—11 (V), quem cont. R. Arnold; Guelferbyt. inter

---

a) ab eo *om. C.* b) temerario ausu *pro* pertin. *C.* c) temptarer *corr. in* temptarem *B.* d) *om. C.* e) Iccirco *C.* f) deleasque *C.* g) dum *pro* et cum *C.* h) Ieremie *C.* i) Ludovico *C.* k) devocioni *C.* l) Lothari *C.* m) fraudes, s *eras. B.* n) deduci *C.* o) propic. *C.* p) nichilo *C.* q) deputato falsas *C.* r) executor *C.* s) Aeterna — beatum *om. C, scr. uncialibus viridi colore pictis B.* t) Incipiunt Capitula *pergit B,* Explicit prologus. Incipiunt Capitula *C.*

1) *Cf. supra p. 441 v. 36.* 2) *In ultimo codicis folio 327' additur in B eadem manu:* Hic liber descriptus est iussu domni Maioli abbatis *(949—994)* ab Hermanno sacerdote, licet indigno et monachorum omnium ultimo, et prelibati patris voto oblatus sancto Petro Cluniensi coenobio. Orat scriptor, quatinus quicumque eum manibus susceperit legendum, veniam illi a Domino imploret peccaminum.

Helmstad. 454 s. X. fol. 16 (H), quem cont. Werminghoff; Monacenses (Augustani) 3851 s. IX. fol. 24 (M 1), 3853 s. X. fol. 77' (M 2); Colon. CVIII s. X. p. 45—49 (C), de quibus cf. V. Krause in Neues Archiv XIX, 90. 98. 128. 130.[a] —842

Edd. princ. Coloniae 1532 typo Ioannis Prael; Opp. ed. Colvenerius VI, 165—166; Mansi Coll. concil. XVI, 869—872; Hartzheim Conc. Germ. II, 226—228; Migne Patrol. CX, 1083—1088.

*DOMINO[b] VERE SANCTO AC[c] BEATISSIMO PATRI HUNBERHTO[d] GRATIA DEI EPISCOPO[1] HRABANUS, VILISSIMUS SERVORUM DEI SERVUS, IN CHRISTO SALUTEM. *C p. 45.

Nuper venerunt ad me litterae de tua sanctitate directae[e], quae inter alia, de[f] quibus tua[g] mecum dilectio decrevit tractare, continebant de nuptiis: ut, quota[h] generatione legitimum conubium esse posset[i], edicerem. Ubi et commemorabas[k] te quaedam capitula legisse papae Gregorii ad[l] Augustinum[m], gentis Anglorum pontificem[n][2], necnon et decreta[o] Zachariae papae[3] de eadem re; similiter quoque, quid Isidorus[p] Hispaniensis[q] episcopus in Ethimologiis[4] suis inde senserit, notum habere. Et quid ego[r] super haec omnia sentirem, tibi a me rescribi postulabas. Unde ego, tunc[s] videns quantitatem negotii, breviter respondi, quod[t] tanta[u] res et spatium temporis et otium scribentis quaereret[v], nec me cito[w] posse ad ea quae rogabas in[x] multis occupatum condigne respondere, sed maiorum dicta et sacrorum librorum volumina ante perscrutari velle, et sic ad rescribendum manum mittere. Sed cum postmodum te sentirem ad promissa exequenda avidius anhelare, praeoccupavi tempus et festinanter[y] tuae voluntati obtemperare[z] decrevi, breviter haec commemorans quae legisse me recordatus sum vel quae subito dictanti[a] in mentem venerant.

Igitur de nuptiis quid licitum sit vel inlicitum, Dominus per legem vel evangelium innotuit, qui[b] bono[c] coniugali[d] uti concessit atque omne incestum et fornicationem omnino prohibuit. Quomodo autem consanguinitas honoranda sit, liber Leviticus ostendit, ubi[e] ita legitur: 'Locutus est *Dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israhel *C p. 46. Levit. 18, 1—18.
et dices ad eos: Ego[f] dominus Deus vester. Iuxta consuetudinem terrae Aegypti, in qua habitastis[g], non facietis; et iuxta morem terrae[h] Chanaan, ad quam ego vos[i] introducturus sum, non agetis, nec in legitimis eorum ambuletis; facietisque praecepta[k] mea et iuditia servabitis, et ambuletis in eis. Ego dominus Deus vester. Custodite legitima mea[l] atque iudicia[m], quae homo faciens vivet in eis. Ego Dominus. Omnis homo ad proximum[n] sanguinis sui non accedat, ut revelet[o] turpitudinem eius. Ego Dominus. Turpitudinem[p] patris tui et turpitudinem matris tuae non discoperies[q]. Mater tua est: non revelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui non discoperies[q], turpitudo[r] enim[s] patris tui est. Turpitudinem sororis tuae ex patre sive

26. a) *Lemma:* Epistola (item ep. *H*) Hrabani (Hrab. ep. *V*, archiepiscopi *add. M*) ad Hunberhtum (Hunbertum *H*, Humbertum *M*) episcopum *V, H, M*; Incipit epistola Rabani archiepiscopi ad Unbertum episcopum. VIII *C*. b) omino *V*. c) et *H, M*. d) Hunberto *C, H*, Humberto *M*. e) littere . . directe *H*. f) ex *C*. g) mecum tua *C*, tua *superscr. V*. h) qua *superscr.* ot *C*. i) tibi *add. C*. k) commerabas *H*, commorabas *corr. in* commemor. *M*. l) aut *H, M, C*. m) Austinum *V*, Agustini *H*, u *superscr. C*, Augustini *M*. n) episcopi *H, M, C*. o) deta cre *superscr. C*, decręta *M*. p) Esidorus *M*, Ysidorus *H*, Isiderus *corr.* -dor. *C*. q) Ispanensis *primo* n *in ras. C*, Ispalensis *M*, Yspalensis *H*. r) ergo r *del. H*. s) *om. V*. t) quot *corr. in* quod *C*. u) tantas *C*. v) inquireret *V*. w) me scito *H*, *corr. in* merito *M 1*, mer. *M 2*. x) im *corr. in* in *C*. y) festinenter *corr. in* -nanter *C*. z) optemp. *C*. a) dictanda *H*. b) quia *H, C, M*. c) boni *corr. in* bono *C*. d) congali iu *superscr. C*. e) tibi *M*. f) sum *add. C*. g) habitatis *H, C, M*. h) regionis *C, Vulg.* i) intr. sum vos *C*. k) iuditia mea et precepta serv. *C*. l) leges meas *C, Vulg.* m) iuditia *C*. n) proximam *H, Vulg.* o) revellet *C*. p) Turpitudinem — tui et *om. C, H*. q) discooperies *C, H, Vulg. (passim)*. r) *M pergit ita:* mater tua est, non revelabis turpitudinem eius et cętera sicut in libro Levitico continetur (*corr. ex* continebit). Cum enim *(p. 446 v. 13) etc.* s) *om. C, M.*

1) *Quamquam Rudolfus hanc epistolam non commemorat, ea tamen, cum ad Humbertum data sit, non post annum 842. scribi potuit. Ea atque sequente Regino in libris de synodalibus causis saepius usus est.* 2) *Registrum Gregorii l. XI, 56*[a] *c. 5, EE. II, 335.* 3) *Spuria cf. Jaffé Reg. N. 2303.* 4) *Lib. IX. c. 6, 28, opp. III, 451.*

— 842 ex[a] matre, quae domi vel foris genita est, non revelabis, quia[b] turpitudo tua est. Turpitudinem filiae filii tui vel neptis ex filia non revelabis, quia turpitudo tua est. Turpitudinem filiae uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, non[c] revelabis, quia soror tua est. Turpitudinem sororis patris tui non discoperies[d], quia caro est patris tui. Turpitudinem sororis matris[e] tuae non revelabis[f], eo quod caro sit matris tuae. Turpitudinem patrui[g] tui non revelabis nec accedes ad uxorem eius, quae tibi affinitate[h] coniungitur. Turpitudinem nurus tuae non revelabis, quia uxor filii tui est, nec discoperies ignominiam eius. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis, quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinem uxoris tuae et filiae eius non revelabis; filiam filii eius et filiam filiae illius non sumes, ut reveles ignominiam eius, quia caro illius sunt et talis coitus[i] incestus est. Sororem uxoris tuae in pelicatum[k] illius non[l] accipies nec revelabis turpitudinem eius'.

Cum enim Dominus populum suum de contaminationibus[m] gentium[n] voluissset *C p. 47. separare, primum *generali vocabulo ad proximitatem sanguinis prohibuit quemquam accedere, ne revelaret turpitudinem eius. Deinde ipsam generalitatem formae[o] in XII species subdivisit, quae tamen[p] ultra tertiam vel quartam generationem non procedunt. Ac ideo[q] reor domnum Gregorium papam[r] Augustino[s] interroganti, tertia vel quarta generatione iam licite conubia iungi[t] respondisse[u]. Similiter et in Theodori archiepiscopi gentis Anglorum capitulis, quae de[v] necessariis rebus[w] conscripsit, invenimus, quod in tertia[1] propinquitate carnis secundum Grecos liceat[x] nubere, in quinta vero secundum Romanos. Qui[y] tamen coniugia in tertia propinquitate facta non solverent, si antea ab inscientibus[z] conpacta fuissent, aequaliterque[a] coniungeretur[b] vir[c] in[d] matrimonio eis[e], qui sibi consanguinei sunt, et uxoris suae consanguineis post mortem uxoris. Hunc autem Theodorum[2] Tharso Ciliciae[f] natum Vitellianus papa Romae episcopum ordinans ad Britanniam[g] misit, unde et tam[c] orientalium quam[h] occidentalium ecclesiarum[i] consuetudinibus pleniter institutus[k] fuerat, nec[l] eum[m] aliqua latere potuerunt, quae in observationibus legitimis Greci vel Romani eo[n] tempore habuerunt, maxime cum in utraque lingua perfecte instructus esset.

Quod autem proximis temporibus[o] Romanorum pontificum scripta continent usque ad sextam vel septimam generationem coniugii usum esse[p] differendum[q] magis ex consuetudine humana quam[r] ex lege divina hoc eos praecepisse[s] credendum est. Quod ita sentiens[t] beatus Bonifatius[u] martyr[v][3] nosterque patronus[4] de eadem re episcopos[w] gentis suae credidit consulendos, ut ipsi, quid in sanctorum patrum sententiis inde explanatum[x] invenirent, sibi rescriberent. Nam quod Isidorus[y] in Ethimologiis suis[5] usque ad sextam generationem consanguinitatis abstinendum et sic legitime[z] conubia[a]

---

a) *om. C.* b) quia — est *om. C.* c) et est soror tua non revelabis *pro* non — est *C, H.* d) discooperies *C, H (passim).* e) *om. V.* f) discoperies *V.* g) patris *C.* h) adfinitate *H, corr. in* affin. *C.* i) cogitus *H.* k) prelic. r *del. C.* l) noc *C.* m) contationibus *corr. in* contamin. *M 1.* n) *suppl. in marg. C.* o) ferme *M, H.* p) tam *M.* q) Accidit ut *C, M,* Hinc accidit ut *H pro* Ac ideo. r) papę *C.* s) Agustino *M,* u *superscr. C.* t) iungere *H, M, C.* u) spondisse *M,* -re *superscr. C.* v) *om. M, superscr. C.* w) conscr. reb. *M.* x) liceret *H, M,* licet *C.* y) Quinta *M.* z) insipientibus *C.* a) que *om. H, add.* cum. b) coniungeret *M, C.* c) *om. C.* d) im *C.* e) eas *M, C.* f) Cilię (Cilae) *M.* g) Brittanniam *H,* Brittaniam *C,* Brittanum *M.* h) etiam *add. H, M, C.* i) ecles. *C.* k) institus *C.* l) enim *add. H, M 2.* m) al. eum *H.* n) et *M 1,* et eo *M 2.* o) proximi temporis *corr. in* proximis temporibus *M 1.* p) *om. C, H, M.* q) deferendum *M.* r) quam — divina *om. V.* s) percepisse *H, M, corr. in* pręcep. *V.* t) *superscr. V,* senciens *C.* u) Bonefacius *C.* v) marthyr *M 1.* w) episcopus *H.* x) explanandum *corr. in* explanatum *M 1.* y) Ysidorus *H, C,* Esydorus *M.* z) legitimi *M.* a) conubio *H, M, C.*

1) *immo quarta, cf. Theodori poenitentiale c. 78 ap. Wasserschleben Bussordnungen p. 169.* 2) *Cf. Bedae hist. eccles. gentis Anglor. l. IV. c. 1, ed. Holder p. 164.* 3) *Cf. Gregorii II papae litteras ad Bonifatium datas, EE. III, 275.* 4) *Fuldensis scil.* 5) *Cf. supra p. 445 n. 4.*

coniungenda[a] *asseruit, inde reor eum[b] fecisse, quod genealogiae[c] seriem retexens, —842 quousque ordinem numerando perduxit, eo cognationem servandam[d] sanguinis aestimavit, *C p. 48. sicque ad innovationem[e] generis et amicitiae ius confirmandum redire ad conubium sancivit[f], quando iam cognationis ordo numerari[g] desivit.

Caeterum ante omnia considerandum[h] est, ut sic censura disciplinae temperetur, ne per inmoderationem correptionis peccati cumulus[i] augeatur. Scimus enim, quod[k] qui[l] in lege[m] cognationis ius observare constituit, ipse[n] in evangelio foedus coniugii non dissolvendum praecepit, ita sane[o], ut si quis dimitteret uxorem excepta causa Matth. 5, 32. fornicationis, faceret eam moechari[p], et qui dimissam duceret[q] moecharetur[p]. Sic et apostolus eandem rationem sequens in epistola sua iussit mulierem a viro non disce- 1. Cor. 7, 10. 11. dere, quod si discederet, manere innuptam[r] aut viro suo conciliari[s]. Si enim, ubicumque aliquid proximitatis vel consanguinitatis licet longinquae inter coniugatos inveniri potest, statim matrimonium dissolvitur, vereor[t], quod adulterium et fornicationis scelus multiplicetur, quia, cum coniugato[u] adolescenti[v] vel iuveni societas conparis suae denegetur[w], nec aliquid solatii[x] ei inpenditur, unde continentiam servare[y] possit, libidine inflammatus per diaboli instigationem multiplici fornicatione[z] forsan[a] polluitur ac sic in precipitium mortis aeternae anima dimergitur[b]. Unde apostolus huiuscemodi vitium amputare volens scripsit dicens: 'Bonum est mulierem non tangere: ib. 1–3. propter fornicationem autem unusquisque uxorem[c] suam habeat, et unaquaeque virum[d] suum habeat[e]. Uxori[f] vir debitum reddat, similiter[g] et uxor viro'. Et[h] paulo post: 'Nolite fraudare[i] invicem, nisi forte ex consensu[k] ad tempus, ut vacetis orationi et ib. 5. iterum revertimini in idipsum, ne temptet vos satanas propter incontinentiam vestram'. His ergo omnibus consideratis bonum mihi videtur, ut legis divinae constitu*tio in- *C p. 49. violata servetur et scandalum, quantum ad homines pertinet, pro facultate virium declinetur, ubi autem sine maiori detrimento scandalum iam devitari non potest, melius est, ut minus[l] scandalum toleretur[m], quam[n] maximum[o] propter incautelam efficiatur.

Igitur, quia a[p] mea parvitate voluisti, quid sentirem de hac re[q], tibi rescribi, propter infirmitatem instantis temporis reor hoc quod Theodorus archiepiscopus, inter Gregorium et Isidorum[r] medius incedens, in suis capitulis definivit, magis sequendum, ut post quintam generationem iam licitum conubium sit[s], quia nec lex divina hoc contradicit, nec etiam sanctorum patrum[t] dicta hoc prohibent. Si autem et[u] in quinta ab insciis copula[v] fuerit peracta, melius mihi videtur, ut cum paenitentiae[w] humiliatione, si se uxoratus continere non vult, Deo satisfaciat et tamen ei praedicetur, quam bonum sit, ut ab huiuscemodi copula semetipsum abstineat, si forte det[x] illi Deus paenitentiam[w] et resipiscat a diaboli laqueis gratamque[y] continentiae suae spontanea voluntate oblationem postmodum[z] offerat Deo, et sic, nisi fallor, cautela erit in iudicio atque iustitia servatur[a] in facto[b].

---

a) coniungendum *H, C*, iungendum *M.* b) *om. H.* c) genelogiae *C.* d) sang. servandum *C.* e) invocationem *M1, corr. in* innovat. *C.* f) sanccivit *M, uno* c *del. C,* sanctivit *H.* g) numerare *corr. in* -ri *C.* h) desider. *corr. in* consid. *C.* i) cumulis *corr. in* -lus *C.* k) *om. C, M, H.* l) quia *M.* m) in lege *om. M.* n) *om. C, M, H.* o) sanę *C.* p) mech. *C.* q) deduceret *C.* r) innupta *M 1.* s) reconciliari *C.* t) reor *H.* u) iugato *H.* v) adulesc. *V.* w) degatur ne *superscr. C.* x) ei sol. *C,* ei *om. V.* y) salvare *M.* z) fornicationem m *del. C,* fornicationi *H.* a) forsitan *C, H, M.* b) demergitur *C, H, M.* c) suam ux. *C.* d) suum vir. *C, M.* e) et cetera *add. M.* f) vir uxoris s *del. C.* g) autem *add. C, H.* h) Et paulo — vestram *om. M.* i) fradare u *superscr. C.* k) consu *C.* l) ut minus *bis scr. semel del. C.* m) tolletur *M, corr. in* -latur *C,* tollatur *H.* n) quoniam *M,* quia *H.* o) proximum *corr. in* max. *M.* p) *om. C, M.* q) rem *corr. in* re *C.* r) Isyd. *C,* Ysid. *M.* s) fiat *C.* t) *om. V.* u) *om. C.* v) fuer. cop. *M.* w) poenit. *C.* x) de *ante* det *del. C.* y) gratumque *H, M, corr. in* gratamque *C,* gratam *V.* z) posmodum *C.* a) servatus *M,* servator *corr. in* -tur *C,* b) affecto *M1,* affecto *corr. in* -tu *C, M2,* effectu *H,* Deo gratias *add. V.*

—842 Beatitudinem[a] tuam incolomem ad multorum salutem Christi divinitas diu conservet, sanctae pater, memorem nostri.

30.

Hrabanus Fuldensis abbas, Ludowici regis iunioris adventu impeditus, Reginbaldo chorepiscopo ad 7 interrogationes respondet: de homine qui christianum in paganam gentem vendiderit, de infantibus qui cum parentibus mortui inveniuntur, de eo qui viduam proximi sui in coniugem duxit, de patre filioque, vel duobus fratribus, vel avunculo et nepote cum una muliere fornicantibus, de servo fugitivo, de falsis presbyteris baptizantibus, de eis qui in quadragesima carnem manducant vel iura iuranda faciunt. —*842.*

Codd. Vatic. Palat. 576 s. IX. fol. 2—8' (V), quem cont. R. Arnold; Monacenses (Augustani) 3851 fol. 19 (M 1), 3853 fol. 7' (M 2), cont. Krause b. m.; Coloniensis CXVIII s. IX. p. 33—45 (C).[a]

Edd. Labbe Conc. coll. VIII, 1845—1851 ex V = Harduin V, 1411—1417 = Mansi XVI, 863—869; Migne Patrol. CX, 1187—1196; Hartzheim Conc. Germ. II, 214—219 ex C. Fragmenta in Centuria IX. Magdeburg. col. 139. 182. 211. 237. 249. 258. 286. 298. 300.

*C p. 33. *REVERENTISSIMO[b] ATQUE AMANTISSIMO[c] FRATRI, REGINBALDO[d] COREPISCOPO[e][1], HRABANUS[f], EXIGUUS SERVORUM DEI[g] SERVUS, IN DOMINO SALUTEM.

Postquam ergo[h] sanctitas tua nostrae parvitati se praesentare[i] voluit, tui desiderium iterum videndi te[k] valide nobis ingessit[l], ita ut cogitantes[m] gravitatem[n] morum, honestatem locutionis, humilitatem habitus, hilaritatemque vultus, quam dilectio[o] tua nobis exhibuit[p], praesentia tua non vellemus[q] carere, si quoquomodo[r] eam possimus[s] continuam habere. Sed quia verae karitatis[t] ea[u] est ratio, ut quod corporaliter habere[v] secum non potest, spiritaliter numquam habere cesset[w], licet corpore absens sis, spiritu tamen praesens esse nobiscum consistis[x], quod eo usque fiet, donec per Dei gratiam eruti a corpore praesentes erimus apud Dominum[y]. Hoc tamen adipisci nos posse, magis divini est muneris quam humanae facultatis. Sed spe iam salvi facti sumus:
*C p. 34. Prov. 16, 20. *qui autem in Domino sperat beatus est.

De caetero quoque, quia[z] veneratio tua quaedam capitula mihi in cartula tunc ostendit scripta, in quibus flagitabas[a] me tibi[b] respondere de his quae ibidem continebantur, relegi, quantum licebat, volumina divinorum testamentorum atque sanctorum patrum sententias, et quantum tempus permittebat[c], ea quae ad hoc respondendum[d] necessaria erant, in unum colligebam[e]. Hluduwici[f] enim[g] regis adventus, quod te scire non[h] ambigo, nobis imminens urguebat[2], ut ad eius susceptionem[i] occupati

---

a) Beatitudinem — nostri *om. V, H.*

30. a) *Lemma:* Epistola Hrhabani ad Reginbaldum corepiscopum *M*, Incipit epistola Rhabani archiepiscopi ad Ragindum episcopum *C*, Responsum Hrabani archiepiscopi super quibusdam interrogationibus Reginbaldi chorepiscopi *V*. b) everent. *P.* c) amatiss. *M 1.* d) Regimb. *corr. in* Reginb. *C*, Regibolto *corr. in* -boldo *M 1.* e) chorep. *M 2*, *om. V.* f) Rhabanus h *ante* R *superscr. M 1*, Harabanus *M 2.* g) *om. M.* h) ego *corr. in* ergo *C.* i) repraesentare *M, C pro* se praes. k) *om. C, M.* l) ingensit *corr. in* -gessit *C.* m) cognoscentes *V.* n) gravitantem *M 1.* o) tua dil. *V, C.* p) exibuit h *superscr. C.* q) valemus *M.* r) quomodo *C, M.* s) possemus hab. cont. *V.* t) carit. *C, M.* u) *om. C, M.* v) sec. hab. *C, M.* w) ceset *C.* x) non desistis *pro* nob. cons. *V.* y) Deum *V.* z) *om. M*, qui a *superscr. C.* a) fragitabas *M 1.* b) ti bi *superscr. C.* c) permittebas *corr. in* -bat *C.* d) nec. resp. *V.* e) collegebam *M*, *corr. in* colligebam *C.* f) Hludovici *C.* g) *in marg. C.* h) *al. man. superscr. C.* i) susceptione *M 1.*

1) *Cum Reginbaldo chorepiscopo Moguntiacensi Hrabanus abbas annis 835. et 836. aliquoties convenit, cf. Ruodolf. Mirac. SS. Fuld. c. 3. 8. 14 (SS. XV, 332. 335. 339). Hrabanus titulum ei posuit (Poet. Carol. II, 242), eumque ante annum 852. obiisse inde sequitur, quod concilio Moguntiacensi a. 852. celebrato aliis chorepiscopis praesentibus defuit. Waitz (SS. XV, 335 n. 2) eum cum Reginherio confudit, qui revera a. 853. defunctus est. Reginbaldus Humbertum excepisse videtur, cum is ad episcopatum Wirciburgensem a. 832. promoveretur (cf. supra p. 431 n. 1), Reginbaldum Thiotmarus (ib. n. 5).* 2) *Kunstmann (Hrabanus Maurus p. 144 n. 2) Hrabanum haec scripsisse coniecit, quando a. 848. Ludowici Germanorum regis adventum Moguntiaci expectavit, sed tunc Humberti episcopi nomini beatae memoriae addere oportuit.*

essemus, nec[a] iam licuit securae lectioni[b] insistere, quando ipse animus sentiebat[c] se —842 in multas partes esse[d] divisum. Sed quia tui amoris fervor inest[e], me[f] tibi parere[g] coegit[h], mundanis sollicitudinibus temperatis, quantum[i] fragilitas humanae mentis sinebat, potissimum tuae consentire decrevimus voluntati.

Quorum capitulorum haec fuit series.

I. Primo interrogabas, quid de eo faciendum esset, qui hominem christianum sollicitando furatus[k] fuerit et in[l] paganam gentem tradendo vendiderit, a quibus ultra ille venditus se eruere non possit.

Ad[m] quod[n] tunc tibi[f] respondi[o] homicidii reatum ipsum hominem sibi contrahere mihi videri. Quod et postea legens divinam sanctionem in Deuteronomio ita probavisse repperi, cum homicidae[p] et furi hominem vendenti parem[q] vindictae modum inposuisset. Nam, sicut ibi[r] legitur, 'animam pro anima homicidam debere[s] reddere, oculum Deut. 19, 21. pro oculo, dentem pro dente[t], manum pro manu, pedem pro pede, sic et ipsum hominem, ib. 24, 7. qui deprehensus fuerit sollicitasse fratrem suum de filiis Israhel et vendidisse accipiendo pretium, iubet interficere et ita auferre malum de medio[u] populi Dei'. Unde mihi videtur, sicut par sententia in lege divina est constituta de homicida[v] et fure hominem vendente, sic et *canonica auctoritate pari modo plectendum eum[w] esse, qui fratrem *C p. 35. suum[x] furando atque sollicitando vendiderit, et illum[y], qui proximum suum, hoc est[z] christianum hominem, iniuste peremerit; et eo gravius, quo eum in paganam gentem[a] tradiderit, nec de animae suae ruina ullam[b] conpassionem habuerit. In concilio ergo Ancirano ita scriptum est[1]: 'Qui voluntarie[c] homicidium fecerint[d], paenitentiae quidem[e] iugiter[f] se submittant, perfectionem vero circa finem vitae[g] consequantur. De homicidiis[2] non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem[h] paenitentiam perfectionem consequi praecepit, secunda vero quinquennii tempus explere.' Sed in omnibus iudiciis temperanda est sententia iuxta intentionem et studium paenitentis. Si quis enim veraciter paenitentiam egerit[i], cum lacrimis ieiunia[k] et orationes solvens et elemosinas[l] largiter[m] expendens[n], huius itaque[o] habet sacerdos potestatem mitigare iudicium. Qui autem mentis est durae et neglegens est ad agendam paenitentiam, in hoc omnino decretum est tempus servandum.

II. De infantibus autem, qui mortui cum[p] patre et matre inveniuntur et non apparet, utrum ab eis oppressus[q] sit ipse infans sive suffocatus, an propria morte defunctus, nec[r] debent inde securi esse, nec sine paenitentia ipsi parentes[s]. Sed tamen in eis consideratio debet esse pietatis, ubi non voluntas, sed eventus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsos eius esse interfectores, scire debent graviter se deliquisse, quod in Ancirano concilio hoc modo probatur[3]: De mulieribus quae fornicantur et partus suos necant, vel quae agunt secum, ut de utero[t] conceptos excutiant[u], antiqua quidem definitio[v] usque ad exitum[w] vitae eas ab ecclesia removet[x]. Humanius autem nunc definimus[y],

a) non esse iam *M 2 pro* nec iam. b) leccioni *M 1.* c) se sent. *C, M.* d) divis. esse *C,* esse *del. M 1,* esse part. div. *M 2.* e) *om. V.* f) *om. C, M.* g) parcere *C, M.* h) cogebat *C, M add.* in. i) quantam *corr. al. manu in* -tum *C.* k) fuer. fur. *M.* l) ad *C, M.* m) At *M, corr. in* ad *C.* n) *om. M 2.* o) respondendi *M 1.* p) homicidiae *corr. in* -dae *C.* q) parum *C.* r) ibidem *M.* s) *om. C.* t) et reliqua *M pro* manum — pede. u) modio *C.* v) omicida h *superscr. C.* w) *om. C.* x) *om. V.* y) ille *corr.* illum *M 1.* z) hoc est *om. V.* a) paganas gentes *C, M.* b) *om. M.* c) voluntariae *M,* a *del. C.* d) fecerit n *superscr. C.* e) *om. C.* f) se *pro* quid. iug. *M.* g) vitę exitum *C, M.* h) septem annorum *M.* i) ęgerit *C.* k) et orationes et ieiunia *M.* l) elemomosinas *M,* et *om. V.* m) lagiter *C.* n) imp. *V.* o) ergo *V.* p) inv. cum p. et m. *C, M.* q) a patre occisus *pro* ab — oppressus *M,* obpressus *C.* r) non *C, M.* s) praesentes *M 2.* t) utere *M 2,* de *om. V.* u) conceptus excutiatur *V.* v) *rasura unius verbi post* def. *C.* w) ultimum *V.* x) eclesia renovet *C.* y) diffinimus *M.*

1) *C. 21, Mansi Coll. conc. II, 526, cf. Conc. Mog. 847 c. 22, Capitul. reg. Franc. II, 181.* 2) *Ibid. c. 22 col. 527, Conc. Mog. 847 c. 23 p. 182.* 3) *C. 20, Mansi II, 526, Conc. Mog. 847 c. 21 l. l.*

— 842 ut eis decem[a] annorum tempus secundum prae*fixos gradus paenitentiae largiamur. Sed alii[1] *C p. 36. trium annorum[b] paenitentiam huiusmodi homines denuntiant[c] esse debere, hoc est, qui infantem suum[d] incaute oppresserit, quorum unum ex eis exigat cum pane tantum et[e] aqua, abstineatque se[f] ab omni luxuria[g] tempore paenitentiae suae.

III. De eo[h] vero[i], qui viduam proximi sui in coniugem[k] duxit, illud considerandum est, quota generatione conubia ipsa inter[l] propinquos legitime[d] fieri possint? Et sic de utroque sexu iudicium[m] aequum agendum, quia alii tertia vel quarta generatione hoc fieri posse iudicabant, alii quinta, alii vero[n] sexta. Sed illud ibi[o] praecipue considerandum est, quid lex divina inde praecipiat. Super quo capitulo Hunberhto[p] episcopo sciscitanti iam respondimus, cuius responsionis formulam etiam[q] nunc tibi direximus[2]. Manifestum est enim, quod sacri canones ei anathema dicunt, qui de propria cognatione[r], vel quam cognatus habuit, duxerit uxorem, et ideo tibi[s] summa cautela[t] est habenda, ne forte pro incesti noxa aeterna dampnatio sequatur.

IIII. De eo autem quod interrogabas, si pater et filius vel si duo[u] fratres, aut[v] avunculus et nepos, cum una[w] muliere fornicaverint[x], quid inde faciendum esset, manifestum est, quod gravi vindicta plectendum erit quod grave facinus esse reperitur[y]. Deut. 5, 18. Omnis enim moechia[z] interdicitur, ubi scriptum est, 'non moechaberis'[a], quanto magis cum cognata vel cum coniuge seu concubina cognati? Quid autem Dominus in lege Levit. 20, 10–12. in vindicta talium iusserit, liber Leviticus demonstrat, ubi ita scriptum est: 'Si moechatus fuerit quis cum uxore alterius et adulterium perpetraverit cum coniuge proximi sui, morte moriantur et moechus[b] et adultera. Qui dormierit cum noverca[c] sua et revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. *C p. 37. Si quis dormierit cum nuru[d] sua, uterque moriantur[e], *quia scelus operati sunt: ib. 14. sanguis eorum sit super eos. Qui supra uxorem filiae[f] duxerit matrem eius, scelus operatus est[g], vivus ardebit cum[h] eis nec permanebit tantum nefas in medio vestrum. ib. 17. Qui acceperit[i] sororem suam, filiam patris sui vel filiam matris suae, et viderit turpitudinem eius[k], illaque conspexerit fratris sui[l] ignominiam, nefariam rem operati sunt, occidentur ambo in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam mutuo revelarint et ib. 19–21. portabunt iniquitatem suam. Turpitudinem materterae et amitae[m] tuae non discoperies[n]: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suae nudabit, portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum uxore patrui vel avunculi sui et revelaverit ignominiam cognationis suae, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit inlicitam, turpitudinem fratris sui revelavit: absque filiis erunt'.

His enim iudiciis[o] patet, quantum Domino displiceat omnis incestus et pollutio coitus inliciti, quia mortis iudicio[o] huiusmodi scelus puniendum esse iudicavit. Nec enim filium cum uxore patris nec patrem cum uxore filii licet concumbere, quia dormire cum noverca seu cum nuru prohibuit. Sed neque ducere uxorem fratris convenit, quia huiusmodi absque filiis fieri, hoc est mortis reus esse iudicatur[k]. Si enim Dominus in lege turpitudinem incestus mortis sententia vindicare[p] iussit, quomodo in evan-

a) X *M*, decim *corr. in* -cem *C*. b) vero III *pro* trium ann. *M*. c) iudicant *C, M*. d) *om. V*. e) in pane et *M 2*. f) abstinere atque se *M 1*, abstinere se debere *M 2*, abstinet t *del.* atque *C*. g) luxoria *C*. h) Deo *corr.* De eo *C*. i) *om. M*. k) coniugium *V, C*. l) ipsos *add. M*. m) iudit. *C passim*. n) *om. C*. o) *om. C, M*. p) Humberto *C*, Hunberto *M*. q) aetiam *C*. r) propia cogitatione *corr. in* cognat. *C*. s) ibi *C, M*. t) est caut. *V*. u) duos *corr. in* duo *M*. v) *om. M*, vel *superscr. C*. w) mul. una *M*. x) fornicaverent ve *del. C*, fornicarent *corr.* fornicaverint *M 1*, fornicarentur *V*. y) repp. *uno* p *del. V*. z) mecha *C, M*. a) mechab. *C*. b) moecus h *superscr. C*. c) novercha *C*. d) nuru *corr.* -ra *C*. e) moriatur *V*. f) filiam *V, C*. g) *om. M*. h) cu *C*. i) accip. *corr. in* accep. *C*. k) et reliqua *add. M* illaque — esse iudicatur *om*. l) *om. V, C*. m) amittę *uno* t *del. C*. n) discooperies *C*. o) iudit. *C*. p) *corr. in* -cari *V*.

1) *Cf. concil. Mogunt. a. 852 c. 9, Capitul. reg. Franc. II, 189.* 2) *Cf. supra p. 445. Humbertus igitur etiamtunc vixit († 9. Mart. 842).*

gelio, ubi summa iustitia est, incestuosus[a] poenam peccati evadet[b]? Maxime[c] cum ibi —842 poena temporalis decernitur, hic gehennae[d] ignis perpetuus[e] praedicitur?

Quam discretionem sentiens apostolus ad Hebreos scribens ait: 'Irritam qui[f] Hebr. 10, 28. 29. fecerit legem Moysi, sine ulla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia[g], *qui filium Dei conculcaverit et *C p. 38. sanguinem[h] testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est et spiritui[i] gratiae contumeliam fecerit'? Proinde valde necessarium est, ut duram iudicii sententiam mitigare studeat peccator per condignam paenitentiam, ne forte scelus incorrectum ultio puniat[k] perpetua. Unde est[l], ut[m] Iohannes baptista in evangelio turbas, quae exiebant, ut baptizarentur ab eo, hortatus est dicens: 'Genimina viperarum, quis ostendit vobis Matth. 3, 7. 8. 10 fugere a ventura ira? facite ergo fructus dignos paenitentiae. Iam enim securis ad radices[n] arborum posita est. Omnis ergo[o] arbor non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur'. Sacri autem canones quid de incestuosis praecipiant, facile est agnoscere. Nam in Caesariensi concilio ita scriptum est[1]: 'Mulier si duobus fratribus nupserit, abiciatur usque ad mortem. Veruntamen in exitu propter misericordiam si promiserit, quod facta incolumis[p] huius coniunctionis[q] vincula dissolvat, fructum paenitentiae consequatur. Quod si defecerit vir[r] aut mulier in talibus nuptiis, difficilis erit paenitentia in vita permanenti'[s]. Unde patet[t], quod aeque[u] malum est hoc, quod mulier duobus[v] fratribus[w] nupserit, et illud, cum vir duas sorores[x] duxerit; aut pater et filius si[1] cum una muliere[y] fornicati fuerint, aut avunculus aut[z] nepos[a] si cum una muliere dormierint, aut aliquid huiusmodi factum fuerit. Quapropter institutum est, ut taliter peccantes usque ad finem vitae paenitentiam agant, nisi forte propter nimium fletum[b] et conpunctionem validam devotamque paenitentiam aliquid humanius sacerdos apud paenitentem agendum esse decreverit, quia cuius Dominus cor in conpunctione lacrimarum et amaritudine fletuum visitaverit, huius brevi*andi tempus paenitentiae potestatem sacerdos habebit, sicut *C p. 39. scriptum est in Laodicensi concilio[2]: 'De his, qui diversis facinoribus peccaverunt et perseverantes[c] in oratione confessionis et paenitentiae, conversionem[d] habuere perfectam, pro qualitate[e] delicti talibus post paenitentiae tempus inpensum propter clementiam et bonitatem Dei[f] communio concedatur'. In Ancirano quoque concilio de adulterio ita scriptum est[3]: 'Si cuius uxor adultera[g] fuerit, vel si ipse adulterium commiserit, septem annorum paenitentia oportet eum perfectionem[h] consequi secundum pristinos gradus'. Igitur Theodorus[4] iudicavit eum, qui incestum fecerit, duodecim annos[i] paenitere debere.

Quod[k] autem caeteri doctores inde sentiant, in libellis eorum, quos de paenitentia conscripserunt, invenire poteris[l]: quia alii XV annis, alii XII, alii X, alii VII de huiusmodi sceleribus iudicaverunt[m] paenitudinem explendam[n]. Sed tu priscorum patrum vestigia sequens illis[o] solis paenitentiae[p] spatium temperes, qui devote et cum lacrimis paenitentiam egerunt[q], caeteri autem definitum[r] tempus expleant[s], quia in Salamone[t] scriptum est: 'Qui abscondit scelera[u] sua, non dirigetur; qui autem confessus[v] fuerit Prov. 28, 13.

---

a) incestuossus *uno* s *del. C.* b) effugiet *V.* c) maximae *C.* d) gehenna *M 2, corr. in* -ne *C.* e) perpetui *V, C.* f) faciens *V pro* qui fec. g) supplitia *C.* h) saguin. *V.* i) spiritu *M.* k) puniet *corr. in* -at *C.* l) *om. C, M.* m) et *C, M.* n) radicem *V.* o) *om. M.* p) incolomis *C, M.* q) coniuntionis *C.* r) deferit ce *superscr.* mulier aut vir *V, C.* s) manenti *V.* t) peratet er *eraso C.* u) ęquae *C.* v) *ante* duobus de *del. C.* w) *om. V.* x) uxores *V.* y) mulieri *corr.* -re *C.* z) et *V.* a) neptis *corr.* nepos *C.* b) fletum *bis scr. semel del. C.* c) perseverante s *superscr. C.* d) conversationem at *del. C,* conversionis *M 1;* a malis omnibus *add. M 2.* e) quilit. *corr. in* qualit. *C.* f) *om. V, C.* g) adulterata *C.* h) perfecct. *C.* i) annis *V.* k) Quid *V.* l) inveniri poterit *C, M.* m) ut *add. C, M.* n) expendamus *C, M.* o) his *M.* p) *om. V.* q) ęger. *C.* r) diffinitum *M,* difin. *C.* s) *om. M.* t) Salom. *C.* u) scelere *corr.* -ra *V.* v) conversus *C, M.*

1) *Conc. Neocaesar. c. 2, Mansi Coll. conc. II, 543. Eundem locum laudat in epist. ad Heribaldum data c. 20 (Hartzheim Conc. Germ. II, 205).* 2) *C. 2, Mansi Coll. conc. II, 577.* 3) *C. 20, Mansi II, 526.* 4) *Nescio ubi.*

—842 et reliquerit ea, misericordiam consequetur[a]'. Pius est enim Deus et misericors[b] et
Eccli. 2, 13. Luc. 1, 50. 51. 'misericordia eius a progenie in progenies super[c] timentes eum. Facit[d] potentiam in
Prov. 28, 14. brachio suo, dispergit[e] superbos mente cordis sui'. 'Qui autem mentis[f] est durae
ib. 19, 16. corruet in malum', et 'qui custodit mandatum, custodit animam suam. Qui autem
neglegit vias suas, mortificabitur'.

V. De servo autem[g], qui fugerit dominum suum, interrogabas, si ille in ipsa fuga[g] mortuus fuerit[h], utrum[i] liceret pro eo missas[k] cantare aut psalmodias. Hoc in divinis libris non invenimus[l] prohibitum[m], sed tamen scimus ab apostolis fortissime
*C. p. 40. 1. Petr. 2, 18. praeceptum, 'ut servi subditi sint[n] *in omni timore dominis, non tantum bonis et mo-
cf. Col. 3, 22. destis, sed etiam discolis' et oboedientes[o] illis[p] fiant in omnibus.

In canone autem Gangrensis concilii ita scriptum est[1]: 'Si quis servum sub praetextu[q] divini cultus doceat dominum contempnere[r] proprium, ut discedat ab eius obsequio, nec[s] ei cum benivolentia et omni honore deserviat, anathema sit'. Unde datur intellegi, quod si ille anathema meruit, qui docet servum proprium dominum contempnere et ab eius obsequio recedere, quanto magis ille[t], qui dominum suum spernit et eius servitio subdi noluerit? Sed tamen distantia est inter eum, qui propter[u] superbiam et illum, qui,
Gen. 16, 6. 9. propter necessitatem fugit, coactus crudelitate domini sui. Nam Agar famula Sarae[v] fugam iniit, affligente eam domina sua, sed angelo ammonente[w], ut reverteretur et
Philem. v. 10—16. fieret subiecta dominatrici[x] suae, reversa est ad dominam suam[y]. Sic et Honesimus servus Philemonis effugit a domino suo, sed Paulo apostolo docente[z] credidit Christo et baptizatus est et sic per patrocinium apostoli restitutus est[y] proprio domino.

Ammonendus[a] est enim[b] servus quilibet fugitivus per fideles Christi doctores, ubicumque fuerit inventus[y], ut revertatur[c] ad dominum suum et fiat[d] ei subiectus, ne forte contempnens praeceptum domini, perpetuo[e] anathemate percutiatur. Attamen[f] si in[g] ipsa fuga obierit, orandum est pro eo, nisi forte aliquo crimine maiore[h] implicetur aut in perfidiam[i] devolvatur, unde fructuosa pro eo[k] non possit esse oratio. Attamen Augustinus[l] ad Laurentium scribens ita inter alia ait[2]: 'Cum ergo sacrificia sive altaris sive quarumcumque elemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones[m] sunt, pro non valde malis propitiationes[n] sunt, pro valde malis,
*C p. 41. etiamsi nulla[o] sunt adiumenta mortuorum, qualescumque tamen consolationes[p] sunt vi*vorum. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior[q] fiat ipsa[r] dampnatio'.

VI. De illo vero[s], qui presbiterum se esse finxit[t], cum non esset ordinatus, et baptismi officium exercuit, requirendum est, utrum ipse baptizans baptizatus esset, et utrum in nomine sanctae Trinitatis[u] sub trina mersione baptizaverit. Quod si ita erat, non est iterum baptizandus[v], sed per inpositionem manus episcopalis[w] unctione[x] sacri crismatis[y], id quod factum[z] est, confirmandum, quia quod semel[a] in sacramento baptis-

---

a) consequatur *C, M, corr. in* consequetur *V.* b) secundum misericordiam eius *add. M.* c) timentibus *pro* sup. tim. *V.* d) fecit *C, M.* e) et reliqua *add. M pro* dispergit — suo, dispersit *C.* f) durae ment. est *M 2,* durae *om. M 1.* g) *om. M.* h) fuer. mort. *C, M.* i) utrum — cantare *om. C, M.* k) misas *V.* l) libr. — inven. *om. C, M.* m) est *add. C superscr.* n) sunt *corr. in* sint *M 1.* o) obed. *C.* p) fiant ill. *C, M.* q) textu *M.* r) contemn. *C,* p *er. V.* s) nec c *del. C.* t) *om. C, M.* u) per *V, C.* v) Sarrae *M, uno* r *del. C.* w) ammon. *corr.* adm. *V,* monente *C.* x) dominatricis s *del. C,* dominatrices *corr.* -cis *M 1.* y) *om. V.* z) docende *corr.* -te *C.* a) *corr.* Admon. *V, C.* b) *om. C,* ergo *M.* c) revertetur *corr.* -tatur *C.* d) fiet *corr.* fiat *C.* e) perpetua *corr.* -tuo *C.* f) Adtamen *M 1.* g) *om. C.* h) maiori *C, M.* i) per invidiam *C, M.* k) pro eo possit esse *om. M.* l) Agustinus *M,* u *superscr. C.* m) acciones *C,* act. sunt *om. M.* n) propitiationis *M, corr. in* -nes *M 2.* o) milia *M, corr.* nulla *M 2.* p) viv. cons. sunt *C, M.* q) torabilior *V.* r) *om. M 1, superscr. V, C.* s) *om. M.* t) finxint *M 2.* u) trinitates *corr.* -tis *C.* v) rebaptizandus *M,* baptizatus *corr.* -zandus *C.* w) et *add. V, M 1.* x) unctionem *V, C.* y) sacrismatis cri *superscr. C.* z) fructum *corr.* factum *C.* a) est *add. V.*

1) *C. 3, Mansi II, 1105.* 2) *Enchirid. de fide spe et carit. c. 110, opp. VI, 238.*

matis est[a] confectum, non licet iterari, quoniam unus est Dominus, una fides, unum —842 baptisma. Attamen ille qui praesumptuose egit[b] et non pro necessitate aliqua, canonica Eph. 4, 5. disciplina est coercendus[c]. Igitur, ut beatus Ambrosius testatur[1], 'postquam omnibus locis ecclesiae[d] sunt constitutae et officia ordinata, aliter composita res est quam coeperat[e]. Primum enim omnes docebant et omnes baptizabant quibuscumque diebus aut[f] temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quaesivit aut diem, quo eunuchum baptizaret neque ieiunium Act. 8, 38. interposuit, neque Paulus et Sylas[g] tempus distulerunt, quo optionem[h] carceris cum[i] eius omni- ib. 16, 33. bus baptizarent. Neque Petrus clericos habuit aut diem quaesivit, quando Cornelium cum omni ib. 10, 48. domo sua baptizavit, nec ipse, sed iussit fratribus, qui cum eo[k] erant apud Cornelium in Ioppe. Adhuc enim praeter septem[l] diaconos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs et multiplicaretur[m], omnibus inter initia concessum est et evangelizare et baptizare et scripturas in ecclesia[n] explanare. At ubi[o] omnia loca circumplexa est[p] ecclesia[n], conventicula constituta sunt et rectores et caetera officia[q] ecclesiis sunt ordinata, ut nullus de clero auderet, qui ordinatus non esset, praesu*mere officium, quod sciret non sibi creditum vel concessum, et coepit alio ordine *C p. 42. et providentia gubernari ecclesia[n], quia si omnes eadem possent, inrationabile esset et vulgaris[r] res et vilissima videretur. Hinc ergo est, unde nunc neque diaconi in populo praedicant, neque caeteri clerici[s] vel laici baptizant, neque quocumque die credentes tinguuntur[t] nisi aegri. Ideo non per omnia conveniunt scripta apostoli ordinationi, quae nunc in ecclesia[n] est, quia haec inter ipsa primordia[u] sunt scripta. Nam et ipse[v] Timotheum presbiterum[w] a se creatum episcopum vocat, quia primi presbiteri episcopi appellabantur[x], ut recedente eo sequens[y] succederet. Denique apud Aegyptum[z] presbiteri consignant, si episcopus[a] presens non sit, sed quia coeperunt[b] sequentes presbiteri indigni inveniri ad primatus tenendos[c], immutata[d] est ratio prospiciente concilio[e], ut non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum iudicio[f] constitutum, ne[g] indignus temere usurparet et esset multis scandalum'.

Quod autem unum sit Christi baptisma et licet a diversis[h] ministretur, non debeat iterari vel mutari, sacrum evangelium ostendit, ubi verba Iohannis baptistae posita sunt ita dicentis: 'Quia vidi spiritum descendentem[i] quasi columbam de caelo et mansit[k] Ioh. 1, 32—34. super eum et ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris spiritum descendentem et manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto, et ego vidi et testimonium perhibui, quia hic est filius Dei'. Quam sententiam beatus Agustinus[l 2] ita exposuit: 'Quid ergo per columbam didicit Iohannes, nisi quandam proprietatem[m] in Christo talem[n] futuram, ut quamvis multi ministri baptizaturi essent, sive iusti sive iniusti, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi, super quem descendit columba, de quo dictum est: hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Petrus baptizat, hic est qui baptizat; Paulus baptizat, hic *est qui baptizat, Iudas baptizat, hic est qui baptizat, Nam si pro *C p. 43. diversitate meritorum baptismus[o] esset, quia diversa sunt merita, diversa essent baptismata'. Sed unum est baptisma et solus est Christus, qui per diversos ministros suo baptismate baptizat in remissionem omnium peccatorum. Ideo sacri canones praecipiunt, ut qui ab hereticis baptizati sunt, non rebaptizentur, sed per inpositionem manus sola

---

a) crismatis *om.* est *V.* b) pręsumptiose (pres. *M*) agit *C, M.* c) coherc. *M.* d) eclesesię *C.* e) cep. *C.* f) vel *V, C.* g) Silas *C, M.* h) apt. *M.* i) bapt. cum o. e. *C, M.* k) illo *C, M.* l) VI *M.* m) in *add. C, M.* n) ecl. *C.* o) autem *add. C, M.* p) sunt *corr.* est *C.* q) offitia *C.* r) vulgalis *C,* et vulg. — videretur *in marg. suppl. C.* s) *om. C, M.* t) tinguntur *C, M.* u) *om. M.* v) *om. C.* w) apostolum *M.* x) appellantur ba *superscr. C.* y) ei *add. C, M.* z) Egiptum *C.* a) pres. non sit ep. *C, M.* b) cep. *C.* c) tendos en *superscr. C.* d) inmuta ta *superscr.* C. e) prospitientis consilio *C, M.* f) iuditio *C.* g) non *C, M.* h) adversis *C,* et *corr. a* div. *M;* ministris *add. C, M.* i) desc. quasi — super eum *om. M.* k) manentem *V.* l) Agustinus *P, M 1,* u *superscr. C.* m) propriaetat. *M.* n) *om. M.* o) baptismum *C.*

1) *Pseudoambros. in epist. ad Ephes. c. 4, opp. II app. col. 241—242.* 2) *In evangel. Iohann. tractat. VI § 7. 8, opp. III, 2, 333.*

—842 sancti Spiritus invocatione, quem ab hereticis nemo accipit[a], a catholicis sacerdotibus ecclesiae[b] securitatem[c] consequantur.

VII. De illis vero[d], qui in quadragesima[e] ante pascha carnem manducant vel iuramentum[f] in altari[g] vel in sanctorum reliquiis faciunt, manifestum est, quod iniuste agunt, quia divinis mandatis contrarii existunt, unde et per Esaiam Dominus pravorum Isai. 58, 3–9. ieiunium reprobans[h] ostendit, quale ieiunium elegerit ita dicens: 'Ecce in die ieiunii vestri invenitur[i] voluntas vestra, et omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis et percutitis pugno impie[k]. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem, ut audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunium, quod elegi per diem affligere hominem[l] animam[m] suam? Numquid contorquere quasi circulum caput[n] suum et sacco et[o] cinere sternere? Numquid istud vocavi ieiunium et diem acceptabilem Domino? Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? Dissolve conligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos et omne onus disrumpe, frange esurienti panem tuum et egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nudum, operi eum, et carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, et sanitas tua citius orietur, et anteibit faciem tuam *p. 44. iustitia tua, et gloria *Domini colliget te; tunc invocabis et Dominus exaudiet, clamabis et dicet: 'ecce assum', cf. Deut. 4, 31. quia misericors sum dominus Deus tuus.

Hinc et[l] in canone sanctorum patrum scriptum est[1], quod non oporteat in quadragesima nuptias aut natalicia celebrare, nec[2] ieiunium solvere, totamque quadragesimam sine veneratione transire, magisque conveniat omnem quadragesimam districto venerari ieiunio. Non est enim dignum[p], ut qui ecclesiae[b] unitatem scindit et sanctorum patrum traditiones solvit[q], sine vindicta exeat, sed pro hoc poenas condignas solvat. Sacerdotis autem iudicio temperanda est poenae[r] vindicta secundum modum paenitentis, quia, ut supra dictum est, qui veraciter paenitet et per lacrimarum indicia[s] Ps. 50, 19. cordis sui contritionem manifestat, leviori disciplina tractandus est, quia cor contritum Ezech. 18, 21, cf. 33, 12. et humiliatum Deus non spernit et in quacumque[t] die peccator conversus[u] paenitentiam egerit[v] et fecerit iudicium et iustitiam, vita vivet[w] et non morietur. Nec temporis longinquitas, sed animi affectus pensandus est, quia suscepit Deus[x] triduanam Ion. 3. paenitentiam Ninivitarum[y] et Petri negationem amarissimis fletibus ablutam Dominus Matth. 26, 75. indulsit, cum eum tertia die resurgens inter ceteros discipulos angelica vocatione ad suam praesentiam et reconciliationem venire iussit.

Haec tibi, sanctę frater[z], prout oportunitas temporis se contulit, festinanter dictavi paratus, si quid deest in responsis, tempore oportuno tibi planius explicare[a]. Tu autem et commendatum tibi gregem diligenter instrue et nos orationibus iuva, quatinus aliquid tibi dignum scribamus et de tuo bono opere tibi cotidie[b] congratulemur.

*C p. 45. *Dominus omnipotens in hac vita te bonis meritis[c] augeat et in futuro[d] mercede remuneret sempiterna.

---

a) accepit *C, M 1,* suscepit *M 2.* b) ecl. *C.* c) unitatem *C, M.* d) *om. M.* e) quadragess. *uno* s *del. C.* f) iuramenta *C, M.* g) altare *M, corr. in* -ri *C.* h) spernit *V pro* reprob. — elegerit. i) invenietur *M,* i *del. C.* k) et cetera usque quia misericors sum *add. M pro* Nolite — Deus tuus. l) *om. V.* m) animan *C.* n) capud *corr. in* -put *C.* o) sacco *corr. in* -cum et cinerem *C.* p) dignus *corr. in* dignum *C.* q) traditionem spernit *C, M.* r) poena (pena *C*) vindictae *C, M.* s) iudicia *C, M 1,* indicia *M 2.* t) quoc. *V.* u) *om. M.* v) pen. aegerit *C.* w) vivit *corr. in* -vet *M.* x) dominus *V, M.* y) Ninevit. *M 2, corr. ex* Niniv. *C,* Ninivet. *M 1.* z) *om. C.* a) non nego *add. M, del. C.* b) cott. *M 2.* c) operibus *V.* d) futura *M, corr. in* -ro *C.*

1) *Concil. Laodic. c. 52, Mansi Coll. concil. II, 581.* 2) *Ibid. c. 50.*

31.

Hrabanus Fuldensis novum testamentum ex vetere supplendum esse praefatus ad Hattonis abbatis Fuldensis interrogationes de consanguineorum nuptiis et de magorum praestigiis falsisque divinationibus respondet. *842.* 842

Cod. latet.

Ed. princeps prodiit Coloniae typis Ioannis Prael a. 1532, quam repetierunt opp. ed. Colvenerius VI, 166—173, Hartzheim Conc. Germaniae II, 228—243, Migne Patrol. CX, 1087—1110. Fragmenta occurrunt in Cent. IX. Magdeburg. col. 55. 62. 76—77. 99. 116. 180—182. 197—199.

Magnorum virorum et clarissimorum doctorum mos semper fuit[1] ad ea, de quibus interrogati fuerant, competenter responsum quaerere, et adnitentes auctoritati sanctarum scripturarum sanctorumque patrum sententiis ea, quae ab eis postulata fuerant, breviter dilucideque reserare[a]. Sed cum haec ipse indoctus, et non tam sermone quam etiam scientia imperitus, pro modulo meo imitari solebam, et his, qui me de aliquibus quaestionibus pulsabant, per scripturas sacras et sententias sanctorum patrum respondere curabam[2]: nunc ita apud te, carissime virorum et solertissime custos gregis Dei Bonose, mihi evenit, quoniam in his, in quibus aliquo modo satis egi, tibi nullo modo satisfacere potui, sed semper iuxta consuetudinem tuam astutius inquirebas et diligentius investigabas, quomodo ea, quae prolata sunt, inviolata constare possent. Unde modo difficilem exitum in quaestionibus a te mihi propositis invenire potui, eo quod testimonia de vetere lege adsumpta, in epistola rescripta ad Humbertum episcopum, quota generatione liceret cognatis connubia iungere[3], redarguebas, quasi non huic tempori, hoc est religioni christianae, sed quia in novo testamento de hoc plane scriptum non inveni, necessarium aestimavi, quid[b] sancti patres de ipsis sententiis legis Dei senserint, de opusculis eorum tibi exempla proferre, ut qui mihi propter vilitatem meae personae difficulter credis, saltem illis, qui magnae auctoritatis sunt, coactus credas.

Proponebas enim mihi duas quaestiones: unam de consanguineis, quota generatione eis liceret se invicem nuptiis copulare. Alteram: quid de his sentiendum esset, qui magicis praestigiis sive incantationibus daemoniacis dicuntur homines fallere et a statu suo pristino evertere posse. Unde primum de praefatis nuptiis, deinde de magicae artis argumentis scribendum tibi esse arbitramur.

Sed prius notandum est, quod ubi veteris legis praecepta necessaria sunt in testimonium adsumenda, non sunt despicienda, quia unus atque idem auctor veteris et novi testamenti est, Deus. Idcirco ipse mediator Dei et hominum de lege et prophetis exempla sumens confirmabat et commendabat doctrinam evangelicam auditoribus suis, sicut scriptum est de eo in evangelio, quod ipse in synagoga surrexerit legere, et Luc. 4, 16—22.
datus sit illi liber Esaiae prophetae. Qui cum aperuisset 'librum, invenit locum, ubi scriptum erat: Spiritus Domini super me, propter quod unxit me, evangelizare pau-

31. a) reserere *cod.* b) quod *cod.*

1) *Cf. supra simile initium epistolae (8) ad Frechulfum datae p. 393.* 2) *Cf. Ruodolf. Mirac. SS. Fuld. c. 15 (SS. XV, 341):* Ad interrogata quidem Bonosi abbatis respondendo, quomodo cognationis commixtio declinanda sit et magica ars devitanda, confecit librum unum. *Eidem Bonoso (i. e. Hattoni) abbati (842—856) dicavit etiam Hrabanus libros tres de videndo Deum, de puritate cordis et modo poenitentiae, in quorum prooemio haec dicit (opp. VI, 85; Migne CXII, 1264):* Sed quoniam amicis nostris rogantibus et maxime Ludovico rege exhortante de futura visione Dei aliquid scribere coactus sum, hoc ipsum non secundum propriam opinionem, sed secundum sanctorum doctorum et catholicorum patrum traditionem aggredi temptabo, et vel eorum sententias ponendo, sive ipsorum sensum propriis verbis brevitatis causa explicando, quantum sentio, ostendere curabo. *De quo cf. Traube, Poet. Lat. aevi Carol. III, 715 n. 1.* 3) *Cf. supra p. 445.*

842 peribus misit me; sanare contritos corde, praedicare captivis remissionem et caecis visum, dimittere confractos in remissionem, praedicare annum Domini acceptum et diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro et sedit, et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Coepit autem dicere ad illos: quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant et mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore ipsius'. Et post resurrectionem legitur, quod duobus discipulis secum in via ambulantibus et dubitantibus dixerit: Luc. 24, 25—27. 'O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quae locuti sunt prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam? Et incipiens a Moyse et omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quae de ipso erant'. Et in aliis pluribus locis idem fecisse invenitur nec immerito. Nam in monte, ubi coram tribus discipulis transfiguratus est, apparuerunt Moyses et Helias cum eo ib. 9, 30. 31. loquentes, 'et dicebant excessum, quem completurus erat in Hierusalem'; ut intelligeretur eum testimonium habere velle a lege et prophetis. Unde et apostolus Rom. 7, 14. gratiam novi testamenti testificatam asserit a lege et prophetis: 'Quia lex spiritalis ib. 12. est' 'et sancta, et mandatum sanctum et iustum et bonum'.

Ex quo notandum est, quod ipsa lex in aliquibus locis secundum historiam tantum, in aliquibus vero secundum allegoriam, in aliquibus autem secundum historiam simul et allegoriam intelligenda est. Quia, ut beatus Ambrosius scripsit [1], triplex quidem lex est, ita ut prima pars de sacramento divinitatis sit Dei, secunda autem, quae congruit legi naturali, quae interdicit peccatum, tertia vero lex est factorum, id est sabbati historica observatio neomeniae et circumcisio, quae spiritaliter, non carnaliter temporibus gratiae servanda sunt. Similiter autem est lex [2] naturalis, quae concordat in multis legi Moysi, tres habet partes. Cuius prima haec est, ut agnitus honoretur creator, nec eius claritas et maiestas alicui de creaturis deputetur. Secunda autem pars est moralis, hoc est, ut bene vivatur modestia gubernante. Congruit enim homini habenti notitiam creatoris vitam suam lege fraenare, ne frustretur agnitio. Tertia vero pars est docibilis, ut notitia Dei creatoris et exemplum morum[a] caeteris tradatur, ut discant quemadmodum [apud][b] creatorem meritum collocetur, haec est enim vera et christiana prudentia, et omni catholico ad discendum atque ad servandum necessaria, quia per hanc in hoc saeculo vita honesta ducitur et in futuro ad praemia aeterna pervenitur. Igitur, ubi de sacramento divinitatis sermo fit, vel de vitandis vitiis ac virtutibus assequendis praecepta dantur, bona est historica et moralis intelligentia. Ubi autem umbra futurorum exprimitur, ut de lege factorum diximus, spiritalis omnino intellectus ibi quaerendus est.

Caeterum ubi historia narrat transitum filiorum Israel de Aegypto [3] per mare rubrum et in deserto constructionem tabernaculi et signa miraculorum, quae in priori populo Domini iussu facta sunt, praeliaque Israelitarum cum Chananaeis et caeteris gentibus, haec quidem historialiter ita facta esse credenda sunt et tamen in mysteriis veneranda. Unde Paulus apostolus facta priorum mystice intelligens ad Corinthios 1. Cor. 10, 1–4. scripsit dicens: 'Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus'. Similiter autem et ad Galatas scribens: Duos filios Abrahae, unum de ancilla natum et alterum de libera duobus populis per similitudinem comGal. 4, 22—27. paravit dicens: 'Scriptum est [enim][b], quoniam Abraham duos filios habuit, unum de

a) mox *ed.*, morum *Ambr.* b) *om. ed.*

1) *Ambrosii opp. II, append. col. 45 Pseudoambros. in epist. ad Rom.* 2) *ibid. col. 55.* 3) *Cf. supra p. 395.*

ancilla, et unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem 842
de libera, per repromissionem; quae sunt per allegoriam dicta. Haec enim sunt duo testamenta, unum quidem a monte Sina in servitutem generans, quae est Agar. Sina enim mons est in Arabia, qui coniunctus est ei, quae nunc est Hierusalem et servit cum filiis suis. Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra. Scriptum est enim: Laetare, sterilis, quae non paris, erumpe et clama, quae non parturis, quia multi filii desertae, magis quam eius, quae habet virum' et cetera.

Si ergo ipsa veritas et discipuli eius ex testimoniis legis doctrinam suam probaverunt et auditoribus suis commendaverunt, quis est qui ipsam legis assertionem audeat reprehendere, quando eam viderit evangelicae doctrinae concordare? Cum enim salubria praecepta in lege de caritate, de castitate, de continentia et de misericordia caeterisque virtutibus auctoritate divina proferuntur, omni cum honore suscipienda et cum magna diligentia servanda sunt, quia in hoc se quisque probat ipsius veritatis devotum esse discipulum et mandatorum Dei custodem diligentissimum, si consentiat legi Dei et credit illis, quae in ea scripta sunt. Hinc quoque ipse ad incredulos
Iudaeos et contra |se| altercantes ait: 'Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et Ioh. 5, 46. 47.
mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis, quomodo meis
verbis credetis?' Hinc et alibi in evangelio legitur Abraham diviti de inferno ad se Luc. 16, 24.
clamanti et postulanti, ut Lazarum transmitteret in domum patris sui, quatenus testa-
retur illis, ne et ipsi venirent in locum ipsum tormentorum, respondisse: 'Habent ib. 29–31.
Moysen et prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, poenitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen et prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent'. Ac si patenter diceret: Si legi et prophetis iustitiam et veritatem docentibus non adquiescunt, nec Christo, qui ex mortuis resurrexit et evangelicam doctrinam adnuntiat, rite obediunt.

Denique de consanguinitate Dominus ipse, qui legem dedit et postmodum evangelii benedictionem addidit, ut electi sui ambularent de virtute in virtutem, in Levitico
'ad Moysen locutus est dicens: Loquere filiis Israel[1] — — adhuc illa vivente'. Cuius Lev. 18, 1–18.
capituli expositionem ex dictis beati patris Augustini[2] hic interserendam esse censuimus, ut lector sobrius eius sensui non diffidat credere atque consentire, quem videt nullo modo a veritatis tramite deviare. 'Turpitudinem, inquit, patris tui[3] — — soror superducatur.' Qualiter autem in cognatis ius matrimonii servandum sit, memoratus doctor ostendit dicens (quod autem postea legitur[4]): 'Quicumque dormierit[3] — nullo parentibus iure succedant'.

Quod autem quidam reprehendunt rescripta beati Gregorii ad interrogationem Augustini episcopi gentis Anglorum, qui ab eo sciscitatus est, usque ad quotam generationem fideles debeant cum propinquis sibi coniugio copulari, et novercis et cognatis si liceat copulari coniugio, non caute faciunt, quia qui irreprehensibilis est in caeteris dogmatibus suis, in hac etiam responsione non potest rite reprehendi, quia legi Dei et sanctorum patrum sententiis magis studuit concordare, quam nova ex suo sensu condere, qui inter caetera sic ait[5]: 'Quaedam terrena lex — sanguinem fudit'. In hoc ergo responso facile potest lector diligens agnoscere, utrum hanc relationem ad praecepta legis divinae, quae superius commemorata sunt, hic praesul sedis apostolicae referret, an de suo aliquid noviter constituerit. Non enim mihi videntur eius dicta discordare a supra memoratis sententiis beati Augustini, sed eius sensui paria sentire.

In canonibus autem patrum, quid de incestis coniugiis decretum sit, inserendum arbitror, ut ibi perspiciatur, utrum eorum sententiae ad praedictorum doctorum scripta

1) *Omitto ceteros versus, cf. supra p. 445—446.* 2) *In Levit. l. II quaest. 58—63, opp. III, 1, 517—518.* 3) *Omitto quae secuntur.* 4) *Ibid. quaest. 76 col. 521—522.* 5) *Registrum Gregorii XI, 56a, EE. II, 335, quem locum hic omisi, cf. supra p. 445 v. 10.*

842 concordent an non. Nam in Agathensi concilio ita scriptum est[1]: 'Incaestos vero nullo coniugii nomine deputandos censemus, quos etiam designare funestum est, id est, si quis relictam fratris, quae prius soror extiterat, carnali coniunctione violaverit. Si quis fratris[a] germanam uxorem accipiat, si quis novercam duxerit, si quis consobrinae suae se sociaverit: quod ita praesenti tempore prohibemus, ut ea quae sunt ante nos constituta non dissolvamus. Si quis relictae vel filiae avunculi misceatur aut patris filiae, haec coniunctio illicita interdicitur. Habebunt enim ineundi melioris coniugii libertatem'. In Aurelianensi quoque synodo ita decretum legitur[2] de incestis, ut excommunicentur: Ne superstes super thorum defuncti fratris accedat, neve quisque amissa uxore sorori audeat sociari; quod si fecerit, ab ecclesiastica districtione feriatur. Item in capitulari orientalium patrum, quod a Martino episcopo caeterisque episcopis constitutum est, ita scriptum reperitur[3]: Si quae mulier duos fratres, aut si quis vir duas sorores habuerit, a communione abstineant usque ad mortem. In morte eis communio per misericordiam detur. Si vero supervixerint communione accepta et de infirmitate convaluerint, agant plenam poenitentiam tempore constituto. In decretis quoque Gregorii papae, qui apud Romanos a primo secundus dicitur, ubi scriptum est[4]: 'Si quis commatrem spiritalem duxerit in coniugio, anathema sit. Si quis fratris uxorem — — Si quis neptem — — Si quis novercam — — Si quis consobrinam — — anathema sit'. Non enim hic de trinepote sive de trinepte aut de trinepotis nepote seu trinepotis nepte aliquid dicitur aut specialiter enumeratur.

Unde magis arbitror hoc sequendum, quod divina auctoritas in duobus testamentis sancivit et quod iuxta eius exemplum plurimorum patrum sententia in communi conventu servandum constituit, quam quod quilibet iuxta libitum suum coniectura propria sequendum esse decrevit. Veruntamen si quis voluerit se continere usque ad quintam et sextam vel etiam septimam generationem, non prohibendus est, sed magis hortandus, quia quanto longior est a discrimine, tanto securior erit de internecione. Nam
Hebr. 13, 4. apostolo testante: 'Honorabiles sunt nuptiae et thorus immaculatus'. Ideo christianum
1. Cor. 14, 40. decet omnia honeste et secundum ordinem facere. Ego quoque, quia ex meo aliquid noviter non ausus sum proferre, maiorum scripta vel dicta secundum id quod inveni simpliciter posui, non preiudicans alteri melius intelligenti. De his sentiat quisque quod velit, ita tamen ut discretionem in iudicio et veritatem conservet in facto.

De[b] magicis autem artibus atque incantationibus et de superstitionibus diversis, quas gentiles et falsi christiani in divinationibus suis et observationibus diversis sequi videntur, quid lex divina sanciat in auctoritate veteris testamenti ac novi, facile est
Exod. 22, 18. 20. invenire. Detestatur enim illos[c] lex divina, quae in libro Exodi ita dicit: 'Maleficos in terra tua non patieris vivere'; et item: 'Qui immolat, ait, diis, occidetur, praeter
Lev. 19, 26. 28. Domino soli'. Et in Levitico: 'Non comedetis, inquit, carnem cum sanguine. Non augurabimini nec observabitis somnia. Et super mortuo non incidetis carnem vestram
ib. 31. neque figuras aliquas et stigmata facietis vobis. Ego Dominus'. Et item: 'Non declinabitis, ait, ad magos nec ab hariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos'.
ib. 20, 27. Et item: 'Vir, inquit, sive mulier, in quibus pythonicus vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super eos'. In Deutero-
Deut. 18, 9—14. nomio quoque sic dicit: 'Quando ingressus fueris terram, quam dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium. Nec inveniatur in te

---

a) frater *ed.* b) *in editionibus antecedit titulus* De magicis artibus, *sed hanc posteriorem tantum epistolae ad Bonosum datae partem esse liquet.* c) eos *Colv.*

1) *C. 61, Mansi Coll. conc. VIII, 335. Eundem locum laudat in epist. ad Heribald. data c. 20, Hartzheim Conc. Germ. II, 205.* 2) *C. 7, Concilia aevi Meroving. ed. Maassen p. 6, cf. Epist. ad Herib. dat. c. 20 l. l.* 3) *C. 79, Mansi Conc. IX, 858, cf. Epist. ad Herib. dat. c. 20 l. l. p. 206.* 4) *Mansi Conc. XII, 263, Concil. Rom. c. 4—7, quae hic ex parte omitto.*

qui lustret filium suum aut filiam suam, ducens per ignem, aut qui hariolos sciscitetur 842
et observet somnia atque auguria. Non sit maleficus neque incantator neque qui
pythones consulat neque divinos, et quaerat a mortuis veritatem. Omnia autem haec
abominatur Dominus et propter istiusmodi scelera, delebit eos in introitu tuo. Per-
fectus eris et absque macula cum domino Deo tuo. Gentes istae, quarum possidebis
terram, augures et divinos audiunt, tu autem a domino Deo tuo aliter institutus es'.
Et quid sequendum sit vel obaudiendum mox subsequitur dicens: 'Prophetam de gente Deut. 18, 15–20.
tua et de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus Deus tuus. Ipsum audies,
ut petisti a domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti:
Ultra non audiam vocem domini Dei mei et ignem hunc maximum amplius non videbo
nec moriar. Et ait mihi Dominus: Bene omnia sunt locuta. Prophetam suscitabo
eis de medio fratrum suorum similem tui, et ponam verba mea in ore eius, loquetur-
que ad eos omnia quae praecepero illi. Qui autem verba eius, quae loquetur in no-
mine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Propheta autem, qui arrogantia depra-
vatus voluerit loqui in nomine meo, quae ego non praecepi illi ut diceret, aut ex
nomine aliorum deorum, interficietur'.

Quis autem ille propheta fuerit, cuius sermones audire debent et cui tota inten-
tione animi obediendum est, patet, cum in evangelio legitur, quod turba fidelium videns
miracula et signa, quae faciebat Iesus, clamaret dicens: 'Vere hic est propheta, qui Ioh. 6, 14.
venturus est in hunc mundum'. Et alibi de eo scriptum est: 'Accepit autem omnes Luc. 7, 16.
timor et magnificabant Deum, dicentes, quia prophetes magnus surrexit in nobis et
quia Deus visitavit plebem suam'. Hic ergo propheta et dominus omnium prophe-
tarum, qui est via veritas et vita, conditor utriusque testamenti, non solum in veteri, Ioh. 14, 6.
sed etiam in novo omnes errores et divinationes atque artes noxias respuit atque
condemnat, nec ab alio quam a se requiri veritatem aut sanitatem vult, quia ipse
cum Patre et Spiritu sancto unus, verus atque omnipotens est Deus, faciens mirabilia Ps. 135, 4.
magna solus. Unde et in evangelio omnes ad se invitat dicens: 'Venite ad me Matth. 11, 28–30
omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super
vos, et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem anima-
bus vestris. Iugum enim meum suave est et onus meum leve'. Et item: 'Ego Ioh. 8, 12.
sum, inquit, lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit
lumen vitae'. Hic ergo iuxta Pauli sententiam 'salvator est omnium hominum, maxime 1. Tim. 4, 10.
fidelium'. De quo et Petrus ait: 'Non est enim aliquod nomen datum hominibus Act. 4, 12.
super terram, in quo oporteat homines salvos fieri'. In quo etiam nomine quotidie
signa magna et sanitates in ecclesia per orationes fidelium fiunt, quoniam ipse disci-
pulis suis in evangelio ait: 'Ecce ego do vobis potestatem calcandi super serpentes Luc. 10, 19.
et scorpiones et supra omnem virtutem inimici'. 'Euntes praedicate evangelium, in- Matth. 10, 7. 8.
firmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, daemones eicite'. De quo etiam
Marcus testatus est dicens: 'Multos enim sanabat, ita ut irruerent in eum, ut illum Marc. 3, 10–15.
tangerent. Quotquot autem habebant plagas et spiritus immundos, cum illum vide-
bant, procidebant ei et clamabant, dicentes: 'Tu es filius Dei'. Et vehementer commina-
batur eis, ne manifestarent illum. Et ascendens in montem vocavit ad se quos voluit
ipse, et venerunt ad eum et fecit, ut essent duodecim cum illo, et ut mitteret eos
praedicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates et eiciendi daemonia'.

Quid ergo necesse est salutem ab alio quam a medico competente quaerere?
aut quae ratio est scientiam aut sapientiam ab alio quolibet discere velle, quam
ab omni scientiae ac sapientiae fonte? De quo scriptum est: 'Omnis sapientia a Eccli. 1, 1–5.
domino Deo est et apud illum fuit semper et est ante aevum. Harenam maris et
pluviae guttas et dies seculi quis dinumeravit? Altitudinem caeli et latitudinem terrae
et profundum abyssi quis mensus est? Sapientiam Dei praecedentem omnia quis in-

842 vestigavit? Prior omnium creata est sapientia et intellectus prudentiae ab aevo. Fons sapientiae verbum Dei in excelsis, et ingressus illius mandata aeterna'. Qui autem[a] sine salvatore salutem vult habere, et sine vera sapientia aestimat se prudentem fieri posse, non salvus, sed aeger, non prudens, sed stultus in aegritudine assidua laborabit; et in caecitate noxia stultus et demens permanebit; ac proinde omnis inquisitio et omnis curatio, quae a divinis et magis vel ab ipsis daemoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est quam vita; et qui ea sectatur, si se non correxerint, ad Ps. 95, 5. aeternam perditionem tendunt, quoniam psalmista dicente: 'Omnes dii gentium sunt daemonia', qui per captos[b] homines alios decipere quotidie gestiunt, ut perditionis suae faciant eos esse participes.

'Itaque[1] haec vanitas magicarum artium — in propriam mutaverunt'. His ergo portentis per daemonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id imprudenter[c] appetunt scire, quod nulla ratione eis competit investigare, ac ideo datur potestas immundis spiritibus, ut per vasa sibi apta, hoc est pravos homines, seducant illos, qui spernunt 2. Tim. 4, 3–4. veritatem et credunt mendacio, et iuxta Pauli sententiam 'sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veri- ib. 3, 6–9. tate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur'. 'Onerati peccatis ducuntur variis desideriis, semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed ultra non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit'.

Nec ideo quisquam credere debet quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, quoniam quae fiunt aut iusto iudicio facit aut permissu suo ita Exod. 7, 9. 10. fieri sinit, quod praedicti magi leguntur similia fecisse Moysi, qui virgam suam proiecit, ib. 12. et conversa est in draconem, 'proieceruntque ipsi singula virgas suas, quae versae sunt in dracones, sed devoravit virga Aaron virgas eorum'. Non ergo fuerunt creatores draconum nec magi Moysi[d] resistentes nec angeli magi, quibus ministris illa operabantur. Insunt[2] enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quaedam occultae seminariae rationes, quibus, cum data fuerit oportunitas temporalis, prorumpunt in species debitas suis modis et finibus. Et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolae segetum vel arborum vel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamvis noverunt praebere quasdam visibiles oportunitates et causas, ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc illi invisibiliter. Deus vero solus unus creator est, qui causas ipsas et rationes seminarias rebus inseruit.

. Reg. 28, 7. Praeterea quidam quaerendum putant, quomodo scriptura narret pythonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saul impiissimi regis, si pythonica divinatio errori magicae artis deputanda sit? Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum[3] — — horreant personae, per quas fallere nititur. Si autem aliquis mihi opponit ac dicit: Quomodo eveniunt illa, quae illi divini et prophetae falsi praedicunt futura? aut quomodo possunt aegris praebere medelam aut sanis immittere aegritudinem, si aliquid propriae virtutis ac potestatis non habent, hoc a me recipiat responsum, quod ideo quisquam non debet eis credere, quia aliquando eveniunt quae praedicunt, aut sanare videntur languidos aut laedere sanos, quia hoc permissu Dei fit, ut ipsi, qui haec audiunt vel vident, probentur, et appareat, quali fide sint et

a) enim *Colv.* b) perceptos *ed.* c) impud. *Colv.* d) Moysi resist. *om. ed., add. Flacius Cent. IX col. 180.*

1) *Secuntur ad verbum ex Isidori Etymologiis l. VIII c. 9 § 3—35, opp. ed. Arevalus III, 369—374, quae hic omisi.* 2) *Hrabanus hic Augustini de Trinit. l. III c. 8 § 13 (opp. VIII, 799—800) usus esse videtur, sed non ad verbum.* 3) *Quae secuntur ex Pseudo-Augustini quaestion. vet. et novi testam. 27 (opp. III, 2, app. 1035):* Indignum facinus aestimo si — abhorreant a personis, per quas fallere nititur *omisi.*

devotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses verbo Domini populo 842 Dei praecepisse ita dicens: 'Si surrexerit in medio tui prophetes — adhaerebitis' etc. Deut. 13, 1–4. Ubi[1] sane intellegi voluit — antequam fiant.

Sciendum vero est hanc daemonum esse naturam[2] — in ea in aeternum manent. Attendendum est ergo atque omni studio cavendum, ne nostris temporibus, in quibus videmus christianam religionem in toto orbe dilatatam, propter desidiam magistrorum et inertiam doctorum pauci illi, qui adhuc supersunt, confundant ritum culturae veri Dei et, daemoniacis illusionibus depravati, divinationes falsas in populo Dei agunt, rusticos et imperitos seducentes, ita ut deserta ipsa veritate, quae lux est mundi et 'illuminat Ioh. 1, 9. omnem hominem venientem in hunc mundum' tenebrarum harum, quaerant scientiam futurorum et a deceptoribus hominum quaerant salutem animarum sive etiam corporum suorum. His enim praevaricationibus maxime irritatur Deus et ad vindictam provocatur. Unde per Ezechielem comminatur dicens: 'Vae prophetis insipientibus, qui Ezech. 13, 3–4. sequuntur spiritum suum et nihil vident. Quasi vulpes in desertis prophetae [tui], Israel, erunt'. 'Numquid non visionem cassam vidistis et divinationem mendaciorum locuti ib. 7–9. estis, et dicitis, ait Dominus, cum ego non sim locutus? Propterea haec dicit dominus Deus: quia locuti estis vana et vidistis mendacium, ideo ecce ego ad vos ait dominus Deus, et erit manus mea super prophetas, qui vident vana et divinant mendacium, in concilio populi mei non erunt, et in scriptura domus Israel non scribentur nec in terram Israel ingredientur'. Ad doctores autem per eundem prophetam increpans eorum inertiam loquitur dicens: 'Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum ib. 5. pro domo Israel, ut staretis in proelio in die Domini'. Et rursum: 'Vae, inquit, pasto- ib. 34, 2–5. ribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis et lanis eorum operiebamini et quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit non consolidastis et quod aegrotum non sanastis; quod fractum est non alligastis, et quod abiectum non reduxistis, quod perierat non quaesistis. Sed cum austeritate imperabatis eis et cum potentia, et dispersae sunt oves meae, eo quod non esset pastor, et factae sunt in devorationem omnium bestiarum et dispersae sunt'. Hinc et per Hieremiam dicitur: 'A minimo Ier. 8, 10–12. usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur, a propheta usque ad sacerdotem cuncti locuti sunt mendacium et sanabant contritionem populi mei ad ignominiam dicentes pax, cum non esset pax. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt'. 'Idcirco haec ib. 9, 15. 16. dicit dominus exercituum Deus Israel: ecce ego cibabo populum istum absinthio, et potum dabo eis aquam fellis. Et dispergam eos in gentibus, quas non noverunt ipsi neque patres eorum, et mittam post eos gladium, donec consumantur'.

Qualiter ergo Deo omnipotenti pastorum negligentia et subditorum error displiceat, non solum prophetica testimonia ostendunt, sed etiam facta antiquorum declarant. Cum in libro Regum legitur, quomodo malignus spiritus deceperit Achab regem Israel 3. Reg. 22, 20 sqq. per falsos prophetas, ita ut credens eis interierit, et quomodo Ochozias filius aegrotans 4. Reg. 1, 2. misit nuntios ad consulendum Beelzebub, deum Accaron, utrum vivere atque convalescere possit de infirmitate sui. Ob quod Helias propheta a Deo missus increpabat eum dicens: 'Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub, deum Accaron, quasi ib. 16. non esset Deus in Israel, a quo possis interrogare sermonem, ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Mortuus est igitur ipse iuxta sermonem Domini, quem locutus est Helias' et salutem quam quaerebat non invenit.

---

1) *Ex Augustini quaestion. in Deuteron. q. 19, opp. III, 1, 564.* 2) *Hrabanus expilavit hic Augustinum de divinatione daemon. c. 3 § 7* Daemonum ea est natura, ut — *c. 10 § 14* in aeternum manet, *opp. VI, 507—514, quae hic praetermisi. Omissa sunt ab eo in cap. 7* sicut eorum poeta — quales sint *et in c. 10* Ipsa quippe — priore anno. *Inveniuntur vero apud eum quae in fine § 10 (col. 510 not. f) a textu excluserunt Benedictini* Nonnumquam vero — non ignorant.

842 Quapropter curandum summopere est omnibus nobis, hoc est praelatis et subditis, maioribus et minoribus, sacerdotibus et plebi, ne aliquem seducat per huiuscemodi illusionem fraus, dolus et nequitia hostis antiqui, ita ut a mendacibus velimus discere veritatem, et a pestiferis morbis, mortisque auctoribus quaeramus infirmitatis nostrae remedium. Sed magis ad Dominum vivum et vivificatorem omnium confugiendo devoto corde properemus per orationes sacras, ieiunia et elemosinas illum deprecantes, ut ipse propter benignitatem suam consulat servis suis, eripiens nos de omnibus inimicis nostris, doceatque nos facere voluntatem suam, quia ipse est dominus Deus noster. Spiritumque suum bonum in nobis tribuat, qui nos deducat in viam rectam vivificetque nos in aequitate sua, quatenus eius magisterio omni tempore vitae nostrae gratum servitium ei exhibentes, post hanc vitam per eius gratiam mereamur beatitudinem possidere sempiternam. Amen.

32.

Hrabanus Fuldensis rogatu Otgarii archiepiscopi Moguntiacensis, qui ipse eum Fuldae adierat, libellum de poenitentia variis transgressionibus adhibenda mittit altero opusculo de consanguineorum nuptiis magorumque falsis divinationibus addito. 842.

Codd. Roman. Ottobonianus 3295 s. X. (O), quem contulerunt Rob. Arnold et Schellhass; Guelferbyt. inter Helmstad. 656 s. X. fol. 134—168 (H), quem cont. Werminghoff.

Edd. Opp. ed. Colvener. VI, 154—165, Migne Patrol. CXII, 1397—1424.

*f. 134. *DOMINO IN DOMINO DOMINORUM DILECTISSIMO, OTGARIO ARCHIEPISCOPO, HRABANUS[a] PECCATOR IN CHRISTO OBTAT[b] SALUTEM[1].

Quamdiu vos, sancte[c] pater, sperabamus ad nos venturos, citius fore adventum vestrum obtabamus[d]; sed quia[e], postquam abistis a nobis, et mestos nos de abscessu[f] vestro reliquistis[g], orandum nobis esse censebamus[h], ut divina maiestas, incolomes vos servans, concedat nobis iterum vos sanos videre, quia sanitas vestra sospitas est nostra. Si autem aliquid vobis adversi contigerit, tristes nos ac conturbatos sine dubio efficiet.

De cetero quoque quia, quando hic praesentialiter fuistis, placuit sanctitati vestre cum parvitate nostra aliquid tractare atque conferre de diversis transgressionibus, in quibus fragilitas humana divina precepta transgreditur, quomodo per paenitentiam restaurari[i] possint atque Deo reconciliari hi, qui in[k] diversis sceleribus prevaricantur legem Dei: ideoque iussistis mihi ut de canonibus et[l] sanctorum patrum sententiis
*f. 134'. *breviter excerperem atque in unum colligerem quae a magistris ecclesiae[m] huiusmodi personis ad emendationem[n] vitiorum promulgata sunt. Feci quod mandastis, et in uno libello ea descripsi[o], quod haberetis in promtu[p] ante oculos ad legendum quod mihi necesse erat ex diversis libris in unum congregare[q], ut noster labor vestrae voluntati aliquo modo satisfaceret. Et ne forte necessarium vobis foret in diversis voluminibus id quaerere, quod vos iam constat in brevi exquisitum habere[r], huic quoque libello subiunxi alterum[2], quem nuper de consanguineorum nuptiis, et de magorum prestigiis[s]

32. a) Rhanus *H.* b) *om. H.* c) sanctae *al. atram. corr.* sancte *O.* d) optab. *H,* obtamus *O.* e) sequia *H.* f) abcessu *H.* g) relinq. *O.* h) censaeb. *H,* non cessębamus n *al. atram. superscr. O.* i) restauri ra *superscr. O.* k) in — sceleribus *om. H.* l) et *superscr. O,* ex *H.* m) eclesiae *H.* n) aemend. *O,* epend. *corr. in* emend. *H.* o) disscripsi *O.* p) prumptu *O.* q) corrigare *H.* r) haberet *H.* s) prestrigiis *O, H.*

1) *Meminit huius opusculi Ruodolfus Fuldensis, Mirac. SS. Fuld. c. 15 (SS. XV, 341):* Scripsit quoque libellum I ad Otgarium archiepicopum, in quo primum de poenitentia legitima et spe indulgentiae, deinde diversa capitula de canonibus diversorum conciliorum subiunxit ad corrigenda hominum vitia et instituta religionis christianae roboranda. *Cum infra v. 37 libellus ad Hattonem abbatem missus commemoretur, etiam hunc abbatis dignitate abdicata a. 842. scriptum esse crediderim.* 2) *Cf. supra p. 455.*

falsisque divinationibus confeceram, ut haberetis eos simul, quos ordo rationis concordes 842
fecit. Legite ergo opusculum quod vobis directum est, et si quid in eo minus recte positum videatur, vestro sacro studio ad utilitatem legentium corrigatur[a].

Bene valete, et in sacris orationibus vestris mei peccatoris memoriam habetote[b].

Cap. I. De his qui post sacram ordinationem capitalia crimina *f. 136.
committunt, et eorum paenitentia seu excommunicatione[1].

In primis ergo visum est vobis conscribi de his, qui sacros ordines[c] habent, et ante vel post ordinationem contaminatos in capitalibus criminibus se esse profitentur:
in quibus, ut mihi videtur, haec distantia debet esse, ut hi[d] qui deprehensi *vel capti[e] *f. 136'.
fuerint publice in periurio, furto atque fornicatione et ceteris[f] huiusmodi criminibus, secundum sacrorum canonum instituta, a gradu proprio deponantur, quia scandalum est populo Dei tales personas super se positas habere, quas ultra modum vitiosas
constat esse. Nempe inde detrahunt homines sacrificio Dei, sicut quondam filiis Heli 1. Reg. 2, 17.
peccantibus fecisse leguntur[g], et rebelles hinc atque contrarii existentes, eorum pravis exemplis cotidie peiores fiunt. Qui autem de predictis viris per occultam confessionem mala[h] a se absconse commissa, coram oculis Dei praesente etiam sacerdote, qui eis indicturus est poenitentiam, confitentur, et semetipsos[i] graviter deliquisse accusant, si veraciter pęnituerint et se per ieiunia[k] et elimosinas[l] vigiliasque[m] atque sacras orationes cum lacrimis purgare certaverint, his etiam gradu servato spes venie de miseri-
cordia Dei promittenda est, qui omnes homines vult[n] salvos fieri et ad agnitionem 1. Tim. 2, 4.
veritatis pervenire, neque vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat[o]. — — — cf. Ezech. 18, 23.

Cap. XI. De parricidio, et his qui partus suos necant[2]. *f. 151.

Parricidium autem quam sit detestabile crimen, in iuditio facto inter Cain et
Abel fratrem suum, Dominus ipse ostendit, cum ad Cain parricidam ait: 'Maledictus Gen. 4, 11. 12.
eris super terram, quae aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu
tua, cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus eius. *Vagus et profugus eris *f. 151'.
super terram'. In quo etiam posuit signum, hoc est ut tremens et gemens profugus semper viveret, nec auderet[p] eum uspiam sedes habere quietis[q]. Sed quia in modernis temporibus parricidę profugi discurrunt[r] per diversa loca, et variis vitiis atque gulę inlecebris deserviunt, melius mihi videtur, ut in[s] uno loco manentes, paenitentia districta semeptisos castigent, si forte a Domini bonitate indulgentiam facinoris sui percipere mereantur. Non enim eis licebit[t] ultra militiae cingulum sumere, et nuptiis atque coniugii copula uti, quia sacri canones hoc eis non consentiunt[u]: sicut postmodum de penitentibus pro culpis gravium criminum decreta sinodalia[v] decretum est ostensuri sumus[w]. — — —

Cap. XV. De homicidiis non sponte commissis, et illis qui se excusant *f. 152'.
quasi insontes ab homicidio in proelio commisso iussu principum[3].

In concilio Ancyrano[x], cap. XXII. scriptum est[4] *de his, qui non sponte homi- *f. 153.
cidium commiserunt[y]: De homicidiis non sponte commissis prior quidem diffinitio[z], post septennem paenitentiam perfectionem consequi praecepit; secunda vero, quinquennii tempus explere.

---

a) *post* a *duae litt. erasae O.* b) habetete *corr. in* habetote *O,* in nomine Domini *add. ed. Secuntur in H f. 135—136' inscriptiones capitulorum I—XXXVIIII, quae postea non repetuntur.* c) sacrorord. *corr. in* sacros ord. *H.* d) hii *O.* e) apti c *superscr. H.* f) caeteri *O.* g) sicut — leguntur *secuntur in ed. post* peiores fiunt. h) male *ed., corr. in* mala *H.* i) ipsos *in marg. suppl. H.* k) ieiunias *H.* l) elemosyn. *O.* m) que *om. ed.* n) vuult *H.* o) *omitto quae secuntur usque ad cap. XI.* p) auderet *corr. in* audere *H.* q) quietas *ed.* r) di | discurrunt *H.* s) *om. O.* t) licebat *corr. in* licebit *H.* u) consentiant *corr. in* -tiunt *H,* consentint *O.* v) syn. *O.* w) *omitto capita XII—XIIII.* x) Neocesariensi *H, ed.* y) commisserunt *H.* z) difin. *O.*

1) *Hoc caput repetitur in epist. ad Herib. data c. 10 p. 196; Conc. Mog. c. 20, Capitul. reg. Francor. II, 182.* 2) *Ibid. c. 7.* 3) *Ibid. c. 4 p. 194—195.* 4) *Mansi II, col. 527, Concil. Mogunt. c. 23.*

842 Quod autem quidam homicidium[1], quod nuper[2] in seditione et proelio principum
nostrorum perpetratum est, excusant[a], quasi non necesse[b] sit pro hoc cuilibet agere
paenitentiam, eo quod iussu principum peractum sit, et Dei iuditio ita finitum: scimus
enim quod Dei iuditium semper iustum est, et nulla repraehensione dignum. De quo
Ps. 144, 17. etiam scriptum est: 'Iustus Dominus in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus
ib. 95, 13. operibus suis': 'qui iudicat orbem terrae in aequitate et populos in veritate sua'; 'sine
Matth. 10, 29. quo nec passer cadit super teram'. Sed nemo omnia iuditia Dei penetrare potest,
Ps. 35, 7. quoniam scriptum est: 'Iuditia Dei abyssus multa'. Unde oportet eos considerare,
qui hanc necem nefariam defendere cupiunt, utrum illos coram oculis Dei quasi in-
1. Tim. 6, 10. noxios excusare[c] possint, qui propter avaritiam, quae omnium malorum radix est, et
*f. 153'. idolorum *servituti comparatur, atque propter favorem dominorum suorum temporalium,
Eph. 5, 5. Col. 3, 5. aeternum Dominum contempserunt, et mandata illius spernentes, non casu, sed per
industriam homicidium perfecerunt. Nam de his legimus, qui homines non sponte inter-
fecerunt, Deum per legis latorem urbes[d] refugii deputasse: ad quas confugientes sal-
varentur ab ultore sanguinis proximi sui, et non morerentur, unde in Deuteronomio
Deut. 19, 4–6. scriptum est: 'Haec[e] erit lex homicide, cui vita servanda est. Qui percusserit proxi-
mum suum nesciens, et heri et nudius[f] tertius nullum contra eum habuisse odium[g]
comprobatur, sed abisse simpliciter cum eo in silvam ad ligna cedenda, et in succisione[h]
lignorum securis fugerit de manu, aut ferrum lapsum de manubrio amicum eius per-
cusserit et occiderit, hic ad unam urbium supradictarum confugiet[i] et vivet: ne proxi-
mus eius cuius sanguis effusus est, stimulo doloris percutiat animam eius'. De eo
*f. 154. Ex. 21, 14. vero, qui per industriam aliquem occiderit, in Exodo *ita praeceptum est: 'Si quis de
industria et per insidias occiderit proximum, ab altari meo evelles eum, ut moriatur'. Et
Deut. 19, 11–13. in Deuteronomio: 'Si quis[k], inquit[l], odio habens proximum suum, insidiatus fuerit
vitae eius, et surgens percusserit illum, et mortuus fuerit, et fugerit ad unam de
supradictis urbibus, mittent[m] seniores civitatis illius, et eripient eum de loco refugii:
et tradent eum in manus proximi eius, cuius sanguis effusus est, et morietur, nec
misereberis eius'. Si ergo eum, quem Dominus dignum morte esse iudicavit, reum
non esse quis dicit, quomodo contrarius legi Dei non exsistit[n], qui hoc quod Deus
praecepit, cassum esse contendit. Videndum ergo illi est, ne forte ipse in illorum
Ezech. 13, 18. numero sit, quibus per prophetem dicitur: 'Vę vobis, qui consuitis pulvillos sub omni
Isai. 5, 20. cubitu, et cervicalia ad decipiendas animas'. Et alibi: 'Vę vobis, inquit, qui dicitis
*f. 154'. malum bonum, et bonum malum, ponentes *lucem tenebras et tenebras lucem, dicentes
cf. Ezech. 13, 19. amarum dulce, et dulce amarum'. 'Tales ergo mortificant animas quae non moriuntur,
et vivificant quae non vivunt'. Quisquis ergo malorum operum sine condigna paeni-
tentia quemquam veniam a Deo percipere posse dixerit[o], penitus errat. Et cum de-
ceptus alios decipere festinat[p], duplici noxa constringitur, hoc est, proprii erroris et
alienę deceptionis. Sed inter haec sciendum, quod magna distantia est inter legitimum
principem et seditiosum tirannum. Inter eum qui subvertere nititur christianae pacis
tranquillitatem, et illum qui armis contra iniquitatem certat defendere aequitatem.
De quo plurima sub lege vetere et sub testamento novo fortium virorum inveniuntur
exempla: quae possunt nos instruere quid de huiuscemodi facto debeamus sentire[q].

---

a) excussant *uno* s *del. H.* b) non cesse *H,* non *om. ed.* c) excussare *H, O.* d) urbis *O.* e) hoc *corr. in* haec *H.* f) nudus *corr. in* nudius *H.* g) hod. *H* h) successione *H.* i) *corr. in* -giat *H.* k) quid *H.* l) in quid *H.* m) mittens *corr. in* -tent *H.* n) exstitit *O.* o) dixerat *O.* p) festinant n *del. H.* q) *omitto cap. XVI—XVIIII (= 18. 19 edit.).*

1) *pugnam Fontanetensem die 25. Iunii mens. a. 841. commissam dicit, in qua pars Lotharii victa est.* 2) *hoc etiam vocabulum repetitur in epistola plus quam decennio post ad Heribaldum data.*

Cap. XX. De his qui noxia iuramenta conficiunt, quomodo eos paenitere[a] oporteat. c. 844 *f. 156'.

De iniquo ergo iuramento et ad proximi noxam pertinente in Toletana sinodo ita scriptum continetur: Etenim dum periurare[b] etc. . . . . Et in Levitico: 'Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen domini Dei tui: ego Dominus'. Lev. 19, 12. Tamen malum quod facturum se sacramento devoverat, omnino non faciat, quia stulta vota frangenda sunt[c].

. . . .

Haec tibi, sanctae pater, pauca capitula ex sanctorum patrum conciliis colligere[d] *f. 168. curavi, ut haberes in promptu[e] ex eorum sententiis, quo iudicare posses rudes et indomitos animos novellę[f] gentis, apud quam modo conversaris, ut sciant se inpunite peccare non posse, sed paratam sententiam semper a vobis fore, orientia vitia perversorum citius resecare, et humilibus atque digna satis[g] satisfactione peccata sua plorantibus oportunum[h] solamen consolationis conferre. Oportet enim, ut, quia vestra sanctitas inter illos modo consistit[i], per predicationem verbi Dei et custodiam verae religionis omnibus sacrum studium vestrum innotescat, quatinus hic fructus boni laboris laudem vobis adquirat, et in futuro[k] mercedem et gloriam pariat sempiternam.

33.

Hrabanus, qui cum Ludowico Germanorum rege in cellula Fuldensi Ratestorph convenerat, rogatu eius commentaria in cantica, quae ad matutinas laudes dicuntur, ei mittit ad legendum in diebus quadragesimae. *c. 844.*

Cod. latet.

Edd. Opp. ed. Colvenerius III, 293—294; Migne Patrol. CXII, 1089—1091.

DOMINO REVERENTISSIMO ET IN CULTU VERAE RELIGIONIS STRENUOSISSIMO HLUDOWICO REGI HRABANUS DEVOTUS SERVULUS IN CHRISTO AETERNAM OPTAT SALUTEM.

Nuper quando ad vos in cellula monasterii nostri, quae vocatur Ratestorph, vocatus veni, et sermo fuit inter nos de scripturis sacris, persuadere mihi dignati estis, ut cantica, quae in matutinis laudibus sancta psallit ecclesia, vobis allegorico sensu exponerem; ad quod[a] tunc respondi, id me iam factum habere in opusculis

---

a) poeniteri *H.* b) *Totum caput XX (21) ex concilio Toletano VIII c. 2 (Mansi Coll. conc. X, 1213—1215)* Etenim dum — Dei sui frustra *sumptum est. Magnam vero in medio eius lacunam ita suppleo ex cod. Ottoboniano:* 'Vir quoque sanctissimus Augustinus, investigationis acumine acutus, arte precipuus, adserendi copia profluus, ęloquentiae flore venustus, sapientiae fructu facundus *(corr.* foecundus*)* hec in suis narrat affectibus: 'Duo sunt enim omnino genera mendaciorum, in quibus non magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur aut cum proximis mentimur. Illud primum in iocando ideo non est pernitiosissimum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo mitius est, quia retinet nonnullam benivolentiam'. Idem ipse alibi: 'Non auferat, inquit, veritas misericordiam; non ambulabit in via Domini, in qua misericordia et veritas obviaverunt sibi'. Hinc beatus papa Gregorius in libris Moraliorum sic ait: 'Cum mens inter minora et maxima peccata constringitur, omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet *etc.* c) *omittuntur capita XXII—XXXVIIII.* d) colleg. *H, corr. in* collig. *O.* e) prumptu *H, O.* f) nonvellę *altero* n *del. O.* g) *om. H.* h) *alt.* p *al. man. superscr. O.* i) adsistit *del. in marg.* consistit *O.* k) futro *O.*

33. a) aliquod *Colv., corr. Enhuber.*

1) *nunc Rasdorf e septentr. Fuldae monasterii prope Geisa situm, cf. Ruodolf. Miracula sanctor. Fuld. c. 13 (SS. XV, 338):* Locus est a monasterio Fuldensi decem et eo amplius leucis distans ad boream nomine Rathesdorph . . . in quo (Hrabanus) pulchram et divinis officiis congruentem noviter exstruxit ecclesiam *etc. Kunstmann (Hrabanus Maurus p. 114) Ludowicum regem cum Hrabano tunc privato convenisse opinatur, cum anno 845. II Kal. Nov. Hersfeldense monasterium visitaverit, at haec non anno 845, sed anno 843. accidisse Sickel, quem Mühlbacher (Reg. Karol. n. 1134. 1135) secutus est, demonstravit. Mühlbacher (l. l. p. 529) annum 845, in quo Ludowicum Fuldam monasterium venisse coniecit, praefert.*

c. 844 nostris, quae in tractatu divinorum librorum, quantum potui, confeci, nec modo necesse esse id denuo repetere; sed cum ad monasterium reversus essem et quaesissem, utrum in omnia illa cantica expositionem iam factam haberem, comperi, quod in illa quae de prophetis sunt, Esaia videlicet et Abacuc, necdum manum miserim.

Unde cogitavi, quod haec simul cum caeteris in unum volumen coaptarem, et vobis ad legendum maxime in istis diebus quadragesimae transmitterem. Feci siquidem haec et utramque editionem simul posui: illam videlicet, iuxta quam Romana psallit ecclesia, et hanc quam ex Hebraica veritate translatam caeterae Occidentis ex maxima parte tenent ecclesiae, utriusque editionis, ubi inter se discrepare videbantur, sensum exponens, et iuxta id, quod in sanctorum patrum dictis iam expositum inveni, vel per me divina gratia opitulante investigare potui, opus consummavi, petens lectorem, ut si quid sibi in eo displiceat, non cito reprehendat, sed prius consideret, utrum maiorum sensui concordet et veritati contrarium non sit: sicque devotionem mentis meae magis quam eloquentiam verborum perpendens aequo iudicio de illo
Matth. 7, 2. iudicet, sciens scriptum: 'In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis'.

Si quem autem movet, quod ipsa cantica non eo modo, quo ab auctoribus suis condita sunt, ordinem teneant, sed ea quae postea edita sunt priore loco ponantur, quia canticum Exodi et canticum Deuteronomii ante caetera cantica per legislatorem edita sunt, agnoscat hoc non frustra, sed decenti ordine et secundum rationem factum esse, ut mysteriis et institutionibus per omnia convenirent divinis. Nam in dominica die, quae per omnia honorabilis et digna laudibus exstat, laudes trium puerorum in ecclesia canuntur. In quibus omnes creaturae ad laudandum et benedicen-
Isai. 12. dum creatorem suum provocantur. In secunda vero feria canticum Esaiae, in quo adventus salvatoris et baptismi sacramentum praedicatur, cantari decretum est, quia
ib. 38, 10 sqq. haec sunt initia salutis nostrae. In tertia quoque feria canticum sive oratio Ezechiae
ib. 9. psallitur, in quo de infirmitate sua convalescens gratiarum actiones pro salute sua Deo referebat, admonens nos, ut ipsi post perceptam gratiam Dei et ablutionem sacri baptismatis a mortis vinculis absoluti, per omne tempus vitae nostrae Deo gratias agere
1. Reg. 2, 1—10. studeamus. In quarta autem feria canticum Annae prophetissae canitur, in quo Iudaicae perfidiae expulsio denotatur, et electio ecclesiae de gentibus demonstratur. Nam in
Exod. 15. quinta feria merito canticum Israelitarum canitur, quod post paschae celebrationem educti ex Aegypto, et per mare rubrum sicco vestigio translati cecinerunt. Nam et in ipsa feria salvator noster pascha typicum cum discipulis suis celebrans, pascha mysti-
Ioh. 1, 29. cum continuatim in sacramento corporis et sanguinis sui et in immolatione illius agni,
Habac. 3. qui tollit peccata mundi, consecravit. Ideo consequenter in sexta feria canticum Abacuc prophetae, in quo sacramenta dominicae passionis continentur et resurrectionis atque ascensionis eius in caelos mysteria declarantur, congrue in ecclesia psallitur, ut omnibus innotescat, quomodo in sexta feria, in qua primus homo conditus denuo est, humanum genus ad vitam aeternam per Christum restauratum sit. Sabbato quoque
Deut. 32. bene et congrue canticum Deuteronomii canendum constitutum est, in quo beneficia Dei erga priorem populum demonstrantur, et quam ingrate idem populus ea susceperit, hisque abusus sit, certissime exprimitur; quia ea die antiquitus constitutum est Deuteronomium legis in synagoga recitari, ne oblivio praeceptorum Dei in populo fieret, sed magis incitarentur ad observationem praeceptorum illius. Unde in Actibus aposto-
Act. 15, 21. lorum Iacobo dicente ita scriptum legimus: 'Moyses enim a temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui eum praedicent in synagogis, ubi per omne sabbatum legitur'; nos ergo similiter eodem carmine spiritualiter instruimur, ut non simus ingrati beneficiorum Dei, sed magis per omne tempus vitae nostrae laudibus eius insistamus, donec veniat illud sabbatum, in quo perpetualiter cum Christo requiem possideamus aeternam.

Cantica vero de evangelio sumpta apte et convenienter quotidie in ecclesia c. 842—846 decantari a magistris ecclesiae decretum est, hoc est, ut canticum Zachariae pro- Luc. 1, 78. 79. phetae, ubi exortus lucis in tenebris memoratur, in matutinis laudibus decantetur, et canticum Mariae Dei genitricis, in quo per brachium Domini dispersio superborum et ib. 1, 51. 52. potentium depositio humiliumque exaltatio praedicatur, recte in vespertino officio novissime canitur. Quia in vespere mundi, hoc est in fine saeculi, per adventum salvatoris superbi in ignem proicientur inferni, et humiles in gloriam exaltabuntur aeternam.

Haec ergo iuxta id quod sensimus et a magistris traditum accepimus, stylo protulimus, non praeiudicantes his, qui melius sapiunt ac melius sermonibus proferre norunt.

Tu autem, sapientissime rex, in omnibus bene eruditus, ea quae tibi a devoto famulo collata sunt, benigna mente suscipe, illisque utere secundum quod perspexeris tibi tuisque prodesse. Ego autem quicquid servitii possum tibi libenter impendam, insuper et ipse impendar, Deum orando atque obsecrando pro salute tua, et pro stabilitate regni tui, ut hic diu sospes vivas, et post terminum praesentis vitae in caelesti regno vita fruaris aeterna.

Divinitas domini nostri Iesu Christi hic et ubique, nunc et semper sanum et incolumem te conservare dignetur.

34.

Hrabanus abbas quondam Fuldensis de commentario in Danielem prophetam ex patribus excerpto et a se aucto refert eumque Ludowico regi Germaniae probandum mittit.

c. 842—846.

Cod. Carolsruhensis Augiensis CCVIII saec. X. in. fol. 2—4[a], *quem contulit K. Hampe.*

Ed. Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 210—213 ex schedis Enhuberi.

Danielem prophetam, ut beatus Hieronimus[b] in prologo suo[1] testatur, aeclesiae Domini salvatoris iuxta LXX interpretes non legunt, utentes magis Theodotionis editione, qui[2] utique post adventum Christi incredulus fuit, licet quidam eum dicant Hebionitam fuisse, qui altero genere Iudaeus est, quia ipsi Hebionitę ita[3] evangelium tenent, ut legem simul carnaliter servent, adversus quos Paulus apostolus in epistola sua ad Galatas scripsisse invenitur. Ipseque liber prophetae Ebraicis quidem litteris, sed sermone Chaldaico[c] conscriptus refertur[4], qui apud ipsos Ebreos nec Susannae habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconisque fabulas, quas memoratus interpres noster in libro predicti prophetae reperit in toto orbe dispersas, et ob hoc obelo anteposito eas subdidit, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncasse.

Et quia haec causa ut arbitror fecit, quod hic propheta breviorem expositionem haberet, quam cęteri prophetae, ita ut per intervalla intermissus sit[5], non paucos conqueri[d] inde audivi, qui voluerunt, sicut in cęteris prophetis, et in hoc integram expositionem habere. Unde etiam ego non de propria scientia, sed de salvatoris nostri misericordia confidens, temptavi iuxta maiorum dicta vel sensum aliqua interponere, ubi vel minus lucide explanata, vel poenitus omissa repperi, ut si non aliorum, tamen

---

34. a) *in folio 2 infra manu saeculi XII. in. legitur:* liber monasterii Augie maioris. *lemma deest.* b) Danielem — Hieronimus *litteris uncial. scr.* c) caldaico h *manu fere coaeva addito.* d) conquiri *manu recent. corr. in* -queri *C.*

1) *Opp. ed. Vallarsius t. IX, 1361.* 2) qui — Iudaeus est *ex Hieron. praef. in Daniel., opp. V. 619—620.* 3) ita — invenitur *ex Isid. Etymol. VIII, 5, 36, ed. Arevalus III, 356.* 4) *ab Hieronymo in prologo, quem exscripsit Hrabanus, opp. IX, 1361.* 5) *Cf. Hieron. praefat., opp. V, 621—622.*

c. 842—846 nostrorum [1] paupertati consulerem, qui nec multos libros habent nec diversorum auctorum codices. Sed nec etiam eis propter instantiam cotidiani operis plura legere vacat, qui illud poeticum [2] rite possunt dicere:

'Nós manibus [a] duris et toto [b] sole perusti
Appellamus humum et pretium poscimus [c] anni',

Act. 20, 34. illudque apostolicum exemplar magis imitari norunt quo ait: 'Quae mihi defuerunt et his qui mecum sunt, ministraverunt manus istae'. Unde et idem apostolus ad The-
1. Thess. 4. 10. 11. salonicenses scripsit dicens: 'Rogamus autem vós, fratres, ut operam detis, ut quieti sitis, et ut vestrum negotium agatis, et operemini manibus vestris, sicut precepimus vobis; et ut honeste ambuletis ad eos, qui foris sunt, et nullius aliquid desideretis'.

Illi enim, qui in librorum lectione atque meditatione sanctarum scripturarum exercitati sunt, et otium habent legendi atque scribendi quae volunt, per campos scripturae discurrant flores diversarum specierum legendo, easque in calatho pectoris sui collocent, ubi etiam aromata virtutum recondita servant, ut multiplex odor hinc et inde conquisitus suavitatem aspiret mirificam, olfactusque plurimorum verbo et actu abundanter reficiat. Presens autem opusculum nostrum, quod ex beati Hieronimi [d] atque Gregorii, Ambrosii quoque et Augustini, necnon et cęterorum sanctorum patrum tractatibus excerpseram et in unum collegeram, in quo etiam, ubi eorum dicta minus repperi, nostra inserueram, ne forte longitudo eius tedium faceret lectori, in quattuor libros distinguere curavi, ita ut primus liber ab exordio prophetae, quo narratur captivitas regis Ioachim et eorum, qui cum ipso in Babilonem translati sunt, usque ad illum locum, quo rex Nabuchodonosor post correptionem a Deo sibi propter superbiam suam inlatam, iterum in regnum restitutus narratur, pertingeret. Secundus autem incipiens a Baltasar rege,
Dan. 5, 24—28. ubi convivium fecit obtimatibus suis, quando articulos manus scribentis in pariete vidit, et propheta interpretante regnum a se auferendum et Medis atque Persis dandum
ib. 9, 24. audivit, propheticas visiones enumerando usque ad expletionem LXX ebdomadarum
ib. 10, 2. perveniret. Tertius quippe ab eo loco inchoans, ubi Daniel trium ebdomadarum diebus ieiunare et lugere se commemorat, in ultima visione [e], qua ei angelus quid in novissimis temporibus populo suo venturum esset revelavit, finem haberet. Quartus vero ea, quae post finem ipsius prophetae iuxta Ebreos [3] de Susannae historia et Belis draconisque fabulis atque missione secunda prophetae in lacum leonum narrantur, mystico sensu exposita seorsum contineret.

Quod etiam opusculum tibi, rex nobilissime Hludowice [f], quia [g] ut credo in conspectu serenitatis tuae nostri non sordent labores nec spreti a te abiciuntur, postquam consummaveram, ad legendum et ad probandum direxi, ut, ubi nostra catholicorum magistrorum sententiis concordare perspexeris, illi inde gratias referas, cuius dono hoc nobis conlatum est. Si quid autem aliter per té vel eos, quos tecum habes peritissimos lectores, positum repereris, ignoscas imperitiae meae atque fragilitati, precesque pro parvitate mea Domino fundere iubeas, ut ipse mihi ignoscat, quem nihil humanae infirmitatis latet, et mentem meam ab omni errore purgans per Spiritum suum sanctum lumine veritatis inlustret, quatinus in lumine ipsius ambulans, bene placita illi meditando atque scribendo necnon et operando, omni tempore vitae meae faciam, sicque ad eius misericordiam perveniam, ut remissis delictis omnibus delectatione suavissima in dextera eius perfruar usque in finem.

Dignum enim arbitratus sum, ut illius prophetae, cuius perfectionem nec tribulatio hostilis persecutionis nec potestas terrena et felicitas temporalis mutavit, sed

a) duris man. *C.* b) toti *emendandum videtur.* c) *an* deposcimus?, proscindimus *coni. P. de Winterfeld, ut versus sanetur.* d) Hieromini *C.* e) vissione *C.* f) *in rasura manu coaeva supplet.* g) q *C.*

1) *sc. Fuldensium monachorum.* 2) *Nescio unde hos versus sumpserit.* 3) *Cf. Hieron. comment. in Daniel. c. 13, opp. V, 730—731.*

c. 842—846

probavit, tibi, qui in regno constitutus nec adversitatibus mundanis frangi nec prosperitatibus huius sęculi in superbiam erigi nosti, sed viam regiam incedendo ad regnum perpetuum et premium aeternae vitae pervenire festinas, actus probatissimos et revelationes misticas in libro conscriptas dirigerem, ut eorum meditatione sedulo incumbens eius studium imiteris, qui sic implevit negotium mundanum, quod nequaquam aliquod omitteret ad officium pertinens divinum appellerisque rite simul cum propheta angelico affatu 'vir desideriorum' (Dan. 10. 19.), non utique carnalium, sed spiritalium, non terrenorum, sed caelestium; alioquin viri vocabulum non rite teneres, si mollitiem voluptatum huius sęculi sequereris, et non magis desiderium regni caelestis.

Age ergo et festina, ut in assidua meditatione legis Dei et operibus iustitiae atque misericordiae temetipsum exercens ad coronam pervenias sempiternam, quatinus inveniaris in libro vitae scriptus, evigilesque in resurrectione generali simul cum electis Dei in vitam aeternam potius, quam cum reprobis in obprobrium sempiternum. Hoc ergo meam parvitatem devotis precibus sedulo orare cognoscas, ut regnum terrenum sub divina gubernatione tempore vitae tuae feliciter teneas; et post exitum pręsentis vitae bonis meritis auctus Christo tribuente in caelesti regno percipias cum electis angelis et sanctis animabus beatitudinem veram et gloriam sempiternam.

Rex[a], regum dominus, tribuat tibi tempora laeta,
Aeternam et vitam conferat ipse polo[b].

35.

Hrabanus Fuldensis quondam abbas Ludowico regi expositionem librorum Maccabaeorum iam antea amicorum rogatu tam historico quam allegorico sensu compositam dono mittit. *c. 842—846.*

Codd. Monacensis (S. Emmerammi) 14046 s. IX. fol. 1 (E); Monacensis 18187 (Tegernseensis) s. XI. fol. 1 (T); Monac. (Ratisbon.) 13048 s. XII. fol. 115' (R); Vindobonensis 741 (Theol. 135) s. XII. fol. 69 (V), quem contulit Holder-Egger; Berolinensis Theol. Fol. 8 fol. 1 saec. XIV. (B). Extat etiam in codd. Vatic. Christ. reg. 308 fol. 1, Carolsruh. Augiensi CLIV s. XIV. f. 468[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius IV, 380; Migne Patrol. CIX, 1125—1128.

DOMINO EXCELLENTISSIMO ET IN CULTU CHRISTIANAE RELIGIONIS STRENUOSISSIMO[b][1] HLUDOWICO[c] REGI[2] HRABANUS[d], VILISSIMUS[e] SERVORUM DEI, IN DOMINO DOMINORUM PERPETUAM OPTAT SALUTEM.

Cum[f] sim promptus animo ad parendum[g] atque serviendum vestrae voluntati, cotidie[h] cogito, quid honorificentiae vestrae gratum exhibeam, ut mei memoria sedulo apud[i] vos maneat, et devotio mentis meae erga obsequium vestrum appareat, unde grandis mihi questionis[k] in animo angustia versatur cogitanti[l], quid potissimum reverentiae vestrae offeram, quando alii iuxta id quod[m] sibi condecet et opulentia rerum vires illis ministrat, multiplicia munera vobis[n] deferunt.

Ego autem ita per me hoc non effici[o] posse sentio, sed tamen vacuus a munere penitus[p] non ero, quia iuxta paupertatem virium mearum et ingenii tenuitatem ea, quae in meditatione sanctarum scripturarum elaboravi, offerre decerno. Quae licet non sint condigna prudentiae[q] vestrae, tamen ut[r] credo non sunt ubique spernenda.

---

a) *Versus litteris uncialibus scripti sunt.* b) *In fol. 4'* Incipiunt capitula in Danielem prophetam.

35. a) *Lemma:* Epistola Rabani ad Ludowicum (Lůdow. *V*) regem *V, R;* E. R. ad reg. Ludov. in expositionem libri Machabeorum *T;* Incipit prologus in librum Machabeorum *B.* b) strennuissimo *B. ed.,* strennuos. *R, V.* c) Ludowico *E, R, V,* Lodewico *B.* d) Rabanus *E, R, V, B.* e) servus *add. B.* f) Cur *V.* g) paraendum e *superscr. T.* h) cottidie *T, R, V, B.* i) aput *R.* k) quamvis *B.* l) cogitandi *B.* m) *om. V.* n) *om. R.* o) effeci *al. man. corr. in* effici *R,* effici *man. s. XIV. corr. in* efficere *T,* efficere *B, ed.* p) paenitus *E.* q) providentie *B.* r) *om. E, B, ed., suppl. T.*

1) *Cf. supra p. 465 v. 23.* 2) *Francorum orientalium.*

c. 842—846 Praeterito siquidem anno transmisi vobis tractatum in Danielem[a] prophetam[1], quem non solum ex dictis maiorum, quin et[b] ex nostrae parvitatis sensu feceram[c]. Nunc vero quia tempus[d] est illud[2], quo apostolica[e] sedis[f] constituit libros Machabeorum legi in ecclesia[g], eorundem librorum expositionem, quam ante annos aliquot[3] rogantibus amicis sensu historico[h] simul et allegorico dictaveram, excellentiae vestrae defero, ut, si aliquando sensum mysticum[i] in eis dinoscere vos delectet, habeatis in promptu, quo[k] illum explicitum invenire valeatis: non dico valde disserte[l] et oratione rethorica, sed lucido sermone et catholica[m] fide.

Vos quoque, si quid in predicto opere reperiatis vobis gratum et rite prolatum, eius gratiae hoc deputetis, a quo est omne bonum. Si quid vero[n] minus recte vel inconvenienter[o] positum vobis ibidem videatur, imperitiae meae magis deputetis quam malitiae, qui quamdiu in hoc corpusculo[p] vixero, in Christi servitio, prout possibilitas sinit[q], laborare[r] contendo. Ipsius enim est misericordiae, ut qui mihi in animo hoc dedit
Ps. 144. 18. velle, ipsum me[s] bono opere faciat consummare[t], de quo propheta ait: 'Prope est Do-
Iudith 6, 15. minus omnibus invocantibus sé[u] in veritate' et non derelinquet omnes sperantes[v] in sé.

Divinitas[w] domini nostri Iesu Christi diu vos hic incolomes et legis Dei veritatem amantes ad multorum salutem custodiat, et post huius vitae cursum ad veram et aeternam[x] beatitudinem pervenire concedat.

36.

Hrabanus abbas quondam Fuldensis Hemmoni olim condiscipulo, iam episcopo Halberstadensi, opus de rerum naturis et verborum proprietatibus simulque de mystica earum significatione iuxta morem antiquorum compositum dedicat. Mentem sacerdotum multorum mundo nimium deditam reprehendit. *c. 842—846.*

Codd. Carolsruhensis Augiensis XCVI saec. X. p. 5—7 (A), quem cont. K. Hampe; Parisinus 16879 (Bouhier Nr. 10) s. XII. fol. 2—2' (P), cont. H. Lebègue; Matritensis biblioth. nation. (M) s. XIII. fol. 1, quem contulit Ioh. Tschiedel; extat etiam in cod. Lugdun. Batav. Vossian. lat. 5 saec. XIV., codicibus Remensibus 424 et 425 saec. XV.

Edd. Opp. ed. Colvenerius I, 53; Migne Patrol. CXI, 11—14.

*p. 5 col. 1. *DOMINO REVERENTISSIMO, ET CUM OMNI CARITATIS OFFICIO MERITO VENERANDO ATQUE COLENDO PATRI, HEMMONI[a] EPISCOPO[4], HRABANUS[b], INUTILIS SERVORUM DEI SERVUS, IN CHRISTO AETERNAM[c] OPTAT SALUTEM.

Memor boni studii tui, sancte pater, quod habuisti in puerili atque iuvenili aetate in litterarum exercitio[d], et sacrarum scripturarum meditatione, quando mecum legebas non solum divinos libros, et sanctorum patrum super eos expositiones, sed etiam huius mundi sapientium[e] de rerum naturis solertes[f] inquisitiones, quas in liberalium artium discriptione[g], et ceterarum rerum investigatione composuerunt; postquam me divina providentia ab exteriorum negotiorum cura absolvit[5], teque in pastoralis cure officium sublimavit, cogitabam, quid tuae sanctitati[h] gratum et utile in[c] scribendo conficere possem[i]: quo[k] haberes ob commemorationem in paucis breviter

---

a) *corr. in* Danihelem *V.* b) etiam *R, V.* c) confeceram *R, V, B.* d) est tempus *T.* e) Romana ecclesia *pro* ap. sed. *B, ed.* f) sedes *R, V, corr. in* sedes *T.* g) ęccl. *R, V.* h) hystor. *R, B.* i) mist. *B.* k) quod *B.* l) diserte *B.* m) kathol. *R.* n) autem *B, ed.* o) inconveniter *E.* p) corpuscolo *corr. in* -culo *R.* q) fuerit *B, ed.* r) labore *B*, ra *superscr. R.* s) e *B.* t) consumare *R*, -ri *ed.* u) eum *T, V, B.* v) qui sperant *ed.* w) Divinitas — concedat *om. R, V.* x) aernam *E.*

36. a) Hammoni *M.* b) Rabanus *P, M.* c) *om. P, ed.* d) exercitatione *P.* e) sapientiam *P, ed.* f) sollertes *P, M, ed.* g) descriptione *P, M.* h) sanctitate *corr. in* -ti *A.* i) conficerem *P, M.* k) quod *del.* d *P.*

1) *Cf. supra p. 467.* 2) *a prima dominica Octobris mens. usque ad primam dominicam Novembris mens.* 3) *post annum 829. Gerolto archidiacono palatii petente, cf. supra p. 424.* 4) *Hemmo Herolvesfeldensis monachus a. 840. episcopus factus anno 853. obiit, cf. Annalist. Saxonem, Ann. Quedlinb. SS. III, 44. 46; VI, 575. 576. Mabillon (Annal. O. S. Bened. II, 611) eum eundem esse putavit atque Hemmonem monachum, qui intra annos 815. et 823. chartas Fuldenses scripsit (Dronke Cod. dipl. Fuld. p. 150—188).* 5) *a. 842., dignitate abbatis deposita, ut Mabillon iam vidit, Acta SS. ord. S. Bened. IV, 2, 43.*

c. 842–846

annotatum[a], quod ante[b] in multorum codicum amplitudine, et facunda oratorum locutione dissertum[c] copiose legisti. Neque enim mihi ignotum est, qualem infestationem habeas, non solum a paganis, qui tibi confines sunt, sed etiam a popu*lorum turbis, (*p. 5 col. 2.) quae per insolentiam et inprobitatem morum tuae paternitati non parvam molestiam ingerunt, et ob hoc frequenti orationi atque assiduae lectioni te vacare non permittunt.

Haec enim omnia mihi sollicite tractanti venit in mentem, ut iuxta morem antiquorum, qui de rerum naturis et nominum atque verborum ethimologiis plura conscripsere[1], ipse tibi aliquod[d] opusculum conderem, in quo haberes scriptum non solum de rerum naturis et verborum proprietatibus, sed etiam de mystica[e] earundem rerum significatione, ut continuatim positam invenires hystoricam et mysticam[f] singularum[g] rerum expositionem. Tu autem, electe domine et episcoporum carissime, acceptis his, quae tibi transmisi, utere eis, ut decet, et tam tibi, quam illis, qui sub tuo regimine sunt constituti, utile esse permitte; quatinus tuum bonum studium multis proveniat ad spiritalem profectum, et fiat tam tibi, quam illis, spiritale exercitium, atque caelestis gaudii incrementum. Imitare illius sapientis viri exemplum, qui de sapi*entiae (*p. 6 col. 1.) laude tale protulit prȩconium, dicens: 'Invocavi, et venit in me spiritus sapientiae (Sap. 7, 7–11.) et praeposui[h] illam regnis et sedibus, et divitias nihil[i] esse dixi[k] in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem pretiosum[l], quoniam omne aurum in conparatione[m] illius harena[n] est exigua; et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem et speciem dilexi illam, et proposui pro[o] luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi[p] omnia bona pariter cum illa'. Nam et apostolus Paulus, scribens ad Timotheum de doctrina sapientiae divinȩ, ad hoc ipsum exortatus[q] est eum, dicens: 'Haec proponens[r] fratribus, bonus (1. Tim. 4, 6.) eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei et bonȩ doctrinȩ, quam assecutus[s] es'. 'Precipe hȩc et doce. Nemo adolescentiam tuam contempnat[t], sed exemplum (ib. 11. 12.) esto fidelium, in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate'. 'Haec medi- (ib. 15. 16.) tare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende[u] tibi et doctrinȩ[v], insta in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies, et eos, *qui te audiunt'. (*p. 6 col. 2.) Unde decet[w] te nihil[x] aliud praeponere meditationi divinȩ legis et doctrinȩ verb Dei: nec ullo modo debes ea deserere propter mundanam curam, et saecularia negotia, quia[y] haec maximum impedimentum faciunt operi divino apud eos, qui his abutuntur.

Nam pro[z] dolor multi inveniuntur huius temporis viri ex[a] ecclesiasticis personis, qui relicto predicandi officio et spiritali conversatione, in eo se magnos estimant, si terrenis negotiis preponantur[b], et disceptationibus saecularium sepe intersint, ita ut in eorum conventibus[c] quasi arbitres[d] presideant, et eorum conflictuum iudices fiant. Quod tamen nullo modo apostolus consentit, qui ait: 'Nemo militans Deo inplicet se (2. Tim. 2, 4. 5.) negotiis secularibus, ut ei placeat, cui se probavit. Nam qui certat in agone, non coronatur, nisi legitime certaverit'. Item alibi ait: 'Si quos contemptibiles habetis: (1. Cor. 6, 4.) hos constituite ad iudicandum secularia negotia'. Multo enim melius est laborare episcopum in doctrina verbi Dei ob salutem animarum sibi commissarum, quam in disponendis et definiendis[e] civilibus questionibus et vanis[f] hominum con*tentionibus vacare, (*p. 7 col. 1.)

---

a) adnot. *M, corr. in* annot. *A.* b) autem *M.* c) digestum *M.* d) aliquid *A.* e) mistica *P.* f) misticam *P.* g) singularem *A.* h) proposui *A, P.* i) nichil *P, M.* k) duxi *Vulg.* l) praeciosum *P, M.* m) coparat. *M.* n) arena *P, M.* o) p *M.* p) michi *M.* q) *corr. manu coaeva in* exhort. *A.* r) preponens *A.* s) adsecutus *manu coaeva corr. in* assecutus *A.* t) contempnat p *alio atram. del. A,* contemn. *P.* u) adtende *alia manu coaeva corr. in* attende *A.* v) doctine *alia manu coaeva corr. in* doctrinȩ *A.* w) te decet *P.* x) nichil *P, M.* y) quod *M.* z) proh *M, ed.* a) *om. A.* b) proponantur *M.* c) convenientibus *del. al. manu A.* d) arbitri *M.* e) difiniendis *A.* f) variis *P, ed.*

1) *Isidori inprimis.*

c. 842—846 qui propter terrenam cupiditatem lites rixasque incessanter movent, et unusquisque in his alterum superare contendit. Nusquam enim in scripturis sacris legitur ipse salvator, aut discipuli eius hoc egisse sive docuisse. Invenitur tamen in evangelio
Luc. 12, 13. 14. scriptum: quod quidam homo rogaverit ipsum mediatorem nostrum, quod fratri suo iuberet, ut divideret secum hereditatem suam. Cui ille respondit: 'O homo, quis constituit me iudicem aut divisorem inter vos' et[a] reliqua? In quo probavit se nolle doctores evangelii curis et rixis saecularium occupari vel interesse. Non enim idem officium est evangelium Christi in pulpito ecclesiae populo praedicare, et in placito saecularium lites forenses inter rixantes decernere.

Haec ergo cum scribam, mi domine, nolo, ut estimes, me novam[b] legem vivendi tibi constituere, sed olim a sanctis viris prolatam ob recordationem breviter commemorare. Credo enim te magis velle interno conspectui conditoris tui salubriter placere,
*p. 7 col. 2. quam *favoribus humanis forinsecus inaniter extolli. Ideo quod bene in[c] servitio Dei agere cępisti, hoc melius ac melius semper operando usque in finem perficere satagas, ut in primis et in ultimis conversationis tuae temporibus, Dei servitium perfecte agens, ad caelestis premii plenitudinem feliciter pervenire valeas; quatinus tibi in extremo
Matth. 25, 23. iudicio ipse summus paterfamilias cum ceteris electis dicat: 'Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui[d]'.

37.

Hrabanus abbas quondam Fuldensis Ludowico Germaniae regi, quem magnis laudibus effert, ab eo rogatus opus viginti duobus libris consummatum de sermonum proprietate et mystica rerum significatione paulo ante confectum mittit. *c. 842—846.*

Codd. Carolsruhensis Augiensis XCVI s. X. p. 1—4 (A); Parisinus 16879 (Bouhier Nr. 10) s. XII. fol. 1—2 (P); Matritensis s. XIII (M), de quo cf. Neues Arch. VI, 351. Extat etiam in codd. Lugdunensi et Remensibus supra p. 470 laudatis[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius I, 51—53; Migne Patrol. CXI, 9—12.

*p. 1 col. 1. *DOMINO EXCELLENTISSIMO, ET OMNI HONORE DIGNISSIMO, HLUDOWICO[b] REGI RHABANUS[c], VILISSIMUS SERVORUM DEI SERVUS, AETERNĘ BEATITUDINIS IN CHRISTO OPTAT SALUTEM.

Audita bona opinione vestra, quae praedicatur per totas provincias Germaniae atque Galliae, et pene[d] in cunctis partibus Europae crebris laudibus intonat, satis exulto, et Domini misericordiam imploro, quatinus hoc cum bono augmento ad salubrem finem pervenire concedat. Ob hoc quippe laboris mei opuscula, quae in servitium Christi, ipsius largiente gratia, sacras scripturas exponendo, prout potui, expendi, non[e] sine vestra communione habere volui, sed aliquos tractatus[f] atque commentarios, in divinos libros conscriptos[1], vestrae venerationi[g] direxi.

Nuper quoque quia vos, quando in presentia vestra fui, compertum vos[h] habere dixistis, aliquod opusculum me noviter confecisse de sermonum proprietate, et mystica[i]
*p. 1 col. 2. rerum significatione; quod *etiam a mea parvitate postulastis vobis dirigi, feci libenter quod petistis, et ipsum opus vobis in XX duobus libris terminatum transmisi: ut si serenitati[k] vestrae placuerit, coram vobis relegi illud faciatis; et si aliquid in eo

---

a) et rel. *om. M.* b) novum *al. man. coaeva corr. in* novam *A.* c) in serv. Dei bene *M.* d) amen *add. P.* Incipiunt capitula libri primi *sequitur in A, P, M.*

35. a) *Lemma:* Incipit liber Rabani Mauri de rerum naturis et verborum proprietatibus et de mistica rerum significatione *P;* Incipit prefatio in librum magistri Rabani ad Lodovicum regem *M.* b) Ludovico *P, M.* c) Rabanus *P, M.* d) pęne *P.* e) enim *add. et del. P.* f) tractus *M.* g) veneratione *A.* h) *om. P, M.* i) mistic. *P.* k) serenitate *A.*

1) *Commentarios in librum Paralipomenon, in Danielem prophetam atque in Maccabaeos dicere videtur, cf. supra p. 422. 467. 469.*

dignum emendatione repertum fuerit, cum vestris sagacissimis lectoribus[1], prout ratio c. 842—846 dictat, illud emendare curetis.

Sunt enim in eo plura exposita de rerum naturis, et verborum proprietatibus, necnon etiam de mystica[a] rerum significatione. Quod idcirco[b] ita ordinandum ęstimavi, ut lector prudens continuatim positam inveniret historicam[c] et mysticam[a] singularum[d] rerum explanationem, et sic satisfacere quodammodo posset suo[e] desiderio, in quo et historiae[f] et allegoriae inveniret manifestationem. Unde mihi non melius aliud videbatur huius operis sumere initium, quam ab ipso conditore nostro, qui omnium rerum est caput et principium, quia quicquid[g] naturaliter subsistit, aut auctor *et *p. 2 col. 1. creator omnium est, aut ab eo condita creatura. Quia ex ipso et per ipsum et in ipso Rom. 11, 36. sunt omnia: qui[h] fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt. Act. 14, 14. Sic ergo primum de ipso summo bono et vero conditore nostro, hoc est Patre et Filio et Spiritu sancto, uno et[i] solo omnipotente Deo, iuxta parvitatem ingenii mei, quantum divina gratia me posse concessit, scribendo aliqua disserui. Postea vero de caelestibus et terrestribus creaturis, non solum de natura, sed etiam de vi et effectibus earum, sermonem habere institui, ut lector diligens in hoc opere et nature proprietatem iuxta historiam[c], et spiritalem significationem iuxta mysticum[a] sensum simul posita[k] inveniret. Et quia de sanctis hominibus, qui in vetere[l] et novo testamento commemorantur, eorumque actionibus mysticis[a], necnon et de locis, in quibus habitabant, silere me non convenit, nomina ipsorum, simul et locorum ex Hebraica lingua in Latinam transferre[m] placuit, ut inde facilius mysticam[a] significationem explanare possem. Addi*di *p. 2 col. 2. quoque in presenti opusculo non pauca de fide catholica et religione christiana; et e[n] contrario de gentilium superstitione[o] et hereticorum errore, de philosophis et magis atque falsis diis, de linguis gentium, de regum et[n] militum, civiumque vocabulis atque affinitatibus[p]; de homine et partibus eius, et reliquis animantibus; de lapidibus, lignis et herbis, quae in terra gignuntur[q]; de variis artibus atque artificiis et aliis multis: quę omnia in prohemio[r] enumerari longum est. Proinde quod de his hic[s] posui, nunc sufficiat, ceterum autem in capitulis singulorum librorum diligentius ea[t] enumerare[u] curavi. Decrevi enim hoc totum opus, ut supra dixi[v], in viginti duos[w] libros dispertiri: sub quo numero vetus testamentum legis divinę interpres beatus Hieronimus[x][2] complexum se[y] asseruit, ex cuius interpretatione et expositione quaedam obscura in hoc opere elucidavi.

Tu[3] autem, electę domine et regum carissime[z], acceptis his, quae tibi transmisi, utere eis, ut decet, et tam tibi, quam illis, qui sub tuo regimine sunt constituti, ea *utilia esse permitte, quatinus tuum bonum studium multis proveniat ad spiritalem *p. 3 col. 1. profectum, et fiat tam tibi, quam illis[a], spiritale exercitium[b] atque caelestis gaudii incrementum. Imitare illius sapientis viri exemplum, qui de sapientiae laude tale[c] protulit preconium, dicens: ‘Invocavi[d], et venit in me spiritus sapientiae, et preposui Sap. 7, 7—21. illam regnis et sedibus, et divitias nihil[e] esse dixi[f] in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem preciosum, quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, et tamquam lutum estimabitur argentum in conspectu illius. Super salutem

---

a) mistic. *P.* b) iccirco *P, M.* c) hystor. *P, M.* d) singularem *A, P.* e) posse tuo *P.* f) hystoriae *A, M.* g) quicquic *A.* h) qu *A.* i) et *ead. man. superscr. A.* k) positam *M.* l) vetere *corr. in* -ri *P,* veteri *M.* m) tranffere *A.* n) *om. P, ed.* o) superstic. *P.* p) adfinitatibus *corr. in* affinitatibus *al. atram. ead. man. A.* q) gingnuntur *A.* r) proemio *P.* s) *om. A, ed.* t) *om. M.* u) enumerari *M.* v) ut — dixi *om. P, ed.* w) duob; *corr. al. atram. ead. man. in* duos *A.* x) Ieronimus *P, M.* y) completum esse *P.* z) kariss. *P, M.* a) illi *A.* b) exercic. *P, M.* c) *om. A.* d) Invocavi — sap. et *om. M.* e) nichil *P, M.* f) duxi *P, Vulg.*

1) *Cf. supra p. 468 l. 37.* 2) *Praef. in libr. Samuel. et Malach., opp. IX, 457. 458:* Atque ita fiunt pariter veteris legis libri viginti duo. 3) *Cf. supra p. 471 v. 12—23.*

c. 842—846 et speciem dilexi illam, et proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabilis honestas per manus illius. Et laetatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia. Quam sine fictione didici, et sine invidia communico, et honestatem illius non abscondo. Infinitus enim thesaurus est hominibus, quo qui usi sunt, participes *p. 3 col. 2. facti sunt amicitiae[a] *Dei, quoniam ipse sapientiae dux est, et sapientium emendator. In manu enim illius sunt et nos et sermones nostri et omnis sapientia, et operum scientia et disciplina. Ipse enim mihi dedit horum, quae sunt, scientiam veram; ut sciam dispositionem orbis terrarum, et virtutem elementorum, initium et consummationem, et medietatem temporum, vicissitudinum[b] permutationes et consummationes temporum, morum mutationes, et divisiones temporum, anni cursus, et stellarum dispositiones, naturas animalium, et iras bestiarum, vim ventorum, et cogitationes hominum, differentias arborum, et virtutes radicum, et quaecumque sunt absconsa[c] et inprovisa didici. Omnium enim artifex docuit me sapientia'.

Unde etiam in libro[d] Regum legitur Dominus[e] probasse petitionem[f] Salomonis, 3. Reg. 3, 9—14. qui petiit ab ipso dari[g] sibi cor docibile, ut iudicare posset populum suum, et discernere inter bonum et malum. Ubi ita scriptum est: 'Placuit ergo[h] sermo coram *p. 4 col. 1. Domino: quod Salomon rem huiuscemodi postu*lasset. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias[i] animasque inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intellegens, in tantum, ut nullus ante te similis tui[k] fuerit, nec post te surrecturus[l] sit, sed et haec quę non postulasti[m] dedi tibi, divitias[n] scilicet et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris precepta mea et mandata mea, sicut ambulavit David pater tuus, longos faciam dies tuos'.

Unde manifestum est, quod quicunque verus est amator[o] sapientiae, et diligens custos mandatorum Dei, et fidelis exsecutor[p] voluntatis ipsius usque in finem: hic habet eum protectorem et adiutorem, in futura vero vita fidelissimum boni studii remuneratorem, et gaudii aeterni largitorem. Idcirco[q], domine mi rex, ante omnia *p. 4 col. 2. semper studium *sit tibi ad discendam sapientiam divinam, subiectosque tibi idipsum agere precipias, quatinus merito rex nominari possis, qui temetipsum et omnes tibi oboedientes secundum voluntatem Dei regere, et in viam veritatis ducere conaris. Sicque fiet ut, cum apparuerit rex regum et dominus dominorum, sederitque in sede maiestatis suae, et congregatę fuerint ante eum omnes gentes, ut recipiant omnes iuxta meritorum qualitatem: aut premium, aut poenam[r], tunc tu cum tuis a dextris eius stans, audias[s] illam amabilem sententiam Domini, quam ad omnes electos suos Matth. 25, 34. prolaturus est, dicens: 'Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum ab origine mundi' sicque insertus sanctorum coetibus ibis cum eo in vitam aeternam, ubi simul cum sanctis angelis laetaberis in conspectu gloriae[t] ipsius feliciter usque in finem.

Maiestas omnipotentis Dei diu vos hic conservet[u] incolomes[v], et *p. 5. postea in caelesti[w] regno gaudio beatificet sempiterno.*

---

a) amicicie *P.* b) vicissitudinem *ead. man. corr. in* -num *A.* c) abs entia *in ras. P.* d) gentium et *add. P, ed.* e) dominum *M.* f) petic. *P.* g) sibi dari *P, M.* h) *om. A, ed.* i) divicias *A.* k) fuerit tui *sign. transpos. A.* l) resurrecturus *M.* m) potulasti s *superscr. A.* n) divicias *A.* o) sap. am. *P.* p) executor *P.* q) iccirco *P, M.* r) pęnam *P.* s) audiens *M.* t) *om. P.* u) servet *P, M.* v) incolumes *P, M.* w) cęlesti *A.*

38.

Lotharius imperator a Hrabano Mauro petit, ut commentarios initii Geneseos, c. 842—846 *Ieremiae prophetae ac posterioris Ezechielis partis ab eo loco, ubi Hieronymi homiliae finiant, ei scribat. c. 842—846.*

Cod. Guelferbyt. Weissenburg. 92 s. IX. formae oct. fol. 1'—3, quem cont. Hampe.

Edd. Opp. ed. Colvenerius IV, 169; Migne Patrol. CX, 493—496.

INCLITI ORTHODOXI HLOTHARII AUGUSTI SALUS SUI HRABANI MAURI FATUR SALUTEM.

Desideranti mihi tuo alloquio[a] mutui reddere alloquii officia, vulgari tumultu cesis auribus circumseptus, facundię horror[b] arcet, fateor, cogit dilectionis ardor, et prerogante suffragio debitum persolvo. Dat vires animi caritas diffusa Dei: suggerit cf. Rom. 5, 5. enim verba loquentibus illisque donat edere sermones, qui loqui non valent; omnes expetit, universos invitat, et illis occurrit aetatibus, quae vota[c] dicere non sapiunt. Absentia nostra desiderium tuum non coarctet, quoniam quantum corporeus intuetur aspectus, amplitudinem mentis oculorum visus non coangustat, si subito translatu rapitur in animo; sed ingenti amplitudine spatians, absentiam corporalem spiritali representat officio; quoniam pure diligentium peregrinari nescit affectus. Et ideo flagitamus, ut desiderium tuo in corde nostra de presentia crebro augeatur, et tú a conspectu tuo non procul elongatus animo devoto in tuo semper manens cunctipotentem Dominum infatigabiliter obsecret vestra assidua flagitatio, nostra pro incolomitate animi, coniugis *prolisque, ut represso luctu, concesso regno simul cum bonis laetemur: *f. 2. regnum est enim regnoque seculi longe prestantius, ubi iam non adversi aliquid contingit, unde merore adfligaris, sed perenni gaudio exultabis: hoc iudicium est verum ad victoriamque perventum.

Alii conferunt ex devotione fidei suae parva vel magna, tú contulisti muneribus tuis nobis maximum librum ducis nobilissimi Iesu Nave[1], qui tipum veri regis aeterni Iesu Christi preferebat, ut Iesum comitemur armati, nec aliter ad capessendam[d] victoriam valemus accedere, nisi Domino virtutum adhereamus. Optandum vero nobis est, et votis omnibus ambiendum, sub tali magistro victricem tolerare militiam peragendam triumpho illius. Haec est ergo forma certandi consummatique cursus ob- cf. 2. Tim. 4, 7. tinendę victorię, que et formam terrenę conditionis exsuperat, et ultra corpulentię facultatem gratia divini Spiritus erigitur.

Beatitudinis tuę promissio et de divinis aliis libris expositio, ut portitor nobis retulit, quaerenda nobis via est, et sic quaeramus, ut siti nostrę non differas Genesis initium libri usque 'viam ligni vitę' secundum litterę sensum iungas opes, socies volun- Gen. 3, 24. tates tuas cum Bedae, dum quod alter deside*ravit, uterque perficiat. Hieremię ser- *f. 2'. mones, in quibus magni interpretis Hieronimi expositio non invenitur, ad locum usque Trenos finitos, cum oratione, rogo ut spiritali sensu exponas. Hizechiel vero in ultima visione, ab eo loco, in quo papae beatissimi Gregorii homilię terminantur[e] [2], usque ad finem prophetię, in qua nostri interpretis sensus iuxta anagogen rimatur etiam[f] ethicam, quam quaerimus tua largitio aperiat. Adpende beneficia quaecumque largiris, aequatisque lancibus ea que redibentur examina. Si partem receperis, habebis in residuo debitorem; si totum creditor esse desisti, quanto melius est utrumque prospicere[g] quod et sortem repleat et usuram multiplicet, aliud in presenti, aliud in futuro quod perire non possit.

36. a) *corr. ex* abloquio *W.* b) orror h *alia manu superscr.* c) -o *W.* d) sc *alia manu corr. in* ss. e) ad locum *ex parte erasum.* f) *ex magna parte erasum.* g) ce *superscr.*

1) *Cf. supra p. 400.* 2) *Opp. I, 1430.*

c. 842—846 Placet, inquam, habitatio tua nobis, si creditur ab omni iactantia aliena. Plus enim interiorem hominem rustica montium solitudo, quam regalis urbium pulcritudo delectat; ubi nulla liventis invidia tranquillum pectus hilari[a] mentitur intuitu, nec[b] fucati sermonis adumbrata blandities[c] artifici scelere mutua fabricatur astutia. Iuvat animum quicquid adiacet obtutu interiore percurrere[d]: modo de profundis oculos elevare, modo despicere convallia de supernis, tantoque flagrantius ad altiora pertendere, quanto *f. 3. cupidius ad alta perve*nerit.

Vale in Domino et memento petitionum[e] nostrarum, quae insertę sunt in[f] duabus epistolis, ut sollertia tua tribuat quod benignitas petit, et propter diuturnitatem temporis obnixe imploramus, a moderatione tarditatis memoria tua non discedat. Duas tibi epistolas misi, quarum una tantum est legenda, haec vero altera et legenda et in libro operis tui anteponenda.

39.

Hrabanus expositionibus in Genesim et Ieremiam iam absolutis nunc Lothario imperatori totius Ezechielis prophetae commentarium mittit. *c. 842—846.*

Codd. Guelferbyt. Weissenburg. 92 s. IX. fol. 3—5'.

Edd. Opp. ed. Colvenerius IV, 170—171; Migne Patrol. CX, 495—498.

DOMINO SERENISSIMO ET EXCELLENTISSIMO IMPERATORI HLUDHARIO AUGUSTO HRABANUS, MINIMUS SERVORUM DEI, AETERNAM IN CHRISTO OPTAT SALUTEM.

Quantum vos animi mei intentio diligat, Deus testis est, quia[a] et hic vobis semper prospera adesse et in futura vita ęterna bona succedere desidero et hoc oro assidue, ut omnipotentis Dei clementia hic vós a cunctis hostibus protectos diu servet incolomes, et in regno caelesti simul cum sanctis suis aeternae beatitudinis efficiat participes.

Unde etiam voluntatem habeo iuxta petitionem vestram et secundum tenorem epistolę, quam mihi misistis, voto vestro satisfacere et quicquid in studiis sacrarum litterarum vel tractatibus divinarum scripturarum, divina gratia largiente, elaborare potuero, vestrae presentiae potissimum dirigere, ut habeatis *illud, et simul cum vestris *f. 3'. eruditis doctoribus[1] examinantes, quicquid ibi inveneritis bene et congrue dictum, eius gratię hoc deputetis, a quo est omne bonum; si quid vero aliter, quam regula veritatis doceat, ibi positum vobis videatur, hoc etiam[b] mihi citius intimare curetis, ut aut errorem meum corrigam, aut si obscurius dictum sit, planius dicam. Sic enim laboris mei fructum consequar, si illis utilis erit, qui eo uti elegerint.

Quod autem in epistola vestra subiunxistis tres petitiones simul ponendo, hoc est, ut historicum sensum in exordio Genesis vobis explanarem, et de[b] tractatu beati Hieronimi in Hieremiam prophetam id[b] quod post sextum librum expositionis eius usque ad finem restat supplerem, feci quantum potui. Et expositionem in librum Genesis condens, sensum in eo historicum necnon et allegoricum oportunis locis iuxta sanctorum patrum documenta, quantum satis credidi, explanavi. Si quis autem maiora quaerat[c], legat libros beati Augustini de Genesi ad litteram, et ibi sufficienter omnia exposita inveniet. Expositionem vero in Hieremiam, quantum ex sanctorum patrum sententiis explanatam[d] inveni, et quantum ex proprio sensu conicere valui, iam vobis in viginti libris comprehensum transmisi[2].

Quod vero tertio loco postulastis de *Ezechiele in presenti opusculo, prout in- *f. 4. firmitas corporis et parvitas ingenii sivit, confectum habetis; feci enim non quasi

a) h *superscr.* b) c *superscr.* c) c *corr. in* t. d) procurrere *W.* e) petionum *W.* f) in *poster. manu add.*

37. a) q *W.* b) *superscript.* c) i *corr. in* a *W.* d) expositum *manu poster. superscr.* -planatum.

1) *Cf. supra p. 468 l. 37; 473 l. 1.* 2) *Cf. supra p. 442—444.*

successor papae Gregorii et predicator plebis Dei, supplendo hoc quod ille omiliarum c. 842—846 conditione populum docens inchoavit, et tamen usque ad finem prophetę non perduxit, sed quasi imitator et discipulus, non solum ipsius memorati papae, sed et aliorum sanctorum doctorum vestigia sequendo. Condens opus quod rogastis, non tantum in extremam partem, sed in totum prophetam et singulorum doctorum sententias[a] per singula loca, simul cum nota nominum eorum, posui. Quod autem mihi insuper divina gratia investigare concessit, simul interposui.

Et sicut Hieremię tractatum in viginti libris consummavi, sic et istum eodem numero terminavi, petens lectorem, ut non tediose accipiat prolixitatem huius operis, sed legat inde ea quae sibi elegerit, si totum legere despexerit, sciens, quod non inconsulte, sed magis utiliter hoc fecerim. Quia si ultra modum brevitati studens ea, quae sancti doctores necessaria legentibus fore iudicabant, intacta preterirem, forsitan scire volentibus difficultatem prophetici libri magis nocerem quam prodessem: non enim omnia, quae inde exposita *repperi, hic posui, sed tantummodo ea, quae inde *f. 4'. necessaria fore iudicavi. Septuaginta vero editionem in plerisque locis omisi, ubi eam videlicet ponere non necessariam arbitrabar, preceptum beati Hieronimi in hoc ipso observans, qui de interpretum disceptatione in libro primo tractatus in Esaiam prophetam ita dicit[1]: 'In expositione sanctarum scripturarum veritatem debemus sequi, non contentionem'; qui et in tractatu[b] Ezechielis ita ait[2]: 'Lectorem ammoneo[c], ne translationum diversitate turbetur, sed ut in presenti loco, in mensuris templi Ebraica veritate contentus sit'.

Nec etiam illud silendum arbitror, quod quibusdam narrantibus comperi, quosdam sciolos mé in hoc vituperasse, quod excerptionem faciens de sanctorum patrum scriptis, eorum nomina prenotarem, sive quod aliorum sententiis magis innisus essem, quam propria conderem; quibus[d] ad hoc facile respondere possum. Quid enim peccavi in hoc, quod magistros aeclesię veneratione dignos iudicabam et eorum sententias, prout ipsi eas protulerant, oportunis locis simul cum nota nominum eorum in opusculis meis interposueram? Magis enim mihi videbatur salubre esse, ut humilitatem servans sanctorum patrum doctrinis inniterer, quam per arrogantiam, quasi propriam laudem quaerendo, mea indecenter proferrem, *quando hoc summae humilitatis exemplar et *f. 5. magister ipse[e] Dominus faciendum quodammodo sub[f] exemplo docere videatur, qui in evangelio contra Iudaeos incredulos et vituperatores suos disputans[g] ait: 'Qui a Ioh. 7, 18. semetipso loquitur, propriam gloriam quaerit; qui autem quaerit gloriam eius, qui misit illum, hic verax est, et iniustitia in illo non est'. Unde[h] nobilissimi doctores, beatus videlicet Hieronimus atque Augustinus, necnon et alii similiter, inveniuntur non solum sacrorum librorum testimoniis sua scripta probare, sed etiam precedentium patrum dictis suas sententias roborare; quatinus eo acceptiora illorum opuscula legentibus forent, quo certiora ac firmiora[i] per idoneos testes ea esse considerarent.

Illi enim, qui laudem quaerunt et[k] ab hominibus videri appetunt, dictent[l] vel scribant quicquid voluerint, et laudatores suos atque adolatores, undecumque possint, sibi adquirant: 'Mihi autem adherere Deo omni tempore vitę meę bonum est et ponere Ps. 72, 28. in domino Deo spém meam'. 'Ut adnuntiem omnes laudes eius in portis filię Sion': ib. 9, 15. in illis videlicet portis de quibus scriptum est: 'Beati qui ambulant in semitis vitę et cf. Apoc. 22, 14. per portas introeunt in civitatem'; quatinus perveniant ad illas portas Hierusalem caelestis, de quibus per psalmistam dicitur: 'Lauda, Hierusalem, Dominum, lauda Ps. 147, 12. 13.

a) quorum dicta legi *add. ed.*, quorum dict.. *in marg. manu post. W.* b) tract *W.* c) admonui *Hier.* d) quibus — possum *in marg. alia manu add. W.* e) ipse Dom. *in marg. alia manu add. W.* f) taliter doceat *deletum*, sub — videatur *in marg. super. alia man. add.*, suo *ed.* g) *hic* ita *deletum est.* h) Unde .. ac f.. *in marg. infer. ead. man. add. W.* i) |irmiora — considerarent *desunt in W, suppl. ed.* k) se *add. ed.* l) dictant *corr. in* -ent *W.*

1) *Opp. ed. Vallarsius t. IV, 45.* 2) *Ibid. t. V, 490 Lib. XII c. 40.*

835—847 Deum tuum, Sion, quoniam confortavit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te'. Quod illo tempore accidit, quando sponsus intraverit, sicut in evangelio de Matth. 25, 10. virginibus legitur[a]: 'Et quę parate erant, intraverunt cum eo ad nuptias, et clausa est ianua'. Clausa scilicet non ad custodię poenam, sed in beatitudinem sempiternam, *f. 5'. quia nec inde quisquam *ulterius exibit, nec aliquis postea novus intrabit.

Vitam[b] vestram longaevam et diu incolumem Deus omnipotens aeterna beatitudine consummare dignetur!

40.

Hrabanus Fuldensis Reginaldo (Reginbaldo?)[1]*, cuius studium in docendo grege ex parte gentili admodum laudat, tres libros de disciplina ecclesiastica dicat. 835—847.*

Cod. latet[a].

Edd. Opp. ed. Colvenerius VI, 60; Migne Patrol. CXII, 1191—1192.

Quadam die dum quietus ab omni mundano negotio in cellula mea sederem[2], et lectioni divinarum litterarum operam darem, venit mihi in mentem recordatio boni studii tui, sancte Christi sacerdos, quod habes in doctrina gregis tibi divinitus commissi, qualiter extrapositos et in paganico errore adhuc conversantes ad fidem Christi percipiendam invitares, et quomodo in ecclesiam per baptismum et confessionem verae fidei iam introductos doctrina et exhortatione catholica corroborares, ut quod professi sunt ore, exercerent in bona operatione, qualiterque deviantes per praevaricationes diversas disciplina evangelica coerceres, et in statum pristinum per poenitentiam restituere certares.

Haec quidem omnia in animo meo pensans, cogitavi aliquod opusculum conficere, et tuo nomini illud dicare, ubi iuxta auctoritatem sanctarum scripturarum et doctrinam catholicorum patrum invenire posses, qualis debeat esse convocatio adhuc foris positorum ad percipiendam fidem Christi, qualisque fieri accessus post perceptam iam fidem ad accipiendam sacri baptismatis regenerationem, et sacramentorum divinorum sanctificationem, scireque doctrinae sacrae rationem, et conservare veraciter christianam religionem. Unde primum doctorem ipsum de officio suo et eruditione instituens, consequenter de instruendis rudibus in fide Christi sermonem facere statuimus. Deinde quomodo oporteat per praedicationis officium iam convocatos catechumenos facere et baptismate Christi abluere, sacramentisque divinis confirmare, et in fidei veritate corroborare; post haec quoque, quomodo ipsos christianos catholico dogmate erudire atque ecclesiastica disciplina corrigere, in militiaque Christi constitutos qualiter eos cum virtutibus contra vitia pugnare, et usque ad finem vitae in studio bonae conversationis perseverare conveniat, prout Dominus donaverit, pandere curabimus.

Nosti enim optime, quod Paulus apostolus, cum ad Timotheum scriberet, qualiter eum admonuerit et instruxerit debere in ecclesia Dei conversari, qui inter alia ita ait: 1. Tim. 4, 11—16. 'Praecipe haec et doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conversatione, in caritate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi et[b] doctrinae. Noli negligere gratiam quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum impositione manus presbyterii. Haec meditare,

---

a) dicitur *corr. in* legitur *W*, legitur *ed.* b) Vitam — dignatur *om. W, add. ed.*

40. a) *Lemma:* Hrabani Mauri abbatis ad Reginaldum de disciplina ecclesiastica libri tres *ed.* b) et exhort. *pro* exh. et *ed.*

1) *De Reginbaldo cf. supra p. 448 n. 1. Mentio huius operis apud Ruodolfum non extat.* 2) *Cum Hrabanus haec in monasterio Fuldensi scripserit, dignitatem archiepiscopi nondum adeptus esse videtur.*

in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi et doctrinae, insta — 847 in illis. Hoc enim faciens, et teipsum salvum facies et eos qui te audiunt'. Et alibi: 'Tu ergo, inquit, fili mi, confortare in gratia, quae est in Christo Iesu; et quae audisti 2. Tim. 2, 1–3. a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei sunt et alios docere. Labora sicut bonus miles in Christo Iesu'. Et rursus: 'Manus, ait, cito 1. Tim. 5, 22. nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Teipsum castum custodi'. Et sic de singulis ordinibus eum instituturus, quomodo presbyteros atque diaconos caeterosque gradus ordinare deberet, singulasque personas atque aetates necnon et sexus docere atque erudire pleniter instruxit. Unde necesse est, ut eos, quos ad divinum officium promovere concupiscis, diligenter doceas atque cum disciplina erudias, ut sciant, qualiter divini verbi ministri fieri debeant, et quid eos scire et habere conveniat, ut cum ordinati fuerint et sacris ordinibus sublimati, magis populo Dei prosint quam noceant.

41.

Hrabanus Fuldensis ad Regimbodi sacerdotis quaestiones canonicas ex patrum sententiis respondet. — 847.

Cod. Phillippicus 1750 fol. 4'—6 s. X.[a]*, de quo cf. Rose Verzeichniss der lat. Hss. p. 223—226.*

Edd. Baluzius Capitul. II, 1378 ex vet. codice oratorii Trecensis, qui latet; Hartzheim Concil. Germ. II, 212—213; Migne Patrol. CXII, 1507—1510. Meminerunt huius epistolae etiam ex codice ignoto Centuriatores Magdeburg., Hist. eccl. cent. IX. col. 242.

REVERENTISSIMO[b] ATQUE IN DIVINO CULTU RELIGIOSISSIMO CHRISTI SACERDOTI REGIMBODO[c] HRABANUS IN DOMINO SALUTEM. *f. 4'.

Nuper ad nos[1] quidam frater venit de monasterio, quod dicitur Herolvesfeld, vicino nobis[2] portans in pictatio quasdam questiunculas conscriptas, petensque ex tuo nomine, quatinus eas nostris responsionibus solveremus. Cuius petitioni libentem[d] aurem acommodavimus, et quantum potuimus, ex patrum sententiis eas solvere coepimus.

Primum ergo ibi quesitum est, quale iudicium ille sustinere debeat, qui flagellando uxorem suam, duos filios suos in partu occidit, ita ut ad baptismi gratiam pervenire non potuerint. Tertium vero filium ita debilitavit, ut post partum mox *baptizatus vitam *f. 5. finierit. Ubi liquido patet, quod propter inmoderatam correptionem in crimen cecidit parricidii. Quid autem de homicidio sacri[e] canones sanciant, tibi non ignotum est, cum in Ancyrano concilio ita scriptum est[3]: 'Qui voluntarię homicidium fecerint, penitentiae quidem iugiter se submittant, perfectionem vero circa vitae exitum consequantur. De homicidiis non sponte commissis, prior quidem definitio post septennem paenitentiam perfectionem consequi precepit[f], secunda vero quinquennii tempus explere'. Ubi etiam consideranda est infirmitas personę penitentis et modus penitentię. Qui fervide pęnitentiam de peccatis suis gerit, citius indulgentiam per Domini misericordiam optinebit.

Secunda questio est de eo, quem canis furens morsu in pede laceravit, ob cuius remedium quidam ei nescienti dederunt iecur eiusdem canis ad manducandum, quasi sanus inde fieri posset. Ubi humanus error delicti noxam peperit in his, qui volentes sanum mederi, vim medicinę nescierunt. Sunt ergo huiusmodi ab hoc errore corri-

---

41. a) *sine lemmate.* b) Revertentissimo *C.* c) Regimbaldo *ed.* d) libenter *ed.* e) sacris s *deleto C.* f) precipit *corr. in* -cepit *C.*

1) *Dubito, utrum hic Regimbodus sacerdos cum Reginbaldo chorepiscopo confundendus sit necne, sed apud centuriatores etiam scribitur:* epistola ad Reginbaldum. 2) *i. e. Fuldensibus: scripta igitur haec fuerunt, antequam Hrabanus archiepiscopus Moguntinus creatus est.* 3) *Cap. 21. 22 ex vers. Dion. Exig., Mansi Coll. conc. II, 526—527, cf. supra p. 449 n. 1. 2.*

— 847 gendi. ne ultra tale facinus perpetrent, et pro facto quod commiserunt aliqua disciplina vel ieiunio corripiendi, ut ceteri metum habentes tale scelus post hęc committere non pręsumant.

Tertia questio de eo fuit, qui cani feminę inrationabiliter se commiscuit[a]; et quarta de illo, qui cum vaccis sepius fornicatus est: quid de huiusmodi hominibus iudicandum sit, et de huiusmodi animantibus et partu earum faciendum. Ubi dementia humanę mentis et miseria patet maxima; eoque detestabilius est illud factum, quo scelus in eo apparet maximum, cum animal rationale contra naturam inrationabili per libidinem se commiscet animanti. In lege autem[b] Dominus tale crimen iudicio mortis [Lev. 20, 15. 16.] puniendum esse decrevit, ita dicens: 'Qui cum iumento et pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidite. Mulier quę subcubuerit cuilibet iumento, simul interficiatur cum eo; sanguis eorum sit super eos'. Sed si aliquis quęrendum putat, quomodo sit reum pecus, cum sit inrationale nec ullo modo legis capax, intellegat [f. 5'.] inde pecora iussa interfici, quia tali flagitio contaminata indignam *replicant facti memoriam, neque humano usui sunt digna, ubi abominatio claret maxima. Sacri autem canones[1] de eis, qui fornicantur inrationabiliter, id est commiscentur pecoribus aut cum masculis polluuntur, ita precipiunt, ut quotquot ante vicesimum annum tale crimen commiserint[c] quindecim annis exactis in pęnitentia, communionem mereantur orationum. Deinde quinquennio in hac communione perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta contingant. Discutiatur autem et vita eorum, qualis tempore penitudinis extiterit, et ita misericordiam consequantur. Quod si inexplebiliter aesere criminibus, ad agendam pęnitentiam prolixius tempus insumant. Quotquot autem peracta XX annorum aetate, et uxores habentes, hoc peccato prolapsi sunt, XXV annis penitudinem gerentes, in communionem suscipiantur orationum; in qua quinquennio perdurantes, tunc demum oblationis sacramenta percipiant. Quod si qui et uxores habentes et transcendentes quinquagesimum annum aetatis, ita deliquerint, ad exitum vitę communionis gratiam consequantur.

De vitulis quoque, qui a vaccis illis pollutis nati sunt, nescio quid[d] obsit, ne eorum usus hominibus deserviat. Sed si scrupulum est alicui, utrum eorum lac aut carnes commedi possint, et propter pollutionem matris eorum scandalum aliquod oriatur, simul cum matre occidantur, vel paganis vendantur, ne turpitudinis priscę [1. Cor. 8, 13.] memoria scandalum fiat. Dicit enim apostolus: 'Si esca scandalizat fratrem meum, [Rom. 14, 15.] non manducabo in aeternum'. 'Si enim propter cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus [ib. 20.] mortuus est'. 'Noli propter ęscam destruere opus Dei. Omnia munda sunt, sed malum est homini, qui per offensionem manducat'.

Quod autem novissime interrogasti de illo, qui avunculum suum nolens sive volens interficit, quid pati debeat, iam superius de homicidio satis dictum est iuxta id quod sacri canones[e] continent. Sed manifestum est, quod parricidii crimen maiori subicitur vindictę. Unde sancti patres sanxerunt[2], quod parricidę deponentes militiae cingulum, omni tempore vitae suę in pęnitentia persistant, sive in monasterio Deo deserviant[f].

[*f. 6.] Haec ergo omnia secundum *id, quod in scripturis sacris vel in canonibus patrum expressum invenimus, conscripsimus. Tu autem, sanctissime, secundum id quod videas unicuique expedire, ita temperes iudicium, discretionem in omnibus servans, quia discretio mater est omnium virtutum. Dedit enim tibi Dominus in omnibus intellectum, qui bene certanti et gregem suum diligenter custodienti aeternum cum suis[g] pastoribus in caelesti regno daturus est praemium.

---

a) miscuit *ed.* b) ergo *ed.* c) *corr. ex* commiserit *C.* d) *corr. ex* qui *C.* e) sacrificationes *C pro* sacri can. f) serviant *ed.* g) sanctis *corr. in* suis *C.*

1) *Concil. Ancyran. c. 15, l. l. col. 525—526.* 2) *Cf. supra p. 463 c. 11.*

42.

Hrabanus Eberhardum comitem Foroiuliensem, cui iam antea librum de laudibus sanctae crucis miserat, de Gotescalci noxiis erroribus docet, patrum, inprimis Prosperi, de praedestinatione testimoniis usus, eumque a praedicandi officio removeri iubet. c. 846—847

c. 846—847.

Codd. Amiatin. 3 bibl. Laurent. Florent. s. XI. fol. 81—83' (A), quem contulit V. Cl. Davidsohn (cf. supra p. 428)[a]*; alter codex, quem Flacius adhibuit, latet.*

Edd. Ughelli Ital. sacra III, 696—704, (ed. 2) 608—613; Sirmondi opp. var. II, 1019—1026.

REVERENTISSIMO ATQUE PROBATISSIMO VIRO HEBERARDO COMITI[1] HRABANUS VILISSIMUS SERVORUM IN CHRISTO SALUTEM.

Referentibus nobis fratribus nostris, qui preterito tempore Romam perrexerunt, Ascriho videlicet et Hrudperto[b][2] presbiteris, de sospitate vestra et benignitate, quam non solum erga eos, sed etiam erga multos exhibere soliti estis, valde, fateor, gavisus sum, et Deo omnipotenti inde gratias agens deprecabar, ut ipse, qui cępit in vobis opus bonum, perficiat usque in diem Christi Iesu, quatinus plenam mercedem de bonis operibus vestris per Dei gratiam in futura vita percipere mereamini. Et quia predicti fratres nostri nobis retulerunt vos expetere opusculum nostrum in laudem crucis Christi dudum confectum, ex vestro verbo rogantes, ut illud vobis transmitterem, voluntarie feci quod rogabant, et preterito anno[3] per nuntium vestrum Gaganhardum, ad nos venientem et id ipsum expetentem, opusculum vobis transmisi, deprecans ut habeatis illud, et coram vobis legere faciatis, et si[c] aliquid in eo dignum atque gratum vobis repperiatis, divinę gratiae hoc deputetis, non humane sollertiae[d]: sin autem aliter quid in ipso inveniatis, meę imperitiae et fragilitati humanę magis imputetis quam malitiae: qui, quantum Dei dono sapio et valeo, Christi famulis et Dominum timentibus atque amantibus gratum servitium impendere desidero, ut ipsi pro me orent, quatinus veniam peccatorum meorum clementissimus omnium seculorum iudex mihi tribuat et vitam conferat sempiternam.

De cetero quoque, quia divulgatum[e] in istis[f] partibus constat quendam sciolum' nomine[g] Gotescalcum, apud vos manere, qui dogmatizet, quod predestinatio Dei omnem hominem ita constringat, ut etiam, si quis velit salvus fieri, et pro hoc fide recta atque bonis operibus certet, ut ad vitam aeternam per Dei gratiam veniat, frustra et incassum laboret, si non est predestinatus ad vitam, quasi Deus predestinatione sua cogat hominem interire, qui auctor est salutis nostrę, non perditionis. Et iam hinc multos in desperationem suimet hęc secta perduxit, ita ut dicant: Quid mihi necesse est pro salute mea et vita aeterna laborare? quia[h] si bonum fecero, et predestinatus ad vitam non sum, nihil mihi prodest; si autem malum egero, nihil mihi obest, quia predestinatio Dei me facit ad vitam aeternam pervenire. Hęc traditio multis in istis partibus scandalum est, et predicatoribus evangelii homines inobedientes facit, quia iam desperantes de semetipsis eos reddidit. Dicitur enim ipse doctor vester multa testimonia excerpsisse de opusculis beatissimi et doctissimi patris Augustini, quibus

---

42. a) *Lemma:* Item epistola Hrábbani archiepiscopi ad Heberardum ducem *A.* b) Hudperto *A.* c) si—deputetis *laudant centuriator. Cent. IX col. 281.* d) sollertio *A.* e) divulgatum—fuerit *(p. 482 v. 3) apud Flacium Cent. IX col. 225.* f) his *Fl.* g) nom. Got. *om. Fl.* h) qui *A.*

1) *Ludowici Pii genero, de quo cf. Sedulium Scottum, Poet. aevi Carol. III, 201. 212. 220.* 2) *Cf. Ann. Fuld. a. 844 (ed. Kurze p. 35):* Hrabanus quoque .. librum, quem de laude sanctae crucis . . . conposuit, per Ascrichum et Hruodbertum monachos monasterii Fuldensis Sergio papae sancto Petro offerendum transmisit. 3) *Annus 845. fuisse videtur, unde Schrörs (Hinkmar von Reims p. 100) Hrabani epistolam anno 846. Traubio assentiente (Poet. aevi Carol. III, 708) scriptam esse, probabiliter coniecit. A. Freystedt (Zs. für Kirchengesch. XVIII, 179—180) annum 847. probabiliorem reddere vult.*

c. 846—847 nititur suam sectam[a] affirmare, cum memoratus pater et doctor catholicus, contra Pelagianos scribens, qui gratiae Dei contrarii predicatores fuerunt, defensor eiusdem gratiae, non destructor rectae fidei fuerit.

Nam ad Prosperum et Hilarium scribens, taliter de predestinatione et prescientia disserens ait[1]: 'Predestinatio est, quae[b] sine prescientia non potest esse: potest autem esse sine predestinatione et prescientia. Predestinatione quippe Deus ea prescivit quę fuerat ipse
Isai. 45, 11. facturus; unde dictum est: 'Fecit quę futura sunt'; prȩscire autem potest etiam quę ipse non facit, sicut quęque peccata: quia etsi sunt quędam quę ita peccata sunt, ut pene sint etiam et pecca-
Rom. 1, 28. torum; unde dictum est: 'Tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant ea quę non conveniunt', non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Quocirca predestinatio Dei, quae in bono est, gratiae est preparatio. Gratia vero est ipsius predestinationis effectus'.

Cui patri assentit sanctus Hieronimus, in Hiezechielis tractatu[2] illam sententiam
Ez. 2, 5. exponens, qua Dominus ad prophetam ait: 'Loquere et dic ad eos: Haec dicit dominus Deus, si forte vel ipsi audiant, et si forte quiescant, quoniam domus exasperans est et cętera'. Loquitur autem hęc Deus ambigentis affectu, ut liberum hominis monstret arbitrium, ne prescientia futurorum mali vel boni immutabile faciat quod Deus futurum noverit. Non enim, quia illa ventura cognoscit, necesse est nos facere quod ille prescivit, sed quod nos propria voluntate sumus facturi, ipse novit futurum quasi Deus.

Scripsit quoque predictus pater Augustinus libros duos de predestinatione sanctorum, in quibus totum quod confertur homini bonum, ex gratia Dei fieri, non ex hominis libero arbitrio, ex sententiis sanctarum scripturarum manifestissime ostendit. Sed fuerunt aliqui, qui aut non intelligendo, aut intelligi ea nolendo quę ibi recte scripta sunt, in pravum sensum abducere conabantur. Contra quos beatus Prosper, qui eius doctrinę fidelis exsecutor fuit, rescribendo fortissime restitit, atque convicit de predicto magistro sanctę ecclesię non recte eos sensisse. Scripsit enim memoratus vir, beatus videlicet Prosper, ad Rufinum de gratia et libero arbitrio: scripsit econtra capitula calumniantium Gallorum de predestinatione; similiter et contra capitula obiectionum Vincentianarum de eadem predestinatione, necnon ad excerpta, quae ex Genuensi civitate ei sunt missa de predestinatione, congruentissime respondit. In quibus omnibus lector fidelis potest probare eum sensisse de predestinatione Dei, ad salutem humani generis, non ad dampnationem fieri.

Unde nunc ex dictis memorati viri aliqua excerpere nobis placuit, et in hanc epistolam ponere, quibus obiectis Vincentianarum ita respondit dicens: Quomodo verum constabit iam, quod[3] Deus nolit omnes salvare, etiamsi[c] omnes salvari velint, cum veritas dicat:
Matth. 7, 11. 'Si vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cęlestis dabit bona petentibus se?' Qualiter fieri potest, ut Deus, qui etiam illos salvat, de quibus dici non potest quod salvari velint, nolit aliquos salvare, etiamsi salvari velint, nisi aliquae causę existant de quibus, quamvis sint nobis incognoscibiles, ipse tamen iudicat bene, de quo dici aliter non potest eum quicquam facere debuisse quam fecerit? Remota ergo hac discretione, quam divina scientia intra secretum iustitiae suę continet, sincerissime credendum atque profitendum est Deum
cf. 1. Tim. 2, 4. velle, ut omnes homines salvi fiant, siquidem apostolus, cuius ista sententia est, sollicitissime precipiat, quod in omnibus ecclesiis piissime custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicatur: ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum; quod multi salvantur, salvantis est donum. Ut enim reus dampnetur, inculpabilis est iustitia Dei: ut autem reus iustificetur, ineffabilis Dei gratia'.

---

a) sententiam *Fl.* b) qui *A.* c) et si *A.*

1) *De praedestinat. sanctor. c. 10 § 19, opp. X. col. 803.* 2) *L. I c. 2, opp. ed. Vallarsius V, 24—25.* 3) *Capitula obiection. Vincentianar. c. 2, Prosperi opp. Paris 1711 col. 231.*

Item dicunt, 'quod[1] maior pars generis humani ad hoc creetur a Deo, ut non Dei, sed c. 846—847 diaboli faciat voluntatem. Insanum omnino et contra rationem est dicere voluntatem Dei ex Dei voluntate non fieri, et Deum[a], damnatorem diaboli eiusque famulorum, velle ut diabolo serviatur[b]. Sed hoc catholicis Pelagiani consequenter[c] se obicere existimant, qui Adae peccatum[d] transiisse in omnes diffitentur: quoniam [si][e] primam[f] nativitatem originalis culpa non obliget, non sint obnoxii diabolo parvuli, nec indigeant erui de potestate tenebrarum, qui nunquam a suo auctore discesserint. Nos[g] autem, qui omnes in Adam periisse profitemur — venit enim Filius quae- Luc. 19, 10. rere et salvare quod perierat —, nec dicimus ideo creari quemquam hominem, ut diaboli faciat voluntatem, et agnoscimus omnem hominem [non] redemptum diabolo captivum. Praevaricatio enim hominum disposite a seculis creationis ordinem turbare non potuit: et merito creatura peccatrix penalem dominationem illius patitur, cui relicto vero Domino sponte se vendidit'. 'Haec quippe servitus non institutio est Dei, sed iudicium'. **Qui autem dicunt**, quod[2] hęc sit voluntas Dei, ut magna pars christianorum salva esse nec velit nec possit, **aut dicunt**, quod[3] Deus[h] nolit, ut omnes catholici in fide catholica perseverent, sed velit ut magna exinde pars apostatet, aut[4] [a] sanctitatis proposito ruat, **aut quod**[5] adulteria et corruptele virginum sacrarum ideo contingant, quia illas Deus ad hoc praedestinavit ut caderent, **nimis perverse sentiunt, et nequiter hoc dicunt. Quia**[i] detestanda et abhominanda opinio est, quae Deum cuiusquam male voluntatis aut male actionis credit auctorem, cuius praedestinatio nunquam extra bonitatem, nunquam extra iustitiam est. Universe enim vie Domini misericordia et veritas. Adulteria enim maritarum et Ps. 24, 10. corruptelas virginum non instituere novit sancta divinitas[k], sed dampnare, nec disponere, sed punire. Quae mala homines cum admittunt, suis concupiscentiis et cupiditatibus serviunt, quas ab illa prima voluntariae[l] praevaricationis labe traxerunt'.

Sed nullo modo credendum est huiusmodi homines in hanc disperationem ex Dei voluntate cecidisse, cum potius allevet Dominus omnes qui corruunt, et erigat omnes Ps. 144, 14. **elisos. Nemo enim nisi illius gratia stabilitur. Dei ergo voluntas est, ut in bona voluntate maneant, qui et priusquam deseratur neminem deserit et multos desertores sepe convertit. In libello igitur, quem supra memoratus vir contra capitula calumniantium Gallorum scripsit, iuxta finem eiusdem libri ita subnexuit dicens:** 'Quisquis[6] igitur ex praedestinatione Dei, velut fatali[m] necessitate, homines in peccata compulsos[n] cogi dicit in mortem, non est catholicus. Nullo enim modo praedestinatio Dei [homines] iniquos facit, neque cuiusquam omnino est causa peccati'. 'Item[7] qui dicit, quod ab iis, qui non sunt praedestinati ad vitam, non auferat percepta[o] baptismi gratia originale peccatum, non est catholicus. Sacramentum enim baptismi, quo omnia prorsus peccata delentur, etiam in eis verum est, qui non sunt in veritate mansuri, et ob hoc ad veram vitam[p] non sunt predestinati'. 'Item[8] qui dicit, quod non sunt praedestinati ad vitam, etiamsi fuerint in Christo per baptismum regenerati, et pie iusteque vixerint, nihil eis prosit, sed tandiu reserventur, donec ruant, nec ante eos ex hac vita quam hoc eis contingat, auferri, tanquam ad constitutionem Dei talium hominum ruina referenda sit, non est catholicus: quia non ideo Deus tempus aetatis cuiquam prolongavit, ut diu vivendo corrueret, et a fide recta in sua longevitate deficeret, cum inter beneficia Dei numeranda sit ipsa longevitas, qua homo melior debuit esse non peior'. 'Item[9] qui dicit, quod non omnes vocentur ad gratiam, si de his loquitur, quibus Christus adnuntiatus non est, reprehendi non debet: quia scimus quidem in omnes fines terrę evangelium destinatum, sed non putamus iam in omnibus

---

a) Dei *A.* b) serviantur *A.* c) consequentur *A.* d) peccato *A.* e) *quae hic et in sequentibus uncinis quadratis inclusa sunt in codice omissa ex Prospero supplevi.* f) prima *A.* g) Non *A.* h) dicitur *A.* i) qua *A.* k) divinita *A.* l) voluntate *A.* m) facili *A.* n) copules *A.* o) perceptam *A.* p) quod *add. A.*

1) *Prosperi opp. c. 4, col. 232.* 2) *Ibid. c. 7, col. 234.* 3) *Cap. 8 l. l.* 4) *Cap. 9 ibid.* 5) *Cap. 10, col. 235* quod — traxerunt. 6) *Responsion. ad capitula Gallor. Sententia super capit. I, col. 219:* Quisquis — peccati. 7) *Sentent. super II ibid.* 8) *Sent. super III ibid. col. 219—220.* 9) *Sent. super IV, col. 220.*

c. 846—847 terrę finibus praedicatum; nec possumus dicere, quod ibi sit gratiae vocatio, ubi matris ecclesię adhuc nulla est regeneratio'. 'Item [1] qui dicit, quod qui vocati sunt [non aequaliter vocati sint], sed alii ut crederent, alii ut non crederent, quasi cuiquam vocatio causa fuerit non credendi, non recte dicit. Quamvis enim fides non sit nisi ex Dei dono et hominis voluntate, [infidelitas tamen non est nisi ex sola hominis voluntate]'. 'Item [2] qui dicit, quod liberum arbitrium in homine nihil sit, sed sive a bono sive a malo praedestinatio Dei in hominibus [a] operetur, non est catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, sed adolet, et ab errore in viam [b] revocat ac reducit, ut quod sua libertate erat pravum, spiritu Dei agente sit rectum. Praedestinatio quoque Dei semper in bono est, quae peccatum, sola hominis voluntate commissum, aut remittendum novit cum laude misericordiae, aut plectendum cum laude iustitię'. 'Item [3] qui dicit, quod Deus quibusdam filiis suis, quos regeneravit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, ob hoc perseverantiam non dederit, quia a massa perditionis praescientia Dei et praedestinatione [non] sint discreti, si hoc vult firmare, quod Deus huiusmodi homines in bonis quae donaverat noluerat permanere, et ipse eis causa aversionis extiterat, contra iustitiam Dei sentit. Quamvis enim omnipotentia Dei potuerit vires standi [c] prebere lapsuris, gratia tamen eius non prius eos deseruit, quam ab eis desereretur. Et quia hoc ipsos voluntaria facturos defectione praevidit, ideo in praedestinationis electione illos non habuit'. 'Item [4] qui dicit, quod non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum praedestinatorum, durius loquitur quam (1. Tim. 2, 4.) loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiae Dei, qui et omnes vult salvos fieri, atque in agnitionem venire veritatis, et voluntatis suę propositum in eis implet, quos praescitos praedestinavit, praedestinatos [d] vocavit, vocatos iustificavit, iustificatos glorificavit: nihil amittens de plenitudine gentium et de omni semine Israel, cui praeparatum est in Christo regnum aeternum ante constitutionem mundi. Ex toto enim mundo totus mundus eligitur, et ex omnibus hominibus omnes homines adoptantur. Nec potest ullo modo per infidelitatem atque inobędientiam (Gen. 22, 18. Rom. 4, 21.) multorum Dei promissio vacillare, dicentis ad Abraham: 'In semine tuo benedicentur omnes gentes'. Quod autem promisit potens est et facere, ut et qui salvantur ideo salvi sint, quia illos (2. Thess. 3, 2.) voluit Deus salvos fieri; et qui pereunt, ideo pereant quia perire meruerunt'. 'In eo autem (Rom. 5, 18.) quod apostolus ait: 'Non enim omnium est fides', cur [5] autem omnibus fides non detur, non debet fidelem movere, qui credit ex uno omnes isse [e] in condempnationem sine dubitatione iustissima, ita ut nulla esset Dei iusta reprehensio, etiamsi nullus inde liberaretur. Unde constat magnam esse gratiam quod plurimi liberantur, et quid [f] sibi deberetur [g] in eis qui non liberantur agnoscant: ut qui gloriantur, non in suis meritis, quae paria vident [h] esse [damnatis], sed in Domino glorientur [i]. Cur [k] autem istum [l] potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt iudicia (ib. 11, 33.) eius et investigabiles vię eius'. 'Quare [6] in praeteritis saeculis dimiserit Deus omnes gentes in- (cf. Ps. 134, 4. 147, 20.) gredi vias suas, quando Iacob elegit sibi Dominus, et non fecit taliter omni nationi, et iudicia (1. Petr. 2, 10.) sua non manifestavit eis: et cur qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei dicitur; et (Rom. 9, 26.) quorum aliquando non misertus est, nunc autem misereatur, et ubi dictum est: 'Non plebs mea (ib. 11, 7.) vos, ibi vocentur filii Dei vivi'; et, quare quod quaerebat Israel non sit consecutus, electio autem consecuta est, caeteri vero excecati sunt, inpossibile est comprehendere, et periculose curiositatis (2. Par. 19, 7.) est querere. Cum tamen, quod nulla sit apud Deum iniquitas, nemini liceat ignorare: [quod] nec alia gratia, aut alia fide quemquam hominum, sive ante legem, sive legis tempore, iustificatum esse credendum sit, quam hac [m] eadem, per quam dominus noster Iesus Christus secundum con- (Luc. 19, 10.) silium voluntatis suę in fine saeculorum venit querere et salvare quod perierat. Causas vero operum et iudiciorum Dei, qui ex toto ad humanas voluntates et actiones refert, quas tamen in

a) omnibus *A.* b) veniam *A.* c) pervenire standum *pro* vires standi *A.* d) predestinaturos *A.* e) ipse est *A pro* isse. f) qui *A.* g) deberet *A.* h) videt *A.* i) glorietur *A.* k) Cum *A.* l) iustum *A.* m) hęc *A.*

1) *Sent. super V, Prosperi opp. col. 220.* 2) *Sent. super VI ibid.* 3) *Sentent. super VII ibid.* 4) *Sent. super VIII ibid. col. 220—221.* 5) *Responsiones ad excerpta Genuensium, exc. VI ibid. col. 248:* Cur autem—viae ipsius. 6) *Respons. ad capit. Gallor. c. 8 col. 211—212.*

parvulorum adoptione aut abdicatione non invenit, et dispensationes Dei ex liberi arbitrii vult mutabilitate variari, profitetur sibi esse scrutabilia iudicia Dei, et vestigabiles vias[a] eius, et quod doctor gentium Paulus non audebat attingere, hic se estimat reseratum posse vulgare'. 'Item[1] qui dicit, quod non pro totius mundi redemptione salvator sit crucifixus, non ad sacramenti virtutem, sed ad fidelium respicit partem, cum sanguis domini nostri Iesu Christi pretium totius mundi sit: a quo pretio extranei sunt, qui aut delectati captivitate[b] redimi noluerunt, aut post redemptionem ad eandem sunt servitutem[c] reversi. Non enim cecidit verbum Domini, neque evacuata est mundi redemptio: quia etsi [non] cognovit mundus Deum in vasis ire, cognovit tamen mundus Deum in vasis misericordiae, quae[d] Deus, nullis[e] eorum bonis meritis praecedentibus, eruit de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suae[f]'. 'Item[2] qui dicit, quod quibusdam evangelii [praedicatio a Domino subtrahatur, ne percepta evangelii] praedicatione salventur, potest obiectionis invidiam declinare patrocinio ipsius salvatoris, qui apud quosdam, quos ait fuisse credituros, si mirabilium[g] eius signa vidissent, noluit operari: et quibusdam populis vetuit apostolos evangelizare, et nunc aliquas adhuc gentes patitur extra gratiam suam degere; cum tamen constantissima fide perceptum habeamus, in omnes mundi partes ecclesiam dilatandam, nec ante esse hoc saeculum finiendum, quam in universos[h] fines terrę evangelium dirigatur, et omnis lingua confiteatur, quoniam [dominus] Iesus in gloria Dei patris est'. 'Item[3] qui dicit, [quod] per potentiam Deus homines in peccata conpellat, merito reprehenditur. Nec enim Deus, qui iustitię ac bonitatis auctor est, et cuius omnia statuta et mandata contra peccatum sunt, quemquam ad peccandum cogere, et ab innocentia in facinora praecipitare credendus est. Si qui[i] autem tam profunde impietatis sunt, ut extra remedium correctionis habeantur, non a Deo incrementa iniquitatis accipiunt, sed per semetipsos deteriores fiunt, qui relinqui a Deo, ac sibi ac deceptoribus suis tradi propter praecedentia peccata meruerunt, ut eis peccatum sit ipsa etiam pena peccati'. 'Item[4] qui dicit, quod quibusdam vocatis, et pie iusteque viventibus, obedientia subtrahatur, ut obedire desistant, male opinatur de bonitate Dei atque iustitia, ut videatur ad impietatem pios cogere, et innocentiam bonis adimere, cum ipse sit pietatis atque innocentię largitor et custos. Qui ergo Deo adheret, spiritu Dei agitur[k]: qui autem a Deo recedit[l], propria voluntate obędire desistit'. 'Item[5] qui dicit, quod quidam homines non ad hoc a Deo creati sunt, ut vitam adipiscerentur aeternam, sed ut habitum tantummodo vite praesentis ornarent, et ad utilitatem nascerentur aliorum, melius loqueretur dicens, quod Deus, qui creator est omnium, non frustra etiam eos condat, quos praevidit vite aeternę participes non futuros, quia etiam in malis hominibus bonum Dei opus est ipsa natura, et laudabilis est in impiorum dampnatione iustitia. Non potest autem merito reprehendi qui dicit, quod etiam talium conditione[m] mundus ornetur, et quod hi, qui sibi sua iniquitate nocituri sunt, ad utilitatem nascantur aliorum. Neque enim quamlibet innumerabilis multitudo impiorum indecora est mundo, aut inutilis Dei regno, cum etiam per ipsorum veniat propaginem regeneranda generatio, et in eis tolerandis ac diligendis populus Dei fiat illustrior, discens bonitatem et sapientiam ab illo, qui pluit super iustos et iniustos, et solem suum oriri facit super bonos et malos'. 'Item[6] qui dicit, quod qui evangelicę predicationi[n] non credunt, ex Dei praedestinatione non credunt, et quod Deus ita definierit, ut quicunque non credunt, ex ipsius constitutione non credant, non est catholicus. Sicut enim fides, quae per dilectionem operatur, Dei donum est, ita infidelitas constitutio Dei non est, quia Deus penas criminum novit ordinare, non crimina. Nec consequens est, ut quod non remiserit, ipse commiserit. Praedestinatus itaque vivit ex fide sibi donata: non praedestinatus perit infidelitate voluntaria, non coacta'. 'Item[7] qui dicit, quod idem sit

c. 846—847
cf. Rom. 11, 33.
ibid. 9, 22. 23.
Phil. 2, 11.
Matth. 5, 45.
Gal. 5, 6.

a) vię *A*. b) captivitatem *A* c) servitute *A*. d) quem *A*. e) nullus *A*. f) sui *A*. g) mirabiliorum *A*. h) universas *A*. i) quis *A*. k) aguntur *A*. l) recedet *A*. m) conditiones *A*. n) predicationis *A*.

1) *Sententia super IX Prosperi opp. col. 221.* 2) *Sententia super X ibid.* 3) *Sent. super XI col. 222.* 4) *Sent. super XII ibid.* 5) *Sent. super XIII ibid.* 6) *Sent. super XIV col. 222—223.* 7) *Sent. super XV col. 224.*

c. 846—847 praescientia quod praedestinatio, in bonis sine dubio operibus nostris duo ista permiscet. Quae enim ex Dei munere habemus, et quae praescita dicuntur, non possunt non esse praedestinata; et quae praedestinata appellantur, non possunt non esse praescita. In malis autem operibus nostris sola praescientia Dei intelligenda est: quia sicut praescivit et praedestinavit quae ipse facit, [et] ut faceremus[a] dedit: ita praescivit tantum, non etiam praedestinavit, quae nec ipsa fecit, nec ut faceremus[a] exegit[b]'.

His ergo omnibus ita ex sacris doctoribus probatis atque in diversis opusculis suis diverso stylo, non diversa fide, probatis[c], bonum mihi videtur, ut novelli doctores[d] sanctorum patrum et catholicorum doctorum sequantur vestigia, non a recto tramite eorum traditionis in erroris devia secedentes corruant, quia[e], sacra scriptura dicente, [cf. Num. 21, 22; 20, 17.] via regia gradiendum est his, qui ad vitam pervenire volunt aeternam, neque ad dexteram, neque ad sinistram a quoquam temere declinandum, quia sicut via recta ducit ad vitam aeternam, sic devia[f] errorum ad mortem tendunt perpetuam. Unde pro- [Ps. 85, 11.] pheta[g] Dominum precatur dicens: 'Deduc me, inquid, in via tua, et ambulabo in veritate [ib. 26, 11.] tua'. Et rursum: 'Deduc me, Domine, in semita recta propter inimicos meos'. Et [ib. 118, 29. 30.] item: 'Viam iniquitatis amove a me et in lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus'. Quae sit autem haec via recta et via veritatis, ipsa [Ioh. 14, 6. ib. 8, 12.] veritas in evangelio ostendit dicens: 'Ego sum via, et veritas, et vita'. 'Qui sequitur [ib. 10, 9.] me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę'. Et alibi: 'Ego sum, inquid, hostium. Per me si quis introierit, salvabitur: et ingredietur, et egredietur et pascua inveniet'. Ille autem qui dicit, sicut predicanda est pietas, pudicitia, et caritas, et ceterę virtutes, ita predestinatio predicanda est, ut qui obedienter hęc audit, non in homine, ac per hoc nec in se ipso, sed in Domino glorietur, bene hoc dicit, si discrete et secundum auditorum qualitatem predicationem suam temperat, ne forte infirmus auditor inde scandalum sumat unde debuit vitam aurire. In scrutando autem et medi- [Rom. 12, 3.] tando scripturas sacras oportet lectorem caute et prudenter agere, ne forte velit 'plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem' et secundum rationem fidei. [Prov. 25, 16.] Unde etiam sapientia per parabolam docet dicens: 'Mel invenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus evomas illud, et periures nomen Dei'. Similiter et qui docet alium, sic debet sermonem doctrine temperare, ut qui[h] audit verum audiat, et qui audit intelligat; sic enim apostolicam formam in docendo servat: qui quibusdam auditoribus [1. Cor. 3, 1. 2.] suis ait: 'Ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam parvulis in Christo lac potum vobis dedi, non escam. Nondum enim poteratis, [ib. 2, 6. 7.] sed nec adhuc quidem potestis. Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non huius saeculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur; sed loquimur Dei sapientiam in misterio, quae abscondita est, quam predestinavit Deus ante [ib. 14, 26. 40.] saecula in gloriam nostram'. Unde et alibi idem apostolus ortatur dicens: 'Omnia vestra ad ędificationem fiant, et omnia honeste ac secundum ordinem fiant'. Hinc quidam doctorum rectissime ait[1]: Dolosi autem vel imperiti medici est, etiam utile[i] medicamentum sic[k] alligare, ut arte[l] non possit absolvi.

[Exod. 21, 33.] Unde et in lege veteri per Moysen Dominus mandat dicens: 'Si quis aperuerit cisternam, et foderit, et non operuerit eam, cecideritque bos vel asinus in ea, dominus cisterne reddet pretium iumentorum'. Cuius figure misterium beatus Gregorius exponit dicens[2]: 'Quid est aperire cisternam, nisi intellectu valido scripturę sacrę archana penetrare? Quid autem per bovem et asinum, id est mundum immundumque animal, nisi fidelis quisque vel infidelis accipitur? Qui ergo cisternam fodit, eam cooperiat, ne illuc bos vel asinus ruat. Id est qui in sacro eloquio iam alta intellegit, sublimes sensus coram non accipientibus per silentium tegat, ne per scandalum mentis [aut fidelem parvulum], aut infidelem qui credere potuisset, interimat. Ex morte enim

a) faceremur *A.* b) extegit *A.* c) probati *A.* d) doctorum *A.* e) qua *A.* f) levia *A.* g) prophetam *A.* h) et quod *A.* i) ut ille *A.* k) sicut *A.* l) autem *A.*

1) *Nescio quis.* 2) *Moral. in Iob l. XVII. c. 26 § 38, opp. I, 548. 549.*

iumentorum debet pretium, qui illum scilicet admisisse convincitur, [unde ad agendam poenitentiam reus tenetur]. Quisquis[1] namque ad alta scientię fluenta perveniens, cum hęc apud bruta audientium corda non contegit, pęne reus addicitur, si per verba eius scandalum sive munda seu inmunda capiat. Operienda est itaque cisterna, quia coram parvulis mentibus tegenda est alta scientia, ne unde cor docentium ad[a] summa adtollitur, inde infirmitas auditorum ad ima dilabatur?'[b] Non enim omnia possumus omnes[2]. Sed unusquisque nostrum proprium habet donum ex Deo, alius sic, alius vero sic. Unde et salvator in evangelio divinitus adhuc discipulorum suorum infirmitatem perpendens ait: 'Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem'. Si enim Dominus noster auditorum suorum pensabat qualitatem, qui nos sumus ut in omnibus omnia aequaliter predicanda esse censeamus?[c] Maxime cum ipse Dominus dicat: 'Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut mola asinaria suspendatur in collo eius et demergatur in profundum'. Insipiens medicus est qui malagma suum ita format, ut inpositum magis noceat quam expediat egroto. Sapiens autem medicus primum explorat egritudinem infirmantis, et sic bene temperando iuxta qualitatem egritudinis adhibet medicinam salutis. 850 Ioh. 16, 12. 13. Marc. 9, 41.

Hęc ergo, amice karissime, ideo tibi scripsi, ut cognosceres, quale scandalum de illis partibus opinio veniens in hoc populo generarit, et si[d] quis iuxta te manens inpudenter docet quę recte fidei sunt contraria, prohibeas eum, ut cesset ab hac secta, dicasque ei: Vide, frater, ne hac licentia tua in predicando offendiculum fiat infirmis, et tuo dogmate ne[e] perdas eum, pro quo Christus mortuus est, quia[f] sanguis eius requiretur de manu tua. Confido enim te, vir venerande, bene esse christianum, nec aliquid te habere velle in tua communione quod evangelio Christi adversetur, sed magis hoc quod placeat Deo, et ad salutem pertinet animarum. In qua voluntate et in quo studio divinitas domini nostri Iesu Christi incolomem in aeternum te conservare dignetur[g].

43.

Hrabanus Moguntiacensis archiepiscopus ad Hincmari archiepiscopi Remensis litteras scriptaque de Gotescalci erroribus missa festinanter respondit, copiosius mox de eis disputaturum pollicitus, Gotescalci reconciliationem respuit. 850 Mart. mense.

Cod. Monacensis (quondam S. Emmerammi) 14370 saec. X. fol. 62'—63'[a] (E), quem contulit Hampe, cf. de eo Neues Archiv XI, 131.

Ed. Kunstmann, Theolog. Quartalschrift, Tübingen 1836 p. 445—450, Hrabanus Maurus p. 215—218.

*SANCTISSIMO VIRO ET MERITO RECTĘ FIDEI ATQUE ORTHODOXE DOCTRINĘ AB OMNIBUS CATHOLICIS VENERABILITER HONORANDO HINCMARO, REMENSIS AECLESIĘ ARCHIEPISCOPO[3], HRABANUS PECCATOR IN CHRISTO SALUTEM. *f. 62'.

Perlectis litteris sanctitatis vestrę[4], quas mihi in epistola[5] transmisistis, satis fateor gavisus sum, eo quod vestram sanitatem in illis agnovi. Sed quia inter alia ibidem repperi, quod quidam erronei dilectionem vestram superfluis questionibus fatigant atque aeclesiam vobis commissam conturbant, non parum inde contristatus sum,

---

a) a *A.* b) delabetur *A.* c) censemus *A.* d) Si quis—animarum *ap. Flacium Cent. IX col. (295) 314.* e) *om. Fl.* f) quod *Fl.* g) Explicit epistola Rabbani Mauri archiepiscopi *add. A.*

43. a) *Lemma:* Ad Hincmarum episcopum contra Gotescalchi errorem *E.*

1) Quisquis—capiat *desunt in manuscriptis Gregorii, leguntur in editionibus Basiliensi a. 1514, Parisina a. 1518 aliisque.* 2) *Verg. Ecl. VIII, 63.* 3) *845—882.* 4) *eisdem, de quibus Flodoardus (Hist. Rem. eccl. l. III. c. 21, SS. XIII, 514) haec refert:* Item de doctrina et heresi eiusdem *(sc. Gothescalci),* et quid in eum fecerit, postquam in sinodo hereticus comprobatus fuerat nec corrigi potuit; et quid ipse contra doctrinam eius sentiat, dampnationemque ipsius, quaeve contra eundem scripserit huic discutienda direxit, quaerens etiam, qualiter de Trinitatis fide ac predestinatione diversorum patrum sint intelligendae sententiae. In qua epistola asserit hunc beatum Hrabanum solum tunc temporis de discipulatu beati Alcvini relictum, *cf. Schrörs, Hinkmar v. Reims p. 495—499.* 5) *Cf. ad hanc vocem EE. IV, 133.*

850 Mart. mense quia non solum sibi noxios, sed etiam plurimis scandalum esse cognovi, tamen confidens divinę gratię, inlesos vos a Christo domino inde servari non dubito, qui et Spiritu sancto intus regit et zelo spiritali foris confortat.

Quod ergo per portitorem litterarum vestrarum misistis mihi diversa opuscula conscripta, hoc est inprimis vestrum, quod dilectis filiis simplicibus sanctę sedis vestrę confecistis [1], postea Prudentii Traecasine[a] civitatis episcopi [2], quod excerpsit de diversis libris ut dicunt Augustini, deinde nugas Gotescalci, quas kartula Ratramni monachi [3] subsequuta est: illis omnibus perlectis me respondere postulastis. Sed quia his diebus egritudo mea valde me fatigavit, et ministerium aeclesiasticum ad hoc vacare non permisit, tempus mihi concedendum est ad perlegenda predicta opuscula, et illis, prout potuero, sic respondebo, quod tamen mea voluntate, si Deus permiserit, post peractam Apr. 6. festivitatem paschalem[b] [4] perficere conabor.

De hoc quoque quod me rogastis, ut remandarem[c] vobis quod respondere debeatis his, qui adquiescunt dictis Gotescalci in hac sententia, qua dicit, quia quos prescivit reprobos futuros hos[d] predestinavit[e] ad poenam, miror, cur tantum laborare velint de predestinatione[f] poenarum predicanda, cum hoc nusquam in sacris scripturis ita positum legerint. Numquid satius esset illis, si vellent dicere secundum id, quod in Matth. 25, 41. evangelio legitur: 'Dominus dicturus in iudicio impiis: ite in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo et angelis eius', condignam poenam impiis simul cum diabolo Ps. 144, 17. preparare, quam eos ad poenam predestinare, quia 'iustus est Dominus in omnibus viis suis et sanctus in omnibus operibus suis'. Novit enim Dominus iuxta beati 2. Petr. 2, 9. Petri sententiam pios de temptatione eripere[g], iniquos vero in[h] diem iudicii crutiandos reservare. Non enim dicit predictus apostolus iniquos in diem iudicii cruciandos Matth. 16, 27. predestinare, sed reservare, quia tunc iustus iudex redditurus est unicuique secundum opera sua, et ibunt impii in supplicium ęternum, iusti autem in vitam aeternam. Modo vero iuxta Pauli sententiam exspectat nos Deus converti in melius, qui vult 1. Tim. 2, 4. omnes homines salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire[i]. Tunc quidem unicui- Matth. 16, 27. que reddet secundum opera sua. Nam ad Romanos memoratus doctor gentium ita Rom. 2, 1—11. scribens ait: 'Inexcussabilis és, ó homo omnis, *f. 63. *qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum contempnas; eadem enim agis quę iudicas. Scimus enim, quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos, qui talia agunt. Existimas autem, ó homo, qui iudicas eos, quia talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An divitias bonitatis eius et patientię et longanimitatis contempnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad poenitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam et inpoenitens cor thesaurizas tibi iram in die irae, et revelationis iusti iudicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua: his quidem qui secundum patientiam boni operis gloriam et honorem et incorruptionem quęrentibus vitam aeternam; his autem qui ex contentione, et qui non adquiescunt[k] veritati, credunt autem iniquitati, ira et indignatio; tribulatio et angustia in omnem animam hominis operantis malum, Iudei primum et Greci. Gloria autem et honor et pax omni operanti bonum, Iudeo primum et Greco: non est enim personarum acceptio apud Deum'.

De eo vero, quod dixistis aliquos dogmatizare trinam et unam deitatem debere sentire et profiteri, unde hoc sumpserint[l] ignoro, quia quemlibet sanctorum doctorum in professione fidei suae taliter dicere nusquam legi, sed magis unum Deum omnipotentem, hoc est Patrem et Filium et Spiritum sanctum, in tribus personis et in

---

a) teaecasine *E.* b) pascal. h *superscr. E.* c) remanderem *E.* d) hōs *E.* e) p̄.stinavit *littera ante* st *erasa E.* f) predist. *E (passim in hac epistola).* g) erippere *E.* h) *om. E.* i) verare *E.* k) adquescunt *E.* l) sumpserit *corr. in* sumpserint *E.*

1) *Ed. Gundlach, Zeitschr. für Kirchengesch. X, 258—309.* 2) *Ad Hincmarum et Pardulum, Bibl. patr. Lugdun. XV, 598 sqq.* 3) *Corbeiensis, quae iam non extat.* 4) *anni 850, cf. Schrörs l. l. p. 496, quem sequitur Traube, Poet. aevi Carol. III, 716.*

una substantia et essentia confiteri. De quo, ne longius vos traham, quid synodus 850 illa, quae fuit temporibus Caroli contra Felicianam heresim congregata[1] senserit, et Mart. mense. meus magister beatae memoriae Alcvinus iubente memorato augusto scripserit[2], in alio pictatio breviter annotatum transmisi, sicut enim ille de sanctę Trinitatis professione recte sentiens scripsit, ita et nos per omnia sentimus et credimus.

Quid autem referatis eis, qui negant librum, unde excerpsi, de predestinatione esse Augustini[a], obicientes[b]: si predestinatio est gratiae preparatio in electis ad regnum, et gratiae preparatio est regnum preparatum electis, quomodo est gratiae preparatio poena predestinata reprobis? scitote hoc me de epistola eius, quam ad Prosperum et Hilarium scripsit[3], excerpisse, ubi ita scriptum constat: 'Predestinatio est, quae sine prescientia non potest esse, potest autem esse sine predestinatione prescientia. Predestinatione quippe ea prescivit quae fuerat ipse facturus. Unde dictum est: fecit quae futura sunt. Prescire autem potest Isai. 45, 11. etiam quae ipse non facit, sicut quaecunque peccata, quia etsi sunt quaedam, quae ita peccata sunt, ut poenae sint etiam peccatorum, unde dictum est: 'Tradidit illos Deus in reprobam mentem, Rom. 1, 28. ut faciant quae non conveniunt', non ibi peccatum Dei est, sed iudicium. Quocirca predestinatio Dei quae in bono est gratiae est preparatio, gratia vero est ipsius predestinationis effectus. Quomodo autem sit gratiae preparatio poena predestinata reprobis, nec rite illud prolatum probo, nec etiam inde diutius contra eos disputare volo, quia, volentes legis esse doctores, nesciunt quę *loquuntur neque de quibus affirmant. 1. Tim. 1, 7. *f. 63'.

De Gotescalci autem reconciliatione, quem dixistis infirmum communionem petere[4], nescio, quomodo possit reconciliari, si ille se ab errore corrigere noluerit, quia sicut ille, qui in recta fide et bonis operibus usque in finem perseveraverit, salvus erit', ita Matth. 24, 13. ille, qui in errore usque in finem perduraverit, condempnabitur. Unde et salvator in evangelio dicit: 'Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui vero non credi- Marc. 16, 16. derit, condempnabitur'. Nam, ut nostis, in concilio Laodicense scriptum constat[5], quod heretici non permittendi sunt ingredi in domum Dei in heresi permanentes. Item in capitulis sinodi orientalium patrum a Martino episcopo ordinatis atque collectis, ita scriptum est[6] de purganda opinione heresis: 'Si quis episcopus sive alicuius episcopi prespiter aut diaconus in alicuius heresis opinionem offenderit, et ab hac causa fuerit excommunicatus, nullus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio, porrecto fidei suae libello, satisfaciat omnibus et ita liberam teneat suam purgationem'.

Haec ergo, sancte pater, modo festinanti[c] vestro nuntio festinanter conscribi feci[d]. Ceterum quando tempus permittit, plenius inde, si Dominus ita[e] voluerit, disputare dispono[7]. Gratias igitur condignas vobis ago de vestris donis, paratus quicquid vobis servitii possum gratanter in omnibus vestrae dignitati impendere. Misi etiam vobis per presentem nuntium parva munuscula, quae, rogo, tali animo suscipiatis, quali vobis transmissa sunt.

Dilectionem vestram bene valentem et in Christi servicio utiliter laborantem diu in hoc sęculo omnipotentis Dei gratia ad multorum profectum servare et in futura vita aeterna beatitudine remunerare dignetur, sancte frater, memorem nostri.

---

a) Augastini *E.* b) obientes *E.* c) festinati *E.* d) fecit *E.* e) ita *superscr. est.*

1) *Aquisgrani a. 800. cf. EE. IV, 344 vel Francofurti a. 794. cf. Ann. Einhardi ed. Kurze p. 95.* 2) *Librum de sancta Trinitate dicere videtur, cf. EE. IV, 414; Hincmar. ad reclus. et simplic. (l. l. p. 262):* Rhabanum .... ab ortodoxo et magno doctore domno Alchvino in sanctae eclesiae utilitatibus uberibus ipsius catholico lacte nutritum. 3) *Cf. supra p. 482, ubi idem locus laudatur.* 4) *Prudentium episcopum Hincmarus quoque interogaverat:* 'si in coena Domini vel in pascha debeat illum admittere ad audiendum sacrum officium vel accipiendam communionem' *cf. Flodoard. Hist. Rem. l. III c. 21, SS. XIII, 518.* 5) *Cap. 6 ex vers. Dion. Exigui, Mansi Coll. concil. II, 577.* 6) *Cap. 36, Mansi Coll. conc. IX, 854.* 7) *Cf. infra p. 490 epistolam ampliorem, quae sequitur.*

44.

850 *Hrabanus Moguntiacensis archiepiscopus ad Hincmari archiepiscopi Remensis litteras scriptaque de Gotescalci erroribus missa multis patrum testimoniis allatis iterum fuse respondet.* *850.*

Codd. S. Mariae Laudunens. 407. s. IX.—X. fol. 1—8', 19—27 (L); Monac. (quond. S. Emmerammi) 14370 s. X. fol. 63'—69 (E), utrumque contulit Hampe, L iterum contuli[a].

Edd. Sirmond (ex L), Rabani epistolae tres a. 1647; Opera varia (Paris 1696) II, 989—1000; Migne Patrol. CXII, 1518—1530.

*L f. 1. *REVERENTISSIMO ET DESIDERATISSIMO[b] FRATRI, ET MERITO RECTAE[c] FIDEI AC SANAE PROFESSIONIS AB OMNIBUS CATHOLICIS[d] RITE VENERANDO, HINCMARO PONTIFICI, RHABANUS[e] SERVORUM DEI SERVUS IN DOMINO AETERNAM OPTAT SALUTEM.

Proximo vere, hoc est in Martio mense, in diebus quadragesimae[1], adpropinquante[f] paschali sollemnitate[g], vester nuntius ad me veniens portavit vestram epistolam, simul et opusculum quod fecistis ad reclusos et simplices, qui in vestra parrochia consistunt, contra Gotescalki errorem[2]. Adferebat etiam secum aliorum scripta, qui propemodum memorati heretici dogma secuntur, sed non usquequaque. Nam Prudentius, Trecasinę civitatis episcopus, ad vos et ad Pardulum scribens[3], plura testimonia preteritorum patrum in quaternionibus[h] suis collegit, in quibus aliquando nostro sensui *L f. 1'. concordat, hoc est ubi dicit *peccati auctorem Deum[i] non esse, nec aliquem ad peccandum compellere, pręmium vero iustis inmensa gratia misericorditer tribuere, poenam Ps. 144, 17. autem condignam iniquis pro malis eorum operibus iuste reddere, quia iustus est Dominus *E f. 64. in omnibus viis suis, et sanctus in omnibus *operibus suis. Sed quoniam dicit, quod Deus, sicut electos prędestinatione sua ad pręmium aeternum perducit, ita prędestinatione sua cogat peccatores in interitum ire, hoc mihi videtur in congregatione testimoniorum suorum facere velle, ut credamus et confiteamur, iuxta traditionem Gotescalki, geminam esse prędestinationem: scilicet quod sicut electos pręsciendo et prędestinando Deus ducit ad vitam, ita reprobos pręsciendo et prędestinando ducat ad pęnam. Sed quia hoc nusquam in scripturis sacris ita mixtim positum inveni, eius traditionibus assentire non adquiesco. Singillatim autem cunctis propositionibus eius per singula *L f. 2. loca respondere, et sententiis illis, quas ipse ex multis libris congregavit, con*trarias sententias opponere[k] non me permittit infirmitas corporis, nec egritudo senectutis. Quae autem de pręscientia[l] et de prędestinatione[m] Dei in sacris libris didici, et sententias, quas prolatas a canonicis scriptoribus in divinis testamentis[n] inveni, prout memoriae tunc occurrebant, in opusculis meis inserui, quae ad Notingum episcopum et Eburhardum[o] comitem preterito tempore contra Gotescalki errorem confeci[4]. Quae etiam opuscula, quia[p] dixistis, quod memoratus Gotescalcus ea corrumperet ac vitiaret, vobis modo, prout a me dictata sunt ad legendum transmisi, et si quid in eis emendandum sit, vestro iuditio magis eligo corrigi quam heretici.

Pauca quidem adhuc testimonia de apostolis et prophetis hic inserenda censui, quatinus temptent hi, qui predestinationem[q] Dei in tam pravum sensum[r] vertere volunt, ut Deum dicant predestinatione sua auctorem esse perditorum, utrum ex divina auctoritate suas[s] inventiones adfirmare possint an non. Ego autem nusquam pre- *L f. 2'. destinationem Dei[t] in malo positam[u], quantum recordor, *inveni, sed semper in bonum.

---

44. a) *Lemma:* Ad Hincmarum pontificem *E.* b) desiderantissimo *L.* c) recte *L.* d) catthol. *E.* e) h *superscr. in E.* f) approp. *L.* g) solemn. *E*, sellemn. *corr. in* sollemn. *L.* h) quarternioribus *L.* i) domini *L.* k) apponere *L.* l) presentia *E.* m) predistin. *E.* n) -is *in marg. absc. E.* o) hieburghardum *E.* p) que *L.* q) predestionem *L*, o *superscr.* r) ensum *littera prima erasa E.* s) sua *E.* t) *om. L.* u) possitam *L.*

1) *Februar. 19.— April. 5. a. 850.* 2) *Cf. supra p. 488 n. 1.* 3) *Ibid. n. 2.* 4) *Cf. supra p. 428. 481.*

Nam beatus Paulus apostolus in epistola ad Romanos ita scripsit dicens: 'Scimus[a] 850
autem, quoniam[b] diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum Rom. 8, 28–32.
propositum vocati sunt sancti. Nam quos prȩscivit et predestinavit conformes fieri
imaginis filii sui, ut[c] sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prȩ-
destinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit,
illos et glorificavit. Quid ergo dicemus ad haec? Si Deus pro nobis, quis contra
nos? Qui etiam filio[d] suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum.
Quomodo ergo non etiam cum illo omnia nobis donavit?' In epistola autem sua ad
Ephesios ita loquitur dicens: 'Benedictus Deus[e] et pater domini nostri Iesu Christi, Eph. 1, 3–11.
qui benedixit nos in omni benedictione[f] spiritali in cȩlestibus in Christo, sicut elegit
nos in ipso[g] ante mundi constitutionem[h], ut essemus sancti et inmaculati in conspectu
eius in caritate, qui prȩdestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in
ipsum, secundum *propositum voluntatis suae, in laudem[i] gloriȩ gratiae suae, in qua *L f. 3.
gratificavit nos in dilecto filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius,
remissionem peccatorum, secundum divitias gratiae eius, quae superhabundavit[k] in
nobis in omni sapientia et prudentia, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis
suȩ secundum bonum placitum[l] eius, quod proposuit in eo in dispensationem plenitu-
dinis temporum, instaurari omnia in Christo, quae in cȩlis et quae in terra sunt, *in *E f. 64'.
ipso, in quo et vos, cum audissetis verbum veritatis, evangelium salutis vestrȩ[m], in quo[n] ib. 13. 14.
et credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrȩ
in redemptionem adquisitionis in laudem gloriȩ ipsius'. Quam sententiam beatus Am-
brosius atque Hieronimus[o] ita exposuerunt, scilicet hoc decrevisse Deum, ut credentes
in Christum adoptarentur in filios Dei. 'Prescius[1] Deus omnium scit qui credituri essent
in Christum, sicut dicit ad Romanos, quos prescivit et vocavit nos, non solum ex Iudȩis, sed Rom. 8, 29.
etiam ex gentibus. Quos autem Deus dicitur vocare, perseverant in fide. *Hi sunt quos elegit *L f. 3'.
ante mundum in Christo, ut sint incontaminati coram Deo in caritate, hoc est ut[p] amor Dei[q]
sanctam illis faciat conversationem'. Quod[2] autem ait: 'In caritate prȩdestinans[r] nos'; dupli-
citer legendum, ut caritas vel cum superioribus[s], vel cum inferioribus copuletur. Cum superio-
ribus[t] ita: 'ut essemus sancti et inmaculati coram ipso in caritate', et postea sequatur, 'predesti-
nans[s] nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum'. Cum inferioribus autem sic:
'in caritate prȩdestinans[s] nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipso', id est Christo,
qui[3] numquam non fuit filius: nos vero non fuimus filii, antequam predestinati essemus[u] cum ipso.

Hoc autem predestinavit, ut haberet potestatem filius Dei fieri omnis[v], qui
credere voluisset in ipsum; quia nemo filius Dei fieri poterit[w], nisi fidem et caritatem, Gal. 5, 6.
quae per dilectionem operatur, habeat. Idcirco non est Deo, qui salutis humanae et
bonorum omnium auctor est, seductio hominis et deceptio deputanda, per quam in
mortem cadat perpetuam, sed magis sibimetipsi, qui propriae concupiscentiae, vel
diaboli sug*gestioni consentiens peccatum committit, nec inde condignam poeni- *L f. 4.
tentiam ante obitum suum[x] agere voluerit. Quod apostolus Iacobus ostendit dicens: Iac. 1, 13–15.
'Nemo cum temptatur dicat, quoniam a Deo temptatur. Deus autem intemptator
malorum est, ipse autem neminem temptat. Unusquisque vero temptatur a concupiscen-
tia sua abstractus[y] et inlectus[z]. Deinde concupiscentia, cum[a] conceperit, parit pecca-
tum, peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem'. Superius de tempta-

a) Simus *E.* b) quod *L.* c) sui *add. E.* d) propr. fil. suo *L.* e) *absc. in E.* f) benedictine *L.* g) in ipso *om. L.* h) institutionem *L.* i) laud. . *E; hic et in sequentibus saepius ultimae litterae in margine abscisae sunt in E.* k) superab. *E.* l) platitum l *superscr. E.* m) nostrȩ *E.* n) in quo *om. L.* o) *corr. ex* hienonimus *L.* p) *om. E.* q) di *L.* r) predistinans *E.* s) superior. *E.* t) *corr. ex* superius *L.* u) ut *ante* ess. *superscr. in E.* v) omnes *L.* w) -er- *in ras. L.* x) *om. E.* y) abtractus *L.* z) ill. *E.* a) si *ante* cum *del. L.*

1) *Pseudo-Ambros. in epist. ad Ephes., opp. II, app. 232.* 2) *Hieron. in ep. ad Ephes. l. I c. 1, opp. VII, 550.* 3) *Cf. ibid. col. 551.*

850 tionibus[1], quas permittente[a] Domino exterius probandi gratia perpetimur, disputavit. Nunc incipit agere de illis, quas interius instigante diabolo, vel etiam naturae nostrae fragilitate suadente, tolleramus[b]. Ubi primo illorum destruit errorem, qui sicut bonas cogitationes a Deo nobis constat inspirari, ita etiam malas ipso instigante putant nostra in mente generari. 'Nemo ergo cum temptatur dicat, quoniam a Deo temptatur', illla videlicet temptatione, qua[c] dives incedens in
*L f. 4'. itineribus suis marcescit. Id est, nemo cum rapinam, furtum, falsum testimonium, *homicidium, stuprum, vel cetera huiusmodi commiserit, dicat quoniam a Deo cogente necesse habuerit haec patrare, ideo[que] nullatenus horum effectum declinare potuerit. 'Deus enim intemptator malorum est', subauditor[d] temptamentorum. 'Ipse enim neminem temptat', ea videlicet temptatione, quae decipit miseros, ut[e] peccent. Duplex est autem genus temptationis: unum quod decipit, aliud quod probat. Secundum hoc quod decipit Deus neminem temptat: secundum illud quod probat,
Ps. 25, 2. Deus temptavit Abraham; de quo et propheta postulat: 'Proba me, Domine, et tempta me'. 'Unusquisque vero temptatur a concupiscentia sua abstractus et inlectus[f]', abstractus videlicet a recto itinere, et inlectus[g] in malum. De hoc versu Hieronimus contra Iovinianum[2]: 'Sicut in
*E f. 65. Rom. 9, 16. bonis, *inquit operibus perfector est Deus, non est[h] enim volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, et adiuvantis est[h], ut pervenire valeamus ad calcem; sic in malis atque peccatis, semina nostra sunt incentiva et[i] perfectio diaboli, cum viderit nos super fundamentum Christi
*L f. 5. edificasse foenum[k], ligna, stipulam, *quibus superponitur incendium'.

Igitur non est aequum, ut salvatorem nostrum perditionis nostrae asseramus auctorem, sed ut misericordem patrem amemus, et iustum iudicem timeamus, ipsumque assidue deprecemur, ut eruat nos a malis, et defendat ab omnibus inimicis. Qui in oratione
Matth. 6, 12. 13. dominica iussit patrem cęlestem nos petere, ut dimittat nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris, et ne nos inducat[l] in temptationem, sed liberet nos a malo. Non enim inducet[m] nos in temptationem, per quam decipiamur, sed hoc petimus, ne nos induci permittat in temptationem noxiam, per quam incidamus in peccatorum ruinam; quin potius liberet nos a malo, hoc est diabolo, et ab ęterno
AUGUSTINUS. interitu. 'Igitur[3] non per seipsum inducit Deus, sed induci patitur eum, quem suo auxilio deseruerit, ordine occultissimo ac meritis. Causis etiam sepe manifestis dignum iudicat illum, quem deserat, et in temptationem induci sinat. Aliud est autem induci in temptationem, aliud
*L f. 5'. est temptari. Nam sine temptatione probatus esse nullus potest. *Non[4] ergo hic oratur, ut non temptemur, sed ut non inferamur in temptationem, quia sic quispiam, cui necesse est igne
Eccli. 27, 6. examinari, non orat[n], ut igne non contingatur, sed ut non exuratur. 'Vasa[o] enim figuli probat fornax, et[p] homines iustos temptatio tribulationis'. Multi autem in precando ita dicunt: Ne nos paciaris induci in temptationem, exponentes videlicet quomodo dictum sit inducas.
CYPRIANUS. 'Qua[q] [5] in parte ostenditur nihil contra nos adversarium posse, nisi Deus ante permiserit: ut omnis timor noster, et devotio, atque observatio ad Deum convertatur, quando in temptationibus nostris nihil malo liceat nisi potestas inde tribuatur'.

Quod autem ille Corbegensis monachus[6] in epistola sua vituperavit vos[r], non recte Fulgentii sententiam[7] exposuisse scribendo de vobis ad amicum suum ita dicens: Nam quod ait dixisse Fulgentium, 'preparavit Deus malos[s] ad luenda supplicia', pro eo quod est 'preparari

a) permitente *L.* b) toler. *L.* c) quam *L, E.* d) *corr. in* subauditur *L.* e) et *L.* f) inlectis *E.* g) et *add. E.* h) *om. L, E.* i) *om. L.* k) fenum *L.* l) *corr. ex* inducas *L.* m) inducat *L.* n) oret *E.* o) Vasa — figuli *om. L.* p) ex *L.* q) Quia *L.* r) nos *L, E,* vos *emend. Schrörs Hinkmar p. 108 n. 3.* s) a malos *L.*

1) (Hactenus) de temptationibus — stipulam supponit incendium *ex Bedae exposit. in epist. Iac. c. 1, opp. ed. Giles VII, 163—164.* 2) *Lib. II c. 3, opp. II, 326.* 3) *August. de sermone Dom. in monte l. II c. 9 § 30, opp. III, 2, 212.* 4) *Ibid. § 32.* 5) *Cyprianus de domin. orat. c. 25, ed. Hartel p. 285.* 6) *Ratramnus, cf. supra p. 488 n. 3, Poet. aevi Carol. III, 716.* 7) *De veritate praedestin. l. III c. 5, opp. Paris. 1684 p. 485, cf. Hincmarum in Zs. für Kirchengesch. X, 306.*

permisit', invenit quid diceret, non vero dixit quod debuit: et vos seductos *esse asserit[1] 850 stilo cuisdam libelli, qui fertur esse Hieronimi, de induratione cordis Pharaonis, ut diceretis *L f. 6.* non Deum indurasse cor Pharaonis, sed indurari permisisse, non recte vos reprehendere mihi videtur, quia non Deus cuiusquam[a] cor sua factione indurat, ut semetipsum homo ab errore non corrigat, sed iusto iuditio indurari[b] permittit, aut propria nequitia, aut diaboli malitia. Quod manifestis inditiis probari potest. Nam Paulus apostolus, cum in epistola sua ad Romanos de Pharaone mentionem habuisset, ita adiecit dicens: Dicit enim scriptura Pharaoni: quia ad hoc ipsum excitavi te, ut ostendam in te vir- Rom. 9, 17. tutem meam, et ut adnuntietur[c] nomen meum in universa terra'. 'Vide[2] enim quia non ORIGENES. dixit, ad hoc ipsum té feci, alioquin ad conditorem referri culpa videretur: sed ait, ad hoc ipsum té suscitavi, ut per animi tui malitiam, quam tibi in frenis et sine Dei timore vivendo quęsisti, et in alios inrogetur utilis[d] ac fructuosa correptio, et in teipsum ad posteritatis exemplum famosissimus *conferatur interitus'. **'Ad[3] hoc enim servatus est Pharao, ut multa signa et plagę **L f. 6'. *E f. 65'.* ostenderentur in illum quasi iam mortuum. Suscitatus[e] autem dictus est, quia cum apud Deum AMBROSIUS. mortuus esset, modicum tempus accepit ut vivere videretur: ut esset cui[f] poenam et varia tormentorum genera usque ad mortem ingererentur, et omnes qui sine Deo erant, inde metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur, a quo hae vindictae sunt. Hoc etiam genere antiqui medici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiam consecutis, requirebant, quomodo prodessent vivis, quae in homine latebant apertis, ut[g] his cognoscerent causas aegritudinis, ut poena[h] morientis proficeret[i] ad salutem viventis'.

'Quod[4] ergo tunc[k] Pharao non optemperabat preceptis Dei, iam de supplitio veniebat. AUGUSTINUS. Non autem quisquam potest dicere obdurationem illam cordis frustra accidisse Pharaoni, sed iuditio Dei retribuentis incredulitati eius debitam poenam. Non ergo hoc illi imputatur, quod tunc non obtemperarit[l], quando quidem obdurato corde obtempe*rare non poterat, sed quia dignum se **L f. 7.* prebuit, cui cor obduraretur priori infidelitate. In his enim, quos[m] Deus iustę dampnat[n], infidelitas et impietas inchoant pęnae meritum, ut per ipsam pęnam male operentur; sicut et superius idem dicit apostolus: 'ut quoniam non probaverunt[o] Deum in notitiam[p] habere, tradidit Rom. 1, 28. illos Deus in reprobum sensum, ut faciant quae non conveniunt'. Quapropter ita concludit apo- ib. 9, 18. stolus: 'Ergo cui[q] vult miseretur, et quem[r] vult obdurat'. 'Quod[5] autem dicit: 'Ergo cui vult ORIGENES. miseretur, et quem vult indurat', ex his quae in Exodo scripta sunt videtur assumere. Ibi enim dicit: 'Indurabo cor[s] Pharaonis, ut ne dimittat populum'. Indurabatur autem cor Pharaonis hoc modo: Noluit Exod. 4, 21. Deus subitam[t] et plenam dare vindictam. Quamvis enim esset consummatę[u] malitię, tamen per patientiam suam Deus nec ipsi facultatem[v] conversionis excluserat: et ideo primo lenioribus, tum etiam paulatim ingravescentibus[w] in eum verberibus utitur. Sed quod[g] Deus gerebat per pati*entiam, **L f. 7'.* ex hoc ille indurabatur ad contemptum, maiorem sibi iram recondens, ita ut ad ipsum dici conveniat illud quod apostolus scribit: 'An divitias bonitatis eius et longanimitatis contempnis? Rom. 2, 4. 5. ignorans quoniam patientia Dei té ád poenitentiam adducit? Secundum duritiam autem et cor inpoenitens thesaurizas tibi ipsi iram in die irae?' Non ergo quem vult Deus indurat, sed qui patientiae obtemperare noluerit induratur'. 'Cui[6] enim miseretur, facit eum bonum operari, et AUGUSTINUS. quem obdurat, relinquit eum ut mala operetur, sed illa misericordia precedenti merito fidei tribuitur[x], et ista obduratio precedenti impietati, ut et bona per donum Dei operemur, et mala per supplicium. Non aufertur liberum voluntatis arbitrium, sive ad credendum Deo, ut consequatur

a) cuiusdam *L.* b) indurare *L.* c) annunt. *E.* d) utillis *L.* e) suscitatur *L.* f) cuius *L.* g) *om. L.* h) poenam *E.* i) proficiat *L.* k) tam *L.* l) oportemperarit *E.* m) quod *L.* n) damn. *L.* o) probaverit *L.* p) noticiam *E.* q) cuius *L.* r) non *add. L.* s) cor̄ *L.* t) subditam *L.* u) conmate *E.* v) facultate *E.* w) ingrevescentibus *L.* x) tribuetur *L.*

1) *Cf. ibid. p. 273 n. 3.* 2) *Origenes in epist. ad Rom. l. VII c. 16, opp. ed. Delarue IV, 615.* 3) *Pseudo-Ambros. in epist. ad Rom. c. 9 § 8, opp. II, app. 83.* 4) *August. in epist. ad Rom. c. 62, opp. III, 2 col. 917.* 5) *Orig. in epist. ad Rom. l. VII c. 16, opp. IV, 615.* 6) *August. in epist. ad Rom. c. 62, opp. III, 2, 917. 918; cf. Retractat. l. I c. 23 § 4, opp. I, 35.*

850 nos misericordia, sive ad impietatem, ut consequatur supplicium. Qua conclusione inlata, infert[a]
Rom. 9, 19. questionem tamquam a contradicente. Ait enim: 'Dicis itaque mihi, quid adhuc queritur? Nam
voluntati eius quis resistit?' Cui sane inquisitioni[b] sic respondet[c], ut[d] intellegamus[e] spiritalibus
*L f. 8. viris, *etiam non secundum terrenum hominem viventibus, patere posse prima merita fidei et im-
*E f. 66. pietatis[f], quomodo Deus prescientia eligat credituros, et dampnet incredulos, non *illos ex operi-
bus eligens, nec istos ex operibus dampnans, sed illorum fidei prestans, ut bene operentur, [et[g]
istorum impietatem obdurans deserendo, ut male operentur]. Qui quoniam intellectus, ut dixi,
spiritalibus patet, a carnali autem prudentia longe remotus est, sic refellit inquirentem, ut in-
tellegat se deponere prius hominem luti, ut ista per spiritum investigare mereatur[h]. Itaque in-
Rom. 9, 20. 21. quit: 'Tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me
fecisti? An[i] non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione vas facere aliud quidem
in honorem, aliud in contumeliam?' Quamdiu figmentum es, inquit, et ad massam luti pertines,
nondum perductus ad spiritalia, ut sis spiritalis omnia iudicans, et a nemine iudicaris, cohibeas te
oportet ab huiusmodi inquisitione, et non respondeas, Deo, cuius consilium quisque scire cupiens,
*L f. 8'. oportet ut prius in eius amicitiam[k] recipiatur, quod contingere *non nisi spiritalibus potest; iam
Ioh. 15, 14. 15. portantibus[l] imaginem cęlestis hominis. 'Iam enim non dicam vos servos, sed amicos. Omnia
enim quae audivi a patre meo nota[m] feci vobis'. Quamdiu itaque[n] vas figuli es, conterendum est
Ps. 2, 9. hoc ipsum in te prius virga illa ferrea, [de[o] qua dictum est: 'Reges eos in virga ferrea et] tam-
quam vas figuli confringes eos', ut[p] corrupto exteriore homine, interiore innovato, possis in cari-
tate radicatus et fundatus comprehendere latitudinem, longitudinem, altitudinem, et profundum,
Eph. 3, 19. cognoscere etiam supereminentiam scientiae caritatis Christi. Nunc itaque cum ex eadem con-
spersione Deus alia vasa in honorem[q] fecit, alia in contumeliam[r], non est tuum[s] discutere, si
secundum eandem[t] conspersionem adhuc vivis, id est terreno sensu carnaliter sapis'.

ORIGENES. Subiungit enim haec apostolus ex persona contraria sentientis[u]: 'Dicis[1] itaque mihi,
quid adhuc queritur? Nam voluntati eius quis resistit?' et cetera. Voluntati quidem Dei certum est
quod nullus obsistere possit, sed voluntatem eius iustam rectamque esse scire nos convenit. Ut
*L f. 19. boni enim aut mali simus, nostrę voluntatis est[v], *quod autem malus ad huiusmodi verbera, et bonus
GREGORIUS. ad huiusmodi gloriam destinetur[w], voluntatis est Dei? 'O[2] homo, inquit, tu quis[x] es qui respon-
deas Deo?' Respondere Deo non posse convincitur qui homo nominatur, quia per hoc, quod de
Iob 9, 12. humo sumptus est, iudicia superna discutere dignus non est. Unde in Iob legitur: 'Vel quis
dicere ei[q] potest: Cur ita facis?' Auctoris[3] facta semper indiscussa veneranda sunt, quia iniusta
esse nequaquam possunt. Rationem quippe de occulto[y] eius consilio quęrere, nihil est aliud quam
contra eius consilium superbire. Cum ergo factorum cause non deprehenduntur, restat ut sub
factis illius cum humilitate taceatur, quia nequaquam sufficit sensus carnis, ut secreta[z] pene-
tret maiestatis. Qui ergo in factis Dei rationem non videt, infirmitatem suam considerans cûr
Rom. 9, 20. non videat rationem videt. Unde per Paulum quoque subsequenter adiungitur: 'Numquid dicit
*L f. 19'. figmentum ei qui se finxit: Quare me fecisti sic?' Quo se enim cernit *figmentum divini esse
operis, eo semetipsum redarguit, ne contra manum[a] resultet operantis, quia [qui] benigne quod
*E f. 66'. non erat fecit, quod est iniuste non deserit. Ad semetipsum ergo post *percussionem mens redeat,
et quod adprehendere non valet non requirat, ne si divinae irae causa discutitur, amplius discussa
provocetur, et quem placare humilitas poterat[b], inextinguibiliter superbia accendat'.

His ergo ita se habentibus, bonum mihi videtur, ut humana fragilitas divina
iuditia[c] indiscrete discutere non presumat, sed magis venerari studeat, quia in preci-

---

a) inferet *L.* b) Qua sane inquisitione *E.* c) sic resp. *om. L.* d) *om. E.* e) intellegimus *E.* f) impietas *L.* g) et — operentur *om. L, E.* h) mereantur *E.* i) ân *E.* k) amicic. *E.* l) portanti *L.* m) notam *E.* n) itaquę *E.* o) de qua — ferrea et *om. L, E.* p) et *L, E.* q) honore *L.* r) contumelia *L.* s) *om. L.* t) eadem *L.* u) sensientis *corr. in* sent. *L.* v) *in marg. absc. E.* w) detinetur *L.* x) quid *L.* y) oculto *E.* z) secret *L.* a) ma *L, suppl. man. rec.* b) poterit *L.* c) iudit. *E.*

1) *Orig. in ep. ad Rom. l. VII, c. 16 opp. ed. Delarue IV, 615.* 2) *Gregor. Moral. in Iob IX c. 14 § 21, opp. I, 298.* 3) *Ibid. c. 15 § 22, col. 298—299.*

pitem pedem ponit, qui mensurarum suarum limitem[a] non adtendit. Solus enim Deus 850
perfecte[b] et per omnia suam voluntatem et potestatem novit. Ideo divina iudicia,
quae ignota nobis sunt, discutere nos non convenit. Tamen firmiter credere debemus, Sap. 1, 13.
quod Deus mortem non fecit, nec letatur[c] in perditione morientium, qui vult omnes 1. Tim. 2, 4.
homines salvos esse, et ad agnitionem veritatis venire, redi*met animas servorum suo- *L f. 20. Ps. 33, 23.
rum, et non derelinquet omnes, qui sperant in se. Quod in scripturis sacris et in
divinis testamentis de predestinatione[d] scriptum legimus, firmiter teneamus, nec de
nostro aliquid adicere[e] presumamus. Satis sit nobis, quod apostolus et doctor gentium
de predestinatione[d] electorum docuit; nec illud quod ipse de reproborum prędestina-
tione[d] dicere noluit, nos noviter inferamus. Non enim oportet nos de voluntate et
factis Dei incaute[f] disputare, et presumptiose[g] ad infirmorum[h] scandalum invicem con-
tendere, ne forte per hoc iuxta veritatis sententiam in aeternum supplicium dampnemur[i].

Sufficiat[k] nobis ad salutem, et ad recte fidei sobrietatem, quod apostolica
doctrina nos docet, et stultas questiones penitus deseramus, secundum eiusdem apostoli
praeceptum, quod ad Timotheum scribens ait: 'Noli verbis contendere, in nichilo utile, 2. Tim. 2, 14–17.
nisi ad subversionem audientium. Sollicite cura teipsum probabilem exhibere Deo
operarium, inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. *Profana autem et *L f. 20'.
inaniloquia devita[l], et verborum novitates: multum enim proficiunt ad impietatem, et
sermo eorum ut cancer serpit'. Et rursum: 'Stultas, inquit, et sine disciplina quęstiones 2. Tim. 2, 23–26.
devita, sciens quia generant lites, servum autem Dei non oportet litigare, sed
mansuetum esse ad omnes, docibilem, pacientem, cum modestia corripientem eos, qui
resistunt veritati; ne quando det illis Deus[m] pęnitentiam ad cognoscendam veritatem,
et resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti[n] tenentur ad ipsius voluntatem'. Oremus
pro invicem ut salvemur, sicut memoratus apostolus nos facere docet dicens: 'Obsecro 1. Tim. 2, 1–7.
igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones,
pro omnibus hominibus, pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam[o]
et tranquillam vitam agamus in omni pietate et castitate. Hoc enim bonum est et
acceptum coram salvatore[p] nostro *Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad *E f. 67.
agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, unus et mediator[q] Dei et hominum, homo
*Christus Iesus, qui dedit redemptionem[r] semetipsum pro multis, testimonium tempori- *L f. 21.
bus suis, in quo positus sum ego predicator et apostolus: veritatem dico, non mentior,
doctor gentium in fide et veritate'.

'In[1] commune pro omnibus debere eos sollicitos[s] esse pręcepit. Nam is[t], qui pro omnibus ho- AMBROSIUS.
minibus hęc facere iubetur, evidens est, quoniam et[u] pro omnibus sollicitudinem expendere iubetur.
Deinde ad illa, quae summa esse videntur, inter homines transit: 'Pro regibus, inquit, et omnibus qui
in[v] sublimitate sunt'. Et ostendens quoniam et hoc lucrum sit eorum: 'ut quietam[w], inquit, et tran-
quillam vitam agamus cum omni pietate et sobrietate'. Si enim, ut conveniens est, in pace illi
deguerint, possibile est et nos tranquillitatem facientes pietati intendere, et vitae sobrietati[x]. Et
suadens illis ista sic[y] facere, sicut ipse[z] precepit, communem pro omnibus hominibus sollicitudinem[a],
qui per totum orbem esse videntur, expendere, et communia bona debere existimari ea quae univer-
sorum sunt: 'Hoc autem est[b] bonum et acceptum coram salvatore *Deo[c] nostro'. Sufficienter suasit *L f. 21'.
eos sic sapere, siquidem et Deo sic placet. Unde et probationem faciens quod Deo ista placent,
adicit: 'Qui omnes homines vult salvos fieri, et ad cognitionem veritatis venire'. Nam quia Deus de 1. Tim. 2, 4.

a) nona *L*. b) perfectę *E*. c) letetur *L*. d) predist. *E*. e) dicere *E*. f) in caritate *L*. g) pręsumptione *L*. h) firmorum *L*. i) damnetur *E*, dampnetur *L*. k) Sufficit *L*. l) divita *L*. m) deus illis *L*. n) capiti *L*. o) quietiam *L*. p) salutare *E*. q) *corr. ex* meditator *L*. r) redeptionem *E*. s) sollititos *E*. t) his *L*. u) *om. E*. v) *om. L*. w) qui etiam *L*. x) sobrietate *L*. y) sit *L*. z) ille *E*. a) sollititudinem *E*. b) bonum est *E*. c) nostro deo *E*.

1) *Quae secuntur:* 'In commune — omni loco sunt' *(p. 496 v. 34) sumpsit Hrabanus ex commentario suo in epistolas Pauli l. XXIII c. 2, opp. V, 496. Apud Ambrosium haec non inveni.*

850 omnibus hominibus ista velit, nemo poterit contradicere. Evidens autem est, quoniam omnes vult salvari[a], quia et omnes tuetur. Necessarium est ergo, ut nos eius tuitionem erga omnes imitemur, si tamen ad plenum acceleramus[b] similia sapere Deo. Et omni ex parte id ostendens adicit[c]: 'Unus autem Deus est'. Hoc est, quia est omnium Deus, non aliorum quidem est Dominus, aliorum vero non est. Itaque non est possibile eum despicere aliquos quasi alienos sibi existentes: 'Unus est AUGUSTINUS. mediator Dei et hominum homo Christus Iesus'. 'Fallax[1] itaque mediator, hoc est diabolus, quo per secreta iudicia Dei superbia hominum meretur[d] inludi[e], unum cum hominibus habet, id est, peccatum: aliud videri vult habere cum Deo, ut quia carnis mortalitate non tegitur, pro inmortali se ostendat[f]. Rom. 6, 23. Sed quia stipendium peccati mors est, hic habet commune[g] cum hominibus, unde simul dampnentur *L f. 22. in mortem. *Verax autem mediator est, quem secreta tua misericordia, Domine, demonstrasti humilibus, et misisti, ut eius exemplo etiam ipsam discerent[h] humilitatem. Mediator quippe ille Dei et hominum, homo Christus Iesus, inter mortales peccatores et inmortalem[i] iustum apparuit, mortalis cum hominibus, iustus cum Deo, ut quoniam stipendium iusticię vita et pax est, per iusticiam coniunctam Deo evacuaret mortem iustificatorum impiorum, quam cum illis voluit habere communem. Hic[k] demonstratus est antiquis sanctis, ut ita ipsi per fidem futurae passionis eius, sicut nos per fidem preteritae, salvi fierent. In quantum enim homo[l], in tantum mediator: in quantum autem verbum, *E f. 67'. 'non medius, quia *ęqualis Deo, et Deus apud[m] Deum, et simul cum Spiritu sancto unus Deus.' 'Opor- AMBROSIUS. tune[2] vel maxime hoc in loco hominem eum vocavit, ut et a natura ostenderet donationis communionem, omnibus necessario id confitentibus, quoniam universitatis pars existens[n] secundum naturam communem omnibus, potest[o] per similitudinem naturae donationem praestare[p]. Unde illud quasi iam *L f. 22'. in confessionem deductum[q] hinc accipiens adicit, 'qui dedit *seipsum[r] redemptionem[s] pro omnibus testimonium temporibus suis'. Nam et pro omnibus dedit seipsum, nec autem pro aliquibus mortem subire adquievit, sed omnibus volens in commune conferre beneficium, passionem suscipere est dignatus, secundum illud tempus, quo passus[t] est, testimonium enim vocat passionem ipsam. 'Temporibus vero suis' dicit, ut asserat secundum illud tempus, quo passus est. Et ut passionem Christi omnibus necessariam[u] esse demonstraret, ostendit illis, quod conveniat in commune de omnibus hominibus sollicitudinem inpendere[v], eo quod Deus omnibus curam adhibeat, et quod in commune sit omnium Dominus, et quod maius est, quoniam ipse Christus similiter omnibus adpropinquare videtur proprietate naturae. Nam et omnibus prebuit beneficium pro omnibus passionem suscipiens. Conprobat vero illud de 1. Tim. 2, 7. cetero etiam et de illis quae secundum[w] se sunt. 'In quo positus sum, inquit, ego predicator et apostolus, veritatem dico, non mentior, doctor gentium in fide et veritate'. Pro his ergo et ego consti- *L f. 23. *tutus sum apostolus, ut et ipsam doctrinam ad omnium hominum notic*iam deferam, et omnes ad fidem Christi accedere faciam, per quem ista nobis retributa sunt. Et quidem ad horum doctrinam et insinuationem gentium creatus sum apostolus, ut predicem omnibus hominibus, qui in omni loco sunt'.

1. Tim. 2, 4. Haec ergo de prescientia Dei et predestinatione[x], et quod ipse Deus omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis vult pervenire, apostolicarum sententiarum sensum iuxta pręcedentium patrum expositionem, prout potui, et assidua infirmitas me sinebat, iuxta petitionem vestram breviter ac strictim hic collegi: sciens, quod vos plura inde colligere potestis, sicut eruditio vestra et valitudo, meam inperitiam[v] et infirmitatem per omnia excellens, vos agere permittit. Ego autem, quantum presumo, vos ammoneo, ut has contentiones noxias in populo christiano fieri prohibeatis, et ipsum Gotescalcum, huius erroris auctorem, nec scribendo, nec loquendo *L f. 23'. ultra tam multis nocere *permittatis. Miror enim prudentiam vestram, quod istum noxium virum, hoc est Gotescalcum, qui in omnibus vituperabilis inventus est, qui[y] nec *E f. 68. monachi votum, nec sacri ordinis ritum, sed neque predicandi officium *legitime ob-

---

a) servari *E.* b) accelebr. *corr. in* accel. *L.* c) addidit *E.* d) metretur *L.* e) includi *E.* f) ostendet *L.* g) cummune *L.* h) discernent *E.* i) inter mortalem *E.* k) sic *E.* l) homo in quantum *om. L.* m) aput *E.* n) exsistens *E.* o) potens *E.* p) prestarę *E*, prętari *L.* q) deductam *L.* r) semetipsum *E.* s) redeptionem *L.* t) pasus *L*, p *corr. ex* r. u) necessarium *L.* v) imp. *L.* w) sese *pro* secundum se *L.* x) predist. *E.* y) quia *L.*

1) Fallax—unus Deus *(v. 47) ex Augustino, Confess. lib. X c. 42. 43 § 67. 68, opp. I, 194.* 2) *Apud Ambrosium haec non inveni.*

servavit, scribere aliquid permisistis, in quo officio magis nocere potuit quam viva voce loquendo. Unde etiam in plurimis locis, ut audivi, sui veneni poculo non paucos inebriavit, et in erroris insaniam vertit. Quod nequaquam ita fieri oportet. Maxime cum apostolus doceat hereticum hominem post primam et secundam increpationem devitari, sicut in epistola quam ad Titum discipulum suum misit scriptum continetur. 'Hereticum, inquit, hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens quod subversus est eiusmodi, et deliquit proprio iudicio condempnatus[a]'. 850 Tit. 3, 10, 11.

Quam sententiam beatus Ambrosius ita exposuit: 'Ad[1] plenum, inquit, illum devita, qui[b] ea quae contraria sunt pietati pręelegit, hunc enim hereticum vocat. Postquam enim semel et bis eundem instruxeris, et ostenderis[c] ei illa quae conveniunt eius saluti, superfluum est *diutius cum eiusmodi disputare, cum sit manifestum, quoniam nullam percipit correptionem, ex quibus semel et bis illa quae non[d] conveniebant sibi audiens, cognoscere noluit veritatem. Relinque ergo eum, qui talis est, ut iustam exspectet[e] a iudice pęnam, eo quod in sua pertinatia persistens, nullam ad correctionem[f] suam ex instructione accipere vult consilium'. De quo et beatus Hieronimus ita ait[2]: 'Quare autem post primam et secundam correptionem devitandus sit, reddit causas dicens, quod subversus est huiusmodi et peccat, cum sit a semetipso dampnatus. Qui enim semel bisque correptus, audito errore suo non vult corrigi, errare estimat[g] corrigentem, et e contrario sé ad pugnas et iurgia verborum parans eum vult lucri facere, a quo docetur. Propterea vero a semetipso dicitur esse dampnatus, quia fornicator, adulter, homicida, et cetera vitia[h], per sacerdotes de ecclesia[i] propelluntur[k], heretici autem in seipsos[l] sententiam ferunt suo arbitrio de ecclesia recedentes: quae recessio propriae conscientiae videtur esse dampnatio[m]. Inter heresim et scisma hoc esse arbitrantur[n], quod heresis perversum dogma[o] habeat; scisma propter episcopalem dissensionem[p] *ab ecclesia separetur. Quod quidem in principio ita esse aliqua ex parte intellegi potest. Ceterum nullum scisma non sibi aliquam confingit heresin, ut recte ab ecclesia recessisse videatur'. *L f. 24. *L f. 24'.

Unde mihi bonum videtur, si vobis ita placet, quod supra memorata heretico nulla detur[q] occasio atque licentia scribendi, atque cum aliquo disputandi, antequam, si possibile sit, eius mens et sensus ad catholicam redeat doctrinam. Oretur autem pro ipso, ut Dominus, qui omnipotens est[r], operetur salutem erga infirmum fratrem, ut[s] tribuat ei cor docibile, et[t] rectę fidei consentiens, quam fidem catholica per totum orbem custodit ecclesia; et[u] resipiscat a diaboli laqueis, a quo captus est ad ipsius voluntatem, et revertatur ad sanctam matrem ecclesiam, unumque cum ea sentiat atque profiteatur, et ipsam unitatem pacis et recte fidei deinceps quamdiu vivat servet. Interim *autem donec illud fiat, non laudo, ut communio ei[v] tribuatur, quia[w] iuxta testimonium Iohannis apostoli, 'omnis qui recedit et non manet in doctrina Christi Deum non habet: *qui permanet in doctrina, hic Filium et Patrem habet'. 'Si quis, inquit, venit ad vos, et hanc doctrinam non adfert, nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis: qui enim dicit illi ave, communicat operibus illius malignis'. Ecce praedixi vobis, ut[x] in die domini[d] nostri Iesu Christi non confundemini. Recordamini qualiter doctor gentium de semetipso dicit: 'Si ea quae destruxi iterum reaedifico, prevaricatorem me constituo'. Et attendite, quomodo vos sine crimine possitis esse, qui in sinodo vestra[y] [3] hanc sectam nefandam simul cum heretico dampnastis, si ei modo incorrecto communicaveritis[z]. Debetis enim correctores esse malorum, non *E f. 68'. 2. Ioh. 9. *L f. 25. 2. Ioh. 10. 11. Gal. 2, 18.

a) iudit. condemn. *L.* b) quia *L.* c) ostenderes *L.* d) *om. E.* e) iuxtam *corr. man. rec. in* iust. exp. *L.* f) correpț. *ead. man. corr. in* correct. *L.* g) existimat *E.* h) ceteri vitiosi *E.* i) eclesia *E.* k) propell. — de eccl. *om. L.* l) seipso *E.* m) damnatio *E.* n) arbitratur *E.* o) docma *E.* p) disensionem *E.* q) videtur *E.* r) omnipotest *E.* s) et *E.* t) ut *E.* u) ut *L.* v) et *E.* w) qui *E.* x) *hinc alia man. in L.* y) vestro *L.* z) *corr. e* communicaverimus *L.*

1) Ad plenum — consilium suum *repetit Hrabanus ex commentario in epistolas Pauli lib. XXV c. 3, ed. Colvenerius V, 531. Ambrosii locum non inveni.* 2) *Hieron. in epist. ad Titum c. 3, ed. Vallarsius VII, 738:* Quare — videatur. 3) *Carisiacensi a. 849.*

850 secutores errantium, ut officium vestrum[a] atque doctrina sine[b] reprehensione fiat, et tam Deo placeat quam hominibus.

De cetero agnoscat sanctitas vestra, quod illum libellum, quem ad simplices et *L f. 25'. ad reclusos in vestra[c] parrochia consistentes contra *Gotescalchi errorem dictastis[1], probatum habeo, et secundum id, quod ibi scriptum repperi, sentio. De Gotescalchi autem pertinacissimo[d] et incorrigibili errore aliquid contra scribere superfluum iudico, quia nec presentem eum a sua nequitia avellere potui, nec modo post vestram sanam Isai. 16, 6. correptionem aliquid sanum in eius sensu repperi, sed superbiam tantum. 'Superbus enim Moab est valde, et superbia atque arrogantia eius plus quam fortitudo eius'. Quid enim contra eum scribere habeo, qui totam aeclesiam, quasi aliquid spurcum et sordidum, et indignum sua allocutione abicit, suam autem locutionem ad solum Deum cęlis presidentem convertit, indignum sua allocutione iudicans quicquid in terra est. Quasi fas sit contemptis membris corporis Christi, ad ipsum caput verba dirigere, cum nullo *L f. 26. modo caput a membris separari possit. Nemo enim ascendit *in cęlum, nisi qui descendit de cęlo filius hominis, qui est in cęlo, qui ad patrem suum orans, de discipulis Ioh. 17, 17—24. suis ait: 'Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, [et[e] ego misi eos in mundum], et pro eis ego sanctifico meipsum, ut sint[f] et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis[g] unum[h] sint, ut mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus, *E f. 69. ego in eis et tu in me, ut sint consummati in unum, *et cognoscat mundus, quia tu me misisti, et dilexisti eos[i], sicut et me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo, ut ubi ego sum, et illi sint mecum, ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi'. Quisquis enim sanctae aeclesię salutiferam communionem respuit[k] cum capite eius, hoc est Christo, nullam communionem habere Luc. 10, 16. *L f. 26'. poterit, quia ipse ad electos suos in evangelio ait: 'Qui vos audit me audit, *et qui vos spernit me spernit'.

Hoc autem quod idem erroneus, quasi ad Deum loquens, petit examen ignis, ut per illud veritas eius fidei, immo perfidiae, comprobetur, magis mihi videtur ex elatione cordis prolatum esse, quam ex constantia fidei. Optat[l] enim, post blasphemiam[m], quam inpudenti ore protulit, ut coram undique collecta populorum multitudine[n], praesente etiam regni principe, simul cum pontificum et sacerdotum, monachorumque sive canonicorum agmine ad probandam suam sectam liceat sibi, quatuor doliis uno post unum positis[o], atque singillatim[p] repletis aqua ferventi, oleo pingui[q], et pice, et ultime accenso[r] igne copiosissimo, ad probandam traditionem suam transire, ut sic probetur eius professionis veritas: quod neminem preter eum ita optasse[s] legi. Nam tres pueri, de qui- *L f. 27. bus in Daniele scriptum *est, hoc est Sidrac[t], Misac et Abdenago, non simili pertinatia examen ignis petierunt, sed magis Dei iuditio omnia servantes, responderunt regi Dan. 3, 16—18. Babilonis, qui eos statuam auream quam fecit adorare compulit et[i] dixerunt: 'Non oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem colimus, potest[u] eripere nos de camino ignis ardentis[v], et de manibus tuis liberare. Quod si noluerit, notum tibi sit, rex, quia deos tuos non colimus, et statuam auream quam erexisti non adoramus.' Sic enim illi ex fidei firmitate et professionis humilitate de igne liberari

a) nostrum *L.* b) sene *L.* c) nostra *L.* d) pernacissimo *L.* e) et ego — mundum *om. L, E.* f) possint *L.* g) vobis *E.* h) unum unum *L.* i) *om. L.* k) respuit — commun. *om. L.* l) Obtat *L, corr. man. rec. in* opt. m) plasph. *E.* n) miltitudine *E.* o) positus *L.* p) singulatim *L.* q) pinguii *L.* r) accensi *corr. in* -so *L.* s) obt. *L, corr. in* opt. t) Siderac *E.* u) post *L.* v) *corr. ex* ardentes *L.*

1) *Cf. supra p. 488 n. 1; 490 v. 15.*

meruerunt, pertinatia autem istius quem finem habeat, ignotum adhuc constat. Faciat Dominus de hoc quod bonum sit in oculis eius, et liberet nos ab omni malo, atque defendat ab omni errore, detque nobis sua gratia per fidem[a] rectam et bona opera aeternam beatitudinem in conspectu eius *promereri, et vita perfrui sempiterna. post 850 *L f. 27'.

Haec tibi, karissime frater, licet rustico stilo, tamen devoto animo dictata modo sufficiant. Ceterum scias me, quamdiu vixero, semper paratum esse tuae optemperare bone[b] voluntati et sanae consentire doctrinae.

Dominus omnipotens faciat nos, quamdiu hic sumus, vobiscum gratum servitium illi exhibere[c], et post huius vitae terminum in regno cęlesti[d] perpetualiter gaudere. Amen[e].

45.

Hrabanus Moguntiacensis archiepiscopus ab Hincmaro Remensi archiepiscopo rogatus de Trinitatis nomine contra Gotescalchi novitatem disserit. *post 850.*

Cod. Monacensis (ut supra) fol. 69—69'[a].

Ed. Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 219. 220 ex schedis Enhuberi.

SANCTISSIMO FRATRI ET IN MEMBRIS CHRISTI PLURIMUM VENERANDO HINCMARO PONTIFICI RABANUS PECCATOR IN DOMINO SALUTEM.

Questionibus quibus me vestra religiositas respondere in epistola vestra *postulavit[1], prout potui et infirmitas me sinebat, in ea[b] epistola, quam coniunxi illis opusculis meis quae contra Gotescalchi errorem confeci, quantum valebam respondebam, ubi etiam iponosticon sancti Augustini inserui, ut simul et[c] ipsius sensum [et][d] meę parvitatis scriptum legentes probaretis, utrum iuxta fidem catholicam concordarent aut non. Potestis enim secundum gratiam a Domino vobis datam bene investigare et dinoscere, quid cuique conveniat ad discendum et docendum. Si enim aliquid ego extra veritatem sensi aut scripsi, vestra sana doctrina potest me corrigere. Si autem recte et catholice aliqua protuli, similiter illud potestis probare atque confirmare. *f. 69'.

De eo autem quod interrogastis, utrum iuxta Gotescalchi et adstipulatorum eius traditionem liceret trinam et unam deitatem, et trinam et unam potestatem, et trinam et unam sapientiam dicere, miror, quid per illam novam denominationem, quam nusquam in sanctorum patrum sententiis antea legerunt, velint dicere: cur non sufficiat eis in nulla nuncupatione omnipotentis Dei ita profiteri, sicut sancti patres ante nos professi sunt. Novitatis enim presumptio mater est hereticae pravitatis, quam illi in docmatibus suis proferunt, quibus displicet catholica veritas, quam sanctorum patrum doctrina in dogmatibus suis servat, et falsa opinio placet, quam ipsi ex propria inventione arroganter finxerunt. Quid enim necesse est modo propter favorem humanę laudis in dogmatibus superfluis noviter proferre quod sancti doctores ab initio semper refugierunt scribere atque predicare.

Omnis itaque scriptura veteris[e] ac novi testamenti divinitus inspirata, sicut catholice intellegitur[f], hoc insinuat, quod pater et filius et Spiritus sanctus unus sit Deus eiusdem substantię uniusque essentię atque inseparabilis in divinitate unitatis. Ideoque non sunt tres dii, sed unus Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus. Hoc

---

a) fedem *L.* b) obt. benę *L.* c) exibere *L.* d) cel. *L.* e) *om. L, qui addit:* Finit liber Deo gratias de epistola ad Hingmarum. Amen.

45. a) *Lemma:* Item epistola ad Hincmarum pontificem *E.* b) aea *E.* c) *alio atramento suppletum.* d) *deest in E.* e) veteres *corr. in* veteris *E.* f) intelligitur *corr. in* intelleg. *E.*

1) *Cf. de tempore harum litterarum Schrörs l. l. p. 151. 498, Dümmler Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 408 n. 1.*

841—851 etiam atque etiam firmiter tenendum est, nihil in sancta Trinitate ad se dictum plurali numero esse dicendum, quia simplex illa summę divinitatis natura singulari numero designari debet, non plurali, ac ideo nec tres deos nec tres omnipotentes, nec tres bonos, nec tres magnos, nec tres essentias in Deo dicere fas est. Cum enim personaliter alius sit pater, alius filius, alius Spiritus sanctus, his tamen unum est naturę nomen, quod dicitur Deus, vel substantia, vel essentia, vel omnipotentia, vel alia multa quę substantialiter, non relative, de Deo dicuntur. Unde in omeliis beati Leonis papę ita scriptum est[1]: 'In Trinitate enim divina nihil dissimile, nihil impar est, et omnia, quae[a] de illa possunt substantia excogitari[b], nec virtute, nec gloria, nec[c] [aeternitate discreta sunt] . . . . .

46.

Hrabanus abbas quondam Fuldensis Ermengardae augustae, quam cum Lothario imperatore Moguntiaci viderat, commentarium libri Esther reginae dedicat. 841—851.

Cod. Darmstadiensis 749 saec. XII. (quondam S. Alexandri martyris in Graschaph) fol. 50'—51', quem contulit W. Wattenbach[a].

Edd. Nolte in Katholik a. 1875 II, p. 108—109; Dümmler, Poetae aevi Carolini II, 167.

DOMINE PRAECLARE ET OMNI HONORE DIGNISSIME ERMENGARDE AUGUSTE RHABANUS VILISSIMUS SERVORUM DEI IN CHRISTO OPTAT SALUTEM.

Memor clementię vestrę et mansuetudinis, qua me preterito tempore in Mogontiaco[b] oppido indignum suscepistis[2], quando ibi apud dominum Hlotharium[c] imperatorem presentialiter affuistis, semper deinceps devotus fui et Dominum assiduis precibus deprecabar, ut hoc, quod antea de vobis bonae famae audivi et postea praesens expertus sum, inenarrabili gratiae suae dono vobis multiplicare atque ad praemium aeternae beatitudinis perducere dignetur. Credo in Deo meo, quod illam mentem, quam sui spiritus munere per benivolentiam et veram caritatem illustrat, numquam ab aeternae beatitudinis felicitate vacuam fieri permittat, quia bona voluntas verae beatitudinis inicium et incrementum extat. Perfectio autem eius solius Dei donum est.

Ego autem, quia nichil vestrae opulentiae et virtutibus addere possum, saltem hoc quod ex largitate divinae pietatis in sacris scripturis meditando et disserendo elaborare potui, vobiscum, si dignum ducitis, participare decerno. Idcirco primum vestrae dignitati expositionem libri Hester reginae[3] transmisi, cuius prudentia et constantia mentis victoriaque de hostibus nobilissimum quibusque fidelibus praebet exemplum, ut divinam legem servantes et spem firmam in Dei bonitate habentes confidant se de universis inimicis liberandos. Si autem hec benigne a vestra excellentia primum suscepta fuerint, deinceps plura in obsequium vestrum simili studio conferre dispono.

Vitam vestram illaesam et prosperitate pollentem maiestas divina conservare dignetur.

O regina potens[4], exemplar posco potentis
Accipe regine valde Deo placite,
Que gentis propriae praefecit[d] rite salutem
Ecce sue vite valde benigna bona.

---

a) qua *E.* b) cogitari *E.* c) *finis desideratur 5 foliis e codice evulsis.*

46. a) *Lemma:* Incipit epistola Rabani in librum Hester *D.* b) mogonziaco *D.* c) Lhotharium *D.* d) = praetulit, praeposuit *NOLTE.*

1) *Hom. 75 (de Pentec. 1) c. 3; opp. edd. Ballerini I, 298.* 2) *Haec ad Augustum mensem anni 841. referenda esse conieci, v. Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 166 n. 4. Irmingarda obiit anno 851.* 3) *eandem, quam annis aliquot ante Iudithae imperatrici dedicaverat, cf. supra p. 420.* 4) *Venanti Fortun. Carm. VIII, 8, 1* O regina potens.

Salvans cognatos precibus contrivit et hostes, 841—851
In Domino sperans cuncta subegit ovans.
Sic quoque subiecte curam tu semper habeto
Plebis, hanc relevans oreque, mente, manu.
Tunc tibi[a] celsithronus prestabit tempora leta,
Pacatum imperium, cunctaque iusta[b], bona.
Et post hanc vitam conscendes lucis ad arcem,
Illic quo teneas regna beata poli.
Delicie mundi pereunt, perit omneque pulchrum,
Regna ruunt mundi, mundus et ipse ruit,
Et decus et sceptrum, virtus et gloria mundi,
Transit et ipsa dies, nox ruit atra[1] polo.
Folia decidunt, arescunt arbuta[c] silvis[2],
Flacida[d] deciso gramina flore cadunt.
Omnia vertuntur[3] mundi speciosa per orbem,
Solus amor Christi semper ubique manet.
Et quecumque facit parvi bona temporis hospes,
Salva manent sursum cum pietate Dei.
Quapropter moneo quicquid tua dextera possit,
Egregii nimium strenue fac operis.
Post quia hanc vitam iam operandi est nulla potestas,
Sed fructus operis quisque metet proprii,
Tempus nunc aptum est atque acceptabile[4] Christo 2. Cor. 6, 2.
Inservire Deo, cui bene servit amor.
Huic tu mente, manu[e] . . . et sermone benigno
Obsequium presta, sicque places Domino.
Premia perpetuis in se recondita donis
Hinc tibi servantur gloria cumque Deo.
Quo te perducat maiestas celsitonantis,
Ut vivas felix semper in arce poli.
Hos tibi decumbens eger, regina, grabatto[5]
Composui versus, tu sine fine vale.

47.

Hrabanus de Isaiae prophetae vaticinio interpretando exponit, maxime se Hieronymi, ex parte Gregorii et Augustini, sententias secutum esse testatus. *c. 842 — c. 852.*

Cod. Erlangensis 240 s. XIII. in. fol. 3 Liber sanctę Marię de monasterio Halesbrunensi, *quem cont. K. Hampe.*

Ed. Kunstmann Hrabanus Maurus p. 225—226 ex schedis Enhuberi.

---

a) *superscr. D.* b) cuncta uetusta *D.* c) arbuta *manu poster. corr. in* arbusta *D.* d) Faccida *D,* Flacida *corr. Nolte.* e) *post* manu *verbum deest in D, fortasse* miti *vel* larga.

1) *Aen. VI, 539, VIII, 369:* Nox ruit; *I, 89:* nox incubat atra; *II, 272:* nox .. atra; *Alcvin. ad Higbaldum episc. 17 (I, 229):* Nunc micat alma dies, veniet nox atra tenebris. 2) *Georg. II, 52:* arbuta silvae. 3) *Alcvin. l. l. 12:* Omnia vertuntur. 4) *Ex Ponto II, 2, 69:* Tempus adest aptum precibus. 5) *Fortunati V. S. Martini III, 89:* aeger .. 92 recubans paulo ante grabatto. *De aegritudine saepius queritur, cf. supra epistolam ad Lotharium datam p. 444, ac praefationem de Isaia propheta p. 502.*

c. 842—854 Incipit prologus Rabani in Ysaiam prophetam.

Igitur postquam hystoricos quosdam libros divine legis rogantibus fratribus et proximis nostris sensu allegorico iuxta sensum maiorum explanare studueram, statim, quorundam amicorum peticioni consentiens, libros propheticos sanctorum patrum sensum et dicta observando elucidare contendi.

Ex quibus licet Isaie prophete vaticinium primum enodare stricto sermone ceperim, tamen Iheremię et Ezechielis atque Danielis, flagitantibus amicis, libros interponendo tractare[1] iuxta modulum ingenii mei, vestigia sanctorum doctorum sequendo, curavi, sicque cęptum opus de libro Isaie, quantum pro infirmitate potui, strictim[a] patefaciendum rursum redii; opusque nobilissimum, quod sanctus Iheronimus in eiusdem prophete expositionem copiosissime confecit, aliquantis ex eo sententiis omissis, propter interpretum varietatem et diversitatem linguarum, que ab ipso doctore in eodem opere multis in locis inserta repperi, ea tantummodo, que ad sobrium sensum et ad mysticum intellectum pertinere et utile esse minus doctis lectoribus estimavi, inde excerpsi, interponens in quibusdam locis dicta sancti Gregorii papę atque sententias nobilissimi doctoris Augustini, necnon et aliorum patrum sententias. De quibus omnibus quid sibi utile sit legendum atque scrutandum, lectoris iudicio derelinquo.

Ego enim, quantum potui, et infirmitas animi mei atque ęgritudo senilis corporis sinebant, ea, quę ibi necessaria nobis imperitis esse iudicavi, in presenti opusculo strictim notare curavi; et perpendens meam infirmitatem et mei similium, michi ac meis sociis infirmis et minus validis in eodem opusculo aliquantulum divini verbi alimentum sumendum preparavi. Caeterum illi, qui bene fortes sunt et sensu atque corpore integri, sumant de amplissimis nobilium virorum deliciis ac sanctorum doctorum plenis mensis dapes abundantissimas, quas ibi repperiunt, et utantur eis, prout libet et utile sibi fore iudicaverint.

Dominus noster Iesus Christus, qui mitis et largus est, tribuat utrisque, hoc est bene valentibus et minus potentibus, illud, quod eis salubre sit et ad beatitudinem pertineat sempiternam, diligenter investigare ac sic sano sensu recta fide ac bonis operibus usque ad finem vitae in eo concedat perseverare. Explicit prologus.

Pax omnibus scripturam sacram rite legentibus et fraternam caritatem incontaminatam invicem servantibus. Dominus omnipotens, qui est trinus in personis et unus in substantia, det illis in presenti vita idoneam prosperitatem et in futuro seculo beatitudinem conferat sempiternam.

48.

Hrabanus archiepiscopus Moguntiacensis Ratleicho abbati Seligenstadensi martyrologium rogatu eius compositum dedicat. *847—854.*

Cod. S. Galli 458 p. 4—5, saec. IX., quem contulit H. Wartmann amicus.

Edd. Mabillon Analecta vetera ed. 2 p. 419; Migne Patrol. CX, 1121; Dümmler in 'Forschungen zur Deutschen Gesch.' XXV, 198.

In nomine Domini incipit prologus Rabani episcopi ad Ratleichum abbatem de martyrologio.

RABANUS SERVUS CHRISTI IESU ET SERVORUM EIUS VIRO VENERABILI RATLEICHO PRESBITERO ATQUE ABBATI[1] IN DOMINO SALUTEM.

Quia rogasti me, frater amantissime, ut martyrologium per totum annum tibi conscriberem atque sanctorum festa, quaecumque potuissem invenire, ibidem insererem,

---

47. a) strictum *corr. in* -tim *C.*

1) *Cf. supra p. 442. 467. 476. Einhardi quondam notario ac successori eius inde ab anno 840. in abbatia Seligenstadensi regenda, qui obiit a. 854. Epitaphium eius composuit Hrabanus, Poet. Carol. II, 240. Idem martyrologium dedicavit Hrabanus versibus praemissis etiam Grimaldo abbati S. Galli (841—871), cf. Poet. aevi Carol. II, 169.*

feci quantum potui et singulis diebus nomina sanctorum, quae scripta sive notata ab antecessoribus in libellis repperi[1], ibidem inserui et cuiuscumque sancti obitum sive martyrium, qualiter praesentem vitam finierint, legi, breviter, prout potui, notavi. Tu autem, quia plurima scripta antiquorum invenisti vel legisti, per ea etiam hoc parvum opusculum examinans, utile legentibus, quoquo modo possis, facias, ut quod mea imperitia atque infirmitas idonee efficere non potuit, tua peritia atque industria utiliter perficiat, meque tuis sacris orationibus omnipotenti Deo commendes, ut ipse auctor et tributor salutis nostrae me miserum per suam gratiam et per sanctorum suorum intercessionem a vinculis peccatorum absolutum aeternae beatitudinis participem efficiat. c. 854—855

Te[2] Deus aeternus cuncta per tempora servet,
Aeternam et vitam det tibi in arce poli.

49.

Lotharius imperator a Hrabano archiepiscopo Moguntiacensi petit, ut lectionarium totius anni homiliis interpretetur aliaque scripta eius minora simul requirit.

c. 854—855.

Cod. bibliothecae univers. Ienensis 32 Fol. s. X. (cf. Arch. VIII, 694), quem descripsit Waitz, cont. cum editis Jaffé.

Ed. Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 220—222 ex schedis Enhuberi.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI DEI ETERNI HLOTHARIUS, DIVINA[a] ORDINANTE PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS, RHABANO[b], VENERABILI ARCHIEPISCOPO ORTODOXOQUE MAGISTRO, SALUTEM.

Cum solito quadragesimali more divinarum lectionum studiis[c] artius niteremur insistere, ob internam scilicet aedificationem animi plenius[d] capessendam, non minus inheserunt desiderio nostro lectiones continuis feriis missarum sollemniis ad recitandum adhibite, iuxta congruentiam temporum a sanctis patribus ex evangelicis diversarumque historiarum sanctarum coadunatae ordinataeque sententiis, quarum expositiones, dum in priscorum modernorumque patrum collectariis summa indagine percontari libuisset, refectionis nobis tempore recitandas, ut inter deciduas epulas interior homo noster spiritalis alimoniae non fraudaretur inmarcescibilibus dapibus, nonnullas earum minus reperimus, presertim cum memorati sancti patres illarum tantum expositiones ex magnorum inlustriumque virorum tractatibus collegerint, quae diebus dominicis vel precipuis tantum festivitatibus catholico in unum populo confluente leguntur, pretermissis feriis, ieiuniis, rogationibus, tribulationibus hostium, famis inopiaeque[e] penuriis, imbrium inundationibus nimiis, telluris squaloribus, frugum sterelitatibus, sanctorum crebris festivitatibus, mortuorum commemorationibus, sacris ordinibus, quattuor etiam temporum ieiuniis, pasche et pentecostes duodecim lectionibus et ceteris, que sanctitas vestra diligentius perpendens facile valet animadvertere, propter prolixitatem operis atque improbitatem laboris, quorum ambrosio liquore funditus nos tunc caruisse doluimus. Siquidem bene novit vestra paternitas omnem nos commentariorum copiam, in quibus iuxta gestarum rerum ordinem et expositionem prefate continentur lectiones, in cunctis expedicionibus non posse semper gerere et habere, cum sola historiarum bibliotheca difficile possit etiam haberi plerumque.

---

49. a) diuini *C.* b) rabano *corr.* rhabano *C.* c) -is *e corr. et ita plura corrector coaevus emendavit.* d) *post deletum.* e) inopiequae *C.*

1) *Cf. versus ad Grimaldum datos l. l.:* Hunc ergo ex scriptis confeci rite libellum | Sanctorum patrum, frater amate, tibi. *De Hrabani fontibus cf. Forschungen l. l. p. 200.* 2) *V. versus similes supra p. 469.*

c. 854—855 Interea inmensas omnipotenti Deo laudes gratiasque rependimus, qui inter cetera largitionis dona[a] non dispari nos quoque quam predecessores nostros doctrinae suae iubare inradiare dignatus est. Nam si illis Hieronimum, Augustinum, Gregorium Ambrosiumque et ceteros quam plurimos prebuit, et nobis idem opifex eiusdem meriti et scientiae contulit Rhabanum Maurum. Ergo age, pater sancte praestantissimaeque magister, postulantis precibus aurem benignus accommoda et votis indefessus[b] exsecutor faveto, suscipe laboris ergastulum, ut per te desiderii nostri nancisci valeamus effectum. Igitur obnixis precibus almitatem tuam deposcimus, ut nobis in uno volumine omnium memoratarum lectionum expositiones colligens digeras, ita ut precedentibus semper epistolis vel lectionibus, que earum loco congruis temporibus ex quacumque historia recitantur, semper evangelia subsequantur iuxta ordinem huic epistole subnexum. Quod si minus quid ibi inveneritis, vos, quesumus, sollicita cura uberius adhibeatis iunctis omeliis vel sermonibus diversorum temporum et ieiuniorum seu festivitatum[c] a sanctis patribus in ecclesia ad populum habitis, ut nulla omnino[d] in toto lectionario possit repperiri lectio, cuius in memorato[e] codice a vobis colligendo plena non inveniatur expositio et omeliaticus sermo. His etiam, quesumus[f], addite benedictiones, quibus benedixit Iacob vel predixit ventura queque filiis suis; sed et benedictiones, quibus Moyses homo Dei filiis Israhel extremo vitae suae tempore benedixit; sermonem etiam in omnium sanctorum festivitate legendum, inventionem sancte crucis et exaltationem.

Nec vobis dura videatur operis huius laboriosa prolixitas, cum suavis et lucida
Dan. 12, 3. retributionis maneat merces, ut enim ait profeta: 'qui ad iusticiam erudiunt plurimos, erunt sicut stellae in perpetuas aeternitates'. Sit ergo nostra quies vestri laboris exactio et sudor esurientis ac sitientis animi plena refectio. Nulla, inquam, senii obiciatur adgravationis[g] excusatio, cum iuventus[h] ingenii maneat indefessa, nec vos moveat, si quid fortasse minus ineptumque in subsequenti ordine inveneritis insertum, cum vestra ob id susceperit sanctitas, ut nobis plenius iuxta conpetentem ordinem remittat per omnia ad votum nostrum expletum atque politum. Quodsi propter inmanitatem expositionum duorum voluminum densitas tanti operis summam continere nequiverit, vos in tribus dividite voluminibus, ut et divisio plenitudini faveat et plenitudo densitati non noceat.

50.

Hrabanus archiepiscopus Moguntiacensis primam lectionarii partem ab eo expositam Lothario imperatori ordine non per omnia servato mittit. c. 854—855.

Cod. biblioth. universit. Ienensis Fol. 32, quem descripsit Waitz.

Ed. Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 222—224 ex schedis Enhuberi.

DOMINO GLORIOSO ET MERITO RECTAE FIDEI AC VERAE RELIGIONIS BONIQUE STUDII AB OMNIBUS CATHOLICIS RITE VENERANDO HLUTHARIO AUGUSTO RHABANUS, VILISSIMUS SERVORUM DEI SERVUS, COTIDIE OPTAT ET ORAT AETERNAM IN CHRISTO SALUTEM.

Epistola vestra, quam mihi misistis conquerentes[a], quod non haberetis idoneam expositionem lectionum divinarum atque evangelicorum capitulorum, quae per totum annum in missarum celebrationibus in eclesiis Dei leguntur, exhortantes parvitatem meam, ut de diversorum patrum opusculis colligerem ea, que ipsi inde tractando ediderunt, atque in unum volumen colligerem; hoc ergo cum trepidarem incipere propter

---

a) *post add. C.* b) indefessis *C.* c) festiuitatem *C.* d) omnimo *C.* e) memorata *C.* f) q̄s *C.* g) adgrationis *C.* h) inuentus *C.*

50. a) conquirentes *C.*

corporis egritudinem et animi debilitatem: qui licet numquam aliquid fuerim, longe tamen c. 854—855 propter grandevam aetatem modo aliud sum quam eram, iuxta illud gentilis poete[1] quo ait:

Omnia fert aetas, animum quoque

nec lectioni possum assidue operam dare, sicut quondam solebam quantum licebat, quoniam sepius suscipit me lectulus meus cubantem[2], quam cathedra tenet meditantem aut docentem, sed tamen quia vestrae voluntati resistere nolui, sed parere elegi in omnibus quantum potui, opus quod postulastis inchoavi, et licet non condigne, tamen brevi expositione lectionum illud consummare atque conficere, quantum vires sinebant, studui. Cuius primam partem vobis modo, hoc est a nativitate Domini usque in pascha, pro oportunitate temporis ad legendum transmisi. Sequentem autem, prout possibilitas sinit, simili studio, largiente divina gratia, complere decerno.

Fiat Domini voluntas, ut ad vestram utilitatem iuxta bone voluntatis appetitum hoc perficiatur, quatinus inde Deo gratiae referantur. Cuius dono servis suis quicquid boni habent confertur, quia iuxta Iacobi apostoli sententiam 'omne datum optimum et Iac. 1, 17. omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio', quia ipse 'omnia quecumque vult facit Ps. 134, 6. in caelo et in terra, in mare et in omnibus abyssis', et non est qui possit resistere Esth. 13, 9. voluntati eius, 'bene placitum est Domino super timentes eum et in eis, qui sperant in Ps. 146, 11. misericordia eius'.

Intimandum tamen vobis est, quod iuxta illud capitulare, quod vestram epistolam sequebatur, non per omnia conscriptionis ordinem servavi, quia nec codex[a] noster, in quo ipse lectiones de divinis scripturis collecte sunt, hunc tenorem habet, nec etiam in praedicto capitulare nostro continuatim per omnia lectiones epistolarum atque evangeliorum positas repperi. Idcirco iuxta ritum ecclesiae nostrae et morem officii, quem ibi celebramus, im plerisque locis textum huius operis commutavi. Omisi etiam in quibusdam sanctorum festivitatibus in capitulare seriem lectionum et evangeliorum numerare, quia prope finem huius operis de sanctorum festivitatibus, quantum mihi necesse videbatur, pariter eam ponere elegi, ut ibi lector prudens, si quid inde legere vellet, facile ibi invenire posset.

Vos ergo de his omnibus iuxta apostolum probantes quod bonum est tenete et 1. Thess. 5, 21. quod bene vobis placeat eligite. Dedit enim vobis Dominus in omnibus intellectum, ita ut bene possitis, quid utile et quid superfluum sit in presenti opusculo, discernere. Facite inde quod Deus cordi vestro inspiraverit. Sufficit enim mihi, quod, vestro imperio obtemperans, opus, quod non sine labore confeci, vestri examinis iudicio ad probandum direxi. Iubete illud coram vobis legi et si quid in eo propter tenuitatem sensus mei non rite prolatum vel scriptorum vitio depravatum conspexeritis, per vestros eruditos lectores facite illud corrigi, et sic vobis merces condigna pro vestro bono certamine et nostra simul correctione a Christo omnium domino perpetualiter recompensabitur in caelis.

Lux via vita salus Christus vos salvet in aevum!
Magnus honor patriae, caesar amate, vale!

51.

Hrabanus Moguntiacensis archiepiscopus Lothario imperatori alteram homiliarum partem inde a pascha usque ad quintam decimam dominicam post pentecosten mittit, tertiam partem usque ad finem anni se missurum esse pollicitus. *847—855.*

Cod. latet.

Edd. Opp. ed. Colvenerius V, 626; Migne Patrol. CX, 135.

---

a) codœx *C.*

1) *Verg. Ecl. IX, 51.* 2) *Cf. supra p. 501 v. 35.*

847—855 AMANTISSIMO IMPERATORI LUDHARIO AUGUSTO SALUS VICTORIA ET VITA PERPETUA.

Cognoscat almitas vestra, mi domine, quod sicut primam partem homiliarum in lectiones evangelicas atque apostolicas mihi scribere iussistis, quam etiam a natali Domini incipiens usque in vigilias paschae perduxi et vobis peractam transmisi, ita a pascha usque ad quintam decimam dominicam post pentecosten secundam partem pertraxi, ut haberetis quod in praesentia vestra tempore veris et aestatis, si vobis ita placeret, horis competentibus legeretur. Tertiam vero partem a termino supra notato usque ad finem anni perducere, si Deus ita voluerit, cogito atque decerno, et vobis eam similiter, cum perfecta fuerit, transmittere dispono, ubi etiam prope terminum ipsius operis de sanctorum festivitatibus necnon et de aliis celebritatibus, quae de diversis causis observandae a patribus statutae sunt, sermones conscripti tenentur. Ad extremum vero lectiones, quae in defunctorum vigiliis leguntur, iuxta quod postulastis positae sunt.

Fiat Domini voluntas, ut tam ad vestram quam ad vestrorum utilitatem proficuum sit. Ego enim quantum potui feci, vos autem quod mihi impossibilitas denegavit, per vestram sanam prudentiam et bonum studium adimpleri non dubito. Confido ergo, quod sic mihi consolatio non minima conferatur, et vobis pro perfecto opere aeterna merces a bonorum omnium largitore in coelis praeparetur.

52.

Hrabanus archiepiscopus Moguntiacensis Lothario (II) regi caenam Cypriani a se refectam dedicat. *c. 855.*

Codd. Bernensis A 9 s. X. fol. 1, de quo cf. Hagen, Catalog. codd. Bernens. p. 6 (B); Cantabrig. collegii St. Johns s. XII. ex. D 2, quem cont. V. Cl. Bass Mullinger bibliothecarius (C); Parisinus 5134 (de la Mare 337) s. XIII. fol. 42, quem cont. K. Hampe (P). Extat etiam in codd. Gratianopolitano 265 s. XII. fol. 135'; Harleiano 215 fol. 107 s. XIII.; Monacensi 8437 fol. 180 a. 1463. scr.; S. Floriani XI. 32 s. XIV.

Edd. H. Hagen ap. Hilgenfeld Zeitschr. für wissenschaftl. Theol. XXVII (a. 1883) p. 165—166; fragmentum dedit Duméril, Poés. lat. popul. antér. au 12. siècle p. 194[a].

DOMINO EXCELLENTISSIMO ATQUE SERENISSIMO REGI HLOTHARIO[b] ULTIMUS VESTRE SUBLIMITATIS[c] ALUMPNUS[d] MAURUS.

Cupienti mihi[e] vestre dignitati aliquid scribere, quod delectabile foret et acumen sensus vestri[f] acueret[g], occurrit mihi caena[h] Cypriani[1], in qua multorum memoria continetur. Sed quia inibi quedam talia repperiuntur[i] nomina, que in sacris non inveniuntur libris, his omissis[k] percurri paginas veteris scripture et multorum nomina patrum colligens hoc opusculum perparvum[l] compegi[m], in quo et bonorum et pravorum officia[n] repperiuntur[o]. Quoniam, sicut presens aecclesia malorum et bonorum in se congeriem retinet, ita et hec scedula utrorumque ordines[p] in se continet[q]. Hec vero vestre serenitati[r] relegenti[s] sive audienti[t] et[e] grata fore credo[l] ad iocunditatem et utilia propter multarum memoriam[u] rerum. Cum[v] ergo vestra celsitudo hec legere aut audire voluerit, recurrens ad veteris instrumenti[w] paginas, quare singulis[x] singula sint inputata, repperiet. Sed quia non omnimodis[y] omnium fecerunt mentionem, causa fuit compendii, ne prolixitas fastidium pareret et brevitas animum legentis attolleret[z].

---

52. a) *Lemma:* Incipit prefacio in cena libri Cypriani *P.* b) Hlotthario *B,* Lotario *P.* c) sublimatis *B.* d) alumpnu *B,* alumnus *P.* e) *om. P.* f) nostri *B, C.* g) acuerit *C.* h) cena *P.* i) reperiuntur *P.* k) homissis *P.* l) *om. C.* m) collegi *P.* n) ofitia *B.* o) reperiuntur *P.* p) ordinem *B, C.* q) retinet *B, C.* r) sublimitati *P,* fraternitati *C.* s) relegendi *B,* relegenda *P.* t) audiendi *B.* u) rerum utilitatem *P.* v) Cum — repperiet *om. P.* w) testamenti *C.* x) singula singulis *C.* y) omimodis *P.* z) at.olleret *B.* Explicit prefacio *add. P.*

1) *Cypriani caenam ut libellum ineptissimum Guil. Hartel in editione operum spuriorum eius praetermisit, cf. Cypriani opp. III, p. LIX.*

53.

Hrabanus archiepiscopus Moguntiacensis ad chorepiscopum et fratres Argentinenses de hominis incestuosi et parricidae poenitentia exponit. 847—856. 847—856

Codd. Monacensis 27246 (quond. Frising.) saec. X. fol. 88' (M), de quo cf. LL. II, 551; Guelferbytanus Helmstad. 454. s. X. c. 142 fol. 82'—84 (H), de quo cf. v. Heinemann, die Handschr. der herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel I, 356[a].

Edd. Wasserschleben, Beitr. zur Gesch. der vorgratian. Kirchenrechtsquellen p. 164 (ex H); Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 213—215 (ex M).

*SANCTIS FRATRIBUS, QUI SUNT IN ECCLESIA ARGENTARIAE CIVITATIS, SIMUL CUM CHÔREPISCOPO[1] SUO RABANUS[b] SERVUS SERVORUM DEI IN CHRISTO SALUTEM. *M f. 88'.

Nuper ad nos litterę[c] fraternitatis vestrae venerunt, in quibus grande facinus cuiusdam hominis incestuosi et parricidę scriptum[d] continebatur. Unde a mea parvitate voluistis sciscitari, quid de tam nefando scelere faciendum esset, qualisque poenitentia[e] ipsius sceleris auctori sit imponenda, decernam[f]. De qua[g] vestra postulatione relegens canonum decreta et sanctorum patrum exempla satis inde agere per epistolam vobis decrevi.

Nam incestis coniunctionibus omnis sanctorum canonum constitutio valde contradicit atque hoc fieri penitus[h] prohibet. Adulterium[2] vero non[i] solum lex divina dampnat[k], sed etiam evangelica auctoritas omnino fieri vetat. Unde et sancti patres, cęlesti magisterio imbuti, de hoc quid servandum sit, sanciverunt[l]. Nam in Ancirano concilio cap. XVIII. ita scriptum est*[3]: 'Si cuius uxor adulterata fuerit vel si ipse adulterium commiserit, VII annorum poenitentiam agentem[m] oportet[n] eum perfectionem[o] secundum pristinos gradus assequi'[p]. *f. 89.

Et quia idem homo, ut dixistis, homicidium, immo parricidium, super incestum perpetratum commisit, et ipsam mulierem, cum qua mechatus est, interfecit, ipsiusque virum, hoc est consanguineum suum, similiter vita privavit, iustum est, ut poenitentiam omnibus diebus vitę suae agat iuxta illud, quod in concilio Neocesariensi[4] cap. XXI. scriptum continetur: 'Qui voluntarie, inquit, homicidium fecerint, poenitentię quidem iugiter se submittant[q], perfectionem vero circa vitę exitum consequantur.

Et quia parricidę aliqui vadunt per diversas provincias et civitates vagando, commessationibusque[r] atque ebrietatibus operam dando, dicentes sé ita poenitentiam[s] agere debere, cum in hoc non imminuunt[t] scelera, sed augent, decrevit sancta sinodus[5], ut in uno loco manentes districte poenitentię se subiciant et orationibus vacent, si forte omnipotentis Dei bonitas veniam *peccati aliquando illis tribuat[u]. Ad cuius rei confirmationem exemplar epistolae Paulini patriarchae[v][6] ad Heistolfum[w] regem Italiae[7], qui suam uxorem interfecit, vobis in alio pictatio scriptum transmisi, ubi potestis dinoscere, qualiter ipsi[x] vestro homini, precipuis criminibus nimis polluto, agenda sit poenitentia. Unde bonum mihi videtur, si vobis ita placet, quod abrenuntiet[y] sęculo[z] et iugi poenitentię operam det omnibus diebus vitę suę. Vos autem, quia duę res in ipsa epistola a predicto patriarcha[a] memorato regi propositę sunt, elegite unam de *f. 89'.

53. a) *Lemma:* Epistola Rhabani, *in marg.* CXLII *H.* b) Rahbanus *H.* c) litere . . vestre *H (passim* e *pro* ae*).* d) scripto *M.* e) pęnitentia *H.* f) deternam *M.* g) quo *H.* h) pentus *corr. in* penitus *M.* i) no *M.* k) damnat *M.* l) sanxerunt *H.* m) penit. agat *H.* n) opportet *M.* o) perfectionem vero *pro* oportet — perfect. *H.* p) consequatur *H.* q) summittant *H.* r) comesationibusque *H.* s) penit. *H.* t) minuunt *H.* u) tribuant *M.* v) archiepiscopi *H.* w) Haistolfum *H.* x) ipso *M.* y) abrenuntiat *M.* z) secundo *H.* a) archiepiscopo *H.*

1) *nomen eius ignoratur.* 2) *Rab. ad Herib. c. 21 (Hartzheim Conc. Germ. II, 206), ad Otgar. c. 3.* 3) *c. 20, Mansi Coll. conc. II, 526.* 4) *immo in Ancyrano c. 22, Mansi Coll. conc. II, 526, cf. ad Herib. c. 1 (p. 193), ad Otgar. c. 12, ubi idem error.* 5) *Moguntina a. 847. a Hrabano celebrata c. 20, Capitul. reg. Francor. II, 181.* 6) *Cf. supra EE. IV, 520—522.* 7) *minime regem, sed virum alias ignotum.*

—856 illis, et quę melior sive aptior esse videatur, hanc ei imponite. Ego autem, quod mihi bonum visum est, iam vobis in brevi ostendi.

Dominus[a] omnipotens faciat vos hic et ubique, nunc et semper, in Dei servitio et in custodia plebis vobis commissę bene laborare et usque in finem in hoc permanere. Valete[b] et orate pro nobis, Amen.

54.

Hrabanus Isanberto amico de peccato in Deum remittendo exponit. *—856.*

Cod. Vindobonensis 966 (Theol. 331) s. X.—XI. fol. 26—26', quem contulit Holder-Egger, de quo cf. Denis Codices manuscr. in bibl. Palat. I, 2119.

Ed. Kunstmann, Hrabanus Maurus p. 224 ex schedis Enhuberi.

HRABAN ISANBERTO[1].

1. Reg. 2, 25. .. 'Si peccaverit vir in virum, placari[a] ei potest Deus; si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo'? Non igitur eo modo in virum, quo in Deum peccatur, quia in virum peccare peccatum qualecumque est leviorque remissio. In Deum vero peccare, id est ab eius cultu discedere, impietatis peccatum est difficiliorque remissio. Et quoniam, cum in virum quis peccat, placato sibi viro facit sibi Deum placabilem: in Deum autem cum quis peccat, quis orabit pro eo? ac si dicatur: per quem sibi Deum, in quem peccavit, propitium facere poterit. 'Quis' ergo particula aliquando pro
Ps. 33, 13. interrogatione ponitur, ut est illud: 'Quis est homo qui vult vitam', aliquando pro raro,
Rom. 5, 7. ut: 'Vix pro iusto quis moritur, forsitan pro bono quis audeat mori'; aliquando pro
Ier. 9, 1. difficile, ut: 'Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum'. Et illud de quo quaestio est. Nec enim illi desperanda est remissio, qui in divino cultu aliquid delinquit, sed magis speranda venia, si digne paeniteat. Omnipotens est noster medicus qui curat, summeque bonus iudex qui iudicat, nihilque inpossibile apud Deum.
Eccli. 5, 5—7. Tamen illud recordandum est semper, quod scriptum est: 'Ne addas peccata peccatis, et dicas: Miseratio Dei magna est, quoniam ira et misericordia ab ipso sunt'. Ergo cavenda sunt peccata, et de commissis digne paenitęntia agenda, ut secundum modum culpe protendatur poena discipline. Explicit.

55.

Hrabanus archiepiscopus Moguntiacensis Thiotmaro chorepiscopo ab eo rogatus librum de sacris ordinibus sacramentis divinis et vestimentis sacerdotalibus mystico sensu explanatas mittit. Adhortationes addit. *852—856.*

Codd. biblioth. municip. Mettensis 351 saec. XI. fol. 1', quem descr. V. Cl. G. Wolfram (M); Dresdensis A 132 s. XII. fol. 1', quem descr. L. Schmidt (D); Vindobonenses 1073 (Salisb. 242) fol. 1—3 s. XI. (V 1), 1050 s. XII. fol. 1 (V 2), cont. Holder-Egger[a].

Edd. Opp. ed. Colvener. VI, 50; Migne Patrol. CXII, 1165—1166.

---

a) Deus *H.* b) Valete — Amen *om. H.*

54. a) placare *C.*

55. a) *Lemma:* Incipit (prefacio *V 2*) praefatio *V.*

1) *Isanbertus* 'Noricus ex genere atque Aquitanicus ortu', *presbyter et monachus Fuldensis obiit anno 856, cf. de eo Poet. aevi Carol. II, 173. 191. 226. 241.*

RABANUS[a], SERVUS CHRISTI IESU, THIOTMARO[b 1] FRATRI SALUTEM. 852—856

Sicut me rogasti, amande frater, ut aliquas questiones[c] de sacramentis divinis ac sacris ordinibus, necnon et[d] de vestimentis sacerdotalibus, tibi exponendo absolverem, feci quantum potui. Et quid in se mysterii habeant, partim interpretando partimque sensu eas dilucidando[e] explanavi. Et[f] quia mei cooperatorem in sacro ministerio[g] te elegi, hortor, ut quod[h] pro infirmitate corporis coram multis exponere non possum, tu qui iunior[i] aetate et validior es corpore, illis, qui ad sacerdotium[k] ordinati sunt, et ministerium sacerdotale agere debent, notum facias, et eis persuadeas[l], immo iubeas, ut diligenter discant quod[m] in hoc opusculo conscriptum est et ad eorum officium pertinet, quatinus ipsi hoc noverint[n] quod eos scire convenit, et plebi sibi commissae[o] intiment, quid[p] illis in christiana religione credendum, agendum atque tenendum sit. Sic utrique, et prelati atque subditi salvi fieri possunt, scilicet si legem Domini intente meditantur, et mandata divina servare in omnibus contendunt.

Ita enim apostolus scribens ad discipulum suum in epistola sua docuit dicens: 'Attende[q] lectioni et exhortationi[r] doctrinae[s]. Noli neglegere[t] gratiam quae in te 1. Tim. 4, 13–16.
est, quae data est tibi[u] per prophetiam[v] cum inpositione manus presbiterii. Haec meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende[q] tibi et doctrinae, insta in illis: hoc enim faciens et teipsum salvum facies et eos, qui te audiunt'. Quod divina gratia te in mente pura habere et sermone sano, atque bono opere consummare faciat, quatinus hic in eius servitio satis utilis fias, et post huius vitae terminum aeterni gaudii in caelesti regno cum electis Dei particeps existas[w].

56.

Hrabanus archiepiscopus Moguntiacensis Heribaldo Autissiodorensi episcopo de capitulis ad disciplinam ecclesiae pertinentibus non omnibus, sed gravioribus, secundum canones respondet. *853—856.*

Codd. Coloniensis CXVIII s. IX. p. 54—94 (C)[a]*; Monacenses 3851 s. IX. fol. 6—18 (N), ubi initium deest; 3853 s. X. fol. 44—69 (M), de quibus cf. Neues Arch. XIX, 89. 98; 3909 s. XII. fol. 55—75' (A), quem contulit Hampe. Extat etiam in codicc. S. Galli 676 s. XI.—XII. p. 1—26, de quo cf. Mabillon Anal. vet. p. 17; S. Petri Salisburg. IX, 32 s. XI.*

Edd. Petr. Stevart a. 1616. Poenitentiale Rhabani ex cod. Weingartens. monast.; Regino libri duo de synodal. causis ed. Baluze p. 457—519; Canisii Lect. antiq. ed. Basnage II, 2, 293—312 ex Stevartio; Hartzheim Conc. Germ. II, 190—211; Migne Patrol. CX, 467—494.

---

a) Rhabanus *M.* b) Thietmaro *D*, Didmaro *V 2.* c) quas *add. M, D, V 2, fortasse* proposuisti *aut tale quid supplendum est.* d) et *superscr. M.* e) dilucidendo *V 1.* f) Ut *M, D, V 1.* g) misterio *M, D.* h) que *M, D.* i) minor *M.* k) sacerdoc. *D.* l) persuades *M.* m) quid *V 1, 2.* n) venerint *M.* o) commisse *D, V 2.* p) quod *ed.* q) adtende *V.* r) exhortac. *D.* s) doctrine *D, V.* t) neglig. *D, V 2,* neglere *corr. in* neglire *V 1.* u) *om. M, D.* v) prophec. *D.* w) *f. 98'* Haec quoque de habitu sacerdotali ad sensum secundum modulum ingenioli nostri breviter diximus non preiudicantes his, qui congruentius et dignius de eadem re possunt scribere et plenius disputare. Finit deo gratias *V 1.*

56. a) *Addo hic capitula ex cod. C p. 54—55.*
I. De homicidiis voluntariae commissis.
II. De homicidiis et falsis testibus.
III. De his, qui servos suos extra iudicem necant, et de domina, quae per zelum ancillam occiderit.

1) *A Ruodolfo, Mirac. SS. Fuld. c. 3 (SS. XV, 332) vocatur a. 835.* quidam presbyter ex monachis nostris nomine Theotmar, *qui idem esse videtur cum* Diatmaro chorepiscopo *in concilio Moguntiacensi a. 852. praesente (Capitul. reg. Francor. II, 185). Cf. Annal. necrol. Fuld. a. 857 (SS. XIII, 166. 177):* Thiotmar presbiter et episcopus et monachus obiit III. Kal. Febr. *Hrabanum a. 847. dignitatem archiepiscopi adeptum Theotmarum chorepiscopum creasse, Reginbaldo fortasse tunc defuncto successorem, suspicari licet. Cf. etiam supra p. 431 n. 1.*

853—856 DILECTO FRATRI HERIBALDO ALCEDRONENSIS[a] ECLESIAE[b] ANTISTITI[1] HRABANUS[c], PECCATOR ET SERVORUM DEI VILISSIMUS SERVUS, IN CHRISTO SALUTEM.

Capitula quaedam in pittatio[d] conscripta per nuntium Cuonrati[e] comitis[2] mihi[f] allata[g] sunt, quae de diversis quaestionibus me vobis respondere coegerunt. Sed quia singillatim omnibus respondere non valui, strictim ea denotare curavi. Fuerunt enim ibi loca quaedam, quae de homicidio facto interrogabant, quaedam vero[h] de fornicatione et adulterio; quaedam etiam de his, qui ante gradum se libidine polluerunt, *p. 56* *quaedam autem de illis, qui post gradum acceptum se coinquinaverunt et tamen ab officio aeclesiastico et ministerio altaris se prohibere[i] noluerunt. Praeterea[k] quoque alia capitula[l] ibi scripta inveni, de quibus me vobis respondere postulastis. Ego autem

IIII. De homicidiis non sponte commissis et de illis, qui se excusant quasi insontes ab homicidio in praelio commisso iussu principum. *(Cf. supra p. 463 c. 15; Regino de synod. caus. II c. 16. 50).*
V. De amministratoribus et his, qui preces criminales distant (*discant C*).
VI. De populi necessario commisso.
VII. De parricidio. *(Cf. supra p. 463 c. 11).*
VIII. De his, qui partus suos ex fornicatione diversis modis interimunt.
VIIII. De his, qui aborsum faciunt.
X. De his, qui post sacram (*corr. ex* sacrum) ordinationem capitalia crimina committunt et eorum poenitentia seu excommunicatione. *(Cf. supra p. 463 c. 1).*
XI. De pręsbiteris, qui uxores acceperunt vel fornicati sunt.
XII. De his, qui paenitentiam violantes spernunt et rursus pręvaricantur.
XIII. Quod poenitentibus quinta feria ante pascha remittendum est.
XIIII. Quod nulli sit ultima poenitentia deneganda.
XV. Quod oporteat eum, qui pro inlicitis veniam poscit, etiam a multis licitis abstinere, et quod non oporteat eum tempore poenitentię lucra negotiationis exercere.
XVI. Quod aliquis ad miliciam sęcularem post poenitentiam redire non debeat.
XVII. Quod quibusdam poenitentibus pristina reddantur coniugia.
XVIII. De periurio.
XVIIII. De episcopis sive presbiteris, qui per pręcium gradum et eclesiam adquisierint.
XX. De incestis coniunctionibus et de his, qui filiolam suam sive commatrem ducunt uxorem. *(Cf. Reg. II c. 197—200).*
XXI. De his, qui adulterium committunt.
XXII. De his, qui mechantur.
XXIII. De virginibus Deo sacratis et de virginibus saecularibus, si mechaverint.
XXIIII. De his, qui se sacris virginibus sotiant, et de virginibus non velatis, si mechaverint.
XXV. De feminis, quę inter se fornicantur, et de his, quae semen virorum (*viv. C*) suorum pro libidine cybo vel potu miscent.
XXVI. De his, qui se gentilibus vel Iudeis iuncxerint.
XXVII. De his, qui cum Iudeis vescuntur.
XXVIII. De his, qui uxorem (*corr. ex* uxores) habent et simul concubinam.
XXVIIII. De his, qui matrimonio iuncti sunt, et nubere non possunt. *(Cf. Reg. de syn. caus. II c. 243).*
XXX. De his, qui menstruum sanguinem suum inmiscent cibo vel potu et aliis dant ad comedendum sive bibendum, et de his, qui magicam artem exercent et divinationes vel auguria observant.
XXXI. De sortilegis vel augurium servantibus.
XXXII. De his, qui fornicantur inrationabiliter.
XXXIII. Quod corpus Domini, postquam (*posq. C*) commeditur, in secessum emittatur more aliorum ciborum.
XXXIIII. De restauratione Ebonis episcopi.

b) *Lemma:* Incipit epistola Hrabani (Rhab. *C*) archiepiscopi ad Heribaldum Alcedronensis ecclesię episcopum *C, M;* Incipit liber penitentialis ex canonicis institutionibus a Rabano venerabili archiepiscopo compendiose defloratus *A*.

a) Alcedronensis *A* eccl. *om.* b) aeccl. *M.* c) Rhabanus *M*, Rabanus *A.* d) pictatio *M*, putatio *A.* e) Cǒonrati *C*, Chuonradi *M*, Kǒnradi *A.* f) mei *A.* g) allate *corr. in* -ta *C.* h) *om. A.* i) proibere *C.* k) propterea *A.* l) capita *M.*

1) *a. 828—857, fautori quondam Lotharii imperatoris, tum Caroli Calvi regis familiari, cf. Gesta episcop. Autissiodor. c. 36, SS. XIII, 397.* 2) *comitis Autissiodorensis, cf. Herici Mirac. S. Germani c. 2, SS. XIII, 401.*

853—856

ea, quae in sacris canonibus[a] inde explicita repperi, in pręsente epistola inserere non tardavi. Vos[b] facite inde quod iustum vobis[c] videtur et quod sacra scriptura vos agere docet. In libris enim veteris et novi testamenti, quam[d] abhominabilia sint[e] coram Deo homicidia, fornicationes et avaritia[f], maleficia et magicę artis scelera, omnesque malorum operum actiones, manifestissime declaratur. De quibus pauca hic inserere curavi. Caeterum autem de ipsis divinis libris, si eos legere intente volueritis, et eis oboedire[g] decernitis, quod vobis inde agendum[h] salubre sit, per vosmetipsos valetis investigare et utile documentum inde accipere. Deus autem dirigat cor vestrum et studium in omne opus bonum, ut in praesenti vita ea doceatis atque agatis, quę sibi placita sunt[i]. Sicque per eius gratiam ad mercedem plenam et ad vitam perveniatis eternam.

Prohibentur enim in lege Domini homicidia et adulteria, sicut supra dictum est, omniaque vitia. Unde[h] scriptum[k] est in Levitico, quod Deus iusserit populo suo dicens: 'Sanctificamini et estote sancti, quia ego sanctus[l] sum dominus Deus vester. Nolite (Lev. 20, 7. ib. 19, 35.) facere iniquum aliquid[m] in iuditio[n], in regula, in pondere. Non stabis contra sanguinem (ib. 16—18.) proximi tui, nec[o] oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum[m], ne habeas super illo peccatum. Non queras ultionem nec memor eris[p] iniuriae civium tuorum. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Patri matrique qui (ib. 20, 9—21.) maledixerit, sanguis eius sit super eum. Si mechatus quis[q] fuerit cum uxore alterius et adulterium perpetraverit cum con*iuge proximi sui, morte moriantur[r] et mechus (*p. 57.) et adultera. Qui dormierit cum noverca sua et revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nura[s] sua, uterque moriantur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. Qui[t] dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas[u], morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. Qui super uxorem filiam duxerit matrem eius, scelus operatus est: vivus ardebit cum eis, nec permanebit nefas in medio vestrum. Qui cum iumento et pecore coierit, morte moriatur, pecus quoque occidetur. Mulier, quae succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit[v] sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suae, et viderit turpitudinem eius illaque conspexerit fratris ignominiam, nefariam rem operati sunt, occidentur ambo in conspectu populi, eo quod turpitudinem suam mutuo revelarint[w] et portabunt iniquitatem suam. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo et revelavit turpitudinem eius, ipsa quae aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de[x] medio populi sui. Turpitudinem materterę et amitę tuae non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suae nudabit: portabunt ambo iniquitatem suam. Qui coierit cum uxore patrui vel avunculi sui et revelaverit ignominiam cognationis suae, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. Qui duxerit uxorem fratris sui rem facit inlicitam turpitudinem fratris sui revelavit: absque filiis erunt. Ne polluatis (ib. 25.) animas vestras in pecore et in avibus et cunctis, quae moventur in terra, et quae vobis ostendi esse polluta. Vir sive mulier, in quibus pythonicus[y] vel divinationis (ib. 27.) fuerit spiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos, et sanguis eorum sit super eos. Custodite leges meas atque iuditia et *facite ea, ne et vos evomat terra, quam intra- (ib. 22. 23. *p. 58.) turi estis et habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego[z] expulsurus[a] sum ante vos. Omnia enim haec fecerunt et abhominatus sum eas'.

---

a) cononibus *C.* b) autem *add. A.* c) *om. M.* d) quia *A.* e) sunt *M.* f) avaricia *M, A.* g) obed. *C,* obęd. *A.* h) et *add. A.* i) sint *M.* k) in lev. scr. est *M, A.* l) *om. A.* m) *om. M.* n) alicui *add. M.* o) non *A.* p) memineris *M.* q) fuerit quis *A.* r) *post* morte mori — *folium in M avulsum est* — opera carnis quae sunt *(p. 512 v. 6).* s) nuru *A.* t) Si quis *A.* u) scelus *A.* v) acciperit *corr. in* accep. *C.* w) revelaverit *A.* x) in *A.* y) Phitonicus *A.* z) mego *C.* a) expulsus *A.*

853—856 Sed haec non solum in veteri testamento, sed etiam in novo, similiter agere cultoribus Dei omnimodo vetantur. De concupiscenciis vero carnalibus Paulus ad Gal. 5, 16—26. Galatas[a] scribens ita loquitur dicens: 'Dico autem: spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, haec enim invicem sibi adversantur, ut non quęcumque vultis illa faciatis. Quodsi spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta autem sunt opera carnis, quae sunt fornicatio[b], inmunditia[c], luxoria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiae[d], contentiones, emulationes, irae, rixę, dissensiones[e], sectae, hereses[f], invidiae[g], ebrietates, comesationes[h], et his similia quae predico vobis, sicut predixi, quoniam qui talia agunt regnum Dei non consequentur. Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, pacientia[i], longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modestia, continentia, castitas: adversus huiusmodi non est lex; qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscenciis. Si vivimus spiritu, spiritu et ambulemus[k]; non efficiamur inanis ib. 6, 7—9. gloriae cupidi[l], invicem provocantes, invicem invidentes'. Et paulo post: 'Nolite errare: Deus non irridetur[m]. Quae enim seminaverit homo, haec et metet; quoniam qui seminat in carne sua, de carne metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore autem suo metemus non deficientes'.

Cum enim omnia[n] vitia illa, quę supra nominata[o] sunt, tam a legislatore quam etiam ab apostolo noxia esse[p] probentur[q] et cultoribus Dei divina auctoritas prohibet *p. 59. facere, poenamque[r] eis, qui haec agunt, *minatur perpetuam, e contrario vero spiritalia dona laudat apostolus ortaturque[s] haec per omnia sequenda, bonum est, ut caveamus omne peccatum et omne scandalum, quantum Dominus nos posse donaverit et faciamus quae sibi sunt placita, et lex Domini nobis mandat, quia sic et in presenti et in futuro eius misericordiam et protectionem inveniemus. Si enim iuxta historiam legislator transgressoribus[t] mandatorum Dei minatus est carnis mortem[u] et praesentis vitae terminum, quanto magis nobis iuxta mandatum salvatoris et evangelicam atque[v] apostolicam doctrinam formidanda est mors anime et poena[w] perpetua, quia illa finem quoquomodo[x] habuit, ista autem sine termino[y] cruciat[z] noxios. Unde necesse est, ut in Col. 3, 5. presenti[a] vita iuxta apostolum mortificemus menbra nostra, quae sunt super terram, hoc est desideria carnis nostrae et voluptates terrenas in nobis extinguere contendamus, vitiaque omnia, quantum Dominus nos[b] posse concesserit, procul expellamus. Deique voluntati et mandatis[c] optemperare[d] satagamus[e], quoniam sic[f] mortem perpetuam evadere et ad vitam eternam Domino largiente pervenire possumus. Dehinc[g] quoque ad interrogata quantum possumus breviter iuxta canonum[h] instituta respondere curemus[i] . . . . . .

*p. 90. *Cap. XXX[1]. De his etiam, super quibus interrogasti, id[k] est de illa fęmina, quae menstruum sanguinem suum inmiscuit cybo vel potu et dedit viro suo, ut comederet, et de illa, quae semen viri sui in potu[l] bibit, et de ea, quae testam hominis conbussit[m] igni et viro suo dedit pro infirmitate vitanda[n], quali pęnitentia sint plectendę, ut nobis videtur, tali sententia feriendi sunt, sicut magi et arioli, qui magicam artem

---

a) Galathas *A.* b) *cum hoc verbo pergit M.* c) inmundicia *M, A.* d) inimicicię M. e) dissentiones *corr. in* dissens. *C.* f) *om. M.* g) homicidia *add. M.* h) commessationes *M, A.* i) *om. M, A.* k) ambulamus *M.* l) cup. *suppl. in marg. M.* m) irridetur et cetera usque maxime ad domesticos fidei. Cum *etc. M.* n) vit. illa omn. *M.* o) *om. M.* p) *om. A.* q) prohibentur *M, A.* r) penamque *A.* s) hortaturque *M, A.* t) transgresoribus *C.* u) vel mortis interitum *pro* mortem *A.* v) et *A.* w) morte *del. superscr.* poena *C,* pęna *A.* x) quodammodo *A.* y) terminum *C.* z) cruciabit *A,* cruciat *in ras. C.* a) presente *corr. in* -ti *C.* b) *om. M.* c) eius *add. A.* d) obtemp. *M, A.* e) satagemus *M.* f) sicut *A.* g) Deinde *M.* h) *om. M.* i) *omittuntur hic capita I—XXVIIII.* k) hoc *N.* l) potum *A.* m) conbu*s*sit *N.* n) vitanta *corr. in* -tanda *C.*

1) *Fragmenta huius capitis v. apud Reginonem de synod. caus. II c. 367—370.*

853—856

exercuisse noscuntur. Nam de his, qui magicam artem exercent et auguria adtendunt[a] et divinationes observant, Theodori archiepiscopi gentis Anglorum constitutiones habemus, in quibus scriptum est[1]: 'Qui immolant[b] demoniis in minimis, unum annum peniteant, qui vero in magnis X annis poeniteat. Mulier si qua ponit filiam suam supra tẹctum vel in fornacem pro sanitate febris, septem annos peniteat. Qui ardere facit grana, ubi mortuus est homo, pro sanitate viventium et domus, quinque annos poeniteat. Si mulier incantationes vel divinationes fecerit, unum annum vel tres quadragesimas[c] vel quadraginta dies iuxta qualitatem culpae paeniteat[d]. De hoc in canone[e] dicitur: Qui auguria, aruspicia sive somnia vel divinationes quaslibet secundum mores gentium observant, aut in domos[f] suas huiusmodi homines introducunt[g] in[h] exquirendis aliqua arte maleficiis[i] aut ut domos suas lustrent, hi[k] si de clero sunt abiciantur, si vero seculares, quinquennio peniteant.

Qui cybum[l] immolatum comederit[m] et deinde con*fessus fuerit, sacerdos considerare debet *p. 1. personam, in qua aetate vel quomodo edoctus, aut qualiter contigerit. Et ita auctoritas sacerdotalis circa infirmum moderetur et hoc in omni[n] penitentia semper et confessione omnino, in quantum Deus adiuvare dignetur, cum omni diligentia conservetur[o] . . . . .

*Cap. XXXIII. Quod autem interrogasti, utrum corpus Christi et sanguis[p] post- *p. 92. quam consumuntur[q] et in secessum emittuntur[r], more aliorum ciborum[s] iterum redeant[t] in naturam pristinam, quam habuerunt[u], antequam in altare[v] consecrarentur[w], superflua est huiusmodi questio, cum ipse salvator in evangelio[x] dixerit[y]: 'Omne quod Matth. 15, 17. in os intrat in ventrem vadit et in secessum mittitur[z]'. Sacramentum[a] ergo corporis[b] et sanguinis[c] Domini[d] ex rebus visibilibus et corporalibus conficitur, sed invisibilem tam corporis quam animae efficit sanctificationem[e]. Quae enim est[f] ratio, ut hoc quod stomacho digeritur et in secessum ut[g] stercus emittitur, iterum in statum pristinum redeat, cum nullus hoc umquam ita[f] fieri posse[h] asseruit? Nam quidam nuper de ipso[i] sacramento corporis et sanguinis Domini non rite sentientes dixerunt[k], hoc ipsum esse corpus et sanguinem[l] Domini, quod de Maria virgine natum est, et in quo ipse Dominus passus in cruce est[m] et resurrexit[n] de sepulcro[o]. Cui errori[p], quantum potuimus, ad Eigilum[q] abbatem[2] scribentes[r] restitimus et[s] quod vere credendum est[t] aperuimus. Dicit enim ipse Dominus de corpore et sanguine suo sic in evangelio[u]: 'Ego Ioh. 6, 51. 52. sum panis vivus, qui de cẹlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Caro enim mea vere est cibus[v] et sanguis meus vere est potus: qui[w] man- ib. 55. ducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam eternam'. Hanc ergo vitam non habet qui istum panem non manducat nec[x] istum sanguinem bibit. Nam illam[y] temporalem vitam sine illo[z] utcumque homines in hoc seculo, qui non sunt per

---

a) attend. *C.* b) immolat *A.* c) quadragẹssim. *C.* d) pertineat *N.* e) concilio Ancirano capite XXII. *A pro* can.[3] f) domos *corr. in* -mus *C.* g) introducant *N, corr. in* -cunt *C.* h) ad exquirendam *C pro* in exquir. i) aliquam artem maleficorum *C, N.* k) morem (morte *N*) sequentes isti *pro* aut ut — hi *C, N.* l) cibum *C.* m) comedent *C, N.* n) omni potentia *C, N pro* omni penit. o) *omittuntur capita XXXI. XXXII.* p) sanguinis *N; AYΘCYPAKYA* (= eucharistia *litteris inversis*) *A et cod. S. Galli pro* corpus — sanguis *(cf. Mabillon, Anal. vet. p. 17).* q) consumitur *A, S.G.* r) emittitur *S.G.* s) cyborum *N.* t) redeat *S.G.* u) habuerat *S.G.* v) *corr. in* -ri *C,* altari *S.G.* w) consecraretur *S.G.* x) euang. *superscr.* v *C.* y) dixerat *N.* z) emititur *N.* a) *CAKPAMHNΘY* (= sacramentum) *A, S.G.* b) siroproc (= corporis) *A, S.G.* c) siniugnas (= sanguinis) *A, S.G.* d) iñd (= domini) *A, S.G.* e) salutem *superscr.* vel sanctificationem *A.* f) *om. C.* g) ut sterc. *om. S.G.* h) *om. S.G.,* a se *add. N, ras. in C.* i) ipsa *corr. in* ipso *N.* k) dixerint *N,* u *superscr. C.* l) sanguini *corr. in* -guinem *N.* m) *om. N.* n) resurrexerit *N.* o) sepulchro *N, A.* p) errore *corr. in* -ri *C.* q) Eigilium *N,* Egilum *A.* r) scribens *C.* s) de eroproc opsi (= de ipso corpore) *A, S.G. pro* restitimus et. t) sit *S.G.* u) euuangelio *C.* v) cyb. *N.* w) qui — eternam *om. N.* x) non *N.* y) illum *N, corr. in* illam *C.* z) ullo *corr. in* illo *C.*

1) *Theodori poenitent. c. XV § 1—5, Wasserschleben Bussordnungen p. 200—201.* 2) *Prumiensem 853—860.* 3) *C. 23, Mansi Coll. conc. II, 534, Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius p. 263 c. 24.*

853—856 fidem in corpore eius habere possunt, aeternam autem numquam quę sanctis pro-
*p. 93. mittitur. Ne autem putarent sic in isto cibo[a] et potu eis, qui carnaliter *sumunt et non spiritaliter intellegunt[b], in fide promitti vitam ęternam, ut[c] qui eam sumerent iam nec corpore morerentur, huic cogitationi est dignatus occurrere. Nam cum dixisset:
Ioh. 6, 55. 'Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam', continuo subiecit et dixit: 'Ego resuscitabo eum in novissimo die', ut habeat interim secundum spiritum vitam eternam. In novissimo ergo die, quando anima incorruptum corpus suscipiet, tunc anima et corpus cuiuscumque sancti in unum sotiata habebunt vitam eternam, quia adunantur simul caput[d] et membra, et sic totum corpus Christi
ib. 52. gaudebit in perpetuum. 'Caro enim mea, inquit[e], vere est cibus[f] et sanguis meus vere est potus'. Cum enim cibo[g] et potu id appetunt[h] homines, ut[i] non esuriant neque siciant, hoc veraciter non prestat nisi iste cibus[f] et potus, qui eos a quibus sumitur immortales et incorruptibiles facit, id est sotietas[k] ipsa sanctorum, ubi pax erit et unitas[l] plena atque perfecta.

Cap. XXXIIII. De Ebonis autem Remensis episcopi depositione atque restitutione non necesse est[m] mihi tuae interrogationi respondere. Videant illi qui hoc fecerunt, utrum iuste an iniuste hoc ęgerint. Ego autem cum in episcopatum Magontiacensis[n] ecclesiae indignus constitutus sum [1], inveni eum in Saxonia[o] episcopalem sedem habere [2] nec[p] eum prohibui praesulis offitium gerere, quia audivi ab apostolica sede in locum suum restitutum esse, sicque usque ad finem vitae in suo offitio permansit [3]. Rogantibus autem quibusdam fratribus, Hincmaro episcopo [4] pro hoc ipso nuper epistolam direxi, quia audivi eum illos, quos Ebo[q] post restaurationem suam consecravit, a sacerdotali atque clericali offitio removisse [5]. Postquam autem mihi inde responsum oportunum redditum fuerit, tibi intimare curabo.

Haec ergo tibi, sanctae frater[r], iuxta postulationem tuam ad interrogata, quantum aegritudo infirmi corporis mei sinebat et commoditas[s] temporis permisit, iuxta sacro-
*p. 94. rum canonum instituta et sanctorum patrum *sententias respondere curavi. Tu autem, quia sospes es et multorum librorum copiam adquirere et legere vales, si quid melius et congruentius edissertum invenire poteris, meae parvitati in epistola conscripta intimare non graveris, sciasque quod, quantum possum et sapio, devotus tibi esse[t] per omnia curabo. Hocque ante omnia peto, ut mei peccatoris per temetipsum tuosque confratres et domesticos in sacris orationibus memor esse digneris, illud deprecans, ut omnipotentis Dei clementia in hac vita in fide recta et bona spe atque plena dilectione me servare dignetur et post huius vitę terminum remissis omnibus peccatis ad aeternam beatitudinem sua gratia me pervenire concedat.

57.

Hrabanus Moguntiacensis archiepiscopus Lothario II regi librum de anima ex Cassiodoro et Prospero excerptum mittit capitulis nonnullis ex Vegetio de Romanae militiae disciplina additis. *855—856.*

*Codd. prioris huius epistolae partis latent, posterior extat in codice Trevirensis cathedral. 133*c *s. XII., de quo cf. Zeitschr. für Deutsches Altert. XV, 450.*

Edd. Opp. ed. Colvenerius VI, 173; Migne Patrol. lat. CX, 1109; Zs. für Deutsches Altert. XV, 443.

---

a) cybo *C, N.* b) intelligunt *N, A.* c) ut qui — aeternam *suppl. C in super. marg.* d) capud *corr. in* -put *C.* e) *superscr. C.* f) cybus *C, N.* g) cybo *C, N.* h) adpetunt *corr. in* app. *C.* i) et *corr. in* ut *C.* k) sotiatas *corr. in* sotietas *C.* l) unas it *superscr. C.* m) estimo *A.* n) Mogontiensis *A.* o) Hiltinesheim *add. A.* p) ut *corr. in* et nec *C.* q) elio *N, corr. in* ebo *C.* r) pater *N.* s) commoditis *corr. in* -tas *C.* t) *om. C, add.* permanere *post* omnia.

1) *a. 847.* 2) *Hildesheimensem inde ab anno 844. vel 845.* 3) *Anno 851. obiit, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 262.* 4) *Remensi inde ab anno 845.* 5) *a. 853. in concilio Suessionensi, cf. Schrörs Hinkmar v. Reims p. 55.*

DOMINO PRAECELLENTISSIMO NOBISQUE DEI MUNERE DATO, MAGNO ET PACIFICO ATQUE CORONATO REGI LOTHARIO[1] ULTIMUS VESTRAE SERVITUTIS FAMULUS MAURUS. 855—856

Cum nobilitatis vestrae ingenium aviditatemque multa sciendi et copiosa investigandi perspiciam, sensus etiam vestri perspicaciam, quo apprime sublimitas vestra floret, demirer, statui pro ingenioli mei parvitate quoddam de manu deputare, quod videlicet e quorundam eruditorum libris decerptum facile memoriae mandari possit, quo vestri[a] ingenii fervor exuberantior foret et mei ingenioli quodammodo vestrae servituti fidelitas deserviret.

Scripsi itaque vobis quaedam de diffinitione animae: quare anima dicatur, vel quid sit anima necnon et de origine ipsius, utrumne formam habere credatur. De quantitate etiam ipsius, utrum in parvulis minor, in fortioribus maior, vel ubi maxime sedem habere credatur. Deinde quae sint virtutes eius morales, pauca etiam de habitaculo eius, hoc est corporis possessione. Quae cuncta ex cuiusdam Magni Aurelii Cassiodori Senatoris dictis[2] excerpsi, aliqua vero ex libro Prosperi eruditissimi viri[3], quaedam vero ex proprii ingenioli sensu addere curavi.

Sed quia excellentiam vestram multa decet cognoscere, annexui quaedam capitula de disciplina Romanae militiae: qualiter antiqui tyrones institui solebant. Quod ideo feci, quia necessarium fore id aestimavi propter frequentissimas barbarorum[4] incursiones. Quae scilicet ex cuiusdam Flavii Vegetii Renati libello, quem de antiquissimis scripsit Romanis, excerpsi atque compegi breviusque annotare studui, cavens scilicet prolixitatem et ne forte ea scribere viderer, quae tempore moderno in usu non sunt, illud etiam praevidens, ne, si nimius fierem, fastidio potius quam delectationi inservirem.

Quoniam, ut in initio fatus[b] sum, neminem plura convenit scire quam regem, post hęc pauca scripta, quę licet non luculento, fideli tamen, sermone prolata sunt, addidi etiam quędam capitula excerpta de cuiusdam Flavi Vegeti Renati opusculo de procinctu militię Romanę, qualiter apud eos tyrones exercebantur, ut evidenter patescat, non multitudine multorum populorum, sed ingenio et exercitio fortium et electorum virorum Dei auxilio victoriam ministrari. Explicit prologus[5].

58.

Walahfridus interpretationem Exodi a Hrabano abbate ex patribus compositam abbreviando notat. *c. 829—c. 838.*

Codd. S. Galli 283 s. IX. p. 298 (G), de quo cf. (Scherrer) Verzeichn. der Hss. der Stiftsbibl. p. 106; Monacensis (quondam Frisingensis) 6227 s. IX. fol. 20' (F), de quo Aretin Beyträge VII, 518—519; Guelferbyt. Weissenburg. 29 s. IX. fol. 2 (W), de quo cf. Steinmeyer Ahd. Glossen IV, 664; Vindobon. 1042 (Theol. 379) s. X. f. 52 (V); Monac. 18528, 1 (quondam Tegernseensis) fol. 30 s. XI. (T), ex quo Monac. 17114 fol. 32' descriptus est. Extat etiam in codd. Monacensibus 6221 (Frising.) s. XI., cf. Steinmeyer Ahd. Gl. IV, 521. 523; 5116 (Beurberg) s. XII.; Aurelianensi 31(28) s. X., cf. Arch. VIII, 391, Catal. des bibl. publ. des dép. XII, 20.

Edd. M. Denis, Codd. mscr. bibl. Vindob. I, 168; Hattemer, Denkmahle des Mittelalters I, 315.

---

57. a) veteris *ed., corr. Enhuber.* b) ut inmitis factus *C, corr. Marx.*

1) *qui anno 855. Octobri mense patri successit, cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 404.* 2) *ex Cassiodori libro de anima, opp. ed. Garetius II, 627—640.* 3) *Iul. Pomerii de contemplat. vita libros III fortasse dicit.* 4) *Normannorum.* 5) *In codice Trevirensi secuntur 14 capita ex Flavii Vegetii epitome rei milit. l. I. II. excerpta paucis ab auctore additis, quae invenies in Zeitschr. f. D. Altert. XV, 443—450.*

c. 829—c. 838

Incipit prologus subsequentis operis libri Exodi[a].

Huius libri quam subiectam cernis explanatiunculam domnus Hrábanus[b] de dictis sanctorum Augustini[c], Hieronimi, Isidori[d], Gregorii et domni Bedae et aliorum sanctorum venerandis congregans suis discipulis auctoritate tradidit catholica[1]. Quorum ego ultimus Strâbus ipsam, quanta potui brevitate, ne penitus de[e] memoria laberetur, notavi, humiliter lectorem deposcens, ut si quid extra lineam rectitudinis in illa positum invenerit, non[f] magistro imputet, sed meę tarditatis[g] ignaviae, misericorditer tamen mihi compassus veniam tribuat postulanti. Nec enim tutum est aliena damnare illi, qui propria virtute se[h] non potest conservare. Sciat tamen voluntatis[i] mihi fuisse fidei rectitudinem numquam[k] deseruisse. Si quid autem fortasse in eo dignum invenerit, agat Deo gratias, et oratione profusa magistro, cuius haec[l] labore ausi[m] fuimus[n], apud Deum[o] perpetuam beatitudinem optare meminerit[p].

Hunc librum exposuit Hrabânus[q] iure sophista[r]
Strabus et inposuit frivolus hos titulos.

59.

Walahfridus expositionem a Hrabano abbate in Leviticum Hesychio presbytero duce compositam abbreviat. *c. 829—c. 838.*

Codd. S. Galli 283 s. IX. p. 449 (G); Monacensis (quondam Frisingensis) 6227 s. IX. fol. 44'; Guelferbytan. Weissenburg. 29 fol. 66'; Monac. 18528, 1 s. XI. fol. 66 (ex quo Monac. 17114 fol. 67), de quibus cf. Steinmeyer Ahd. Glossen IV, 447. 524. 554. 564. 664. Extat etiam in cod. Vindob. 1042 (Theol. 379) s. X. fol. 115 cf. Denis l. l. I, 170; Aurelian. 31(28) p. 141 s. X.

Edd. Colvenerius, Hrabani opp. II, 296; Hattemer, Denkmahle des Mittelalters I, 315 ex G.

Prologus Walafridi Strabi in Leviticum[a].

Sequentis libri, id est Levitici, brevissimam adnotationem[b] ego Strabus tradente domno Hrabano abbate, viro in multis scientiae divinae eloquiis spectabiliter adornato, quantum tenuitas ingenioli mei permittebat, adbreviare[c] curavi, ut quia memoriae tenacitatem in me non cognosco, saltim ad pictatia[d] glossarum[e] recurrens aliquam eorum, quae mihi tradita sunt, partem recognoscam. Sed quia nequaquam hoc a notitia aliorum abscondere valeo, obsecro te quicumque legeris, si quid in eo secus quam decet dictum inveneris, ut non illi, qui hoc de pleno sapientiae fonte hauriens mihi transfudit[f], sed meae inertiae[g] deputare incipias, qui potui pre inopia sensus facile deviare. Studui tamen iuxta fidem catholicam, quantum mihi fidei auctor concedere dignatus est, quae mihi in me seminata[i] sunt ad alimentum animae meae recondere. Erat autem in huius libri expositione ductor Esycius[k], Hierosolimorum presbiter[2], fide integer, et veritate suffultus, cum ceteris sanctis doctoribus legis[l] feliciter.

---

58. a) Incipit — exodi *om. G, W.* b) Rhabanus *G.* c) Agustini *G, Aur.* d) Isydori *G, W.* e) *om. G, W.* f) ne *G.* g) parvitatis *G,* pravitatis *corr. in* parvitatis *W.* h) si *F, T.* i) voluntas *G, W.* k) nusquam *V.* l) lab. haec *G, W.* m) ausu *corr. in* ausi *F.* n) ausimus *W,* hausimus *G.* o) dominum *G, W.* p) memineret *corr. in* -rit *T.* q) h *del. T.* r) sofista *V.*

59. a) *om. G,* Incipit glossa in Leviticum *W.* b) annot. *F, T, V.* c) abbreviare *F, T.* d) pittatia *G, W.* e) glosularum *G, W.* f) transfundit *G.* g) inhertiae *W.* h) *om. G.* i) seminate *W.* k) Esychius *G, W.* l) lege fel. amen *G, W pro* legis feliciter.

1) *Cf. supra p. 395.* 2) *De quo cf. supra p. 396 n. 3.*

APPENDIX AD HRABANUM.

EPISTOLARUM FULDENSIUM FRAGMENTA

EX OCTAVA NONA ET DECIMA CENTURIIS ECCLESIASTICAE HISTORIAE.

(1) *Cent. IX Cap. VI (col. 268)* Bernhardus, filius Ludovici imperatoris[1], in Fuldensi 817—818 coenobio in adolescentia sacras literas didicit usque ad iuvenilem aetatem, sed postea ad patrem in aulam remissus est, ut patet ex epistola Fuldensium ad imperatorem. *(col. 279)* Monachi Fuldenses in epistola sua ad Ludovicum imperatorem, qua pro Bernhardo filio eius intercedunt[2], aperte nugantur, ipsum Bonifacii spiritum cum adiunctis sibi spiritibus omnium sanctorum martyrum et confessorum Kiliani, Albani, Nazarii, Ferrucii, Wicberti, Antonii, Eonii, Emmerani atque cunctorum, qui per latitudinem regni Ludovici diversa loca suis sacris ossibus ornant, idem ab imperatore postulare, ut scilicet filium suum in gratiam recipiat. *(c. 280)* Item in alia epistola (Fuldenses) pro Bernhardo, filio Ludovici orant, ut in gratiam recipiatur. *C. VI (c. 127)* Rabanus inquit: Deus[3] pater omnipotens filium prodigum et luxoriosum, antiquum Adam, in genere humano peccatis sordidum et omni daemonum deceptione pollutum, paenitentem et reversum cum gaudio suscepit. Stola prima, qua eum de Hierusalem descendentem in Hiericho latrones spoliaverunt, induit, annulo decoravit, cf. Luc. 10, 30. calceamentis munivit et ad laeticiam receptionis eius cum amicis celebrandam non qualecunque pecus, sed vitulum saginatum, Christum videlicet, de armento patri- Luc. 15, 23. archarum in carne descendentem et gratia Spiritus sancti pinguissimum [occidit], quia salvum eum recipit. In epistola ad Ludovicum imperatorem.

(2) *C. VI (col. 230—231)* Et Ludovicus cum vidisset in Fuldensi ecclesia lucernas 814—818 ex adipe porcorum ali, promisit in Italia se donaturum isti coenobio olivetum, ut patet ex epistola Rabani ad Ludovicum et Irmingardem uxorem eius[4]. *(col. 270—271)* Ludovicus Fuldensibus promiserat olivetum quoddam in Italia: id ut accipiant, iam ad imperatorem, modo ad Irmingardem Lotharii uxorem[5], modo ad Baturicum archicapellanum, modo ad alios ea de re scribunt. — *C. X (col. 539)* Baturicus[6], monachus Fuldensis, a Ludovico surrogatus est Adelvino: ac postea a Lothario archicapellanus constitutus est[7] atque egit strenuum in eius aula patronum monachorum Fuldensium,

---

1) *immo filius Pippini regis Italiae et nepos Ludowici.* 2) *post seditionem ab eo a. 817. factam.* 3) *Cf. supra p. 415 v. 33 sqq.* 4) *quae obiit die 3. Oct. mens. a. 818.* 5) *quae obiit die 20. Mart. a. 851, nupsit Lothario a. 821.* 6) *Hrabani amicus, ut ex carmine eius (Poet. Carol. II, 173) elucet, successit Adelwino Ratisbonae a. 817., cf. de eo Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 433.* 7) *fortasse cum annis 815. et 816. Bavariam regeret.*

814—818 ut patet ex epistola eorum ad ipsum. Coluit deos alienos, de reliquiis Hemerani[1] aliquid impertivit Fuldensibus, oravit pro defuncto.

(3) *C. VI (col. 268)* Fuldense coenobium praeter alia bona etiam publica telonia habuit, ut apparet ex epistola abbatis Fuldensis ad Iudith imperatoris coniugem[2]. *(col. 271)* Telonea a Normannis ipsis[3] erant erepta: quae ut restituantur, Iudith Ludovici coniugem solicitant per epistolam.

(4) *C. VI (col. 279)* Sic monachi Fuldenses in epistolis suis ad Ludovicum mperatorem et alios reges Francorum prolixe iactitant suas, quas pro ipsis
828 ifaciant, preces. — Monachi Fuldenses pro rege Francorum, qui in Bulgariam susceperat expeditionem[4], et patre et exercitu eius in quadragesima mille missas et totidem psalteria se murmurasse iactitant in epistola ad eundem.

—840 (5) *C. III (col. 26)* Abbas Fuldensis in epistola ad Ludovicum valde queritur, suos a latronibus Sigeberto et sociis eius infestari. — *C. VI (col. 276)* Monachorum studium esse, nemini molestiam exhibere, neminem concutere, nemini calumniam facere, neminem detestari, sed erga omnes misericordiam et benevolentiam exercere et ea aliis praestare, quae sibi fieri velint: monachi Fuldenses in epistola ad Ludovicum indicant. *(col. 277)* Iidem in epistola ad Ludovicum fatentur, se esse sub eius iurisdictione.

816—817 (6) *C. VII (c. 346)* Imperator Ludovicus coenobia nonnarum visitari et quae in iis male fierent, corrigi iussit[5]: Rabanus in epistola ad episcopum quendam. *(c. 317)* Rabanus in epistola ad quendam episcopum petit, ut sibi liceat monasteriola nonnarum in eius parochia ad se pertinentia mutare et nonnas, quae videbantur non bene vivere iuxta regulam, in alia loca transferre secundum imperatoris edictum. *C. X (c. 546)* Visitavit nonnas, collegit reliquias sanctorum, ut patet ex epistola eius ad episcopum quendam.

826—842 (7) *C. X (c. 549)* Adelhelmus ab Otgario[6] educatus diaconus ordinatur in ecclesia Moguntina. Immemor vero beneficii patrono et nutritori suo malam reddit gratiam ac conatur eum honore et dignitate sua proditione exuere, quod cum male successisset, poenitentiam egit, ac pro eo Rabanus apud Otgarium in epistola intercedit, ut ipsi ignoscat. *(c. 543)* Adelhelmus diaconus eius conatus est ipsum honore et dignitate ecclesiastica privare, sed cum non in actum perducere potuisset, petiit delicti veniam ac Rabanum impulit, ut pro se ad illum intercederet. Epistola Rabani ad Otgarium. *(c. 548)* Dissidentes magna diligentia studuit ad reconciliationem adducere, ut patet ex epistola ad Otgarium, quem rogat, ut monachis suis et Adelhelmo subdiacono ignoscat.

826—842 (8) *C. X (c. 543)* Rabanus et monachi Fuldenses graviter cum eo *(sc.* Otgario*)* expostulant, quod Snaringum[a] monachum[7] excommunicasset et sibi remisisset in carcere detinendum, nec decimas promissas dedisset, ut patet ex epistolis ad eundem. *C. VII (c. 304)* Rabanus in epistola ad Otgarium queritur[8], eius presbyteros prohibuisse, ne suis ecclesiis aliquid offerretur. *(c. 305)* Inter bona ecclesiarum ... numerantur .. decimae, ut patet ex epistola Rabani ad Otgarium. *C. VI (c. 272)* Snaringus monachus Fuldensis, ab Otgario in synodo excommunicatus, iussus est includi in carcerem monasterii, donec archiepiscopus eum dimitti censeret. Rabanus

a) Suaringum *Fl., sed ut infra* Snaringum *legendum est.*

1) *Ratisbonensis episcopus praefuit etiam monasterio S. Emmerammi.* 2) *quae a. 819. Febr. mense Ludowico nupsit.* 3) *Annis circiter 835—837, unde sequitur, ut Hrabanus hanc epistolam scripserit.* 4) *Ludowico Germanico a. 828, cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 37.* 5) *a. 816. vel paulo post.* 6) *archiepiscopo Moguntiacensi 826—847.* 7) *Cf. Annal. necrol. Fuld. a. 862 (SS. XIII, 178):* Snaring monachus VI. Non. Mar. obiit. Snarih monachus. 8) *Hoc fragmentum et sequens huc pertinere L. Traube recte vidit Poet. aevi Carol. III, 709 n. 3.*

in epistola ad Otgarium. *C. X (c. 547)* Fuit etiam tum ei contentio cum Otgario, cuius presbyteri monachum suum iniuste excommunicaverant, ut patet ex epistola (Rabani) ad eundem. *C. VII (c. 309)* Et Rabanus in epistola ad Otgarium: Cum praesul alicui subiecto correptionem impendere debet, primum oportet eum considerare, utrum ille, cui correptionem impendere vult, ad se pertineat aut ad fratrem et coepiscopum eius; si autem ad se videbit et ad suam parochiam illum pertinere, iam discernat, utrum regularis sit et abbatem habeat, ad quem pertineat cura ipsa et custodia, aut canonicus sive etiam laicus. Deinde ipsum factum perpendere oportet, utrum tale sit, quod universam Christi ecclesiam commoveat atque fidei catholicae plurimum noceat aut aliquibus obsit eorumque libito soliti aliquod incommodum ingerat sicque secundum modum culpę excommunicationis sive disciplinae temperet mensuram. *C. VI (c. 239)* In excommunicatione autem ratio habebatur delictorum ac pro eorum diversitate ferebantur etiam diversae sententiae, ut Rabanus indicat in epistola ad Otgarium: Canonicae enim excommunicationis, ni fallor, quinquepartita divisio est, hoc est inter audientes, inter catechumenos, inter eos, qui sola oratione fidelibus communicant, inter eos, qui oblationes offerunt, et inter eos, qui ab altaris communione tantummodo suspenduntur, quarum disciplinarum coartatio pro differentia culparum delinquentibus impendenda est. *C. IV (c. 98)* Rabanus ait: Primus angelus, qui per superbiam de coelo cecidit, homini possidere paradisum invidit. In epistola Rabani et Fuldensium monachorum ad Otgarium archiepiscopum. 826—842

(9) *C. VII (c. 317)* Rabanus in epistola ad Otgarium: Recipe eos poenitentes[1] viamque veritatis insinua atque sanis sermonibus provoca eos ad humilitatem, ut recordentur, quid promiserint et cui voti sui debitores sint, doceque illos, ut sint sani in fide ac bonis operibus sedulo intenti. Si quid autem de ecclesiasticis atque secularibus negotiis agere tentent, hoc cum vestro consensu et praecepto faciant. Quod aliter hoc fieri non decet, cum sacri canones hoc praecipiant, ut monachi per unamquamque provinciam subiecti sint episcopo civitatis et neque civilibus neque ecclesiasticis negociis se implicent, nisi forte praecipiatur eis ab episcopo civitatis propter opus necessarium, sed in locis, quibus renunciaverunt seculo, sedulo manentes, ieiuniis et orationibus operam dent. Verumtamen oportet episcopum secundum eosdem canones condignam providentiam monasteriorum gerere, quomodo subsistere valeant et non deficiant. *C. VI (c. 209—210)* Rabanus ait: Si caritas vestra hoc eis pręstiterit et reconciliationem plenam exhibuerit, credo omni tempore illos vobis exhibere devotos, et sic transitus vester pacificus ad sacra apostolorum limina[2] et utilis erit, habebitisque ipsos apostolos pro vobis apud Dominum intercessores, ipseque Dominus annuet precibus vestris. In epistola ad Otgarium. *(c. 210)* Rabanus ait: Suppliciter posco, ut cum Deo opitulante ad limina apostolorum venietis, mei miseri et valde peccatoris in sacris orationibus vestris memores esse dignemini, quatenus princeps apostolorum, cui claves regni coelorum commissę sunt, cum votis vestris annuerit et pro vobis apud Dominum intercessor fortissimus extiterit, tunc etiam mihi veniam peccatorum meorum exorare et impetrare dignetur. In epistola ad Otgarium. *C. X (c. 546)* Orationi Romani pontificis plus attribuit pro acquirenda venia apud Deum, quam aliorum. In epistola ad Otgarium.

(10) *C. IV (c. 267)* Et Rabanus in epistola ad Otgarium probat[3] monasterii sui bona esse imperatoris. *C. VI (c. 271)* Rabanus in epistola ad Otgarium: Praeterea sunt, ut nostis, possessiones istius monasterii et ecclesię ad eam pertinentes

---

1) *Cf. supra p. 415 v. 32.* 2) *De hoc itinere Otgarii Romano nihil constat. Fortasse anno 835. exeunte, cum legatus ad Lotharium imperatorem missus est, Romam usque perrexit.* 3) *Cf. quomodo Traube (Poet. Carol. III, 709) hanc epistolam suppleverit.*

826—842 proprietas dominicalis, quae domino imperatori ex paterna successione haereditario iure provenit, ideo timemus inde aliquid perdere.

829 (11) *C. X (c. 579)* In conventu Wormaciensi[1] Ludovici et episcoporum decretum promulgavit (Hildvinus), quod omnibus liceat in universis parochiis titulos ad sese pertinentes cum episcopi assensu propriis presbyteris commendare. Epistola Rabani ad Otgarium. *C. IX (c. 404)* Ludovicus imperator cum omni episcoporum consensu in generali suo placito apud Wormaciam habito, per Lotharium filium suum et Hiltwinum archicapellanum de hac re (scilicet omnibus ubique licere in universis episcoporum parochiis non solum clericis et abbatibus, sed etiam laicis et vasallis dominicis ecclesiae titulos ad se pertinentes cum episcopi consensu propriis presbyteris commendare) iussit intimare. In epistola Rabani et monachorum Fuldensium ad Otgarium archiepiscopum. *C. VII (c. 291)* Et Hilduinus archicapellanus dicitur in epistola Rabani ad Otgarium. *C. II (c. 4)* Et Hilduinus ac episcopi occidentales inquiunt: Una est catholica ecclesia per totum orbem terrarum diffusa. Rabanus in epistola ad Otgarium. — *C. IV (c. 162)* Rabanus: Differentia non debet esse in
Eph. 5, 8. diversitate nationum, quia una est ecclesia catholica per totum orbem diffusa et quique fidelium filii sunt lucis, cum sint filii Dei. In epistola ad Otgarium archiepiscopum.

826—842 (12) *C. X (c. 543)* (Otgarius) Fuit vir in sacris literis apprime eruditus, teste Rabani epistola ad eundem. — *(c. 547)* Imbecilli corpore fuit, ut in epistola ad Otgarium et in epicedio suo testatur. Multorum iniuriis expositus fuit, cum esset in coenobio, adeo ut scribat ad Otgarium, nisi ab eo defendatur, se cum suis in cellas aufugiturum. — *C. IV (c. 39)* Non posse everti verbum Dei, Rabanus docet in epistola ad Otgarium archiepiscopum. Frustra quis nititur divina constituta, quae ecclesia catholica divinitus sibi commendata inconvulsa tenet, per pravam machina-
2. Tim. 2, 19. tionem evertere, cum Paulus apostolus dicat: 'Firmum Dei stat fundamentum habens signaculum veritatis'. *(c. 61)* Rabanus: Dei iudicium iniustum esse nullo modo credimus, in epistola ad Otgarium archiepiscopum. Omnipotens nullum peccatum impunitum dimittit: Rabanus in epistola ad Otgarium archiepiscopum. *(c. 187—188)* Scio, in quibus angustiis versamur et sub quibus periculis in hoc mundo constituti sumus, ita ut quotidie periclitemur et imparati ad tribunal iustissimi iudicis hinc rapiamur, ut ibi recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit sive bonum sive malum. In epistola ad Otgarium archiepiscopum. *C. IV (c. 112)* De peccato in Spiritum sanctum inquit Rabanus: Desperatio inter omnia minima maximum crimen est, quod videlicet irremissibile peccatum et blasphemiam in Spiritum sanctum quidam intellexerunt. In epistola ad Otgarium archiepiscopum.

835 (13) *C. X (c. 559)* (Ludovicus) Et captum illum (sc. Ebbonem) in Fuldense coenobium misit[2] ac custodiri in carcere iussit eundemque, cum fama increbuisset, quod Lotharius eum conaretur in Italiam ad novas turbas evocare et quod ipse literas scriberet, quibus ecclesiam et rempublicam denuo perturbaret, praecepit abbati per Adalbertum legatum suum[3], ut eum diligentius et accuratius custodiret, ut patet ex epistolis abbatis ad Drogonem[4] et ad Marquardum Prumiensem[5] et ad Iuditham. *C. VI (c. 272)* Ebbo[6] etiam a Ludovico depositus in Fuldense coenobium est abditus, ut patet ex epistola abbatis ad Drogonem. *C. VII (c. 291)* Sic Drogo episcopus Metensis summus capellanus appellatur ab abbate Fuldensi in epistola ad eundem. *C. VI (280)* Abbas Fuldensis in epistola ad Marquardum Prumiensem

1) *a. 829. celebrato, cf. Simson, Jahrb. des fränk. Reiches unter Ludw. dem Fr. 1, 324, supra p. 422 n. 3.* 2) *a. 835, cf. Simson, Ludw. der Fr. II, 136.* 3) *Mettensem, ut videtur, comitem.* 4) *Mettensem archiepiscopum 823—856.* 5) *abbatem a. 829—853.* 6) *Remensis archiepisc. inde ab a. 816.*

petit, ut pro Ebbone restituendo ad Carolum imperatoris filium intercedat. *C. X (c. 583)* 835 Marcvardus, vir astutia et hypocrisi clarus, successit (Tancrado) praeceptor[a] Caroli, Ludovici filii, ut patet ex epistola abbatis Fuldensis ad eundem.

(14) *C. X (c. 548)* Episcopum quendam exulantem in Germania (videtur Ebbo fuisse) consolatus est eique vestes misit. *C. IV (c. 178—179. 89. 174)* Rabanus ait: Benedictus Deus et pater domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum et Deus [2. Cor. 1, 3.] totius consolationis, sine cuius nutu nec passer super terram cadet: quanto magis homo, [Matth. 10, 29.] quem ad gloriam, ad imaginem suam ipse creavit, qui electos suos in pręsenti seculo ita diligere consuevit, ut quos suo dignos amore duxerit, paterno verbere castigare non cesset. Flagellat enim et sanat, vulnerat et medetur, ut ab omni labe mundanae [cf. Hebr. 12, 6. Iob 5, 18.] contagionis piis correptionibus emundatos suis conspectibus in aeterna luce dignos efficiat. Propterea patientes estote et nolite amittere confidentiam vestram, quę si [Iac. 5, 7. 8. Hebr. 10, 35.] perseveraverit, magnam a Deo habet remunerationem. Nihil enim, ut scriptum est, in [Iob 5, 6.] terra sine causa fit, nec aliquid fieri[b] potest, quod permiserit aut iusserit Deus, qui etsi, pro qua ipse scit causa, vestrae excellentiae ad tempus flagellum iusto iudicio irrogavit, non tamen obliviscetur patientiae et humilitatis vestrę nec misericordiae et consolationis suę a vobis munus amovebit, sed ideo momentaneam vos humiliationem subire patitur, ut abstersa labe, quę oculos suae maiestatis forte offenderat, non solum pristinis honoribus, verum etiam aeterna beatitudine vestram sanctitatem dignam efficiat. In epistola ad episcopum quendam.

(15) *C. VI (c. 280)* Rabanus in epistola quadam abbatem officio suo deiectum[1] consolatur multis scripturae testimoniis. *C. IV (c. 40), Catal. test. ver. L. IX (a. 1608 col. 906)* Rabanus in epistola ad abbatem quendam: Sapientia divina, quae in sacra scriptura elucet omnibus tam potentibus quam infirmis, tam sapientibus quam insipientibus, si eam recte intenderint et ei rite obedierint, medicina salubris est. Ipsa est illuminatio animae, ipsa correctio vitae, ipsa semita iustitiae, in ipsa acquisitio [cf. Prov. 12, 28.] sempiternae gloriae[c], ipsa moerentes consolatur in labore et exercet in virtute patientię, promittit coronam in pręmii perceptione: et ideo magis maiores atque minores eius adminiculo indigent eiusque magisterio opus habent. Huius enim assiduitas in lectione te, amantissime, consoletur, exhortamentis foveat atque exemplis confortet. In epistola ad abbatem quendam. *(c. 59)* Rabanus inquit: Deum, qui omnipotens est et non est personarum acceptor, omnia novit et omnia nutu potentiae suae ad quod [Act. 10, 34.] voluerit convertere poterit, assidue deprecamur, ut ipse tuam causam agere teque defendere et iudicium tuum ad bonum finem perducere dignetur, ut, sicut modo tibi condolentes socios fecit esse passionum, sic et per gratiam socios tribuat fieri con- [cf. 2. Cor. 1, 7.] solationum. Dilectionem tuam divinitas domini nostri Iesu Christi diu hic incolumem conservare dignetur. Rabanus in epistola ad abbatem quendam.

(16) *C. X (c. 550—551)* Hadubrandus presbyter[2] familiaris fuit Rabano, qui eum monet in epistola, ne propter improbos et odia vocationem suam deserat. In altera vero epistola eundem graviter reprehendit, quod decimas a christianis exigat cum iureiurando, nec[d] prius ad communionem admittat, quam eas solvissent, nec infantes alio quam paschatis et pentecostes tempore velit baptizare. *C. VII. IV (c. 319, 161—162, 197), Catal. test. ver. L. IX (col. 911)* Rabanus Hadubrandum consolans[e] hortatur, ne propter improbos vocationem suam deserat. 'Si dixeris mihi, inquit, hic et hic, illic et illic

---

a) praecepto *Flac., corr. Simson Ludw. d. Fr. II, 305, cf. I, 326 n. 4.* b) non *add. Fl. col. 179.* c) ipsa correctio vitae *repetit Flacius hic.* d) ne *Fl.* e) consulans *Fl.*

1) *Nescio quem. Bernwicus S. Galli, Walahfridus Augiensis, Odo Ferrariensis abbates propter studium Lotharii a. 840. de sedibus deiecti sunt.* 2) *Hadubraht vel Hadubrant notatur in annalibus necrol. Fuldensibus ad annos 842. 854. 861 (SS. XIII, 174. 177. 178), ex quibus unus Hrabani amicus fuisse oportet.*

mutantur hominum mores et disciplinae vigor cadit, hoc a me recipias responsum, quod nusquam omnes boni nisi in coelo, nusquam omnes mali nisi in inferno. Iudas in comitatu Christi inter apostolos fur erat et proditor. Inter septem diaconos primos Nicolaus inventus est reprobus. Nec tamen Petrus propter Iudam perdidit principatum, nec Stephanus propter Nicolai errorem deviavit a veritate. Sagena Domini in praesenti pelago trahit pisces bonos et malos usque ad littus. Cum autem ad littus perventum fuerit, mittet filius hominis angelos suos et colligent omnia scandala de regno eius, bonos autem pisces recipient in vasa congrua, malos autem proiicient foras. In epistola ad Hadubrandum presbyterum. *C. VI (c. 284)* Rabanus in epistola ad Hadubrandum archipresbyterum: Audiebam populum tuae curae subiectum contra te murmurare et de aegritudine tua gratulari. *(c. 238)* Rabanus in epistola ad Hadubrandum archipresbyterum: Aiunt, quod ab eis modo per sacramenta decimae eorum exigantur et nemini eorum liceat ecclesias intrare et missas audire atque communicare, nisi prius sacramentum det, quod omnium rerum suarum decimam rite oblatam habeat. *C. VII (c. 301)* Novum est, quod hoc seculo coeperunt iusiurandum exigere de decimis rite oblatis et de infantum morbis, quod non possint vivere, donec solenne tempus adveniat, quo baptismus celebrari solebat, ut patet ex epistola Rabani ad Hadubrandum. *C. VI (c. 237—238)* Addunt etiam, quod nulli presbyterorum liceat infantes eorum, nisi in paschate et in pentecoste, quanquam etiam infirmi sint, baptizare, nisi ipsi parentes in altari sive in reliquiis sanctorum ante iurent, quod allatus infans diutius non possit vivere et cum hoc noluerint parentes facere, quia inscii sunt de eorum longaevitate, plurimi iam ex ipsis infantibus non consecuto Christi baptismate defuncti sunt. Quod quam absurdum sit, facile adverti potest. Rabanus in epistola ad Hadubrandum archiepiscopum[a]. *C. IV. VI (c. 141, 234)* De tempore inquit Rabanus: De baptismatis autem perceptione bonum mihi videtur, ut novella illa gens, quae inter paganos constituta sub tuo regimine gubernatur, non nimis constringatur ad illa duo legitima tempora paschatis et pentecostes servanda, sed ubi opportunitas dictat et possibilitas sinit. Quod si fuissent pariter in civitate, ubi clericorum frequentia est, legitima tempora possent facile observare, sed qui in pagis longius ab ecclesiis ac presbyteris constituti sub maximo periculo gentilium versantur, melius puto, ut extra pascha et pentecosten baptizentur, quam sine baptismo periclitentur et originali constricti peccato mortem incidant perpetuam. Quid autem inde sacri canones praecipiant, non arbitror te ignorare, ubi scriptum est, Leone papa dicente[1]: Ita enim ad has duas festivitates connexas[b] sibimet etc. Rabanus in epistola ad Hadubrandum archipresbyterum. *(c. 80)* Quod patiens fuerit Christus, Rabanus inquit: Siquidem filius Dei unigenitus, cum inter homines conversatus est, nihil egit vi, nihil per austeritatem, nihil per severitatem, sed omnia per mansuetudinem et patientiam, de quo scriptum est: 'Qui cum malediceretur, non remaledicebat, cum pateretur, non comminabatur'. Eleemosynam largiri suadebat, neminem facere cogebat, viam iusticiae ostendebat, sed nemini poenam ingerebat: quod indecens erat, ut gratię violentiam cuiquam ingereret, ut gratia gratis data et placide collata ab hominibus libentius susciperetur: cuius exemplum te sequi oportet. In epistola ad Hadubrandum archipresbyterum.

Act. 6, 5. — 1. Petr. 2, 23.

c. 832—c. 845 (17) *C. X (c. 548)* Alios ad diligentiam in officio ecclesiastico adhibendam saepius adhortatur, ut patet ex epistola ad Simonem et ad Hadubrandum. *(c. 547—548)* Noticiam habuit . . . et Ebbonis et Simonis episcopi Sueonum[2], cui etiam munera

a) *corr.* archipresbyterum. b) connexa *Fl.*

1) *Ep. 16 ad episc. Sicil. c. 5, Jaffé 414, opp. edd. Ballerini I, 721.* 2) *qui et Gauzbertus, Ebbonis consanguineus, a. c. 832. consecratus, pulsus postea episcopatu Osnabruggensi donatus est, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 277. 280.*

misit in epistola ad eundem. *C. IV (c. 173)* Rabanus inquit: Non est miran- c. 832—c. 845 dum, si mundus odio habeat servos Christi, qui ipsum Dominum antea oderat et occi- cf. Ioh. 15, 18. dere tractabat. Magna gloria est famulorum, si rite sequantur vestigia dominorum. ‘Sufficit discipulo, ut sit sicut magister eius et servus sicut dominus eius’. In epistola Matth. 10, 25. ad Simonem magnum sacerdotem. *(c. 174)* De causa Rabanus ait: Ubi Christus in causa est, non est verendum odium pravorum, sed amplectendum. Felix qui cum Christo coadiunctus odium sustinet mundi. Separat ergo se a corpore, qui non vult odium sustinere cum capite. Proinde sancti martyres poenas contemnebant persecutorum, ut suo corpori iungerentur in regno coelorum. In epistola ad Simonem magnum sacerdotem. *(c. 194)* Quis nos in vitam aeternam sit translaturus Rabanus monet: E coelis exspectamus Dominum nostrum salvatorem, qui reformabit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis suae et praeparat electis suis locum in regno patris sui, quos in finem mundi venturus illuc secum recipiet, ut vivant semper et laudes illi decantent in secula seculorum. Rabanus in epistola ad Simonem sacerdotem. *C. VI (c. 230)* Transmitto vobis unum missale cum lectionibus et evangeliis unumque psalterium et librum Actus apostolorum, inquit Rabanus in epistola ad Simonem[a]. Rabanus in epistola ad Simonem[a]: Mitto vobis tres vestitus ad tria altaria. *(c. 232)* Idem in epistola ad Simonem[a] inquit: Transmitto vobis duos vestitus sacerdotales, casulas duas et camisias duas, bina horaria[b] cum binis mappulis seu cingulis, item corporale et pallium. Rabanus in epistola ad Simonem[a] inquit: Mitto vobis unam gloggam et unum tintinnabulum. *(c. 281)* Rabanus in epistolis ad Simonem magnum sacerdotem inquit: In sermonibus meis si aliquid gratum vobis inveneritis, ad Dei laudem referatis. Caeterum, si quae vituperanda perspexeritis, nostrae imperitiae atque fragilitati deputetis. Eadem verba repetit in epistola ad Eberhardum comitem[1].

(18) *C. X (c. 551)* Humbertus episcopus[2] familiaris fuit Rabano ac cum eo —842 saepe contulit de quaestionibus difficilioribus, ut patet ex Rabani literis ad eundem. Fuit homo literatus et scripta patrum sedulo legit. Non plane vacuus fuit a stipulis huius seculi, praesertim de cultu reliquiarum et sanctorum ac de traditionibus humanis. Nam de poenitentium ritibus valde fuit sollicitus, somnians iis expiari peccata. Propagationem religionis christianae doctrina et vita sua promovit. Ecclesiasticorum fornicationes non probavit. Item rationem baptismatis damnavit. Utrum dies mortis singulis praestituta sit, an vero tantum Dei voluntate ignotis causis vel vivat vel moriatur homo, dubitavit ideoque ea de re Rabanum consulit, qui per epistolam docet eum, singulis a Deo certum tempus mortis esse praefinitum ab aeterno.

C. IV (c. 61) Rabanus inquit: Licet in quarundam sententiarum expositionibus aliquantulum ab invicem discreparent, tamen omnes id sentire mihi videbantur, ut hominis initium et medium et finis in voluntate ac potestate Dei consisteret; quod in manu eius sunt omnes fines terrae et omnia quaecumque vult facit in coelo Ps. 94, 4. et in terra, in mari et in omnibus abyssis, nullamque eum necessitatem constringere, ib. 134, 6. ut non possit facere quod velit aut mutare sententiam, si voluerit; quod in voluntate eius universa sunt posita, et non est qui possit resistere voluntati eius. Sciendum Esth. 13, 9. tamen est, quod nequaquam eius substantia per tempora varietur. Unde non eum modo velle hoc, modo illud velle, sed semel et simul et semper velle omnia quae vult, non iterum et iterum, neque nunc ista nunc illa, nec velle postea quod nolebat, aut nolle quod volebat prius, quod talis voluntas mutabilis est et omne mutabile aeter-

a) Simeonem *Flac.* b) hororia *Fl.*

1) *Cf. supra p. 481 v. 22.* 2) *Wirciburgensis (831—842), antea chorepiscopus. Cf. supra p. 439. 441. 445, infra p. 530 v. 4.*

—842 num non est. Deus autem noster aeternus. Unde, quoniam omnia pręterita pręsentia atque futura illi semper praesentialiter adsunt, et ipse ab initio omnia novit et praesentia eius eum nunquam fallere potest, credendum mihi videtur, quod nihil ei novi accidere possit, sed omnia, quae quando et quomodo ventura sunt, eius noticiae certitudine ab initio comprehendi. In epistola ad Humbertum episcopum.

(c. 89. 58) Nos intra tempora volvimur per hoc quod creatura sumus. Deus autem, qui creator est omnium, aeternitate sua tempora nostra comprehendit. Ipse nostra comprehensibiliter conspicit, nos autem ea quae eius sunt comprehendere nullatenus valemus. In epistola ad Humbertum episcopum. *(c. 58—59)* Item Deus hoc est quod habet: aeternitatem quippe habet, sed ipse est aeternitas; lucem habet, sed lux sua ipse est; claritatem habet, sed ipse est claritas sua. Non est ergo in eo aliud esse et aliud habere. Ibidem. *(c. 89)* Item: Nulla quae in hoc mundo hominibus fiunt absque omnipotentis Dei consilio occulto veniunt. Nam cuncta Deus secutura praesciens, ante secula discrevit, qualiter per secula disponentur. Statutum quippe iam homini est, vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur, vel quantum adversitas feriat, ne electos eius aut immoderata prosperitas elevet aut nimia adversitas gravet. Statutum quoque est, quantum in ipsa vita mortali temporaliter vivat.
Isai. 38, 5. Nam etsi annos quindecim Ezechiae regi ad vitam addidit omnipotens, cum eum mori permisit, tunc eum moriturum esse praescivit. Qua in re quaestio oritur, quomodo ei
Isai. 38, 1. per prophetam dicatur: 'Dispone domui tuae, quia morieris tu et non vives', cui cum mortis sententia dicta est, protinus ad eius lacrimas[a] est vita addita. Sed per prophetam Dominus dixit, quo tempore mori ipse merebatur, per largitatem vero misericordiae illud ei tempus ad mortem distulit, quod ante secula ipse praescivit. In epistola ad eundem.

(c. 91) Rabanus inquit: Omnium dies in praedestinatione Dei noscuntur esse diffiniti, sed illis dimidiabuntur dies sui, quibus contra dispositum proprium provenire monstratur occasus. Ideo enim additum est Suos, ut voluntarios intelligeres, non a Deo constitutos. In epistola ad Humbertum[b] episcopum.

(c. 187) Rabanus inquit: In brevi praesens vita finietur, et cito ante tribunal Christi stabimus rationem reddituri de omnibus actibus et iudiciis nostris. In epistola ad Humbertum episcopum.

(c. 67) Rabanus in epistola ad Humbertum Christum vocat principem pastorum et iudicem omnium vivorum ac mortuorum.

(c. 190) Rabanus: Ad iudicium Dei tendimus, ut eius sententia aut pro reatu puniamur aut pro bonis meritis coronemur. In epistola ad Humbertum episcopum.

(c. 207) Rabanus inquit: Et ut liberum significaret arbitrium, dicit se et mala annunciare genti et regno illi vel illi et rursum bona: nec tamen hoc venire, quod ipse praedixerit, sed e contrario fieri, ut et bona malis veniant, si egerint poenitentiam, et bonis mala, si post repromissiones fuerint ad peccata conversi. In epistola ad Humbertum episcopum.

(c. 208) Rabanus inquit: Necesse est ad impetrandam veniam pro universis delictis nostris, dum tempus habemus, clementiam illius humillimis[c] precibus ac bonis actibus nobis conciliare studeamus, pręoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. In epistola ad Humbertum episcopum.

C. VI. VII (c. 285. 295). Sed quia per commessationem, ebrietatem[d], turpia verba et[e] ioca in conviviis celebrata saepe rixae oriuntur atque homicidia perpetrantur, exceptis his, quae latrones et maligni homines quotidie in insidiis ob cupiditatem agere

a) lachrymas *Fl.* b) Hubertum *Fl.* c) humilimis *Fl.* d) et *add. Fl. c. 295.* e) ac *Fl. c. 295.*

solent, necessarium mihi videtur, ut sedula praedicatione ab his vitiis abstinere plebes admoneantur. Rabanus in epistola ad Humbertum. —842

(19) *C. VI (c. 284)* Humbertus episcopus Rabano questus est superbos multiplicia passim ob feritatem animi committere parricidia, qui nec seculari vindicta nec ecclesiastica coherceantur disciplina: ut patet ex epistola Rabani ad Humbertum.

C. VII (c. 299) Rabanus in epistola ad Humbertum: Nam quod sine dolore et gemitu dicere non possum, vigor ecclesiasticae disciplinae in aliquantis locis his temporibus ita mollescit, ut parricidium committere plurimi non vereantur, adulteria et incaestus impune fiant, periuria quaeque, furta et homicidia pro nihilo ducantur, nemo tales corripit, nemo excommunicat, nemo extra ecclesiae societatem fieri anathematizando compellit, sed boni malique, iusti et impii indifferenter ecclesiam intrant, mixtim in convivio discumbunt, ubi epulis atque ebrietati lusibusque atque inanibus iocis aequaliter deserviunt.

C. VI (c. 242) De eo, qui non schismatis contentione, sed simplicitatis errore baptismum iteraverat Rabanus in epistola ad Humbertum scribit, quod nullo modo ab ordinis et gradus sui honore deiici debeat, eo quod nec Apollo, qui nonnisi Act. 18, 25.
Iohannis baptisma sciebat, ab apostolis de officio praedicationis sit remotus.

C. VI (c. 278) Sanctimoniales fornicantes post tertiam verberationem in carcerem mittebantur ibique cum pane et aqua per annum poenitentiam agebant iuxta Bonifacii decretum in synodo factum anno Domini 742[1]. Rabanus in epistola ad Humbertum . . . Humbertus episcopus in epistola ad Rabanum queritur fornicationis ludibrio non solum laicas, sed etiam ecclesiasticas diffamari personas, et maxime in illis locis, ubi sanctimonialium foeminarum casta debuit esse conversatio. Tam spurca enim ibidem in aliquibus locis fieri narrantur libidinis inquinamenta, ut incaesti crimen pro nihilo ducatur. Et cum tanta infamia in ore vulgi inde circumquaque disseminetur, nulla pro hoc talibus personis nascitur erubescentia ac ordinis reverentia, sed sub praetextu ac velamine consanguinitatis quasi sub specie pietatis celant sordes impietatis. In huiusmodi Rabanus gravem vindictae severitatem, si tam nefandae rei veritas cognoscatur, vult exerceri. Ubi vero scelus latet, propter suspicionem nullam vult fieri vindictam. Probat id scripturae testimoniis de non vindicando; item exemplo Dei, qui non statim post clamorem punivit Sodomitas. Gen. 18, 20sqq.

(20) *C. VI (c. 285)* Quidam in Humberti parochia in ecclesiam irruperat et sicarium, qui fratrem eius occiderat, una cum cognatis suis eo confugientibus iuxta altare interfecit; et capsas cum reliquiis sanctorum et cruces huc illucque dispersit. Rabanus in epistola ad Humbertum.

C. VII (c. 311) Sic Rabanus suadet Humberto, ut in generali concilio accuset parricidam illum, qui in templo ad altare interfecerat homines innocentes.

C. VI (c. 230) Ac erant isthic reorum asyla, ut patet ex epistola Rabani ad Humbertum . . Cruces, ut constat ex epistola Rabani ad Humbertum.

(c. 244—245) Qua fronte praesumit ille sine distincta et diuturna pęnitentia ad percipiendum corpus et sanguinem Christi sacro altari appropinquare, qui non timuit illud in iniuriam Dei humano sanguine per homicidium foedare? Rabanus in epistola ad Humbertum.

C. VII (c. 319) Sic Rabanus Moguntinus archiepiscopus Humberto communicat suam sententiam de poenitentia eorum qui caedes perpetrant in epistola ad eundem.

C. X (c. 546) Homicidam iubet deserta seculari conversatione in monasterium ire et ieiuniis atque orationibus Deum placare in epistola ad Humbertum.

---

1) *Bonifatii ep. 56, EE. III, 311.*

—842 *C. VII (c. 296)* Rabanus in epistola ad Humbertum: Sed ante omnia
diligens consideratio debet esse apud praesulem in poenitentis studio et affectu orationum atque ieiuniorum et sic moderatio exhibenda disciplinarum, prout conversorum animi inspiciuntur esse devoti. Pariter etiam habendus est senilis aetatis intuitus et periculorum quorumque aut ęgritudinum necessitates, in quibus si quis ita graviter urgeretur, ut, dum adhuc poenitet, de salute ipsius desperetur, oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subveniri, sicut in decretis Leonis papae scriptum est[1]. Contra superbos vero et contumaces debet esse constantia in sacerdotibus Christi.

C. IV (c. 168—169) = Catal. test. verit. L. IX (col. 911) Rabanus inquit: Quomodo in Christi sacerdotibus discreta debet esse pietas erga condigne poenitentes, ita debet et fortis esse constantia contra superbos atque contumaces. Nec debet ulla terrena potestas terrere rectorem animarum nec mollire secularibus blandimentis rigorem Christi pontificum, qui vicarii principis pastorum in ecclesia Dei esse videntur. Hoc et apostolorum docet auctoritas, qui mundum contra se insolescentem verbo domabant; et sanctorum pontificum, qui eorum imitati sunt virtutem, copiosa testantur exempla, ut Ambrosii, qui Theodosium imperatorem et Aviti, qui Gundobatum Burgundiorum
Luc. 21, 8. 9. ducem excommunicavit. Item evangelica auctoritas maxime hoc nobis commendat, ne terreamur minis vel seducamur adulationibus hominum, quibus pro pio certamine promissum est regnum coelorum. In epistola ad Humbertum episcopum.

C. X (c. 546) Ad quaestiones difficiles ab Humberto, Reginbaldo, Bonoso et aliis propositas de rebaptizatione, poenitentia, de nuptiis et de aliis rebus respondit, ut patet ex epistolis eius.[2]

—853 (21) *C. VI (c. 271)* Reginarius et Aistulphus episcopi[3] a Rabano petierunt sibi homilias conscribi, ut patet ex epistolis eius. *C. X (c. 543)* Usus est Rabani opera (sc. Aistulphus), quem homelias iussit scribere, quibus uteretur in diebus festis, de vitiis et virtutibus praecipuis, ut patet ex Rabani epistola ad Reginarium. *(c. 518)* Rabanus ei (sc. Reginhario) concionem praescripsit et sermones homeliaticos de festivitatibus et principalibus virtutibus ac vitiis misit, ut patet ex epistola ad eundem. *C IV (c. 169)* Nunc igitur, quia divina gratia dolum antiqui hostis pate-
cf. 2. Tim. 4, 2. fecit ac te fortiorem illo esse donavit, instanter verbum Dei praedica, populum ab errore revoca et signi miraculum, quod factum est in testimonium coram populo, adhibe, ut omnes intelligant, quod Iesus Christus deus et dominus est. In epistola ad Reginharium corepiscopum. *(c. 58)* Rabanus inquit: Dominus Iesus Christus Deus et dominus est coeli et terrae, et universa creatura subiecta est sub pedibus
Ps. 134, 6. eius omniaque quae vult facit in coelo et in terra, in mari et in omnibus abyssis; nec
Est. 13, 9. est potestas, quae ei contradicere possit, quia cuncta in ditione eius sunt posita; nec est qui possit resistere voluntati eius, dominus enim universorum ipse est. Idcirco omnes properent ad illum, quaerentes ab eo sanitatem corporum et salutem animarum
Ps. 145, 14. suarum, quia ipse erigit elisos, solvit compeditos, illuminat caecos, diligit iustos, ipsius-
ib. 32, 19. que clementiam assiduis precibus implorent sperantes in misericordia eius, ut eripiat
ib. 146, 11. animas eorum et alat eos in fame. Bene placitum enim est super timentes eum et in eis qui sperant super misericordia eius etc. In epistola ad Reginharium chorepiscopum. *C. VI (c. 262)* Rabanus scribit in epistola ad Reginharium,
Matth. 14, 31. quosdam modicae fidei vel potius inimicos verae fidei illud, quod Christus adulteram
Ioh. 8, 11. absolvit, de codicibus suis auferre, quod illo exemplo metuant mulieribus suis peccandi

1) *Leonis ep. 159 ad Nicet. Aquileiens. c. 6, opp. edd. Ballerini I, 1333. 1334.* 2) *Cf. supra p. 445, 448, 455.* 3) *De homiliis Haistulfo missis cf. supra p. 391, de Reginhero, qui Thuringiam administravit atque anno 853. obiit, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 315.*

impunitatem dari. *(c. 286)* Quidam fratris sui uxorem dormientem compressit in Thu- 853 ringia, ut Rabanus indicat in epistola ad Reginharium. *(c. 242)* Quidam in partibus Thuringiae germani sui uxorem, ipsa nesciente noctu oppressit. Ea de re Rabanus iudicat: quod si mulier queat probare se delusam et invitam tale peccatum patrasse, debeat poenitentia legitime peracta ad mariti sui thorum redire, moechum vero iure matrimonii privat et perpetuae subiicit poenitentię. In epistola ad Reginharium corepiscopum. *C. VII (c. 300)* Et Rabanus in epistola ad Reginharium iubet, ut ipse tempus poenitentiae iuxta modum compunctionis suae studii atque devotionis penset atque temperet. *C. IV (c. 146)* De fine absolutionis inquit Rabanus: Per claves regni coelorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. In epistola ad Reginharium chorepiscopum.

(22) *C. VI (c. 266)* Unde Rabanus in admonitione ad populum Reginhario episcopo missa inquit: Rugiunt daemones iuxta reliquias et sepulchra sanctorum illius[1]. *C. IV (c. 98)* Rabanus inquit: Antiquus hostis diversos errores per suos ministros seminat in mundo ad decipiendos homines sibi consentientes, ut deserant veritatem et sequantur mendacium. Ipse enim, ut sacrum evangelium testatur, mendax Ioh. 8, 44. fuit ab initio et pater eius: hoc est inventor et auctor mendacii, quia ab ipso coepit origo totius mali et perditionis, qui primum se suosque sequaces per superbiam, quam ipse primum invenit, de coelesti gloria in chaos infernale praecipitavit. Deinde hominem, quia ad imaginem Dei conditus est et ad supplementum illius numeri, quem Gen. 1, 27. diabolus cadendo minoravit, ordinatus est, suasu maligno seduxit et creatori suo inobedientem effecit. In admonitione Rabani ad populum, quam Reginhario chorepiscopo misit. *(c. 205)* Sicut Rabanus inquit, tot homines creari a Deo, quot angeli sunt lapsi, ut ita numerus suppleatur. In admonitione ad populum, quam Reginhario episcopo misit. *(c. 116)* Rabanus: Homini e paradiso eiecto nulla spes recuperationis suae erat, nisi ipse auctor humani generis et conditor totius creaturae propter suam magnam misericordiam illi consuleret et mitteret in hunc mundum, ut de Spiritu sancto conceptus per virginem nasceretur homo et sic per passionem, quam innocens pertulit, nostrae mortis vincula disrumperet et nos a reatu primae prȩvaricationis absolutos iterum reduceret ad paradisum ac eius propositum, quod de hominibus facere disposuit, inconvulsum maneret et homo ad honorem Dei conditus pristinae dignitati restitueretur. In admonitione ad populum, quam Reginhario chorepiscopo misit. *(c. 144)* Rabanus ait: Per baptismum ab omnibus sordibus peccatorum mundati estis. In adhortatione ad populum coniuncta epistolae ad Reginharium.

(23) *C. VII (c. 348)* Quidam inter episcopos et monachos dissidia concitarunt 845 aut auxerunt. Rex quidam Brunwardum abbatem[2] et monachos eius contra Otgarium archiepiscopum excitavit eisque interdixit, ne ei obedirent. Rabanus in epistola ad Brunwardum. *C. VI (c. 277)* Sine abbatis venia non licebat monachis foras monasterium ire. Quare Rabanus in epistola ad Brunwardum abbatem scribit: Concede presbyteris tuis, ut veniant ad episcopum suum et petant ab eo veniam propter excessus suos, quibus contra eius voluntatem et contra sacros canones egerunt. *C. X (c. 548)* Brunwardum abbatem et monachos eius monet, ut cum episcopo suo in gratiam redeant, ni velint aeternas poenas luere. *C. IV (c. 183)* Quatenus magistratui non obtemperandum, Rabanus monet: Si aliquis mihi opposuerit dicens, regalis mihi potestas hoc iussit, ut sacerdoti non obedirem, nec ullam rationem

1) *Cf. Hieron. ad Eustoch. ep. 108 c. 13, opp. I, 691.* 2) *Hersfeldensem a. 843—875, Hrabani amicum, ut ex carmine eius (Poet. Carol. II, 184) elucet. De controversia Ludowici regis cum Otgario, cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 242 sqq.*

845 ministerii mei coram eo facerem, huic sancti Petri sententia respondebo: Oportet Deo
Act. 5, 29. magis obedire quam hominibus. In epistola ad Brunwardum abbatem. *(c. 216)* Rabanus inquit: Magistratum politicum ab hominibus esse, cum ab ipso Deo habeat originem. Sic enim inquit: Duae dignitates atque potestates inter homines constitutae reperiuntur. Una ex humana inventione reperta, hoc est imperialis atque regalis. Altera vero ex divina auctoritate instituta, hoc est sacerdotalis. Quarum una hominum corpora parat ad mortem, altera animas nutrit ad vitam. In epistola ad Brunwardum abbatem. *C. X (c. 545—546)* Regalem potestatem non ex divina, sed humana auctoritate esse somniat in epistola ad Brunwardum. *C. IV (c. 183)* De officio magistratuum inquit Rabanus: Nulli regum licuit divina profanare mandata, sed magis semper boni reges studuerunt regi regum semetipsos subiicere et eius praeceptis obedire. Unde etiam superiores effecti sunt omnibus inimicis suis. In epistola ad
ib. 10, 42. Brunwardum abbatem. *(c. 189)* Rabanus inquit: Salvator noster Iesus Christus iudex est vivorum et mortuorum, et princeps regum terrae, est ipsa veritas, quae ne-
Ps. 95, 13. minem fallit nec falli potest a quoquam. Hic secundum verba orbem terrę in ęquitate iudicat daturus pręmium obedientibus sibi et poenam aeternam inobedientibus. In epistola ad Brunwardum abbatem.

c.832—842 (24) *C. X. (c. 550)* Rothadus episcopus Suessionicae urbis[1] Rabano abbati Fuldensi fuit familiaris, ut patet ex epistola eius.

—840 (25) *C. X (c. 547)* Noticiam habuit (Rabanus) Hildvini[2], quem consulit in negocio suo cum Godeschalco.

842—847 (26) *C. VII (c. 318)* Rabanus se servum Christi et servorum eius appellat in epistola ad Hattonem Fuldensem abbatem[3]. *C. X (c. 547)* Paschalis pontifex[4] eius (Rabani) epistolam de privilegio coenobii Fuldensis molestissime tulit et monachos eam offerentes incarceravit ipsumque coram episcopis Franciae vituperavit et parum abfuit, quin Rabanum excommunicasset, ut ipse testatur in epistola ad Hattonem abbatem Fuldensem. *C. III (c. 24)* Paschalis pontifex monachos Rabani literas eius afferentes de privilegio sui monasterii in carcerem misit et illum damnare instituit. Rabanus in epistola ad Hattonem. *C. VII (c. 323)* Paschalis Rabanum Moguntinum archiepiscopum male excepit et monachos Anastasii ab eodem Romam missos cum literis in carcerem coniecit, ut ipse testatur in epistola ad Hattonem Fuldensem abbatem. *C. X (c. 494)* Usus etiam est vi aperta. Nam monachos Rabani epistolam afferentes in carcerem coniecit et Rabanum excommunicare minatus est. Epistola Rabani ad Hattonem. — *Catalog. test. verit. l. X (col. 1096)* Monachos Rabani epistolam adferentes (Paschalis) in carcerem coniecit et Rabanum communione privare conatus est. *(col. 1120)* Romanus pontifex archiepiscopis leges dictavit et quid faciendum esset praescripsit; si quid praeter voluntatem egissent, tulit aegerrime ac in iis excommunicandis et deponendis fuit praeceps. Vide epistolas Hincmari ad Adrianum et Paschalis ad Hattonem Fuldensem abbatem. *Cent. VIII. C. X (c. 808)* Inter eum (sc. Bernwolfum)[5] et Riculfum Moguntinum episcopum[6] et Bougulfium Fuldensem abbatem[7] ortum est dissidium propter chartam quandam, quam aliqui Bonifacium a pontifice accepisse affirmarunt. Tandem causa in praesentia Caroli et episcoporum in synodo tractata Berwolffus damnatur propter illicitam ordinationem in Fuldensi coenobio factam. Rabanus in epistola ad Hattonem.

847—855 (27) *C. VII (c. 334)* Sic Rabanus Leonem papam[8] nominat dominum praestantissimum atque sanctissimum et ab omnibus sanctae ecclesiae filiis venerandum et colendum patrem, summum pontificem, sanctum patrem et pastorem. *(c. 320)* Rabanus

---

1) *sedit inde ab anno 832. aut 833, cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 89.* 2) *De quo cf. supra p. 401. 423.* 3) *De quo cf. supra p. 381. 455.* 4) *a. 817—824.* 5) *Wirciburgensem episcopum a. c. 785—800.* 6) *a. 787—813.* 7) *a. 780—803.* 8) *IV., 847—855.*

in epistola ad Leonem testatur, se cum suis fratribus et conservis pro eius in- 847—855
columitate quotidie Deum precari. *C. X (546)* Fuit mancipium Romanorum pontificum. Nam Leoni commendat monachos ac rogat, ut eos ad pedes suos et benedictionis gratiam admittat. In epistola. *C. VII (c. 332)* Rabanus in epistola sua ad Leonem petit, ut monachis Fuldensibus ad pedes suos faciat aditum, ut benedictionis gratiam percipere queant. *(c. 319)* Ita Rabanus Leoni papae commendat monachos Fuldenses et Gundramum fratris sui filium[1] ac petit, ut eis pateat aditus ad pedes illius, quo benedictionis gratiam percipiant. *C. X (c. 544); Catal. test. L. IX. (col. 904)* Germanus Fuldae natus (Rabanus), ut ipse testatur in epicedio suo et in epistola ad Leonem. *C X (c. 547)* Noticiam habuit . . . Leonis pontificis, ad quem epistolas scripsit.

(28) *C. X (c. 586)* (Hatto) Scripsit aliquot epistolas ad Rabanum, ad Leonem papam, ad Bernhardum[2] comitem Italiae, ad Otgarium[a] Moguntinum archiepiscopum, ad Ludovicum imperatorem et alios. Familiaris fuit Rabano, Otgario, Leoni et Ludovico ac Bernhardo, cui omnia sua bona, quae in Italia habebat, commisit per epistolam. *C. VI (c. 277)* Quidam codices et missalia sacra describebant, ut patet ex epistola Hattonis[b] ad . . . Ludovicum. *C. VII (c. 303)* Et Frontinus Hattonem presbyterum partem decimarum promissam petentem flagellavit et iurare coegit, quod numquam ea de re ad imperatorem queri velit, ut patet ex Hattonis epistola ad Ludovicum. *Cent. X. C. X (c. 585)* Habentur quidem aliquot eius (sc. Hattonis) epistolae: sed eae nondum in lucem, quod nobis constet, prodiere. A Rabano Moguntino archiepiscopo per literas petit, ut suis literis ad Romanum pontificem proprias adiungere non gravetur, quo facilior suis ad pontificem sit aditus. — Apud Rabanum Moguntinum per literas pro Gerwigo vasallo intercedit, ut eius causam vel coram ipse vel per alios audire et sententiam aequam ferre velit. — A Bernhardo quodam comite per literas petit, ut eorum bonorum, quae in Italia collegium Fuldense possideat, fidelem ipse agat tutorem ac ne abalienentur prospiciat.

(29) *Cent. IX. C. X (c. 586)* In hoc tamen recte sensit (Hatto)[3], quod iudicavit, 829
neminem debere invitum fieri monachum, ideoque Godeschalcum pronunciavit a vinculo illo immunem, cum probasset se a Rabano coactum suscepisse cucullam. *(c. 546)* Godeschalcum in pueritia coegit (Rabanus) monasticam vitam suscipere, ut patet ex epistola Hattonis ad Otgarium. *C. VI (c. 280)* Godescalcus, qui invitus et coactus votum monasticum fecerat, in synodo Moguntina absolutus est. Hatto in epistola ad Otgarium. *C. X (c. 543)* Godescalcum comitis Saxonis Berni filium, qui invitus votum monasticum fecerat, in synodo cum multis aliis episcopis anno domini 829. absolvit, ut testatur Hatto abbas Fuldensis in epistola ad eundem. *C. VI (c. 234)* Mogunti in basilica Albani martyris synodus habita est in causa Godescalci. Hatto in epistola ad Otgarium. *C. X (c. 546—547)* Cum adhuc abbas esset (Rabanus), Godeschalcus eum in synodo accusavit, quod se invitum fecisset monachum, ac synodus Godeschalcum absolvit. Sed Rabanus contra eam sententiam protestatus ad Ludovicum appellavit anno Domini 829. Epistola Hattonis ad Otgarium. *C. IX (c. 404—405)* Anno Domini 829. imperii Ludovici 16. mense Iunio synodus Moguntii in claustro basilicae Albani martyris celebratur. Convenerunt Otgarius eiusdem Moguntiacensis ecclesiae archiepiscopus, Hetto archiepiscopus[4], Hadubald archiepiscopus[5], Bernwinus archiepiscopus[6], Adalrham archiepiscopus[7], Drogo[c] episcopus[8], Bernoldus episcopus[9], Benedictus episcopus[10], Nidgarius episcopus[11],

a) Orgarum *Fl.* b) Iatt. *Fl.* c) Crogo *Fl.*

1) *De quo cf. Ermenrici V. S. Sualonis (SS. XV, 153. 154. 161).* 2) *an Eberhardum?* 3) *Cf. ad hanc epistolam a. 829. scriptam Schrörs Hinkmar p. 92, Traube, Poet. Carol. III, 708.* 4) *Trevirensis.* 5) *Coloniensis.* 6) *Vesontionensis, de quo cf. Capitul. reg. Francor. II, 5.* 7) *Salisburgensis.* 8) *Mettensis.* 9) *Argentoratensis.* 10) *Spirensis.* 11) *Augustanus.*

829 Folcuicus episcopus[1], Wolfleoz episcopus[2], Adalingus episcopus[3], Baturatus episcopus[4], Wolfgarius episcopus[5], Harud episcopus[6], Theotgrinus episcopus[7], Hildi episcopus[8], Frotharius episcopus[9], Waldgoz episcopus[10], Williricus episcopus[11], Fridericus episcopus[12], Gerfridus episcopus[13], Geboinus episcopus[14], David episcopus[15], Udalricus episcopus[16], Hitto episcopus[17], Baturicus episcopus[18], Reginheri episcopus[19], Erbeo episcopus[20], Humbertus[a] chorepiscopus[21], Eburaccar chorepiscopus, Wolfgrinius chorepiscopus[22], Manno chorepiscopus, Rabanus abbas[23], Sigimarus abbas[24], Winibertus abbas[25], Sindoltus abbas[26], Albuinus abbas[27], Theotgerus abbas[28]. Interpellavit Rabanum abbatem Gottescalcus, filius Berni comitis Saxonis, asserens se et invitum fuisse attonsum et violenter ab eo monasticę vitae mancipatum. Habita ratione cum in conventu sacerdotum secundum divina humanaque iura diligenti studio causa discuteretur, inventus est is, qui interpellabat, auctoritate canonica esse solvendus. Ac per hoc eorum iudicio paternae restitutus est libertati: ea tamen ratione, ut, si abbati ita placeret, controversiae eorum finis inter eos istius ac propinquorum suorum esset[b] iuramentum; quod quidem si abbas suscipere vellet, omnem ei iniuriam, quam perpessus est, secundum legem componeret: si autem ille iuramentum nollet exigere, nec iste compositionem suae quaereret iniuriae, sed tantum legitima frueretur libertate. Epistola Rabani et epistola Hattonis ad Otgarium. Sed Rabanus cum Otgarii licentia appellavit ad synodum, in qua praesto esset imperator: ut patet ex eius epistola ad Otgarium. *C. VI (c. 271)* Licebat tamen abbatibus ab episcopo ad principem et concilium provocare, ut apparet ex Rabani epistola ad Otgarium de causa Saxonis fugitivi monachi. *Cent. X C. X (c. 585)* Otgarium Moguntinum archiepiscopum rogat (Hatto), ut Gotschalco sit adiumento, quo hęreditatem ipsi negatam recipiat.

842—856 (30) *Cent. X. C. X (c. 585)* Per epistolium ab Ezone comite repetit (Hatto) praediolum in Brigiriching[29], cuius ususfructus saltem ad aliquod tempus ipsi concessus fuerat. *C. IX. C. VI (c. 305)* Sic Bernhardus comes[30] suam haereditatem in duas partes distribuit et alteram monachis Fuldensibus, alteram ecclesię cuidam legavit, ut patet ex epistolis Fuldensium. *C. VII (c. 349)* Bernhardus comes de Saxonia Bonifacio seu monachis Fuldensibus dimidiam partem suae haereditatis dedit de agris, mancipiis, aedificiis et arcibus, ut patet ex epistola abbatis Fuldensis ad comitem quendam.

847—855 (31) *C. VII (c. 334)* Hatto abbas Fuldensis Leonem in epistola sua vocat dominum beatae et apostolicae dignitatis infula decoratum. *C. X (c. 586)* Fuit custos librorum. Sic vitam Bonifacii et epistolas pontificum de monasterii sui fundatione sedulo custodiit, ut ipse indicat in epistola ad Leonem. Suos monachos Leoni commendavit. *C. VII (c. 306—307)* Nam in Fuldensi bibliotheca vitam Bonifacii et epistolas pontificum de privilegio Fuldensis coenobii servari Hatto ad Leonem scribit. *(c. 332)* Hatto etiam in epistola ad eundem petit, ut suos monachos pia benedictione consoletur, propterea quod ad sacrum Bonifacii corpus famulentur. *(c. 328)*

---

a) Hubertus *Fl.* b) etc. *Fl.*

1) *Wormatiensis.* 2) *Constantiensis.* 3) *Eichstadensis.* 4) *Paderbornensis.* 5) *Wirciburgensis.* 6) *Verdensis.* 7) *Halberstadensis.* 8) *Virdunensis.* 9) *Tullensis.* 10) *Leodiensis.* 11) *Bremensis.* 12) *Traiectensis.* 13) *Monasteriensis.* 14) *Osnabruggensis (?).* 15) *Lausanensis.* 16) *Basiliensis.* 17) *Frisingensis.* 18) *Ratisbonensis.* 19) *Passaviensis.* 20) *Sabionensis.* 21) *postea episcopus Wirciburgensis.* 22) *Cf. Libri confraternitat. ed. Piper p. 262 col. 384.* 23) *Fuldensis.* 24) *Murbacensis.* 25) *Schutteranus, cf. Libri confrat. p. 213 col. 191, Poet. Carol. II, 359.* 26) *Elwangensis.* 27) *fortasse Matachseensis, cf. Libri confratern. p. 188 col. 212.* 28) *Herriedensis, cf. Poet. Carol. II, 111 n. 4.* 29) *hoc nomen vel simile non inveni.* 30) *idem fortasse* Bernhart comes, *qui in diptycho Fuldensi vocatur (SS. XIII, 165).*

847—855 Sic Zacharias et postea Benedictus Fuldense coenobium sibi solis volebant esse subiectum, ut patet ex epistola Theotonis[1] ad Benedictum papam et Hattonis ad Leonem[2]. *C. VI (c. 279)* Peregrinatio ad loca sancta et maxime ad urbem Romam, ut patet ex epistolis Hattonis ad Leonem et Theotonis ad Benedictum. *C. X (c. 586)* Stipulas huius aevi plurimas habuit (Hatto) de peregrinatione versus Romam, de principatu pontificis Romani et similibus. *C. VII (c. 312)* Rabanus enim Moguntiacensis archiepiscopus vocatur ab Hattone in epistola ad Leonem papam. *C. VI (c. 289)* Nam Rabanus ex Fuldensi coenobio ad Moguntinam ecclesiam venit. Hatto in epistola ad Leonem. *(c. 251)* Et Hatto in epistola ad Leonem papam dicit, Rabanum Fuldensem abbatem cum magno favore principum gentis Francorum et 847 consentanea cleri et populi electione Maguntinensis ecclesiae archiepiscopum esse ordinatum[3]. *C. X (c. 544)* Archiepiscopatum Moguntinum cum magno favore principum Francorum et consentanea cleri et populi electione, ut Hatto inquit in epistola ad Leonem, post Otgarium adeptus est. *Cent. X. C. X (c. 585)* Leonis Romani se et suos in monasterio fratres per literas commendat precibus: ac si forte ex suo coetu aliqui monachi Romam veniant, ut prae caeteris singularem eis exhibeat benevolentiam, petit. Aliam eiusdem argumenti ad pontificem misit per Thacholfum Thuringorum ducem[4] epistolam.

(32) *C. X (c. 586)* Scripsit aliquot epistolas (Thioto), quas nobis videre contigit, 856—869 ad Benedictum papam[5] et ad Nicolaum pontificem[6], ad Carolum Moguntinum[7], Adalgarium[8], Dadonem Mediolanensem episcopum[9]. Magni fecit peregrinationem ad loca sancta, coluit mortuos sanctos Bonifacium et alios. *(c. 503—504)* Et Theodo abbas Fuldensis[10] petit in epistola ad ipsum (Benedictum), ut suis monachis orandi gratia Romam venientibus liceat ad sancta vestigia eius appropinquare et benedictione eius frui iuxta privilegia a pontificibus Bonifacio olim concessis. *C. VI (c. 271)* Quare Theoto 859 abbas Fuldensis scribit se Romam orationis gratia venturum Deo volente et principe ac rege permittente[11]. In epistola ad Benedictum. *Cent. VIII. C. X (c. 796)* Et a Zacharia privilegium impetrat (Bonifacius)[12], ne cui Fuldense coenobium sit subiectum praeter Romanum pontificem: ut Thioto abbas in epistola ad Benedictum attestatur.

(33) *Cent. IX. C. X (c. 586)* A Ludovico Romam ablegatus (Thioto) ad Nicolaum honorifice exceptus est. *C. VI (c. 270)* Nam Theotonem abbatem Ludovicus imperator[13] ad Nicolaum pontificem ablegavit, ut patet ex epistola eius. *C. X (c. 586)* Fuit mancipium Antichristi: nimium enim laudat Romanam sedem, quod ab omni haeresi semper immunis fuerit. *C. VII (c. 333—334)* Theoto in epistola ad Nicolaum nimis laudat sedem Romanam, quod salvator factis ei praestiterit, quae verbis promiserit, nempe quod eam ab omni hęresi immunem sparsis haereticorum seminibus per totum orbem servaverit: quod rectores atque pastores dederit fidei virtute armatos, qui temporibus opportunis murum ex adverso opponerent. Ezech. 13, 5. Deinde Nicolaum papam laudat, quod cura infatigabili pro commisso populo vigilet, ne quid contra antiquam et orthodoxam fidem novitatis emergat aut in plebe fidelium schismata et haereses ac scandala convalescant. Scribit in eandem sententiam principum vota ac praesulum singularum Germaniae ecclesiarum pia corda concurrere, proinde multum pontificem gaudere debere. *C. VI*

---

1) *abbatis Fuldensis 856—869.* 2) *Leo IV confirmavit privilegia et possessiones Fuldensis monasterii a. 850. Mai. die 22, Jaffé nr. 2605, cf. Nr. 2293. 2668.* 3) *a. 847. Iunii die 26. consecratus est, cf. Ruodolfi ann. Fuld., ed. Kurze p. 36.* 4) *dux Sorabici limitis, obiit Kal. Sept. 873. et Fuldae sepultus est, cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 372.* 5) *III, 855—858.* 6) *I, 858—867.* 7) *a. 856—863.* 8) *abbatem Corbeiensem 856—877.* 9) *a. 860—868.* 10) *a. 856—869.* 11) *a. 859, cf. Ruodolfi ann. Fuld., ed. Kurze p. 53.* 12) *Jaffé nr. 2293.* 13) *immo rex Germaniae.*

864 *(c. 279—280)* Sic Theoto in epistola ad Nicolaum pontificem rogat, ut Albinum nepotem suum, qui Caroli regis filium vulneraverat[1], tueatur. *C. X (c. 587)* Pro Albino, qui inscius vulnus inflixerat Carolo, Nicolaum deprecari petit. *(c. 583)* Egil monachus
856—867 Prumiensis[2] a Theotone[a] Fuldensi abbate missus est Romam ad Nicolaum pontificem, ut Damasi librum de vitis pontificum ad ferret, ut patet ex epistola Theotonis[a] ad Nicolaum. *C. VI (c. 249)* Et Egila monachus Brumiensis Romam orationis gratia abiit, cui Thioto abbas Fuldensis ad Nicolaum pontificem literas dedit. *(c. 270)* Theoto abbas Fuldensis a Nicolao petit Damasum de pontificibus cum continuatione in epistola ad eundem. *C. X (c. 506)* Theodonem abbatem Fuldensem magni fecit (Nicolaus) et Damasum de vitis pontificum et continuatorem eius misit illi: ut patet ex epistola Theodonis. *(c. 586)* Librorum aliquam curam gessit. Nam a Nicolao papa Damasum de pontificum vitis petit in epistola.

860—868 (34) *C. X (c. 586)* Contraxit (Hatto) amicitiam per literas cum Angilberto Mediolanensi episcopo[3], ut constat ex Thiedonis epistola ad Dadonem[b]. *(c. 518)* Angilbertus Mediolanensis archiepiscopus coluit et invocavit Ambrosium, ut patet ex epistola Theodonis abbatis Fuldensis .. Et familiaris fuit Hattoni abbati Fuldensi. Scripsit ad eum (sc. Dadonem) epistolam Theodo abbas Fuldensis, in qua petit, ut pro se apud Ambrosium preces faciat ac vicissim ei promittit preces suas apud Bonifacium. *Cent. X. C. X (c. 586)* Magna praeterea ipsi (sc. Hattoni), cum adhuc abbatem apud Fuldenses ageret, intercessit familiaritas cum Angilberto Mediolanensi episcopo. Crebris enim literis se mutuo compellarunt: ut testatur Thioto abbas Fuldensis in epistola ad Dadonem Mediolanensem.

856—863 (35) *C. X (c. 548)* Theodo abbas Fuldensis scripsit ad eum (sc. Carolum Moguntin.) epistolam ac petiit, ut donationem quandam confirmaret.

(36) *C. X (c. 586—587)* Pro malefico quodam, qui confugerat ad Bonifacii sepulchrum, intercedit ad Ludovicum. *C. VI (c. 279)* Ac monachi Fuldenses pro eodem (sc. Albino) intercedunt ad Ludovicum.

856—865 (37) *C. X (c. 586)* Festum Bonifacii (Thioto) celebravit. *C. VI (c. 258)* Bonifacii festum Nonis Iunii celebrat Theoto abbas Fuldensis: quo die ad se invitat Adalgarium abbatem sancti Viti et Ansgarium[4] in epistola sua ad eosdem. *(c. 280)* Nam Theoto Fuldensis Adelgarium abbatem Viti ad se ad festum Bonifacii invitat seque eius precibus commendat in epistola ad eundem.

(38) *C. X (c. 587)* Scripsit (Sigenhardus)[5] epistolam ad Gebehardum episcopum[6] et ad Liutpertum archiepiscopum Moguntinum[7], quę non satis latina est. *C. VII (c. 317)* Sigehardus abbas Fuldensis Liutpertum Moguntinum archiepiscopum invitat, ut fratres suos quosdam consecraret, quosdam increpationibus emendaret, ut patet ex epistola eius. *C. X (c. 548)* Monachis benedixit (Liutpertus), ut patet ex epistola Sigehardi abbatis Fuldensis ad eundem. *C. VII (c. 347)* Rex Francorum ad Fuldense monasterium venit[8] ibique Bonifacium et servos eius visitavit, ut patet ex epistola Sigehardi ad Gebehardum episcopum.

(39) *C. VII (c. 307)* Libros scribebant in membranas vitulinas, ut[c] patet ex epistola abbatis Fuldensis ad Franconem episcopum[9]. *C. X (c. 532)* Et pro fratre suo defuncto (Franco) monachos Fuldenses preces facere iussit, ut patet ex epistola abbatis Fuldensis ad eundem.

---

a) Throt. *Fl.* b) Dodonem *Fl.* c) et *Fl.*

1) *Carolum Aquitaniae regem a. 864., cf. Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 103.* 2) *abbas Prumiensis 853—860.* 3) *II. 824—860.* 4) *archiepiscopum Bremensem, qui obiit a. 865.* 5) *Fuldensis abbas 869—891.* 6) *Spirensem c. 847—c. 874.* 7) *a. 863—889.* 8) *Ludowicus Germanicus a. 874. Aprili m. Fuldam visitavit, v. Ann. Fuld. ed. Kurze p. 82.* 9) *Leodiensem 854—901.*

(40) *C. X (c. 587)* Rudolphus, monachus et presbyter Fuldensis[1], vir literatus 864 et bonus poeta, scripsit epistolam ad Otgarium Moguntinum archiepiscopum et aliam ad Theodoricum[2]. Dicit Christum tantum ob fornicationem admisisse divortium ac monet Otgarium ea in re dissidentem a Romano pontifice, ut abiecto errore ad unitatem ecclesiae revertatur. Theodorico misit vascula portatoria ad sui memoriam renovandam. *(c. 543)* Contentio ei (sc. Otgario) fuit cum Romano pontifice de quodam, ut videtur, divortio, quod approbaverat, cum non esset legitime factum. Quare pontifex eum excommunicare instituerat. Hortatur eum Rodulphus presbyter Fuldensis, ut cum papa colat pacem. *C. VII (c. 338)* Otgarius archiepiscopus Moguntinus[3] secundum Lotharii matrimonium probavit contra pontificis sententiam, ut patet ex epistola Rudolphi monachi ad eundem. *C. II (c. 9)* Ac Synodi in hoc loco (sc. apud Metenses) celebratae[4] acta damnavit Nicolaus papa in epistola ad episcopos Italiae et Germaniae, ut indicat Rodulphus ad Otgarium.

1) *Hrabani discipulus, qui obiit 865. die 8. Martii mens.* 2) *Mindensem fortasse episcopum (853—880), Ludowici Germanici consiliarium.* 3) *Cum Lotharius secundum matrimonium Otgario iam per decem annos defuncto iniret, hic errorem in nomen irrepsisse opus est. Flacius fortasse Otgarium cum Liutberto confudit.* 4) *a. 863, cf. Jaffé nr. 2748—2751.*

X.

ERMENRICI ELWANGENSIS EPISTOLA AD GRIMALDUM ABBATEM.

Ermenricus, Alamannus natu, Elwangensis monachus, cum in monasterio Fuldensi, cui Hrabanus tum abbas praeerat[1], *Ruodolfum presbyterum magistrum*[2] *coluisset, tribus opusculis nomen suum in posteros propagavit. Primum, tunc diaconus, Sualonis vel Soli Angli, S. Bonifatii discipuli, vitam et miracula, Gundrammi diaconi, abbatis sui nepotis*[3], *rogatu inter annos 839. et 842. conscripsit*[4]. *Tum, iam presbyter, Gozbaldi Wirciburgensis episcopi, praeceptoris sui, iussu etiam Hariolfi Lingonensis episcopi, Elwangensis coenobii fundatoris, vitam, forma dialogi cum Mahtolfo presbytero usus, inter annos 842. et c. 854. composuit*[5], *tandem Grimaldo abbati, Ludowici Germanorum regis archicapellano, epistolam dedicavit, qua res ab eo gestas celebrare ac doctrinam multiplicem ei ostentare sibi proposuerat. Nescimus, an in aula regia ad tempus versatus ibidem, ubi et Gundrammus capellani munere functus est, Gozbaldi et Grimaldi archicapellanorum familiaritatem ac doctrinam nactus sit.*

Epistolam illam in monasterio S. Galli scripsit, quo Grimaldus abbas eum evocaverat, postquam antea, Walahfrido abbate in itinere obeunte et Folcwino ad regimen accedente, Augiae aliquamdiu degit, ideoque monachos coenobii S. Galli, tum ex rerum tenuitate efflorescentis, una cum Grimaldo abbate et Hartmoto decano magnis laudibus effert. Ad sedem denique Passaviensem a. c. 865. promotus gentem Bulgarorum verbum Dei praedicaturus a. 867. sine fructu adiit. Cum ceteris Bavariae episcopis coniunctus Methodium Pannoniensem archiepiscopum, ut qui iniuste dioeceses Salisburgensem et Passa-

---

1) *V. S. Sualonis c. 6 (SS. XV, 159):* egregium Fultanensium coenobium, ubi . . modo sanctissimus ac in omni arte peritissimus domnus abba Rabanus perspicabiliter fulget. 2) *Cf. ibid. Ermenrici epistolam:* Omni in arte celeberrimo domno Ruadolfo meo didasculo *et* 'ó Ruadolfe in omnibus sagacissime' *(p. 155. 162).* 3) *qui tum cellulae S. Sualonis (Solenhofen) aedituus fuit (Vita c. 9, p. 161), cf. supra p. 529 v. 7.* 4) *edita ab Holder-Egger, SS. XV, 151—163. De codice eius Cheltenhamensi cf. Neues Arch. XXII, 646. 689; Steinmeyer Ahd. Glossen IV, 415.* 5) *edita SS. X, 11—14, Württemberg. Vierteljahrshefte für Landesgesch. XI, Anh. 5. 6. 8—12 ed. Giefel. In libris confraternitat. S. Galli et Augiensi occurrunt inter* Nomina fratrum de Elehenwanc (Elehenwangia) *et* 'Mahtolf presbiter' *et* 'Ermenrih monachus' *(ed. Piper p. 44. 286).*

viensem invaserat, severe castigatum in synodo condemnavit, sed a Iohanne VIII. papa minis ei cedere coactus est[1]. *Obiit die 26. Dec. mens. anno 874. exeunte*[2].

Ermenrici epistola, quam etiam tractatum de rebus theologicis, grammaticis, mythologicis miro modo consutis, appendice quadam poetica adiuncta, vocare possemus, inter annos 850. et 855. condita sit oportet, Walahfrido scilicet iam ante aliquod tempus mortuo, Gozbaldo vero, qui a. 855. die 20. Sept. mens. obiit, etiamtunc superstite. Si ea, quae Ermenricus de laboribus itineribusque a Grimaldo in regis servitio conficiendis dicit, ad praesens referre necesse sit, eum anno 854. scripsisse inde sequeretur, in quo scilicet Grimaldus ad capellam cancellariamque regias gubernandas denuo accessit[3]. *Multos auctores Priscianum, Donatum, Festum, Boetium, Gregorium Magnum, Isidorum, Bedam, Servium, Ausonium atque etiam recentioris temporis Alcvinum, Theodulfum, Nasonem Ermenricus adhibuit atque excerpsit. In poetis latinis satis versatum se ostendit, sed tam in oratione pedestri quam in versibus auctores suos ad verbum expilare veritus non est. Frusta quoque Graeci sermonis indigesta, Walahfridi exemplum secutus, adfixit aliquoties Latino, quem turgidum, rudem et mendosum Holder-Egger non sine causa vocavit*[4].

Ermenrici opus unico codice S. Galli saeculi X. 265 nobis servatur[5], *quem post operam meam priorem P. de Winterfeld socius noster Berolini iterum contulit. Quae librarius non sine mendis scripserat manus secundaria fere aequalis interdum correxit, quae et in titulo auctoris nomini 'episcopi' addidit, cum revera hanc dignitatem tribus aut quattuor lustris post adeptum esse sibi conscia. Partem huius operis, quae ad res S. Galli proprie pertinet, Mabillon ex apographo minus accurato monachi cuiusdam a. 1685. edidit*[6], *Ildefonsus ab Arx versus in fine adiectos supplevit*[7], *quos magnam partem ex Ausonio et Prisciano descriptos esse Bonnell primo cognovit*[8]. *Post quos ego excerpta Mabilione ampliora primum in lucem dedi*[9], *deinde epistolam totam in libro raro a. 1873*[10]. *De Ermenrici indole post meam lucubrationem Ebert quoque novissime egit*[11]. *In hac nova editione paranda P. de Winterfeld multum me adiuvit. Addo in appendice unicum literarum Grimoldi specimen quod habemus.*

Berolini, Novembri mense a. 1898.

Ernestus Duemmler.

---

1) *Cf. Neues Archiv V, 302—304.* 2) *Cf. Necrol. Germ. I, 282, Dümmler, Piligrim v. Passau p. 144. De vita ac scriptis Ermenrici egi fusius in Forschungen zur Deutschen Gesch. XIII, 475—485, XIV, 403—404.* 3) *Cf. Sickel, Beitr. zur Diplomatik II, Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akad. XXXIX, 152, Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 434. Mühlbachero (Reg. imp. I p. LXXXVI), qui annum 856. statuit, assentiri non possum.* 4) *SS. XV, 152.* 5) *V. (Scherrer) Verzeichniss der Handschr. der Stiftsbibliothek p. 99—100.* 6) *Analecta vetera IV, 329, ed. alt. (a. 1723) 420—422 (= Migne Patrol. lat. CXVI, 25—32).* 7) *SS. II, 31—33.* 8) *Philologus VIII (a. 1853) p. 440—444, cf. etiam Bursian, Jahresber. über den Fortschritt der Alterthumswissenschaft (a. 1873) I, 10—14, qui Bonnellium neglexit.* 9) *Mittheilungen der Züricher antiquar. Gesellschaft XII, 205—213, cf. p. IV de codice.* 10) *In programmate universitatis Halanae anniversario, quo de praemiis certaminum academicorum refertur.* 11) *Gesch. der Literat. des Mittelalters II, 179—184, cf. etiam Wattenbach Geschichtsq. I, 282—284. Ermenrici et Gundrammi epistolas mutuas hic de industria praetermisi, quippe quae cum vita Sualonis artissime coniunctae ab Holder-Eggero iam editae sunt.*

p. 3. *ORDITUR EPISTOLA ERMENRICI [EPISCOPI][a] AD DOMNUM GRIMOLDUM ABBATEM [ET][b] ARCHICAPELLANUM.

(c. 1) Diu sane mihi pertractanti, preceptorum doctissime, quo primo exordium adipiscendę dilectae amicitiae vestrae caperem, inter multa animo opposita occurrerunt
cf. Gen. 1, 16. mihi duo magna luminaria: luminare maius[c], quo inluminamur, ut diligatur Deus, et
Marc. 12, 30. 31. luminare minus, unde proximus; ad quae pręcepta cetera omnia cohęrent, veluti etiam nomini et verbo, in quibus personam tenemus et actum, ceterae partes omnes iunctim appendent.

Cum enim non ignorem te tam in poemate quam in omni arte[d] priorum[e] adprime catum, intantum, ut interdum comico coturno, aliquando vero veste septemplici, quam Sophia sibi[f] suis manibus texuerat[1], indutus mirifice procedis[g], pręter haec etiam gemmis omnium virtutum adornatus, humilitate precipuus, iustitia temperatus, fortitudine strenuus, prudentia cautus, temperantia modestus, zelo Dei fervidus, pacientia lenissimus, in adversis lętissimus, in prosperis humillimus pares[h].

Et non inmerito his virtutum alis ceteros pręcellis, qui a primo aetatis flosculo inter aulicos beatorum augustorum[2] mores decentissimos enutritus[i] es. Tam dogma totius disciplinę quam normam recte vivendi ab eis didicisti, qui in omni imperio cum Deo summi fuere, sed et hactenus[k] rivo iucundissimo[l] ac in omni virtutum stemate pręfulgido ex primoribus fontibus totius Europae emananti cohęres: Hludowico scilicet,
p. 4. dilectissimo regi nostro, qui licet angustiori *limite terrarum, virtute tamen vincit Herculem Centauros domitantem et agilitate Ulixem[3]: interroga Sclavos in gyro, et non miraris epytoma meum. Habemus denique nos ipsius alumni pauperculi in eodem rivo maiores copias Scythico Tanay formasque ipsas Nylo[m] pręferendas[n]. Ei gratias referimus[o], qui nobis tam limpidum atque salubrem totius boni fontem concessit, unde cuncta pacifica et utilia semper haurimus, haustumque ipse omnibus ad se properantibus indeficiens prębet, et cupit hauriri. Sed eheu idem ipse tam habilis fons, ne late flueret, quam sepe machinamentis quorundam tum[p] privatorum tum etiam ethnicorum seu externorum hominum dispendio obstruitur, heremus prodit ac bestię loquuntur[q]; donec, restagnatus in sese et non sine periculo sui, patientissime se exedebat Deoque eum protegente armis rem publicam defendebat. In cuius etiam laribus tu ipse veluti fidelis Iolla[4] conversatus latusque dextrum observans, nosti melius quam incomparabilis sit eius pietas virtus et ingenium aliarum gentium regibus; quippe qui in Deo solo potentiam possidet et copia divitiarum eius est sapientiae decus, quique aliis sophia, ut dictum est, impar[r], avo tantum par te censore iudicatur: quatinus eo

---

a) EP̄I (*i. e.* episcopi) *superscr. m. 2; cf. prooemium p. 535.* b) ET *superscr. m. 2.* c) -aius *in ras. m. 1.* d) |arte *C (eras.* p*?).* e) priorum *superscr. m. 1.* f) sibi *superscr. m. 1.* g) *sic C; apodosis incipit a* praeter *P. de Wint.* h) pares *in extremo versu add. m. 2* (= *appares*). i) es *delere vult P de Wint. (opponuntur* a primo aetatis flosculo *et* hactenus). k) *ex* actenus *corr. m. 2.* l) *ex* iocund. *corr. m. 2).* m) *ex* nilo *corr. m. 2.* n) pręferentes *C, correxit P. de Wint.* o) -imus *in ras.* (im *et* s *m. 1,* u *m. 2).* p) tum *(*u *in ras. m. 2) C.* q) *ex* locuntur *corr. m. 2.* r) *ex* par *corr. m. 1 (= superior: 'unvergleichbar') P. de W.*

1) *Boetii Philosophiae consolat. I c. 1:* Vestes erant tenuissimis filis . . . perfectae, quas . . suis manibus ipsa texuerat. 2) *Caroli Magni et Ludowici Pii.* 3) *Cf. Boetii Phil. consol. IV c. 7 v. 8—14.* 4) *i. e. Iolaus.*

superstite habeas, unde ingenium grandęvo iam senio fessum exacuas et ceu Karolum[1] optimum pre oculis habens[a] nil sit vel quod doleas vel pertimescas. Sed haec latius alias.

(c. 2) Ceterum, mi carissime didascule, ne me longius ab incoepta[b] via egressum obiurges, redeo demum ad id, quo omnes virtutes spectant: hoc est, ut[2] primo diliga- Marc. 12, 0. 31. mus Deum et dominum nostrum ex to*to corde et ex tota anima et ex tota mente, *p. 5. qui est ęterna pulchritudo, aeterna dulcedo, aeterna suavitas, aeterna flagrantia, aeterna iucunditas, perpetuus honor, indeficiens felicitas, dein diligamus proximos nostros[c] tamquam nos ipsos, et sic ceteras virtutes per comas teneamus, istis duobus mandatis rite completis.

Et quia neuter sine altero diligitur, id est nec Deus sine proximo nec proximus sine Deo, consequens est, ut teneat anima[d] ordinem suum: scilicet ut diligat totis[e] viribus quod superius est hoc est[f] Deum et regat quod inferius est id est corpus, et animas socias[g] dilectione nutriat et foveat, hisque duabus dilectionis pennis[h] sublevata et in quadriga quattuor principalium virtutum composita ad caelum usque evolare possit corpore exuta felicium anima. De qua etiam multi multa sensere, sed tacito errore fidelem inquisitionem tangendam censeo, quid sit inter animam et spiritum.

(c. 3) Dicunt enim doctores[3] fidei, quod anima ipsa vita sit hominis prestans sensum motumque corpori[i]; spiritum vero esse quandam potentiam rationalem, pro[k] qua lege naturae prestare videatur[l] pecoribus aliisque animalibus. Nam certissime spiritum[4] esse animam euangelista[m] testatur, qui[n] animam, quam Christus in carne suscepit, spiritum nominavit: dicit enim ipse in passione sua: 'Potestatem habeo ponendi animam meam'; Ioh. 10, 18. quam sine dubio tunc deposuit, quando in cruce 'inclinato capite tradidit spiritum'. ib. 19, 30. Omnis enim anima spiritus esse potest, non tamen omnis spiritus anima: nam et ipse Dominus[o] spiritus est, et tamen anima non est; angeli quoque sive virtutes spiritus sunt, animae tamen *non sunt. *p. 6.

Ipsam autem animam alii ignem, alii sanguinem esse dixerunt, alii incorpoream[p] nec habere ullam figuram; nonnulli quoque eandem divinae naturae esse partem impia temeritate crediderunt. Nos vero eandem non ignem vel sanguinem, sed incorpoream dicimus, passibilem et mutabilem, carentem pondere, figura sive calore[q]; nec credimus partem, sed creaturam esse Dei, nec de substantia Dei vel de qualibet subiacenti[r] elementorum materia, sed ex nihilo esse creatam et homini datam.

Nam, ut quidam dicit, si eam Deus de[s] semetipso fecisset, nequaquam vitiosa vel mutabilis vel misera fuisset[t]; item si ex elementis esset visibilibus facta, haberet utique ex terra soliditatem, vel ex[u] aqua humorem, vel flatum ex aere, vel calorem ex igne: sed quia[v] his omnibus caret, apparet eam inde non esse, quae cum illis nil probatur commune habere. Unde prave a quibusdam creditur esse corporea, cum ad Dei imaginem legitur facta, Gen. 1, 26. non quod incommutabilis[w] esset ut Deus, sed ut esset incorporea ut Deus.

Huius autem partem[x] nonnulli veterum[y] esse dixerunt rationabile[z] irascibile concupiscibile: rationem enim habet, per quam invisibilia conspicit[a], inter bonum malumque discernit; iram habet, per quam impetus varios irarum comprimit et emendat; concupiscentiam habet, per quam concupiscentias[b] carnis vincit ac spiritali virtute compescit[c]. Cuius domicilium

---

a) *sic C.* b) *ex* incepta *corr. m. 2.* c) proximum nostrum *Alb.* d) *ex* animus *corr. m. 1.* e) //totis *C (eras.* ex?*).* f) id est *Alb., ut infra.* g) socias *ex* sotias *corr. m. 2;* socias animas *Alb.* h) -nnis *in ras. m. 1 (cf. p. 541, 3* conglutinavimus tibi pennas dilectionis Dei et proximi ad utrumque latus bene subnixas*).* i) corporis *Is.* k) per quam *Is.* l) videtur *Is.* m) e/uang. *C (eras.* u*).* n) quia *Is.* o) Deus *Is.* p) corpoream *C,* incorp. *Is.* q) colore *Is.* r) -iacenti *in ras. m.* 1. s) ex *Is.* t) esset *Is.* u) ex *superscr. m. 1.* v) quae *C,* quia *Is.* w) inmutab. *Is.* x) partes *Is.* y) veteres *Is.;* tres *add. Is.* z) rationale *Is.* a) concupiscit *C,* conspicit *Is.* b) *ex* -ntiam *corr. m. 1.* c) concupiscit *C,* compescit *Is.*

1) *Carolum Magnum.* 2) ut primo — evolare *paucis mutatis ex Albini De arte rhetor. dialogo c. 46 (Rhetores latini min. ed. Halm p. 550).* 3) *Isid. Different. l. II c. 30 § 98—104, opp. ed. Arevalus V, 97. 98.* 4) *Cf. Isid. Etymol. XI, 1, 9, opp. IV, 2.*

quidam in pectore esse voluerunt; quidam vero in capitis arce eam habitare dixerunt, sicut in caelo rectorem; alii nullum ei certum locum diffiniunt[a], sed per omnes artus eam infusam discurrere dicunt.

*p. 7. Quae cum una res sit, tamen pro efficientiis[b] causarum diversa nomina *sortitur[c][1]. Nam et memoria ac mens dicitur, unde et inmemores amentes dicuntur. Dum ergo vivificat corpus, anima est; dum vult, animus est; dum intellegit[d], mens est; dum[e] consentit, voluntas est; dum recolit, memoria est; dum rectum iudicat vel discernit, ratio est; dum contemplatur, spiritus est; dum aliquid sentit, sensus est. Proinde animus sensus dicitur pro his quae sentit, unde et sententia nomen accepit.

Scimus denique, quod homo ex duabus substantiis constat, anima videlicet et corpore. Animalium vero animae non sunt substantivae, sed cum carne ipsa carnis vivacitate nascuntur et cum carnis morte finiuntur et moriuntur; et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato et Alexander putant, sed ad omnia naturae incitamenta ducuntur. Ps. 31, 9. Unde psalmista prohibet[f], dicens: 'Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus'. Anima vero hominis cum ratione sua et cum sensibus suis substantialiter movet substantiam corporis, et[g], ex quo intrat in corpus[h] parvuli, eget ut cum toto corpore in baptismo de originali peccato redimatur. Sin vero absque salutifero lavacro hinc migraverit, corpus quidem in futuro percipiet, sed cum eo ulterius iusto Dei iudicio erit in supplicio.

Simul et hoc sciendum, quod non est tertius in substantia hominis spiritus, ut Didimus contendit[2][i], sed spiritus[3] animae pro spiritali natura vel pro eo quod spiret[k] in corpore, spiritus appellatur; anima vero ex eo, quod ad vivendum animet corpus, vocatur. Tertium vero spiritum ab apostolo orante introductum Spiritus sancti gratiam 1. Thess. 5, 23. intellegimus; ipse enim orat pro nobis, ut spiritus et anima et corpus sine querela in adventu domini nostri Iesu Christi[l] servetur, scilicet ut gratia Spiritus sancti perseveret *p. 8. nobiscum, ne nostro iudicio aut mi*nuatur in nobis aut fugetur[m] a nobis, quia Spiritus Sap. 1, 5. 4. sanctus effugiet fictum nec habitat in corpore subdito peccatis. Sed haec nunc dicta sufficiant de anima.

(c. 4) Ac ne me reputes te in omni scientia perfectum ceu novellum quendam velle docere, cum sciam te omnia nosse, qui pene nullum angulum scripturarum dimisisti, quem piscatum non habeas: quin potius haec idcirco de animae statu vel substantia tam late protuli, ut sciant legentes qui se Deum diligere profitentur, quod ita eum diligere debent, veluti tu diligis: ex tota videlicet anima, id est cum ratione cf. 1. Ioh. 4, 18. et cum omnibus sensibus suis, fide firma, spe certa, caritate perfecta, credens in eum, sperans in[n] eum, diligens eum, a quo omnia, in quo omnia, et per quem omnia sunt bona atque permanentia.

Ob cuius amorem, licet habitu hęreas, animo tamen spernis pręsens seculum Philipp. 1, 23. cupiens dissolvi et cum Christo esse; terrena atque temporalia magis agens ex debito quam ex intentione, misericordiae operibus deditus, hospitalitate precipuus, Dei servitio intentus[o], omne quod ad cultum vel ad religionem divinae pietatis pertinet, quod Greci theosebian vocant[4], summopere colis; sacerdotes Christi diligis vasaque sacrarum

a) definierunt *Is.* b) efficiendis *C,* efficientiis *Isid.* c) sortita est *Is.* d) scit *Is.* e) d. c. u. e. *in marg. add. m. 1.* f) ꝓ//hibet *C.* g) & *ante* ex *superscr. m. 2.* h) corp: *(in fine versus) m. 1,* corpus *m. 2.* i) -tendit *m. 1 (con- superscr. m. 2).* k) inspiret *Is.* l) xp̄i *superscr. m. 2.* m) fugetur *m. 2,* fugatur *m. 1.* n) in *superscr. m. 2.* o) intent' *m. 1,* intentus *m. 2.*

1) *Ex Isidoro Etymol. XI, 1, 12. 13, opp. IV, 2. 3; Different. l. II c. 29 § 97, opp. V, 96. 97.* 2) *Didymi lib. de Spir. sancto I c. 59 (Hieronymi opp. ed. Vallarsius II, 163):* non animadvertentes, quod animam hominis ante spiritum (quem tertium in homine esse iam diximus) spiritus appellatio significet. 3) *Etymol. XI, 1, 10, opp. IV, 2.* 4) *Cf. Albini De arte rhetor. dialog. c. 46 p. 550.*

aedium restauras, monasteria visitas ac visitata paterno affectu disponis et ęquanimiter, si qua sunt in eis anomala, dirigis atque ad statum aequitatis perducis.

Et propter quem vel propter quid haec agis, nisi propter Deum, quem diligis, et propter proximum, quem ita diligis ut te ipsum ac interdum plus quam te ipsum. Nonne cum cibum vel vestem tibi subtrahis et indigenti tribuis, indigentem proximum plus quam te ipsum colis? et, ut tibi pernota in*cutiam, ecce pro invictissimo rege *p. 9. nostro, post Deum tamquam pro capite nostro, eiusque clarissima laterali costa[1] atque pro tota simul prole inde procedente quantis precibus incumbis quantasque vigilias pateris, quot itinera conficis quantaque hinc et inde in commune vulgus expendis! ambulas, curris, in montibus reptans, in fluminibus natans, silvas pertransis, et volitas in campis.

Nec est in his labor diligentis animo, quia labor parit patientiam, patientia tolerantiam[a], tolerantia assiduitatem, assiduitas autem adducit caritatem; qua perfecta servire iubemur invicem, apostolo dicente: 'Omnia vestra cum caritate fiant'. Quod si 1. Cor. 16, 14. cum vinculo pacis iussi sumus mutuo servire, quanto magis totis viribus debemus regibus nostris atque principibus devotissime famulari[b], eodem egregio doctore precipiente: 'Reddite, inquit, omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui Rom. 13, 7. honorem, honorem', et statim infert: 'Nemini quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis'. ib. 8.

(c. 5) Questio est, quia iubet reddere omnibus debita et nemini debere, nisi amorem. Sed in hoc solvitur, ut omnibus magis ex debito serviamus dilectionis quam ex debito timoris, ut non quasi coacti, sed spontanea voluntate serviamus Deo et omni corpori Christi. Quatinus et ipsi susceptores servitii nostri ex impensa caritate incipiant nos magis amare quam ex debito stringere; ac sic de bono debito timoris pervenitur ad melius debitum dilectionis. Dicit enim Christus suis tunc et nunc suis: 'Haec mando vobis, ut diligatis invicem', et statim addit 'sicut dilexi vos'; ut scilicet Ioh. 15, 17. 12. tam puro amore se *mutuo omnes christiani diligant sicuti ipse suos dilexit, et amicos *p. 10. diligant in Deo et inimicos propter Deum.

Et haec est vera caritas, quae inimicos per verbum predicationis convertit a malitia sua eosque cibando incitat ad amorem fraternum; sicuti Christus sustinuit diu Saulum, ut faceret Paulum. Tolerandi sunt etiam inimici, usque quo converti volunt; sin autem, pro eis tamen orandum est, ut Christus ait: 'Orate pro persequentibus et Matth. 5, 44. 45. calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri qui in caelis est'; et in cruce positus: 'Pater, ait, ignosce illis; non enim[c] sciunt, quid faciunt'. Luc. 23, 34.

Multi enim tolerandi sunt, omnes tamen cavendi, quia raro aut vix vipera sine veneno repperitur et non nocens serpens. Portat tamen arca[d] Noe sub figura ecclesiae et mitia et venenata animalia. Et discus ille Petro antemissus de caelo id innuit, cf. Act. 10, 11. ut nullus peccator ex omni genere hominum abiciendus sit, si reverti voluerit ad Deum cum fructu digno poenitentiae, quin ferro verbi Dei mactentur in eo vitia et cf. Luc. 3, 8. conteratur contritione humilitatis, ut sit cibus Dei et pascatur[e] ipse cibo Dei ac fiat membrum eius.

De talibus etiam orat ecclesia, ut cito convertantur, dicens: 'Erubescant et con- Ps. 6, 11. turbentur omnes inimici mei; convertantur et erubescant valde velociter'; optat enim, ut perversi quique, qui bonorum inimici sunt, non solum in occulto, sed etiam in manifesto, et suarum animarum maximi seductores (quia 'omnis qui diligit iniquitatem, ib. 10, 6. odit animam suam'), erubescant tales fieri quales sunt, et convertantur a via sua prava et ab iniquitate, quae est in manibus eorum; et convertantur ad Deum et ad unitatem

---

a) tollerantiam *m. 1 (sed* tolerantia*)*. b) famulari/ *C (i fort. ex corr.)*. c) non enim *in ras. 6 litter. m. 1.* d) archa *m. 1 (sed* arca *p. 540, 5)*. e) pascatur *m. 2,* pascitur *m. 1.*

1) *Hemma regina.*

[*p. 11.] sanctae caritatis, *ac erubescant valde velociter, id est ante[a] mortem subitaneam studeant emendare quicquid voluntarie vel ignoranter deliquere.

Utinam vero omnes, qui hunc versum sedulo audiunt vel cantant, mysticam vocem operibus implessent! sed non omnium est fides; egrediuntur enim[b] ab ecclesia [1. Ioh. 2, 19.] veluti corvus ex arca[c], de qualibus[d] etiam et Iohannes apostolus[e] loquitur dicens: 'Ex nobis exierunt, et non erant ex nobis'. Et quaestio est, quomodo ex nobis et non ex [ibid.] nobis: sed addit, 'quod si essent ex nobis, permansissent utique nobiscum'. Trahit tamen sagena fortis omnes tales usque quo pervenitur ad litus, et tunc in fine separabuntur impii a iustis: interim autem gemit triticum inter paleas et lolium suffocat frumentum male olens et saporem amarum prestans.

Sed quidam illorum persuadendi sunt blandimentis, quidam durius increpandi, quia et equis lascivioribus calces damus, quibus sępius cruentati mitiores fiant, et boves orbitantes stimulo ad viam reducimus; quosdam vero ita[f] ad tempus abicere debemus, ut tamen post poenitentiam sint revocandi, quidam vero penitus[g] a communione abscidendi, ne una ovis morbida totum gregem contaminet. De qualibus et [Matth. 7, 6.] Dominus in ewangelio dicit: 'Nolite sanctum dare canibus neque margaritas ewangelicas mittite ante porcos, ne forte conversi conculcent vos'.

[ib. 24, 24.] Sed necesse est adpropinquante atque imminente mundi termino, ut surgant [cf. 2. Tim. 3, 4.] pseudoprophetae et pseudoapostoli et sint criminatores ac proditores, protervi, scelesti, sine honore ac reverentia, veluti canes vitam proborum dilacerantes, vacantes ebrie- [*p. 12.] tatibus[h] et comessationibus, et detractionibus implentes mundum; *nec eis est requies, nisi quando criminantur vel susurrant, pro nihilo habentes quod Dominus vetat per [Levit. 19, 16.] prophetam dicens: 'Ne sis criminator et susurro in populis'. Talibus etiam ex omni veritate[i] resistendum est; et quia tam inter monachos, quam etiam inter canonicos et laicos tales diabolus suscitare non cessat, orandum est, ut in omni genere hominum Deus omnipotens suos protegere atque conservare[k] dignetur. Amen.

(c. 6) Oportuit namque unumquemque sui et non alieni oneris esse provisorem, [Rom. 14, 12.] quia unusquisque per[l] se rationem reddet Deo. Atque utinam omnis homo sic dilexisset animam suam, quomodo diligit corpus suum. Corpus autem quando esurit, quęrit cibum, quando sitit, quęrit potum, quando nudum est, quaerit vestem, quando laborat, quęrit requiem, quando dormitat, quęrit somnum: sic et anima de istis spiritalis substantiae cibis satiare se debet, quia cibus animae est eloquium Dei, potus eius oratio vel sapientia, vestes eius fides et operatio in Christo, requies eius veritas, dormitatio eius humilitas, quae ducit hominem ad perfectam requiem.

Sed ne diu fatigeris, pater, in ambagibus locutionis huius, neque me pro cycada numquam silenti abhorreas, scito, quod hactenus[m] os meum in id ad quod tendam non aperui, sed fixis labris, qualis quantusque in dilectione Dei et proximi sis vel in re [cf. 1. Cor. 9, 22.] publica omnia omnibus factus, breviter dixi: et quia mandatum novum est, ut etiam [cf. Matth. 5, 44.] inimicus diligatur propter Deum, et de hoc haustum dedi.

Neque me in hoc genere amoris[n] crudelem putes, quia nos omnes generaliter [*p. 13.] miserandi sumus et ut nostri misereatur, volumus summoque nisu *postulamus. Et quia, prout industria vestra novit, quanto vicinior est finis mundi, tanto fragiliores sumus et ob hoc etiam maiore cura provisorum indigemus (infundentium oleum scilicet ac vinum ewangelicum: oleum, quo vulnera foveantur, et vinum, quo putrida mordeantur — nemo tamen in hac fragili carne positus de venia desperandus[o]: tantum

---

a) ante *superscr. m. 2.* b) enim *superscr. m. 2.* c) arca *in ras. m. 1.* d) qualib: *in ras. 4 litter. m. 1.* e) *superscr. m. 1.* f) ita *superscr. m. 1.* g) p/enitus *C (fort. eras. o).* h) ebrietatib: (ib *in ras.).* i) uerit- *in ras. C.* k) conservare *C (e prior ex* i *corr. m. 1).* l) pro *Vulg.* m) h *superscr. m. 2.* n) amoris (i *in ras., fort. m. 1).* o) *ex* disp. *corr. m. 2.*

convertatur, et vivat): hinc[a] iam etiam, doctorum amabillime, quia te ocellis crevimus Ezech. 18, 23. scuto fidei indutum, galeaque spei firmissimae cristatum, summae etiam lorica caritatis cf. Eph. 6, 16. hamatum, mucronem verbi Dei bicipitem[b] prę manibus tenentem, conglutinavimus tibi pennas dilectionis Dei et proximi ad utrumque latus bene subnixas, quibus optime subvectus polotenus evolare possis, atque, ut levius isses, quadrigis te imposuimus, quarum[c] nomina sunt prudentia iustitia fortitudo et[d] temperantia.

Quae, ne facile a se invicem sequestrari valeant, quattuor rotis ewangeliorum firmissimis conpactę feruntur; sed ut cautius iungantur (quia via illa nimis arta est, cf. Matth. 7, 13. quae ducit ad vitam, et ductor ipsius Christus), ad philosophiam ceu ad sanctissimam matrem omnium virtutum currendum est, indeque accipiendum, quales sint[e] ipse[f] IIII principales iam dictae virtutes, quibus sic veheris, ut quondam Helias igneo curru ad cf. 4. Reg. 2, 11. caelum.

(c. 7) Et ut dialecticam breviter tangam ceu philosophiae dexteram mammam, porro sapientiam[1] veteres philosophiam vocaverunt, id est omnium rerum divinarum atque humanarum scientiam, huius etiam sapientiae III partes esse confirmantes: physicam, *aethycam, *p. 14. logycam[g].

Physis namque dicitur natura, et physica naturalis, quae de natura omnium rerum et contemplatione disputat; aethys grece dicitur, mos latine: et aethyca moralis, quae in actione et in causa recte vivendi versatur; logys grece, latine ratio; logyca etiam[h] rationalis dicitur, quae ad discernendum verum a falsis disponitur[i].

Item physica dividitur in arithmeticam, astronomiam, astrologiam, mechanitiam, medicinam, geometricam, musicam: arithmetica est numerorum scientia; astronomia est lex astrorum, qua oriuntur, et occidunt astra; astrologia est astrorum ratio et natura ac potestas caelique conversio; mechanitia est peritia fabricae artis in metallis et lignis atque in lapidibus; medicina est scientia[k] curationum ad temperamentum et salutem corporum inventa; geometrica est disciplina mensurandi spatia et magnitudines corporum seu locorum habens diversorum; musica est divisio sonorum et vocum varietas et modulatio canendi.

Item logyca dividitur in dialecticam et rethoricam: dialectica est disputatio acuta, verum distinguens a falso; rhetorica[l] est disciplina ad persuadendum queque idonea. Dividitur etiam dialectica in ysagogas, in cathegorias, in topycas[m], in periermenias, in diffinitiones: isagogę sunt introductiones, et sunt species[n] earum V; cathegoriae sunt predicamenta, quae in X verbis constant; topyca[m] sunt loca seu sedes argumentorum, et sunt numero XVI; periermeniae sunt interpretationes specierum orationis, et sunt numero VII; diffinitiones sunt circumpositiones sensuum, et sunt[o] XV.

*Item aethica dividitur in prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam: prudentia *p. 15. autem in agnitionem veritatis inducit hominem; iustitia dilectionem Dei et proximi servat; fortitudo vincit adversa mortemque contempnit; temperantia vitiosas voluptates reprimit et omnia moderatur. Hae sunt IIII virtutes principales, quae mores ornant, merita prębent, diabolum vincunt, caelum aperiunt; prima intellegit, secunda diligit, tertia proelianti victoriam dat, quarta modum imponit.

---

a) *distinxit P. de W. ('et quia omnes appropinquante fine mundi deteriores facti sumus et eo magis bonorum virorum cura indigemus, tuum exemplum proposui, quem in primis virum bonum esse vidi').* b) bi- *ex corr. m. 1.* c) *ex* quorum *corr. m. 1.* d) & *superscr. m. 2 (dubito, num recte: e. g. p. 542, 1 sqq.* et *modo additur modo omittitur P. de W).* e) si|nt *C (fuit* sunt*).* f) ipsę *superscr. m. 2.* g) *ex* Phisicam Aethicam Logicam *corr. m. 1.* h) *superscr. m. 2.* i) *in ras. man. 1.* k) *in ras. 4 litt. man. 1.* l) Rethorica *corr. in* Rhet. *m. 2.* m) topic. *man. 2 corr. in* topyc. n) speties *m. 1.* o) numero *fortasse addendum est P. de W.*

1) sapientiam — modum imponit *ex appendice ad Albini dialogum de rethor. et virtut. (Alcvini opp. ed. Frobenius II, 332—333).*

(c. 8) Ecce quadrigarum tuarum species coram posita est, in quibus te gloriose[a] equitantem miramur. Nam prudenter omnia sapis, iuste etiam Deum proximumque diligis, fortiter adversa seu prospera vincis, temperanter per cuncta versaris. Nec inmerito hoc insigne virtutum cum accidentiis suis possides, cuius redam Sophia ipsa officio[b] aurigae sedulo regit et Christus sua gratia ducit. Ac utinam sub axe[c] huius cubans lycisca[1] forem! colligerem vel micas inde cadentes, vel, si furem sentirem, statim muttirem.

Et quia breviter propalavi, qualiter logyca summa pars sophiae divisa sit in dialecticam et rethoricam, de argumentis sophisticis harum artium nunc dicendum minime ratum duxi. Sed neque de propositione[d] earum, assumptione, conclusione tripertita et quinquepertita, vel qualiter supradictae IIII virtutes sint in meditullio positae, habentes hinc et inde oppugnantia vitia[2] (veluti prudentiam oppugnat ex una parte versutia, ex altera vero ebitudo: cui tamen accidunt intellegentia, memoria et providentia;
*p. 16. iustitiam, quae dividitur in duo, in naturalem et consuetudinariam, *obpugnat severitas et adolatio: naturali accidunt religio pietas gratia vindicatio observantia veritas, consuetudinariae autem accidunt pactum par iudicaturia lex; fortitudinem namque obpugnat audacia[e] et timiditas: cui accidunt fiducia[f], magnificentia, patientia[g], perseverantia; temperantiam autem obpugnat libido et insensibilitas: cui accidunt continentia, clementia, modestia) — haec sane omnia et caetera innumerabilia, quae abyssus supradictarum artium in se continet, tuae sapientiae rimanda dimitto.

De quibus tamen aliquantisper enucleatius domino regi quaedam colligere cogitavi et inter alia ludi nostri dicta ceu quoddam coraulium dare, si scissem et in hoc vestrum velle; sunt etenim, prout nostis, in ipsis disputationibus multa ad dinoscendum pernecessaria sapienter vivere cupienti. Et unum de multis in medium proferam.

Est[3] enim rhetorica[h] dicta apo tu rhetoreon[i], id est a copia locutionis[k]. Cuius partes sunt hae: inventio, dispositio[l], elocutio, memoria, pronunciatio. Primum est invenire quod dicas; deinde, quod inveneris, disponere; tum, quod disposueris[m], verbis explicare; quarto, quod inveneris et disposueris et oratione vestieris, memoria comprehendere; ultimum ac summum, quod in memoria comprehenderis, pronuntiare.

Quae tamen omnia in tribus generibus versantur: demonstrativo scilicet, deliberativo, et iudiciali[n]. Demonstrativum genus est, quod tribuitur in alicuius certae personae laudem
*p. 17. Gen. 4, 4. 5. vel vituperationem: ut in Genesi de Abel et Cain legitur, respexit Dominus ad Abel *et ad munera eius, ad Cain autem et ad munera illius non respexit; deliberativum est in suasione et
2. Reg. 17, 2. 7. dissuasione: ut in Regum [libro] legitur, quomodo Achitofel suasit David citius perdere et quomodo Chusai dissuasit consilium eius ut regem salvaret; iudiciale[n] est, [in quo est[o]] accusatio et
Act. 24. defensio: ut in Actibus[p] apostolorum, quomodo Iudęi cum Tertullo quodam oratore accusabant Paulum apud[q] Felicem pręsidem et quomodo Paulus se defendebat apud eundem pręsidem. Nam in iudiciis[n] sępius, quid aequum sit, quęritur; in demonstratione, quid honestum sit, intellegitur; in deliberatione, quid honestum et utile sit, iudicatur[r].

Sunt[4] preterea in hac arte multae argumentationes, quae per inductionem vel ratiocinationem demonstrantur. Inter quas est oratio inductio dicta, quae per certas res quaedam incerta probat, ac nolentem ducit in assentionem[s]. Verbi gratia, philosophus quidam cum Xeno-

a) e *in ras. 4 litter. m. 2.* b) offitio *m. 1.* c) axę *C.* d) *prior* o *in ras. m. 2.* e) audatia *m. 1.* f) *in ras. m. 1.* g) pac. *in* pat. *corr. m. 1.* h) rethorica *corr. m. 2.* i) rethoreon *corr. m. 2,* on *in ras. m. 1.* k) loquutionis *m. 1.* l) disputatio *C.* m) exposueris *C.* n) iudit: *m. 1.* o) in — est *om. C.* p) legimus *add. Alb.* q) apud — pręsidem *superscr. m. 1.* r) consideratur *Albin.* s) assensionem *Alb.*

1) *Cf. Verg. Ecl. III, 18.* 2) *Cf. Alcvini libr. de dialectica c. 11 (ed. Frobenius II, 343), ubi similia, sed breviora inveniuntur.* 3) Est — sit iudicatur *ex Albini de arte rhetor. dialogo c. 3—5, p. 526, 10. 23. 29 ed. Halm.* 4) Sunt — non concederetur *ex Albini de arte rhetor. dialogo c. 29. 30, p. 540 ed. Halm.*

fonte quodam et eius uxore iniit disputationem; et primum cum uxore sermonem instituit: 'Dic mihi, quaeso, Xenofontis uxor, si vicina tua melius habeat aurum quam tu habes, utrum illud an tuum mavis[a]?' 'Illud[b]' inquit. 'Quid si vestem et ceterum orna[men]tum[c] muliebre pretii maioris habeat, quam tu habes, tuumne an illius mavis?' Respondit: 'Illius vero'. 'Age', inquit, 'quid si virum meliorem habeat quam tu habes, utrumne tuum virum mavis[d] an illius?' Hic mulier erubuit. Philosophus vero sermonem cum Xenofonte instituit. 'Queso te', inquit, 'Xenofons[e], si vicinus tuus equum[f] meliorem habet[g] quam tu habes, tuumne equum mavis an illius?' 'Illius' inquit. 'Quid si fundum *meliorem habeat quam tu habes, utrumne talem[h] fundum habere mavis?' *p. 18.
'Illum', inquit, 'meliorem[i]'. 'Quid si uxorem meliorem habeat quam tu habes, utrum[k] mavis?' Atque hic Xenofons[e] quoque[l] ipse tacuit. Post[m] philosophus 'quoniam uterque, inquit, vestrum id mihi solum non respondit, quod ego solum audire volueram, egomet dicam quid uterque cogitet. Nam et tu, mulier, optimum virum vis habere et tu, Xenofons[e], uxorem habere lectissimam maxime vis. Quare, nisi hoc perfeceritis, ut neque vir melior neque femina lectior sit in terris, profecto semper id quod optimum[n] esse putabitis maxime requiritis'[o]. Cernis pater, qualiter hic rebus non dubiis dubia probavit propter similitudinem inductionis? quod si quis separatim quęreret, forsan non concederetur. Sed harum argumentationum silvam interminabilem iam linquamus, licet tam utilitas quam auctoritas in eis magisterii vario modo eniteat. De his tamen alio tempore tractandum.

(c. 9) Nunc vero, quia ad calcem huius epistolae festino, lucum nominis seu verbi partim tangere cupio, ac precipue in his vobiscum conferre, quae impari sensu vel accentu a multis proferuntur[p]. Sed eorum opinione pretermissa, qualiter a me haec eadem intellecta sint seu visa, tibi coram expono tuoque examine corrigenda committo. Et quia harum duarum principalium partium in primordio sermonis nostri mentionem nominetenus feci, nunc lucidius quantulumcumque de his dicendum est: et primo quid sit nomen secundum grammaticos. Nomen[1] est pars orationis, secundum Priscianum, qui Latinę eloquentię decus est[2], quae unicuique subiectorum corporum seu rerum communem vel *propriam qualitatem distribuit. Dicitur autem nomen vel a Greco, quod est *p. 19.
'NOMA' et adiecta O ONOMA, dictum a tribuendo, quod 'NEMEIN' dicunt, vel, ut alii, nomen quasi notamen, quod hoc notamus uniuscuiusque substantiae qualitatem. Et communem quidem corporum qualitatem demonstrat, ut 'homo', propriam vero, ut 'Virgilius'; rerum autem communem, ut 'disciplina, ars', propriam, ut 'arithmetica Nicomachi', 'grammatica Aristarchi'. Item secundum philosophos de nominis diffinitione: nomen[3] est vox significativa secundum placitum, sine tempore, diffinitum[q] aliquid significans in nominativo casu, cum est, aut non est, in obliquis casibus nil, cuius nulla pars est significativa separata, ut 'Socrates'. Sed ut planius eius diffinitio[r] intellegatur: nomen est vox significativa, quia omne nomen aliquid significat, visibile vel invisibile, substantiale vel accidens. Sed substantiale et accidens ita. Omnis enim natura quae est, substantia dici potest, ut 'homo'. Atque igitur omni naturae preter Dei solius aliquid accidit, ut homini in corpore color[s], in animo disciplina. Deo vero nil accidit; nec bonitas, nec iustitia, nec potestas, sed ipse est bonitas iustitia et omnipotentia, a quo est omne bonum, et in quo et per quem omne est iustum, et qui ubique omnia potest. Sic et de aliis virtutibus sentiendum. Item nomen est secundum placitum, id est secundum compositionem singularum gentium. Nam res eadem in natura, sed in variis gentibus varia sortitur nomina, ut quod

---

a) malis *Albin. passim.* b) ıd *in ras. m. 2, fuitne* illius? c) ornatum *C.* d) *ras. ante* mavis *C.* e) Xenofon *Alb.* f) e *in ras. fort.* a *deleto C.* g) habeat *Alb.* h) utrum tandem *Alb.* i) scilicet *add. Alb.* k) atque etiam *Alb.* l) *superscr. m. 2.* m) Post ea *superscr. m. 2.* n) opti *in ras.* o) requiretis *Alb.* p) proferuntur *del.* sint *superscr. m. 2 C.* q) difinitum *C.* r) diffinito *m. 1, corr. 2.* s) calor *Alcv.*

1) Nomen — Aristarchi *ex Prisciani Institut. II c. 22 ed. Hertz (Grammat. lat. ed. Keil II, p. 56, 29—57, 7).* 2) *Alcvini Grammatica (ed. Frobenius II, 281):* Priscianus Latinae eloquentiae decus. 3) nomen est — nullo modo pertinebunt *maximam partem ex Alcvini Dialectica c. 16 desumpta sunt (Alcvini opp. ed. Frobenius II, 350. 351, cf. Grammatica p. 271. 272).*

Greci 'krison', hoc Latini 'aurum' nominant. Quodque est sine tempore, quia nomen tempus *p. 20. non adtrahit, ut verba faciunt. Diffinitum aliquid *significans, quia omne nomen in nominativo casu cum verbo substantiale 'sum' aliquid certum significat, in affirmatione vel negatione: ut 'homo sum, homo es, homo est'; 'arbor non sum, non es, non est'. In obliquis vero casibus nil certum significat, nisi additis aliis partibus ad plenam significationem: ut 'hominis istius est liber iste'; 'huic homini da hunc librum'; 'hunc hominem fac legere hunc librum'; 'ab hoc homine didici hunc librum'. Cuius etiam nominis nulla pars est significativa separata, ut 'Socrates' trisyllabum est, separatis ergo syllabis so·cra·tes nihil significat[a]. Sicut nec, 'domus' si dividitur in duas; et quamvis 'do' verbum sit et 'mus' animal frugibus infestum, sensum quidem proprium habeant. tamen ad 'domus' significationem separata nullo modo pertinebunt.

(c. 10) Haec de diffinitione nominis dicta sufficiant[b]. Nunc breviter etiam et de aliis dicendum. Et primo de eo quod Donatus dicit[1]: 'Cum producta vocalis est, vocali altera consequente communem syllabam facit', ut 'Medêa, platêa, eôus, sophîa'. Utriusque huius exemplum in hoc versu:

'Sophia[c] nota tuae menti et mens nota sophiae'[2].

Sic 'illius, ipsius, istius' utrumque et[d] correpta et producta in metris inveniuntur, in prosa vero semper haec produci oportet. Cum vero econtra correpta vocalis est, vocali altera sequente non facit communem syllabam, ut 'auréus, aeréus, aenéus' et reliqua. Item nomina, quę in penultimis naturaliter sunt longa, postquam in obliquis casibus additur quęlibet liquida, permanent longa: ut 'salûber salûbris', 'lugûber lugûbris'. Ut Ovidius[3] in libro Metamorphoseon[e].

*p. 21. 'Phoebe *salûber, ades'.

Item ipse[4]:

'Denique luguber vultus numquamque videndus'.

Sic etiam 'conmâter conmâtris', 'octôber octôbris' et multa talia. Similiter natura longa ut 'cathegeta', unde etiam 'cathêdra' dicta est, 'the' longa permanens. Veluti quidam ait:

'Nostrae cathegeta[f] terrae'[5].

Sic 'podâgra' a 'poda' greco. Item alia econtra, quae sunt brevia in nominativis, correpta permanent etiam in obliquis, ut 'compáter compátris, alácer alácris, volúcer volúcris[g], colúber colúbri, farétra, ferétrum, latébra, lavácrum, ventilábrum, simuláchrum[g], candelábrum, inlecébris, involúcrum' ab involvendo dictum: et questio nodosa vel clausa involucrum dici potest et pannorum involutio. Haec omnia in prosa semper[i] corripiuntur, in metro vero sępe producuntur, sępe etiam corripiuntur, quorum exempla ultro se offerunt. Item nomina, quae longa sunt apud Grecos naturaliter, apud nos interdum corripiuntur[6], ut 'Epyrus': 'py' apud illos naturaliter longum est, sed 'e' habet accentum. Sic 'báptismum[k], ábyssus, anáthema, bútirum'. Haec quamvis in metro producantur[l], in prosa tamen iuxta morem antiquorum corripiuntur. Nec debemus nos moderni, quibus dat Deus gratiam intellegendi, obesse priscorum vetustae auctoritati vel consuetudini. Illa vero nomina, quae habent primitiva greca, a quibus dirivantur, longa fiunt in penultimis, ut 'sophus sophîa, philosóphus philosophîa, ortógraphus ortographîa, agiógraphus agiographîa, analógus analogîa, machrológus machrologîa, achiro-

---

a) significant *m. 1.* b) suffitiant *m. 1.* c) Sophía *supra* i ˆ *eras. C.* d) *superscr. m. 2* e) metamorphoseos *corr. in* -seon *m. 1.* f) cathedra *ap. Hagenum.* g) volúcer volucris *add. m. 2 in marg.* h) simúlachrum *C.* i) *superscr. m. 2.* k) *accentus antepaenultimae in his paenultimam praeter morem corripi significant.* l) producuntur *m. 1, corr. m. 2.*

1) *Ars grammatica IV p. 369, 10 ed. Keil.* 2) *Cf. Hagen Anecdota Helvetica p. 174. 227, 17.* 3) *Rem. am. v. 704.* 4) *Trist. I, 8, 23.* 5) *Alcvini versus de Beda v. 5 (Poet. Carol. I, 294):* Notus in orbe procul, nostrae cathegita terrae; *Hagen Anecd. p. 183, 22.* 6) *Cf. de sequentibus Hagen Anecd. Helv. p. 176—177.*

lógus achirologîa, perisologus[a] perisologîa, tautologus[a] tautologîa, prophetes[a] prophetîa'[1]. Quod tamen in metro utrumque *tam correptum quam productum in penultima invenitur. *p. 22. Item 'Helîas' media producta dici oportet, quia 'hel' Deus et 'ia' dominus dicitur apud Ebreos[b][2]. Similiter producuntur in prosa 'Hieremîas', Ezechîas, Sedechîas, Malachîas, Sophonîas, Azarîas, Ananîas, Iechonîas, Ozîas, Iosîas[c] et sic omnia ex 'ia' hebreo composita producuntur in penultimis sine metro, licet producta seu correpta inveniantur apud poetas. Correpta ut est illud apud Iuvencum[3]:

'Zacharias, vicibus cui templum cura tueri'.

Producta vero ut apud Aratorem[4]:

'Aesaias, Danihel, similes quique ore prophetae'.

Et alibi[5]:

'Haelîę meditatus iter; non parva figura'.

Item Prudentius[6]:

'Aesaias Hieremias simul ecce prophetae'.

Sed sciendum, quod haec poetica licentia non solum in nominibus, sed etiam in verbis sępe corripit syllabam productam tam singularis numeri quam etiam pluralis[d]. Scimus enim, quod in quarta coniugatione[e] secunda persona indicativi modi presentis temporis producitur naturaliter, ut 'nescio nescis'. Sed corripitur atque producitur ita in epitaphio filii Catonis Censorini dicentis[7]:

'Quid tibi, mors, faciam, quae nulli parcere nosti?
Nescis lętitiam, nescis amare iocum'.

Item aliud verbum in preterito[f] perfecto pluralis numeri natura longum, sed poetice corripitur, ut apud Homerum in Iliade[8]:

'Pertulerunt ex quo discordia pectora turmas'.

Et in Marone[9] hoc sępe invenies, ut: 'Steterunt ipsi'. Attamen apud modernos hac licentia raro uti oportet.

(c. 11) Hinc etiam, quia sic inprovise in verbum, principalem post nomen partem orationis, prosilui, silendum est de nomine et de ista parte pauca tangenda. Et primum unde dictum sit verbum: dictum est etiam a verbere et boatu, id est ab ictu et sono. Et est eius dif*finitio secundum[g] grammaticos talis[10]: 'Verbum est pars orationis cum *p. 23. temporibus et modis, sine casu, agendi vel patiendi significativum. Hac enim diffinitione omnia tam finita quam infinita verba comprehenduntur. Et neutra enim quae absoluta dicuntur, et deponentia omnimodo naturaliter vel in actu sunt vel in passione'. Haec secundum Priscianum. Cęterum apud philosophos talis est eiusdem partis diffinitio[11]: 'Verbum est vox significativa secundum placitum, cum tempore, definitum aliquid significans et accidens'. Sed quomodo sit vox significativa et secundum placitum ex supradicti nominis diffinitione potest intellegi. Quid vero sit diffinitum aliquid significans et accidens, ita sentiendum, quia omne verbum certam significat actionem et[h] passionem, ut 'video' vel 'videor', et cuilibet substantiae illa actio vel passio solet accidere, ut puta homini videre vel videri. Ea vero quae dicuntur neutra non ideo sic vocantur, quod unam ex his non habeant significationem, sed quia uniformiter semper proferuntur, id est vel actum solum: ut 'manduco, curro', vel passionem, ut 'vapulo, veneo' et reliqua.

---

a) *sine accentu.* b) *in ras. m. 2.* c) ozia iosias *corr. in* ozias iosias *m. 1.* d) prularis *corr. in* plur. *m. 1.* e) coniugat̄ *C.* f) pt̄o *C.* g) apud *del.* secundum *superscr. m. 2.* h) vel *superscr.* et *m. 1.*

1) *Cf. Hagen Anecd. Helv. p. 173—174.* 2) *Cf. Isidori Etymolog. VII c. 8, 4; opp. ed. Arevalus III, 328:* Helias interpretatur dominus Deus. 3) *Hist. evangel. I, 3, ed. Marold.* 4) *De actibus apostol. I, 275.* 5) *Act. apost. I, 690.* 6) *Hunc versum non inveni.* 7) *Poetae lat. min. ed. Baehrens III, p. 245.* 8) *Italici Ilias Lat. v. 7, ib. p. 8.* 9) *Cf. Verg. Aen. II, 774.* 10) Verbum — passione *ex Prisciani Instit. VIII c. 1 ed. Hertz, Gramm. lat. II, p. 369, 1—5.* 11) Verbum est — vapulo veneo *ex Alcvini Grammatica (opp. ed. Frobenius II, 282) paucis mutatis.*

Et ne longius in pelagus verbi incedam, doceri a te cupio, unde 'peto petis' in preterito 'ii' duplicato sibiletur, cuius tamen proprium est 'petivi'. Ut illud in Regum: 4. Reg. 4, 28. Ps. 26, 4. 'Numquid petivi filium meum a domino meo'. Et econtra in psalmis: 'Unam petii a Domino, hanc requiram'. Cum verba, quę naturaliter a sibili sono incipiunt, non id Rom. 12, 20. observent in preterito, ut puta 'sitio sitivi' vel 'sitii'. Ut: 'si sitierit inimicus tuus, ciba illum'. Non autem ibi sibiletur illud 'ti', quamvis ab indicativo sic incipiat. Item 'degluttio degluttis' et 'futtio futtis' — quod est respuo[a], unde et futtilis[b] homo, qui *p. 24. nil celare potest et vasa futtilia[c] *ab effundendo dicuntur[1] — in preterito faciunt 'degluttivi vel degluttii' sine sibilo et 'futtivi vel futtii' et reliqua. Cum et Priscianus nil inde huic sibilationi simillimum referat, sed[2] per syncopam esse prolatum 'petii' pro[d] 'petivi' et 'petisse' pro 'petivisse' v vel[e] vi ablato retinet priorem non sibilum sonum. Sicut et 'cupii' pro 'cupivi' et 'cupisse' pro 'cupivisse' ponitur. Item non multum post idem auctor de eodem 'peto' refert, qualiter supinum faciat, ita[3]: 'Petivi' vero secundum analogiam in 'ui' terminantium prȩteritum 'petîtum' facit penultima producta'. Unde et inde compositum 'appeto appetis appetivi vel appetii', supinum[f] 'appetîtum appetîtu' et participium 'appetîtus' facit, nomen vero 'appetítus' penultimam corripit. Veluti a 'cupio cupivi vel cupii cupîtum et cupîtus' et cetera. Et quae consequens est ratio ut, Ps. 26, 4; 20, 5. quando dicimus: 'unam petii a Domino' vel 'vitam petiit', tunc sibiletur media syllaba: quando vero dicimus: 'petiit Romam vel in montem', quod est de transitu, tunc non sibiletur. Quod si et uno modo de transitione vel rogatione dici debet, dubitationem legentibus affert. Ut petiit Romam: utrum petamus nobis[g] Romam dari, quod ille papa, qui nunc ibi est, minime consentit, vel Romam pergere, quod illius est non prohibere. Scio enim certissime, quod eos in hac ratione offendo, qui id ipsum longo usu seu ignoranter sive monstrantibus magistris ita zetizavere. Atque hactenus ita facere velle minime dubito, et ne irascantur, do eis locum obiectionis. Primaque est eorum obiectio, quae et hic et in aliis multis locis commenta confirmantibus amminiculatur, quod grammatica constet ex ratione auctoritate et usu. Quae tria et nos *p. 25. iuxta *modulum nostrum in omnibus libris sequimur. Et quia consuetudo cum ratione sępe vincit auctoritatem, probat hoc Donatus dicens[4]: 'Meminerimus autem euphoniam plus interdum valere, quam analogiam et regulas preceptorum'. Sicuti 'vulpes' propter euphoniam dicitur, cum tamen 'volpes'[h], eo quod sit volubilis pedibus[5] secundum regulam dici debuit, similiter 'vultus' non 'voltus[h]' a voluntate ita vocatur[6]. Et 'ursus'[7], non 'orsus', eo quod ore pariat foetus, et 'mulier' non[i] 'mollier' a mollicie dicta[8], et multa alia[i] his similia. Item auctoritas[i] cum usu vincit rationem, ut in ewangelio Mathei: Matth. 24, 43. 'Illud autem scitote, quia si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique et non sineret perfodiri[k] domum suam', cum 'perfodi' dici debeat secundum artem. Luc. 7, 8. Et in Luca ewangelista: 'Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites et dico huic 'vade' et vadit et alio 'veni', cum 'alii' dativus sit illius et 'alio' sive cum prepositione sive absque ablativus. Item in altero loco idem ipse ib. 11, 7. ewangelista: 'Et ille deintus respondens dicit: Noli mihi molestus esse' et reliqua, cum Donatus dicat[9]: 'Deintus autem et deforis sic non dicitur quomodo adforas vel inforas'[1].

---

a) o *in ras. m. 2.* b) futilis *altero* t *m. 2 superscr.* c) ttilia *in ras. m. 2.* d) *in ras. m. 2.* e) u *eras. C.* f) sopinum *m. 2 corr. in* sup. g) bis *in ras. m. 2.* h) *ras. ante* v *C.* i) *superscr. m. 1.* k) perfodi ri *superscr. m. 1.* l) vel inforas *superscr. m. 1.*

1) *Sextus Pompei. Festus ad voc. futiles, p. 89 ed. Müller.* 2) *Institut. X c. 45, II p. 535, 5. 6.* 3) *l. X c. 48, ib. p. 537, 22. 23.* 4) *Ars Grammat. IV p. 379, 3. 4 ed. Keil.* 5) *Cf. Isidori Etymol. XII c. 2, 29, opp. IV, 58:* Vulpes dicta quasi volupes. Est enim volubilis pedibus; *Hagen Anecd. Helv. p. 180.* 6) *Etym. XI c. 1, 34; opp. IV, 6:* Vultus vero dictus, eo quod per eum animi voluntas ostenditur. 7) *Ibi XII c. 2, 22; opp. IV, 56:* Ursus fertur dictus, quod ore suo formet foetus, quasi orsus. 8) *Ibi XI c. 2, 18; opp. IV, 27:* Mulier vero a mollitia tanquam mollier. 9) *Ars minor IV, p. 363, 10. 11 ed. Keil.*

(c. 12) Sed cur haec prosequimur, cum multa his similia in divinis libris indita repperiuntur, quae grammaticis contraria esse videntur, sed non ita per omnia sentiendum est. Quia quicquid Spiritus sanctus, auctor et fons totius sapientiae, per os sanctorum suorum loquitur, non est contra artem, immo cum arte; quia ipse est ars artium, cui omne mutum loquitur et insensibile sentit. Ipse enim qui de nihilo cuncta creavit, ipse etiam ingenium hominibus dedit, ac per eos artes multiplices ecclesiae suae sanctae longe ante providendo constituit. Quos tantum[a] minime delegit. *Quapropter *p. 26. cum honore veneremur ea, quae per sanctos ad nos perlata sunt, et ne procaci contentione studeamus illud corrigere[b], quod constat esse rectissimum. Hinc etenim beatus Gregorius ait[1]: 'Stultum est, ut si velim verba cęlestis oraculi concludere sub regulis Donati'. Quia cum legimus in divinis libris 'virum sanguinum' et 'libera me de Ps. 5, 7. ib. 50, 16. sanguinibus', si[c] sensus interior pensatur, quomodo arti contrarium non sit, invenitur. Quando enim sanguis pluraliter ponitur, non de cruore, sed de peccatorum magnitudine sentiendum est. Et si nos mortales in schematibus[d] et tropis volumus libere uti regula inde olim disposita, ita ut ornatus necessitatisve causa, ubi nobis[e] videtur, ponimus litteram pro littera, syllabam pro syllaba, genus pro genere, speciem pro specie, gradum pro gradu, numerum pro numero, accentum pro accentu, in quibusdam adicimus, in quibusdam vero detrahimus. Inter haec etiam ea quae ante stare debuerunt, ponimus retro, vel quae retro, ordinamus ante. Et si licentia nostra talis est nec est qui vituperet, quanto magis auctori totius artis sine ulla controversia licitum est in verbis sanctissimis eloquiorum suorum uti regula sua? Artifex enim est Spiritus sanctus inestimabilis[f], propterea et potens est ad fabricam suam adicere quod vult, et inde auferre ubi vult, et ante vel post ordinare quodcumque prout vult. Haec itaque idcirco dixi, ut ne quis tam superbe audeat loqui contra dicta ewangelistarum apostolorum vel prophetarum, sed dicat tacite[g] cogitationi suae illud apostoli: 'Quid 1. Cor. 4, 7. est quod habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid[h] gloriaris quasi non acceperis?' Quia si auctorem donorum omnium cogitas, non habes in dictis eius quod reprehendas, vitia tantum[i] scriptorum *cavenda sunt et emendanda. *p. 27.

(c. 13) En, pater amabillime, tuae dulcissimę familiaritati strictim[k] in hac sceda aperui, qualiter usus cum ratione sępe vincit auctoritatem, et quomodo auctoritas cum consuetudine superat sępius rationem. Nunc rogo interroga in hac disputatione contradictores nostros, ubi consuetudo sine auctoritate vel ratione aliquod[l] valeat. Et si invenire nequeunt vera, forsan ad obiciendum commentantur falsa. Non enim ignorat haec et illorum putto. Trahunt autem pre[m] manibus Consentium[n] quendam olim sępultum, nunc demum plorantem, cur excitetur ab eis, et cum eo volunt confirmare, ut sicut plaustrum non unctum in supradicto verbo 'peto petii' stridulum sonum reddamus, aientes ita illud sibilari, ut 'pretium pretii', 'divortium divortii', 'iustitium iustitii'. Sicut et alia nomina vel verbalia 'iustitia, nequitia, malitia, oratio, inductio, lectio, communicatio, insecutio' et multa talia his similia 'ti' ante 'a' vel ante 'o' habentia. Sed qualiter superiori rationi conveniant, non intellego, precipue cum illud verbum sit, haec vero nomina sive ex verbo venientia. Et quia omnia verbalia nomina id non observant, refutandum est ac minime recipiendum. Sicuti a 'quaeror quaereris' 'quaestus questio', et a 'suggero suggessi' 'suggestio,' a 'comburo' 'combustio' et quae inde composita procedunt, sine sibilatione dicuntur, ut 'adustio exustio' et reliqua. Sed ne

---

a) tm̃ *C.* b) rr *in ras. m. 2.* c) si — arti con- *in ras. m. 1.* d) scemat. h *superscr. m. 2.* e) nos *corr. in* nobis *m. 2.* f) inestimabiles *corr. m. 2 in* -bilis. g) tacitę *cauda erasa C.* h) *ras. ante* quid *(fuitne* ut quid*?) C.* i) tantorum *corr. in* tantum *m. 1.* k) *in ras. m. 2.* l) aliquid *C.* m) pre *m. 2 corr. in* prę. n) *ras. 4 litterar. post* ti- *m. 1.*

1) *Epist. ad Leandr. c. 5; Gregorii opera omnia I, 6; EE. I, 357.*

reprehendamus Consentium, et hoc non est consuetudinis nostrae super auctoritate priscorum, tantum ductoribus illius in huiusmodi diverticulo[a] non consentiamus. Narrat
*p. 28. enim ille inter c et t litteras *distantiam, ut una pinguius, altera zetam imitando sed fortius sonet[1], veluti 'pretium pretii', commertium commertii' et reliqua. Alioquin cur non omnes Latinorum aniles consuetudines renovemus? Nam Pompeio probante[2] antequam Romani x seu zetam habuissent, duos consonantes seu litteras pro eis scribebant, pro x scilicet c et s, ut 'ducs', vel g et s, ut 'legs'. Item[3] pro z d[b] et i, ut 'baptidio ymnidio prophetidio' vel duas ss ut 'patrisso' et cetera, unde usque hodie hae duae litterae pro duplici habentur. Quapropter sciendum, quod inde mos excrevit, dum commutatio di litterae tantum in grecis nominibus fuit, ut 'baptizo, prophetizo', multi Latinorum similiter cetera nomina di ante penultimam habentia cum sono zetae litterae protulere, ut 'hozie, merizies'. Item postquam ex auctoribus artium hauserunt quod q littera quandam cognationem cum c habeat, usi sunt tam scripto quam etiam pronuntiatione eiusdem sono, dicentes 'qui zui, quae zue, quod zuod, alioquin aliozuin'. Quae pronuntiatio quam absurda[c] sit, ne dicas doctos homines, verum et mures intellegunt. Nisi forsan placeat, ut aviculam carduelum imitemur, sonantes 'zui zui', vel quando tempestates seu grandines cernimus imminentes, clamemus 'zue' pro 've calvae ve'. Instans enim timor, qui grece fobi[d] dicitur, tollit memoriam et corrumpit sępius verba. Iocari enim me putas. Non enim de te tale quid suspicor, sed neque caput nudum contemplor: tegit sane illud quam obtime galerus mihique talis videris ut priscus Homerus. Haec vero de[e] 'peto petii' satis sit dictum.

*p. 29. (c. 14) Nunc vero alia *questio mihi oboritur in verbo de 'icio' et prepositione conpositis, ut 'proicio[f], inicio, reicio, conicio', unde quidam in his verbis velint, quidam vero nolint, geminare i litteram, et dicere 'iniicio[g], obiicio, proiicio, reiicio, coniicio, adiicio, subiicio', veluti antiquorum quidam in nomine vel pronomine faciebant 'maiia peiius eiius' unum i pro vocali, alterum pro consonante ponentes. Cum enim inde varie quidam sentiant, ponenda sunt verba Prisciani, qualiter ipse brevi ratione referat inde dicens[4]: 'Inter alia in cio desinentia 'abicio' quoque 'abieci' facit, 'conicio[h] conieci', 'inicio inieci', 'proicio proieci'. Invenitur tamen etiam simplex 'icio icis', unde Virgilius[5] in XII[o][i]:

'Ictum iam fedus et omnes Compositę leges'.

Alia vero i ante cio habentia eandem i in e convertunt et cio in xi, ut 'aspicio aspexi, conspicio[k] conspexi, illicio illexi, pellicio pellexi'. Excipitur 'elicio' — quod est exprimo — 'elicui' facit.' Item idem ipse auctor in primo libro artis grammaticae, ubi de i et u facit mentionem, ita refert[6]: 'Et i quidem modo pro simplici, modo pro duplici accipitur consonante; pro simplici, quando ab eo incipit syllaba in principio dictionis posita, subsequente vocali in eadem syllaba, ut 'Iuppiter[l]', 'Iuno', pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit syllaba post vocalem ante se positam, subsequente quoque vocali in eadem syllaba, ut 'maius', 'peius', 'eius'. In quo loco antiqui geminare solebant i, sed modo in usu non est. Item in verbo 'aio' pro duplici habetur.' Et post pauca[7]: 'I quoque pro simplici in
*p. 30. media dictione invenitur, sed *in conpositis, ut 'iniuria, adiungo, eiectus, reicio.' Sed Virgilius in Bucolico proceleumaticum pro dactilo posuit dicens:

'Tytire, pascentes a flumine reice capellas'[8].

---

a) verticulo *corr. in* divert. *m. 1.* b) d *ex* te *corr. m. 1.* c) obsurda *C.* d) *i. e.* *φόβος*. e) vero de *superscr. m. 1.* f) proitio *m. 1.* g) inicio *altero* i *superscr. m. 2.* h) conitio *m. 1.* i) o *superscr. m. 2.* k) conspitio *m. 1.* l) iuppter i *superscr. m. 2.*

1) *Consentii Ars (Grammatici lat. ed. Keil V, 395).* 2) *Pompeii Commentum artis Donati (l. l. V, p. 108, 14).* 3) *Cf. Prisciani Instit. I c. 31, II, p. 24, 5. 6.* 4) abicio quoque — elicui *ex Prisciani Instit. X c. 3, II, p. 496, 17—24.* 5) *Aen. XII, 314. 315.* 6) Et i — solebant i *ex Prisciani Instit. I c. 18, p. 13, 27—14, 6.* 7) *Instit. I c. 19* (— capellas), *p. 14, 14—19.* 8) *Ecl. III, 96.*

Item in libro Georgicon:

'Reice, ne maculis infuscet vellera pullis'[1].

Item de 'inicio' idem in eodem libro IIII:

'Ungue fovens circum, et raras super inice frondes'[2].

Item de 'conicio' in eodem libro IIII Georgicon:

'Transversas salices et grandia conice saxa'[3].

Post hęc iterum de i vel u memorat idem auctor ita[4]: 'Numquam autem potest ante i litteram loco consonantis[a] positam aspiratio inveniri, sicut nec ante u consonantem. Unde 'hiulcus' trisyllabum est. Nulla enim consonans ante se recipit aspirationem, sed post, ut 'rhetor, Rhodus[b], Rhenum.' Hinc etiam omnes occidentales hanc regulam secuti divisim legunt: 'hi-aspis, hi-acintus, Hi-eronimus', et quia grece hi-eros sacerdos et hieronimus sacerdotalis dicitur atque i hic in loco vocalis est non consonantis habensque aspirationem ante se, idcirco non dicitur continuatim hiaspis ut ianua, sed seperatim. Quapropter in supradictis verbis Prisciano[c] placuit, ut nobis videtur[d], i duplicare debere, licet noster usus aliter habeat. Sequentes Honoratum et domnum Bedam in metrica ratione in eisdem verbis ita proloquentes[5]: 'Ex ipsis autem prępositionibus ad et ob, in et sub, diverse in verbis ponuntur. Nam corripiuntur[e], cum crescendo de se disyllabum reddunt, ut 'adit, obit, init, subit'. Indifferenter autem sunt, cum trisyllabum faciunt, ut 'adicit[f], obicit, inicit, subicit'. Producuntur tantum, cum tetrasyllabum ex se reddunt, ut 'adicio[g], obicio, inicio, subicio' et reliqua. Et quia nec iste auctor de geminato i in supradictis verbis, *sed de simplici *p. 31.
produccione 'ei' in conpositis ita refert, silendum sit iam de eo, et ad alia festinandum. Hoc tantum sciendum, quod id ipsum i in tali conpositione non seperatur a precedente consonante, et fit de trisyllabo tetrasyllabum, ut 'obicio, inicio, adicio'. Sicut et alia verba et nomina faciunt, ut 'oboedio, transeo, obeo, abiit, inimicus, iniquitas, benoni' et cetera.

(c. 15) Nunc vero breviter et de aliis verbis dicere malui in 'leo' desinentibus, ut aperiatur unde veniat 'adultus' participium et 'aduliscens[h]' nomen. 'Cleo', id est servio, 'clevi' facit, unde 'cliens' servitor et 'clientela' servitium[i] vel, ut alii volunt, 'cleo' grece latine dicitur fleo, ut puta in eo loco ubi apostolus dicit 'flere cum flenti- Rom. 12, 15.
bus', apud Grecos legitur *ΚΛΕΟΥΙΝ ΜΕΤΑ ΚΛΕΟΝΤΩΝ* et reliqua. Sic 'oleo olevi, aboleo abolevi, adoleo adolevi', quod ponitur pro incendo vel pro cresco. Sic 'exoleo[6] exolevi, releo relevi', quod est iterum deleo, inde 'loetum' mors dicitur a delendo. Quamvis 'aboleo' et 'olevi et olui' faciat et similiter 'redoleo redolevi et redolui', tamen non mutat significationem, ut Horatius in I epistolarum:

'Vina fere dulces oluerunt mane Camaenę'.

Virgilius in XII:

'Mox cum matura adoleverit aetas'.

Cassius ad Tiberium ita secundo: At contra Aegyptios sacrificium, ubi integrum anserem adoluerunt'[k]. Participium vero inde passivi 'adultus' pro 'adolitus' prolatum est. Item supina eorum ita terminantur: de 'oleo oletum', de 'adoleo adoletum'[l], de 'abolevi aboletum'[m], de 'abolui abolitum'; de 'deleo deletum', unde 'loetum' dicitur ipsa res quae delet, quasi a leo[n] simplici, quod tamen[o] in usu non est. A 'delino delinis delitum' facit Virgilius in IIII Georgicon:

'Et paribus lita corpora[p] *guttis'. *p. 32.

a) -ntis *in ras.* b) *in ras. m. 2.* c) o *in ras.* d) uidet' *in marg. add. m. 2.* e) co *in ras. superscr. m. 1.* f) a *superscr. m. 1.* g) aditio *m. 1.* h) adulescens *m. 1.* i) servicium *corr. in* -tium *m. 2.* k) adoleverunt *Prisc.* l) adolatum e *superscr. m. 2.* m) o *ex* l *corr. m. 1.* n) leor e *ex* o *corr. m. 1.* o) tamem *m. 1.* p) corpor/a *C.*

1) *Georg. III, 389.* 2) *Georg. IV, 46.* 3) *Georg. IV, 26.* 4) Numquam — aspirationem *ex Prisciani Instit. I c. 18 p. 14, 20. 21.* 5) Ex ipsis — subicio *ex Servii Honorati De finalibus (Grammat. lat. ed. Keil IV, 450, 12—16), Bedae De arte metrica c. 4 ibid. VII, 234, 30 — 235, 4.* 6) exoleo — fratris delitor *ex Prisciani Instit. IX c. 53. 54, II, p. 488, 20—490, 16.*

Cicero in IIII Verrinarum: 'Tabule sunt in medio quae se corruptas atque interlitas esse clamant'. Actius in Atreo: 'Epularum fictor[a] scelerum fratris delitor', id est exterminator. Item[1] in io ut 'aio', ubi i pro duabus consonantibus ponitur, quod verbum quartę coniugationis esse ostenditur pro eo, quod imperativum[b] eius in i repperitur ut 'ai'. Nevius ita probat:

'An nata est sponsa pregnans? vel ai vel nega'.

Quod verbum, quamvis defectivum videatur, in multis tamen nanciscitur. E quoque[2] antecedente in 'io' unum invenitur 'meio' tercię coniugationis. In quo similiter[c] i loco consonantis est. Iuvenalis[d] autem eius infinitivum profert ita:

'Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est'.

Item Persius:

'Pinge duos angues: pueri, sacer est locus, extra | Meite[e]

et reliqua. 'Mingo' vero 'minxi' pręteritum facit. Unde Horatius:

'In hunc perminxere calones'.

Ex quo secundum regulam in 'ctum' nascitur supinum 'mictum'. Ut Horatius in I sermonum:

'Mentior at si quid, merdis caput inquiner albis[f]
Corvorum, et in me veniant mictum atque cacatum'.

Unde etiam meditativum 'micturio'. In io[3] quoque u antecedente unum invenio 'inquio', quod plerumque arcium scriptores putant in usu non esse. Sed Cicero ponit hoc in II° de oratore[g]: 'Attendere et aucupari verba oportebit, inquio, ut ea quae sint frigidiora vitemus'. Item in eodem: 'Tu vero, inquisti, molestus non eris'. Idem in Verrem[h] de signis: 'Qui me ubi viderunt, ubi sunt, Pamphile, inquiunt, scyphi'? Idem in IIII ad Herennium: 'Quid enim tibi vis? aliquis inquiat'. Ex quo apparet, secundum analogiam 'inquiam' debere dici. Item ad eundem in V: *p. 33. 'Aut non Africani nepoti, inquit, istius modi fuerunt'. *In eodem: 'Videte nunc, inquis, iudices, quemadmodum me Plagiuxiphus iste tractarit[i]'. Item Persius:

'Hoc iuvat? hic, inquis, veto quisquam faxit oletum',

quod est stercus humanum[4]. Terentius autem imperativum eius 'inque' in Phormione posuit:

'Tum autem Antiphonen video abesse amittere | Invitum eam inque'.

Ergo secundum analogiam tercię coniugationis esse reperitur, cuius supinum non invenitur. Item verba, quae[5] tam in 'vi' quam in 'ii' terminant preteritum perfectum, in 'itum' faciunt supinum penultima producta, ut 'audivi' vel 'audii audîtum', 'scivi' vel 'scii scîtum', 'arcessivi' vel 'arcessii arcessîtum', 'cupivi' vel 'cupii cupîtum'. Excipiuntur in 'eo' desinentia et disyllaba aliarum coniugationum, quae penultimam supini corripiunt, ut 'eo ivi' vel 'ii itum', et inde conposita 'adeo adivi' vel 'adii aditum[k]', 'transeo[l] transivi' vel 'transii transitum', 'pretereo preterivi' vel 'preterii preteritum'. Ut Virgilius in VIII:

'O mihi praeteritos referat si Iuppiter annos'.

Idem in V:

'Hos aditus [iamque hos aditus[m]] omnemque pererrat'.

Sic 'obivi' vel 'obii obitum', 'ineo inivi' vel 'inii initum'. Ut Virgilius in X:

'Morte obita qualis fama est volitare figuras'.

Sic 'queo quivi' vel 'quii quitum', 'sino sivi' vel 'sii situm'. Ut Virgilius in VII:

'Sed[n] te victa situ verique effeta senectus'.

---

a) atreo epularum fictor *C.* b) *sic C.* c) similī *C.* d) iuuenalis e *ex* a *m. 1.* e) M *et* i *ex corr. m. 2.* f) aluis *corr. m. rec.* g) oratione *C, corr. P. de W.* h) Verre *C.* i) tractaret *corr.* -rit *m. 2.* k) *rasura post* aditum *C.* l) transeo *m. 1 iterum superscr. et del.* m) iamque — aditus *om. C.* n) Sed *superscr. m. 2 in ras.*

1) in io — nega *ex Prisciani Instit. X c. 1, l. l. p. 494, 1—15.* 2) E quoque — micturio *ibi l. l. p. 494, 16 — 495, 12.* 3) In io — oletum. Terentius — non invenitur *ex Instit. X c. 2, p. 495, 14 — 496, 8.* 4) *Sext. Pompei. Festus ad voc. oletum, p. 203 ed. Müller.* 5) tam in vi — certamina campo *ex Institut. X c. 54—57 ordine mutato, p. 543, 6—547, 10, cf. c. 40 p. 530. 570.*

Quia 'situs' et pro 'neglegentia' dicitur et 'sinor' et 'desinor desitus' facit penultima correpta. Item 'lino livi' vel 'lii', quod in rarissimo usu est, 'litum' facit[a]. Virgilius in IIII:

'Et paribus lita corpora guttis',

unde 'illitus' participium correpta penultima. Lucanus in VIII:

'Illita tela dolis nec Martem comminus usquam'.

Sic et alia a di*syllabis conposita 'insitus', 'illicitus' corripiunt penultimam. 'Cieo' quoque 'civi' vel 'cii citum' corripit penultimam. Quando vero a 'cio cis' quartę coniugationis est, producit eam, ut hęc exempla de utroque probant. Statius in III Thebaidos: *p. 34.

'Atque hic[b] ingenti Capaneus Mavortis amore
Excitus et longam pridem indignantia pacem
Corda tumens'

et reliqua. A 'cio' vero 'citus' penultima producta. Ut Virgilius in III Eneidos:

'At genus e silvis Cyclopum et montibus altis
Excitum ruit ad portus et litora conplet'.

Item 'incitus' corripit, sicut et 'excitus' supra. Ut Virgilius in XII[c]:

'Incita nec domini memorum proculcat equorum'.

De 'pono' quoque antiqui 'posivi' fecerunt, sed modo 'posui' in usu est correpta penultima, quod 'positum' supinum facit, et inde composita 'inpositum', 'propositum'. Virgilius in III[d]:

'Inpositis auro dapibus'[e].

Item Iuvenalis in I:

'Si te propositi nondum pudet[f] atque eadem est mens'.

Pręterea notandum, quod 'sepelio sepelivi' vel 'sepelii sepultum' facit, quamvis antiqui 'sepelitum' dixissent supinum. Unde Cato in Thermum: 'mortuus est, sepelitus est'. Item 'salio salivi' vel 'salii saltum' facit. Unde Virgilius in VI[g]:

'Cum fatalis equus saltu super ardua venit
Pergama'.

Idem in XI:

'At medias inter cedes exultat Amazon'.

Item pro 'sallio sallitum' facit et[h] 'sallo sallum', quomodo 'vello vulsum'. Inde etiam participii futurum 'salliturus' vel 'salsurus' et preteritum 'sallitus' vel 'salsus' facit. Cornelius Severus in VIII de statu suo: 'Ad quem[i] salliti pomiliones afferebantur'. Item Mummius: 'istaec, inquit, sum multo sale | Salsurus'. 'Ambio ambis' ab 'eo' conpositum solum mutat e in i productum, ut 'ambitus ambita ambitum'. In nomine vero *sive vocabulo rei, differentiae[k] causa in 'eo' terminantium regulam servans, corripit penultimam 'ambitus. Productum: ut Ovidius in I Metamorphoseon: *p. 35.

'Iussit et ambitę circumdare litora terrę'.

Correptum: ut Lucanus in I:

'Loetalisque[l] ambitus urbi
'Annua venali referens certamina campo.'

Item[1] 'halo halas halavi', nomen participiale 'halitus'[m] non 'halatus', sicut a 'spiro spiras' 'spiritus' nomen participiale non 'spiratus' facit, et a 'pavi pastus' non 'patus'. Quod autem 'halavi' est ex 'halo'[n], ostendit usus. Iuvenalis[o] in IIII:

'Et omni
Bellorum pompa animam exhalasset opimam'[p],

a) fa- *in ras. m. 1.* b) hęc *C.* c) ·VIII· *C.* d) ·IIII· *C.* e) dabibus *corr.* dap. *m. 1.* f) putet *corr. in* pudet *m. 2.* g) ·III· *C.* h) *superscr. m. 2.* i) uē *in ras. m. 1.* k) *poster.* i *ex corr. C.* l) sed *add. C.* m) habitus *m. 1.* n) exalo h *superscr. m. 2,* ab halo *Prisc.* o) e *ex* a, n *ex* l *corr. m. 1.* p) optimam *m. 1.*

1) halo halas — exhalavisset *ex Prisciani Instit. XI c. 33, p. 570, 6—15.*

pro 'exhalavisset[a]'. In 'stus[1]' unum deponens invenitur, ut 'queror questus' et passivum 'pascor pastus'. Cum alia eiusdem formę soleant abicere s, ut 'nascor natus[b]', 'irascor iratus', 'obliviscor oblitus[c]', 'nanciscor nactus', 'proficiscor profectus', 'ulciscor ultus', 'paciscor pactus', 'experrectus'. 'Scindo' quoque 'scidi' correpta penultima 'scissus' facit participium, sicut et 'findo fídi fissus'. Item a 'fallo fefelli' 'falsus' et a 'pepuli' 'púlsus', a 'percello perculi' 'perculsus.' A 'sustollo sustuli', quod est anomalum, 'sublatus' facit. 'Decucurri decursus', a 'verri versus', et a 'verti versus'. Excipitur 'peperi partus' differentiae causa, quia 'peperci parsus' facit, sicut a 'farcio farsi fartus', a 'sarcio sarsi sartus', a 'fultio fulsi[d] fultus', a 'haurio hausi haustus', a 'repperio repperi repertus' et 'comperio conperi compertus'. Nimisque longum est, domine pater, si omnia in verbis variae reperta, tibi etiam comperta, in unam congeriem conor conglobare; precipue cum fastidium pariant scientibus et tamen neces-
p. 36. saria sunt ignorantibus. Ob quorum etiam amorem, *licet absentium, haec tam longa serie prosequar exponendo, ut sciant quod communem habere cum eis gratiam Dei desidero, in scientia artis et intellectu spiritali, et ut pro anima mea, quando hęc legunt, divinum implorent auxilium, quia quicquid Deo donante intellego aliis communico. Neque mea voluntate thesaurum cęlestem sub veste tenacitatis abscondo, sed volentibus aeque nolentibus ultro expendo.

(c. 16) Et quia in silvam verbi densissimam ingressus sum, nec valeo per memet egredi, mitte pater manum et educ me de vepribus istis: valde enim cruentant me. Sed dum manum tardius prebes[e], retrahit[f] me ramnus quidam in verbum 'sapio', cuius preteritum auctores varie[g] protulerunt. Nam Probo[2] 'sapui' placet dici, Charisio 'sapui' vel 'sapivi', Aspero 'sapivi', et 'sapii' secundum Varronem, quod Diomedes etiam approbat[h]. Nonius tamen Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit: 'sapivi' pro 'sapui', Terentius similiter: 'Cum intellego resipisse' pro 'resipivisse'. Caper utrumque in usu esse contendit. Afranius in Brundisinis[i]: 'Equidem nunc resipui, postquam pectus est lęticia onustum'. Plautus in Rudente: 'Pol magis sapisset, si dormivisset domi'. Item in 'ui' divisam unum invenitur in preterito, ut 'rapio rapui', sic et inde composita, 'eripio eripui', 'surripio surripui', quod poetę per sincopam 'surpui' protulerunt. Ut Horatius in IIII°[k] carminum:

'Quae me surpuerat mihi Felix post Cinaram'[l].

Item[3] 'orior' et 'morior' apud veteres tam tercię quam quartę coniugationis[m] fuerunt. Lucanus in IIII:

'Non gratis moritur, iugulo qui provocat hostem'.

Ennius in XIIII annalium:

*p. 37. 'Nunc est ille dies, cum gloria *maxima sese
Nobis ostendat, sive vivimus sive morimur'[n].

Virgilius in II Eneidos:

'Telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cędes'.

Lucilius in III:

'Conturbare animum potis est, quicumque adoritur'.

Eorum supina 'ortum' et 'moritum', quamvis 'oriturus' non 'orturus' inveniatur participium futuri, sed preteritum 'ortus' non 'oritus' dicitur. Ut Horatius in epistolarum libro II°:

'Nil oriturum alias, nil ortum tale fatentes'.

---

a) exhalasset vi *superscr. m. 1.* b) natos *corr.* -tus *m. 1.* c) *in ras. m. 1.* d) folsi *corr. in* fulsi *m. 1.* e) brebes *corr.* preb. *m. 1.* f) retrait h *superscr. m. 1.* g) vario *corr. in* varie *m. 1.* h) abpr. *corr. in* appr. *C.* i) -dis- *ex corr. m. 1.* k) II° *(o man. 2) C.* l) cineram *corr. in* cinaram *m. 1.* m) coniugationes *corr. in* -nis *m. 1.* n) *ex* morimus *m. 1.*

1) In 'stus' — conperi compertus *ex Instit. XI c. 37. 38, p. 572, 19 — 573, 12.* 2) Probo — domi; Item in ui — Cinaram *ex Prisciani Instit. l. X c. 7, p. 499, 18 — 500, 11; 499, 11—16.* 3) Item orior — moritus *ex Prisciani Instit. X c. 8, p. 501, 12 — 502, 5.*

A 'morior' quoque notandum, quod, cum secundum analogiam 'moriturus' faciat participium futuri, 'mortuus' facit preteritum geminata u, quod in nullo alio participio invenies pro 'mortus' vel 'moritus'. Item[1] in 'uo' divisam, ut 'acuo acui', 'innuo innui', 'annuo annui', 'arguo argui'. Virgilius in VIIII:

'Nisus ad hęc: me nulla dies tam fortiter ausis
Dissimilem arguerit; tantum fortuna sequatur'[a].

Idem in XI: 'verba redarguerit'. Excipiuntur 'struo struxi', 'fluo fluxi', 'pluo plui'[b]. Livius in I[c] ab urbe condita et in XXI et in XXII 'lapidibus pluvisse' dicit et in[d] XXIIII[e] 'sanguine pluvit'[f]. Item quę non dividuntur in 'uo' divisam, ut 'unguo', quod Nisus quidem et Papirianus et Probus tam 'unxi' quam 'ungui' dicunt facere preteritum, Charisius[g] autem 'unxi' tantum. Sic 'tinguo' vel 'tingo tinxi', 'coquo', vel ut alii 'coco, coxi'. In quibus u vim litterę amittit. Sic etiam 'linquo liqui' et reliqua. Unde in 'guo' quidem syllabam terminantia huiuscemodi servant regulam in 'go' terminatorum, sicut et quę in 'quo'[h] finiuntur, rationem sequuntur in 'co' desinentium. Dicimus igitur 'unguo unxi' et 'linguo linxi', ut 'pingo pinxi', et 'linquo liqui', ut 'vinco vici'. 'Ninguo'[i] quoque 'ninxi' facit, unde 'nix', sicut a 'duxi' *'dux', a 'rexi' 'rex'. Virgilius in III Georgicon: *p. 38.

'Interea toto non setius aequore ninguit'.

Accius in Andromeda:

'Cum ninxerint cęlestium molem mihi'.

'Extinguo' etiam 'extinxi' facit, cuius simplex 'stinguo' in raro est usu. Virgilius in IIII:

'Cum generem extinxem, memet super ipsa dedissem'

pro 'extinxissem' protulit. Cicero tamen in Arato 'stinguens' participio usus est, quod a verbo[k] 'stinguo' nascitur:

'Quem neque tempestas perimet neque longa vetustas
Interim et stinguens praeclara insignia cęli'.

Idem passivum eiusdem verbi in prognosticis protulit ita:

'Ut cum Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguntur radii cęca caligine tecti'.

Item sciendum, quod quaedam ex his, quę in 'uo' terminantur divisam, veteres in antepenultimis producebant. Ut Ennius:

'Annuit sese mecum decernere ferro',

sed hoc modo in usu non est. Supina vero eorum i preteriti in 'tum' convertunt et producunt u penultimam, ut 'acui acutum', 'annui annutum', innui innutum', 'argui argutum'[l], unde et[m] participium 'argutus', id est 'convictus'. Plautus in Pseudulo[n]: 'argutus malorum facinorum'. Futurum eius 'arguiturus' pro 'arguturus' invenitur in usu, et dirivativum eius 'argutor argutaris'. Puto argutus es in educendo, preceptor amabillime, et ego tardior testudine[2] te sequor[o] in hac spissitudine, precipue cum infantuli vestri mihi innuant, ut non sileam. Sed haec enucleatim ab auctoribus excerpta eis ad tempus sufficiant[p], usque quo ad maiora percipienda convalescant, et tunc demum recurrant ad ipsum fontem, unde haec hausi[q] et bibant, usque quo eis aures sonent[r].

(c. 17) Interim vero, ductor amande, quia tempora Augustorum[3] nosti, sub quibus sapientia floruit, et ut levius iter ha*beamus, dicito mihi, si inter illos audieras, *p. 39. unde quidam corripiant, quidam vero producant in penultimis verba subiunctiva in prima et secunda persona pluralis numeri tempore preterito perfecto[s] et futuro eiusdem modi per omnes coniugationes. Ut cum 'amaverim amaverimus amaveritis', et

---

a) secunda *Prisc.* b) pluvi *Prisc., corr. in* plui *C.* c) II *C.* d) *superscr. m. 1.* e) XXIII *C.* f) pluit v *superscr. m. 1.* g) Charisiur *C.* h) guo *C.* i) ningo u *superscr. m. 2.* k) *ex* verba *m. 1.* l) *ras. ante* tum, *potest fuisse* argumentum *C.* m) *ex* a *m. 1.* n) speudulo *C.* o) te sequ- *in ras. m. 1.* p) suffitiant *m. 1.* q) ausi h *superscr. m. 1.* r) sonant *corr. in* -nent *m. 2.* s) -fect- *in ras. m. 1.*

1) in uo — argutor argutaris *ex Institut. X c. 10—12, p. 503, 5—505, 4.* 2) *Monach. Sangall. I c. 24 (Jaffé Bibl. IV, 665):* testudine tardior. 3) *Caroli Magni et Ludowici Pii, cf. supra p. 536, Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches II, 430.*

cum 'amavero amaverimus amaveritis'. Sic cum 'docuerim docuerimus docueritis'. Sic cum 'dixerim dixerimus dixeritis'. Sic cum 'audierim audierimus audieritis' et in futuris eorum similiter. Nam apud Iuvencum et ceteros omnes pene poetas producta inveniuntur, ut est illud[1]:

'Nec canibus sanctum dederitis neve velitis'.

Solus Lucretius hęc corripit, in eo loco, ubi narrat nihil de nihilo gigni, ita[2]:

'Nullam rem e nihilo gigni divinitus[a] umquam.
Quippe ita formido mortales continet omnes,
Quod multa in terris fieri cęloque tuentur,
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possunt ac fieri divino numine rentur;
Et quo quaeque[b] modo fiunt opera sine divum,
Quas ob res ubi viderimus nil posse creari'.

Hanc sane disceptationem tuo iudicio[c] relinquo, utrum huic solo credere debeamus et corripere supradictum modum vel multorum auctoritati et consuetudini in productione istius modi assentire. Quod vero quidam in huiusmodi penultimis temporibus aiunt discerni, ita ut in preterito perfecto corripiatur prima et secunda persona pluralis numeri, et in futuro eaedem personę producantur, non videtur mihi ulla esse ratio. p. 40. Cum omne preteritum aeque et futurum subiunctivi modi *sequitur preteritum indicativi. Quapropter si vestro sagaci et aliorum magistrorum ingenio non displiceat, producatur supradictus modus in his duabus personis in prosa, licet in metro varie[d] repperiatur. Est enim poętica[e] licencia talis, ut, cum necesse fuerit, de pruductis faciant[f] correptas. Veluti Iuvencus Ebraica nomina in 'ias' desinentia, quae in prosa producimus, ipse interdum corripit, interdum etiam et[g] producit. Corripit vero ita[3]:

'Quam bonus Hieremias divino numine iussus',

cum[h] tamen producte 'Hieremias' sicut 'Ezechias et Sedechias' legimus, sicut etiam et alia nomina plura, quae usus malus producit, cum tamen ea et ratio et auctoritas correpta in penultimis sciat[i], ut 'pretor pretoris' et 'rhetor rhetoris', probante Aratore[4] ita:

'Cęsaream[k] mox Paulus adit, quo turba cucurrit
Rhetore fulta suo, qui pręsidis[l] aure potitus
Irrita verba dedit: contra sic denique Paulus'.

Hinc etiam in barbaris nominibus eandem regulam observamus, ut 'Wascónes, Britónes[m], Vulgáres', quod tunc tantum producitur, cum populus sequitur, ut 'Vulgâres populi vel homines'. Item similiter 'Amázones', ut Virgilius[5] in XI:

'Nam pictis bellantur Amazones armis'.

Scio enim, quod quibusdam minus studiosis vel insciis hęc coram exposita et cum auctoritate prisca confirmata vilescunt, vel quia hactenus[n] hęc ignoraverunt, vel quia in talibus alium usum habuerunt. Sępe sane in istis audivi contentionem, sed plenam non vidi expositionem. Quapropter non absque magno labore collegi ea ad utilitatem legentium, non considerans malam voluntatem invidentium.

(c. 18) Sunt etiam et in aliis partibus accentus observandi, ut[6] in adverbiis de p. 41. 'quando', quod temporale est, conposita vero inde 'síquando, néquando, alíquando', *quae in ante-

---

a) diuitiis *C.* b) *corr. ex* quocumque *m. 2.* c) iuditio *m. 1.* d) *ex* varia *m. 1.* e) poętita *m. 1.* f) faciunt *m. 1, corr. m. 2.* g) etiam et *add. m. 2.* h) cum — producit *add. m. 2.* i) *an* faciat *legendum? P. de W.* k) Cęsariam *corr. in* -ream *m. 2.* l) *prior* s *ex corr. m. 1.* m) Wáscones brítones *C.* n) actenus h *superscr. m. 2.*

1) *Histor. evangel. I, 664, cf. Anecd. Helv. p. 179, 10.* 2) *T. Lucretii Cari De rer. nat. I, 150—156. De codice Lucretii quondam Fuldensi, quo Ermenricus probabiliter usus est, cf. Traubium, Neues Archiv XVIII, 664, supra p. 383 v. 31.* 3) *Iuvenci Hist. evangel. I, 264.* 4) *De act. apost. II, 1030—1032.* 5) *Aen. XI, 660.* 6) *Cf. Prisciani Instit. XV c. 15. 29, III, p. 72, 18—20. 82, 21—24.*

penultima habent acutum, ne duę partes esse putentur. Sic etiam 'désursum, déinceps, nequáquam, éxin[1], déin, déinde, éxinde, périnde' omnia acuuntur. Sic 'paulóminus, siquóminus' pro una parte acuuntur. 'Et paulominus' ponitur pro 'pene'; 'siquominus' pro 'sinon'. 'Pauló post' autem et 'tantó post, longó post, multó post, aliquantó[a] post' duę partes sunt, in penultima tamen accentum habent. Item quia multa sunt in genere locutionis latinę linguę per singulas partes, quę a raris quibusque recte intenduntur, dicam breviter et aliquanta ex his. Sicut est: quociescumque[b] inter duo nomina[c] diversi generis interponitur pronomen, cui generi debeat responderi, inquirendum. Nam[2] si utrumque nomen fuerit appellativum, licenter cuivis responderi potest, ut 'gladium spiritus, Eph. 6, 17. quod est verbum Dei', et 'semini tuo, qui est Christus'. Gal. 3, 16 Hinc Augustinus contra Faustum[d]: 'et in tercio libro quae est epistola', et 'XXX disputationes sunt quos [cur] non libros dixerim'[3]. Si vero[e] econtra fuerit unum appellativum et alterum proprium, dimisso appellativo[f] semper adhęret pronomen proprio. Ut: 'est in carcere locus, quod Tullianum vocatur'[4]; et 'veni in civitatem, quod Mediolanium dicitur'; et 'ingressus sum opidum, quae Ravenna dicitur'; et 'vidi monasterium, quae Auva vocatur'[5]. Item quando diversa genera simul ponuntur, per neutrum genus resolvuntur. Ut 'virga tua et baculus tuus, Ps. 22, 4. ipsa me consolata sunt'. Si vero de viro et femina agitur, superat forcior sexus, ut 'vir et mulier locuti sunt'; 'maritus et uxor comprehensi sunt'; 'vitulus et vacca occisi sunt'. Item de absoluta locutione[g] per neutrum genus facienda. *Ut Hieronymus[6]: *p. 42. 'hoc quęsivi, istud volui invenire'. Quod Ebrei per femininum genus faciunt, ut 'unam Ps. 26, 4. petii a Domino, hanc requiram', quod latinus interpres non evitavit, ut debuit, quia si dixisset: 'unum petii, hoc requiram', absoluta et recta esset locutio apud Latinos[h]. Item: 'Nunc autem manent fides spes caritas'. Econtra[i] per femininum genus hę 1. Cor. 13, 13. virtutes expositę, sed per neutrum genus absolute prolatę sunt 'tria hęc'. Quia si dixisset 'tres hę', necesse esset addere 'virtutes'. Simili modo[k] intellegendum 'tria summa Deus', id est tres personę sunt et unus Deus in maiestate[l], ut Hilarius[7]:

'Est tria summa Deus trinum specimen vigor unus'.

Item sciendum, quod adiectiva nomina ideo dicuntur, quia propriis vel fixis nominibus adiciuntur, ut 'mirabilis Deus, vel mirabilis auctoritas, mirabile donum'. Sic bonus bona bonum, malus mala malum. Quando vero vel fixa vel propria desunt, tunc ipsa adiectiva pro fixis sunt habenda. Verbi gratia: 'mirabilia testimonia tua': Ps. 118, 129. ecce adiectivum et fixum simul. Item: 'narrabo omnia mirabilia tua': ib. 9, 2. ipsum adiectivum, id est mirabilia, transit in fixum, ceu dixisset: 'miracula tua'. Similiter etiam bonum pro bonitate et malum pro malitia ponitur. Ut Augustinus[8]: 'Nullum est quod[m] dicitur malum, si nullum sit bonum', id est nulla est malitia, si nulla est[n] bonitas. Sed bonum omni malo carens integrum bonum est, id est bonitas integra. Nec malum umquam potest esse ullum, ubi est bonum nullum, id est nec malitia potest esse ulla, ubi est bonitas nulla.

Item animadvertendum[o], quod omnia nomina vel pronomina possessiva per genetivum primitivum sunt *resolvenda, ut 'Priameius[p] ensis', id est Priami ensis, et in *p. 43.

---

a) aliquando *corr.* -quanto *m. 1.* b) quociesque *corr.* -cumque *C.* c) *ex* nomine *m. 1.* d) fantum *corr.* faustum *m. 1.* e) Si vero *in ras. m. 1.* f) *ex* apallativum *m. 1.* g) -ta locutione *in ras. m. 2 (fuitne* absolutione*?).* h) *ex* Latinus *m. 1.* i) Ec̄ *C.* k) mo- *in ras. m. 1.* l) *ex* magestate *m. 1.* m) quod — bonum *in ras. m. 2.* n) *superscr. m. 2.* o) anim advertendum *C.* p) *ex* priam eius *m. 1.*

1) *Cf. Prisciani Instit. XV c. 10, p. 67, 10. 11. 13.* 2) *Cf. Servii Commentar. in Vergilii Aeneid. I, 159; I, 66 ed. Thilo.* 3) *Augustini Retractat. II c. 7, opp. I, 44:* Triginta et tres disputationes sunt, quas etiam libros cur non dixerim? 4) *Sallust. Cat. c. 55 (ex Servio l. l.).* 5) *Cf. Hagen Anecd. Helvet. p. 178, 5. 6.* 6) *Nescio ubi.* 7) *immo Prudentii Apotheos. v. 1, p. 80 ed. Dressel.* 8) *Enchiridion de fide spe et carit. c. 13, opp. III, 199.*

plurali numero 'Agamemnonię Micenę[1]', id est Agamemnonis. Similiter 'Kalendas
Luc. 2, 35. Martias', id est Martii et 'tuam ipsius animam pertransiet[a] gladius', id est tui animam.
Isai. 5, 9. Item: 'in auribus meis sunt hęc domini Sabaoth', quamvis ablativus sit, tamen per
genetivum intellegitur. Similiter 'cuius ille est' pro cuius est et 'cuium pecus', id est
1. Cor. 15, 10. cuius pecus est. Item ubi legitur: 'gratia Dei sum' [id quod sum[b]], ablativum in-
tellege sine prepositione. In quo loco alii septimum casum habere volunt et habet
Ps. 21, 3. sensum: 'per gratiam Dei sum id quod sum'. Et 'Deus meus, clamabo per diem et
cf. Hebr. 11, 17. nocte', id est per noctem: et 'video solem[c] oculis', id est per oculos: et 'fide Abraham[d]
placuit', id est per fidem et multa talia innumerabilia.

Item de eo, quod comparativus gradus interdum iungatur genetivo plurali, inter-
Eccli. 1, 4. Dan. 13, 4. dum ablativo singulari, ut: 'prior omnium creata est sapientia'; et 'ad ipsum con-
Ioh. 14, 12. fluebant Iudęi, eo quod esset honorabilior omnium'; et 'maiora horum facietis' et
Ps. 34, 10. 'eripiens inopem de manu fortiorum eius' et reliqua[2]. Si autem extrinsecus fit com-
paratio, tunc ablativo iungitur, ut 'Hector fortior Diomede'. Sin vero ad prenominatos
pertinet comparatio, genetivo iungitur ut superius.

Item inter 'qua' et 'quo' et 'ubi' adverbia localia hoc interest, quod 'qua', 'hac
et illac' deambulationem significat, 'quo' de loco ad locum, 'ubi' stationem in uno
loco significat. Verbi gratia: 'Dominus deus viam fecit, qua iremus'; 'vita est, quo
eamus'; 'veritas est, ubi maneamus'. Item inter 'quot' et 'quotus' et 'quotenus': quod
*p. 44. sicut 'quot' ad numerum, ita 'quotus' ad ordinem pertinet, ut 'quotus est ille', *id est
quem ordinem tenet et 'quota luna, X vel I'. Respondeat quis: 'tota'. Et 'quotenus
est illa', id est quousque stat. Item inter 'uter et utrum', quod 'uter' est unus e
duobus[e], ut 'elige utrum vis', id est vel hoc vel illud, 'utrumque' autem ambos
continet.

Item[3], quod verba passiva frequenter trahunt accusativum casum, sed figurate,
id est quando per diversas res potest passio fieri. Ut 'doceor grammaticam', 'instituor[f]
Rom. 13, 14. rethoricam', 'induor arma'. Ut: 'induimini dominum Iesum Christum', quia multas res
potestis indui, induimini et illum, qui est protectio et ornatus omnium credentium in
se corde ore et opere. Similiter etiam accusativum trahunt, quando totum[4] pro parte
pati significant, ut 'ceditur dorsum', 'absciditur aures vel manus', 'cecatur oculos' et reliqua.

Item de eo, quod 'in' aliquando accusativo iunctum magis ipsum nominativum[g]
in sensu significat[h]. Ut Augustinus[5]: 'ille sedet mihi in amicum', id est amicus mihi
Ps. 70, 3. est. Et in psalmis: 'Esto mihi in Deum protectorem', id est esto mihi Deus pro-
ib. 30, 3. ib. 117, 14. tector. 'Et in locum refugii': tu refugium meum esto. Et 'factus est mihi in salutem',
id est salus[i] factus est mihi. Et 'erit mihi dominus in Deum', id est erit mihi do-
2. Cor. 6, 18. minus Deus. Et 'ero illis in patrem et ipsi mihi in filios et filias, ait dominus Deus',
Isai. 9, 5. id est ero pater eorum et ipsi filii mei et filię mee erunt[k]. Et 'vestimentum mixtum
sanguine erit in conbustionem et cibum ignis', id est quia illa conbustio est cibus
ignis. Item 'in', quando ęternitatem vel infinitatem significat, semper accusativo servit.
Ps. 10, 16. Ut 'Dominus regnabit[l] in eternum et in sęculum seculi'. Ad cuius regnum faciat nos
pervenire ipse, qui mihi hęc aperuit ad laudem suam et ad aliorum utilitatem regnans
ubique Deus benedictus amen.

*p. 45. (c. 19) Videsne, pater, quod quasi *ebrius, via coepta[m] relicta, in alias partes
etiam devolvor tangendo quędam ex his[n] et ad intellegendum exponendo. Quod ne

a) pertrans̄ *C.* b) id — sum *om. C.* c) -em *superscr. m. 2.* d) Habraham *m. 1.* e) o *ex* b *m. 1.* f) institu//or *C.* g) nominatum iv *superscr. m. 2.* h) sigf̄ *C.* i) salvus *m. 1.* k) erunt — conbustio *in marg. inf. m. 2.* l) regnavit *C.* m) -a *in ras. m. 2.* n) is h *superscr. m. 2.*

1) *Aen. VI, 838.* 2) *Cf. Hagen Anecd. Helv. p. 172, 6—9.* 3) *Cf. Prisciani Instit. VIII c. 24, p. 391, 20. 24.* 4) totum — oculos *ex Instit. l. l. p. 392, 1. 2.* 5) *Locum non inveni.*

propter tuam inscitiam me facere putes, quin potius ob duas angustias instantes. Una est, quia cerno docentium raritatem, altera quia discentium crescere video tarditatem, intantum ut nec de talibus vel interrogare dignentur, et sic artes inscrutabiles ante[a] discentibus vilescunt. Scripsi haec, ut necessaria coram exposita vel inviti recognoscant. Ad haec etiam et in educendo tu me[b] firmiter non tenuisti, propterea relapsus sum in id, unde me olim[c] per te extractum gaudebam. Sed iam precor, liga me vinculis[d] caritatis tuae ad redę tuae timonem, unde exire tam facile non possim.

Et quia haec, quę de nominis et verbi seu aliarum parcium diversitate hic interserui, ut essent currus tui iam predicti canti et modioli, seu obices ac lora, non inmerito ratum duxi. Et dum naturali[e] quodam inpulsu currus a presidente stridet, sit inde vox emissa, unde iam dixi, atque ut ubique tutus et utilis sis, vertitur vita tua ut rota evangelica, aliquando superius cęlestia contemplando, aliquando se vertens inferius, terrena aliis providendo, illuc ut festinant quantotius predicando, hic ut quique tibi subiecti recte vivant inprimendo. Et ut de activa vita transeamus in contemplativam, tam verbis, quam piis etiam stimulis ut bruta animalia ante te minas, quatinus aliquando tuis pennis de terrenis elevati discamus in vita theorica, qualiter diligatur Deus, et in vita pragtica, *qualiter ametur proximus. Inter haec etiam *p. 46. beatitudinis tuę ornamenta decet, ut non sine cythara pergas, vel quia scriptura loquitur, quod sancti ante thronum Dei cytharis suis cytharizent, scilicet eum cum Apoc. 14, 2. laude et lętitia conlaudantes sine intermissione, pro cuius nomine se hic castigando ad tempus repercutiebant[f]. Et propterea tripudium ineffabile cum Domino sunt iam adepti et in recepcione corporum castigatorum plenius cum eo possessuri[g]. Tu psalterium arripe[h]: et qualecumque vis? puto non alicuius mimi ante ianuam stantis, sed neque Sclavi saltantis. Quod si premium placet, ostendam tibi psalterium olim miris modis constructum, et tam firmo bitumine intus ac foris[g] conglutinatum, ut rescindi nullo modo valeat. Et ut silenter dicam: ipsud psalterium fuit quondam David habens chordas X [1], quod et tu bene recognoscis. Tibi enim dimisit illud. cf. Ps. 32, 2. Ipse iam cum cantoribus sanctis cytharam laudis coram Deo percutiens canit alleluia. Et tu in psalterio X chordarum iubilas illi. Et quid hac iubilatione dulcius esse poterit? Quando singulę chordae habent proprium sonum, et tamen concorditer sonant, fitque vox duplicata, sed melodia una. Huc accedit sane, quod tabulę a Deo datę Moysi X precepta legis in se continebant. Tria mandata principalia[i] fuere in una Exod. 31, 18; 34, 1. tabula, et septem sequentia in altera. Tria videlicet ad Trinitatem pertinent, qualiter diligatur Deus, VII vero, quia septinarius numerus pro perfectione ponitur [2], edocent, qualiter diligatur proximus: in quibus duobus mandatis tota lex pendet et prophetę. Matth. 22, 40. Hinc namque resonant psalterii tui chordae et hęc est modulatio earum, quia omnia divina precepta de illo uno *precepto procedunt, et omnia unum fiunt. In quibus *p. 47. mandatis tu psaltes[k] dignissimus regis effectus, nolo cesses psalterium pulsans, quin potius et nos[l] more tuo pulsare illud doceas.

(c. 20) Valde subtiliter enim ac multipliciter istae duę dilectiones in sacra scriptura continentur, in quibus activa et contemplativa vita simul cum omnibus pendent virtutibus et varie typicantur. Hinc etiam in oromate Ezechielis prophetę [3] limen portę Ez. 40, 6. uno calamo mensuratur. Calamus vero sex cubitis et palmo extenditur, quia videlicet in scriptura sacra et doctrina perfectę operationis et initium supernę contemplationis invenitur. Limen autem

---

a) añ *C (i. e. vel* ante *vel* a non*)*. b) //tu me *C.* c) olem *m. 1.* d) c *ex* g *in ras.* e) r *ex* l *m. 1.* f) repercuciebant *m. 1.* g) i *in ras. m. 2.* h) arripe// *C.* i) pricipalia *C.* k) *poster.* s *in ras. m. 1.* l) *add. m. 2.*

1) *Cf. Isid. Etymol. III, 22, 7, opp. III, 139.* 2) *Cf. Gregor. homil. in evang. l. II hom. 25 § 6, opp. I, 1543.* 3) limen portę — pertingat *ex Greg. in Ezech. hom. 3 § 23, opp. I, 1340.*

exterius in porta est vita activa, et limen interius vita contemplativa. Per illam quippe ambulatur in fide, per hanc vero festinamus ad speciem. Illa exterior ducit, ut unusquisque bene vivere debeat, ista interior perducit, ut ex bona vita ad gaudia ęterna pertingat. Sequitur autem
Ez. 40, 9. in eodem propheta: 'Vestibulum[1] autem portę intrinsecus octo cubitorum'. Et quid per interius vestibulum nisi ęternae vitae signatur latitudo, quae modo inter angustias vitę presentis iam
Ps. 99, 4. spe in mente concipitur. De qua et per psalmistam dicitur: 'Introite portas eius in confessione, atria eius in ymnis confessionum'. Cum enim peccata nostra per lacrimas confitemur, angustaę vitę portam ingredimur, sed cum post haec ad ęternam vitam perducimur, portae nostrae atria in confessionum laudibus intramus, quia ibi iam angustia non erit, ubi nos lętitia sempiterna possidebit. Nec[2] inmerito ipsius vestibuli mensura in octo cubitis ponitur, quia VII diebus universum tempus evolvitur: aeterna etenim dies, quae expleta VII dierum vicissitudine sequitur, scilicet octava est. Et huius octonarii numeri causa est, quod post sabbatum[a] Dominus voluit a morte
*p. 48. resurgere. *Dies quippe dominicus, qui tercius est a morte dominica, a conditione rerum numeratur octavus, quia septimum sequitur. Hinc etiam sentiendum, quod ipsa redemptoris nostri passio et vera resurrectio aliquid figuravit de suo corpore in die passionis sue. Sexta enim feria passus est, sabbato[b] quievit in sepulchro, dominico autem die surrexit a morte. Pręsens etenim vita nobis adhuc est[c] sexta feria, quia in doloribus ducitur et in angustiis cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro quiescimus, quia requiem anime post corpus invenimus. Dominico vero die, videlicet a passione ut dictum est tercio, et a conditione octavo, iam corpore a morte resurgemus et in gloria animę etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mire salvator noster fecit in se, hoc veraciter signavit et in nobis,
Eccl. 11, 2. ut nos et dolor in sexta, [et requies in septima][d], et gloria excipiat in octava. Hinc per Salamonem dicitur: 'Da partes VII necnon et octo, quia ignoras quid mali futurum sit super terram'. Partes etenim VII, simul et octo damus, quando ea, que septem diebus volvuntur, disponimus, ut per haec ad bona eterna veniamus. Quod dum modo caute agimus, venientis postmodum tremendi iudicii[e] iram cautius devitabimus. Octo itaque cubitis vestibulum illius cęlestis civitatis mensuratur intrinsecus, quia per lucem, quae post VII dies sequitur, latitudo nobis ęternitatis aperitur. Sed[3] nemo ad illam venit, nisi qui hic dilectionem Dei et proximi devota mente[f] tenuerit[g]. Unde
Ezech. 40, 9. in ipsius prophetę[h] sermone subditur: 'Et frontem eius duobus cubitis'. Frons etenim portę est bonum meritum vitae presentis. Sicut enim vestibulum intrinsecus aeterna[i] requies debet intellegi,
*p. 49. ita per frontem portae *necesse est qualitatem vitę visibilis signari. Frons ergo portę duobus cubitis mensuratur, quia quisquis hic dilectionem Dei ac proximi servare studuerit, ipse ad aeternitatis atrium pertingit, quia ipsa unitas dilectionis sanctissimę perducit hominem[k] ad visionem Dei.

(c. 21) Hinc etiam arca Noe, quę[4] inferius est ampla et superius angusta, ecclesiam
Gen. 6, 15. 16. significat. Quae a trecentis et sexaginta ac XXX cubitis ad unum cubitum colligitur, quia ab ea latitudine, quam sancta ecclesia in membris suis adhuc infirmantibus habet, paulisper angustatur, in latis proficiens ad unam tendit. Ipsa enim ratio exigit ut credamus, quod in illa arcę latitudine omnes bestiae, cuncta quadrupedia atque reptilia in inferioribus fuerunt, homo vero atque volatilia in superioribus. Et quia arca eadem in uno fuit cubito consummata, homo et volatilia iuxta cubitum fuerunt. Recte itaque per arcam universa ecclesia designatur, quae adhuc in multis suis carnalibus lata est, in paucis spiritalibus angusta. Et quia ad unum hominem qui est sine peccato colligitur, quasi in uno cubito consummatur. Videmus[5] etenim multos intra eiusdem sanctę ecclesię sinum quosdam in superbia erigi, in carnis voluptate dissolvi, adquirendis rebus terrenis inhiare, imperante avaritia maria transire, iracundiae deservire, iurgiis vacare, proximos quos prevalent lędere. Sed quia adhuc

---

a) sabatum b *superscr. m. 2.* b) *ex* sabato *corr.* c) *in ras. m. 1.* d) et — septima *om. C.* e) iuditii *m. 1.* f) menta *C.* g) -rit *in ras. m. 1.* h) *ex* prophedę *m. 1.* i) aeternam *m. 1.* k) ad visionem dei hominem *m. 1, corr. m. 2.*

1) Vestibulum — lętitia (perpetuae festivitatis exceperit) *ex Greg. in Ezech. hom. 4 § 1, opp. I, 1341.* 2) Nec inmerito — aperitur *ibid. § 2 col. 1341—1342.* 3) Sed nemo — pertingit *ibid. § 3 col. 1342.* 4) quę inferius — consummatur *ibid. § 16 col. 1349—1350.* 5) Videmus — peccatores noverunt *ibid. § 17 col. 1350.*

eos sancta ecclesia tolerat, ut convertantur, quasi in arcę latitudine bestiae morantur. Econtra videmus alios iam aliena non quęrere, inlatam iniuriam aequanimiter tolerare, rebus propriis contentos esse, humiliter vivere. Sed quia isti perpauci sunt, *angustatur arca. Item alios con- (*p. 50.) spicimus etiam possessa relinquere, nullum terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem a cunctis voluptatibus domare, motus omnes sub rationis iudicio[a] premere, per cęleste desiderium contemplationis penna sublevari[b]. Sed quia tales quique valde[c] rari sunt, iam arca iuxta cubitum ducitur, ubi[d] homines et volatilia continentur. Quod si quęratur, si quis in eis valeat esse sine peccato, et nullus invenitur. Quis itaque homo sine peccato est? nisi ille, qui in peccatis conceptus non est. In uno ergo cubito consummatur arca, quia unus est auctor et redemptor sanctę ecclesię sine peccato. Ad quem et per quem omnes proficiunt, qui se esse peccatores sciunt. Agamus[1] ergo gratias illi uni, qui cuncta quae de eo in sacro eloquio scripta sunt, opere implevit, ut quae intellegi audita non poterant, visa panderentur. Ibi quippe incarnatio, ibi passio, ibi mors, ibi resurrectio, ibi ascensio illius continetur. Sed quis haec audita crederet, nisi facta cognovisset? Signatum ergo librum, sicut in Iohannis apokalypsi[e] legitur, quem aperire et legere nemo poterat, leo (Apoc. 5, 3. 5.) de tribu Iuda aperuit, quia omnia nobis eius mysteria in sua passione ac resurrectione patefecit; et per hoc quod infirmitatis nostrae mala pertulit, sue nobis potentiae et claritatis bona monstravit. Caro[2] enim factus est, ut nos spiritales faceret. Benigne inclinatus est, ut levaret; exiit, ut introduceret; visibilis apparuit, ut invisibilia monstraret; flagella pertulit, ut sanaret. Obprobria et inrisiones sustinuit, ut ab obprobrio aeterno liberaret. Mortuus est, ut vivificaret.

(c. 22) Agamus ergo, ó pater amabillime, gratias ei vivificanti et mortuo, et ideo[f] amplius vivificanti[g] quia mortuo. *Unde bene salutem nostram et passionem illius Aesaias contemplatus ait: (*p. 51.) 'Ut faciat opus suum, alienum opus eius; ut operetur opus suum, peregrinum est[h] opus eius ab eo'. (Isai. 28, 21.) Opus etenim Dei est animas quas creavit colligere, et ad eternę lucis gaudia revocare. Flagellari autem atque sputis inliniri, crucifigi, mori ac sepeliri, non hoc in sua substantia opus Dei est, sed opus hominis peccatoris, qui hęc omnia meruit propter peccatum. Sed peccata nostra ipse pertulit in (1. Petr. 2, 24.) corpore suo super lignum. Et qui in natura sua manet semper inconprehensibilis, in natura nostra conprehendi dignatus est ac flagellari. Quia nisi ea quę erant infirmitatis nostrę susciperet, nunquam nos ad suę fortitudinis potentiam sublevaret. Et alienum opus fecit proprium, quia per hoc quod infirmans mala nostra sustinuit, nos qui creatura eius sumus, ad fortitudinis suę gloriam perduxit. Hinc etiam sumopere omnibus tam presidentibus quam etiam subiectis intra sanctam ecclesiam constitutis studendum est, ut discant conpatiendo mutuo portare atque portari, et diligendo amari, rotas evangelicas semper intendentes, quia[3] unus est Deus, per quem bene[i] omnes operantur, et omnis operatio bona per IIII sancti evangelii libros agnoscitur, et in unius Dei cognitione et confessione conpletur.

Qualiter autem ad ipsam cognitionem humiliter pervenire valeamus, subsequitur in eodem propheta: 'et[4] ostium contra ostium'. Hic enim 'contra' non pro adversitate, sed (Ezech. 40, 13.) pro rectitudine ponitur. Ostium namque contra ostium est, cum recto itinere ab exteriori ad interiorem aditum pervenitur. In cognitione vero omnipotentis Dei primum ostium nostrum fides est, secundum[k] vero species illius, ad quam per fidem ambulando pervenimus. In hac etenim vita hanc ingredimur, ut ad illam postmodum perducamur. *Ostium ergo contra ostium est, quia per aditum (*p. 52.) fidei aperitur aditus visionis Dei. Si quis vero utraque hęc ostia in hac vita velit accipere, neque hoc a salubri intellegentia abhorret. Nam sępe volumus omnipotentis Dei naturam invisibilem considerare, sed nequaquam valemus, atque ipsis difficultatibus fatigata anima ad semetipsam redit, sibique de se ipsa gradus ascensionum facit, ut primum se ipsam, si valet, consideret, et tunc illam

a) iuditio *m. 1.* b) sublevare *m. 1.* c) -d- *ex corr. m. 1.* d) |ubi *C.* e) apkalypsi *C.* f) de eo *C pro* et ideo. g) ampl. vivific. *in ras. m. 2.* h) est est *C.* i) *in marg. add. m. 2.* k) Seundum c *superscr. m. 1.*

1) Agamus ergo — monstravit *ex Greg. in Ezech. hom. 4 § 19 col. 1350—1351.* 2) Caro enim — gloriam perduxit *ibid. § 20 col. 1351—1352.* 3) quia unus — conpletur *ibid. hom. 5 § 7 col. 1355—1356.* 4) et ostium — investiget *ibid. § 8 col. 1356.*

naturam quae super ipsam est, in quantum potuerit, investiget. Diximus enim in exordio huius epistolae de animae nostrae ratione parvum, de qua nunc iterum pauca replicare Marc. 12, 30. 31. dilectio ipsa compellit, qua Deum ex tota anima et proximum sicut nos ipsos diligere iubemur.

(c. 23) Homo [1] enim, veluti omnibus liquet, ex duabus substantiis constat, corporis videlicet et animę. In eo enim quod agit in homine, anima proprie [a] nuncupatur, in eo quod spiret in corpore, spiritus seu flatus vocatur. Sed singulis substantiis, id est duabus in unum coniunctis, quatuor inesse species videmus. Nam cum origo corporis sit limus [b] assumptus [c] e terra, in se continet frigidum, calidum, humidum, et siccum, substantia eius cum exprimitur, in forma limi explanatur. Haec vivificata divinitus per animam quatuor rebus existit [d]: ossibus, nervis, venis et carne. Item natura eiusdem vivificatę substantiae quattuor gerit in se diversitates, ut esuriat, sitiat, concupiscat, soporetur, manducando, bibendo, dormiendo [e], generando. Haec corporis ratio. Nunc animae. Origo animę est flatus vitę ex spiritu Dei. Actu creationis non generationis creatus est, ut sit flatus non spiritus. Hoc est actus sub- *p. 53. stantiae non eadem substantia, ut perinde creatio non generatio divina sit. Opus *non nativitas, anima non Deus, creatura non creator. Nam ut nostrum spirare vivere est, ita Dei spirare vivificare [f] est. Hęc itaque anima primum [2] gradum ascensionis faciat, ut se ipsam ad se ipsam colligat, secundo, ut qualis sit videat, tercio gradu super semetipsam [g] surgat, ac se contemplationi auctoris invisibilis per rationem sibi datam subtiliter intendendo subiciat [h]. Atque ut ad haec digna sit, omnia fantasmata imaginum cęlestium et terrenarum ab oculis mentis compescat. Quicquid de visu, quicquid de auditu, quicquid de odoratu, quicquid de tactu et gustu corporeo cogitationi eius occurrerit, respuat et calcat, quatinus se talem quęrat intus, qualis sine istis est. Nam haec quando cogitat, quasi quasdam umbras corporum introrsum versat. Abigenda ergo sunt omnia manu discretionis ab oculis mentis, quatinus se talem anima cognoscat, qualis sub Deo super corpus creata est, ut a superiori vivificata vivificet inferius quod administrat. Quae et sic infusa est corpori, ut non per membrorum partes [i] partibus sit divisa. Nam [si] in quolibet [k] loco pars corporis percutitur, tota dolet. Miro autem modo una eademque vivificatione membris presidens, cum ipsa per naturam non diversa sit, per corpus tamen agit diversa. Ipsa quippe est, quae per oculos videt, per aures audit, per nares odoratur, per os gustat, per membra omnia tangit et tangendo lene ab aspero discernit. Et cum tam diversa per sensus operatur, non haec diversa, sed una illa, in qua *p. 54. creata est, ratione disponit. Cum ergo se ipsam sine imaginibus corporis cogitat *anima, in primum ostium intrat, sed ab hoc ostio ad aliud tenditur, ut de natura omnipotentis Dei aliquid contempletur. Anima itaque in corpore vita est carnis. Deus autem qui vivificat omnia, vita est animarum. Si igitur [l] tantae magnitudinis est, ut conprehendi non possit vita vivificata, quis intellectu comprehendere valeat, quantae maiestatis sit vita vivificans?

Hoc ipsum considerare atque discernere iam est aliquatenus intrare. Quia ex sua ęstimatione [m] anima colligit, quid de incircumscripto spiritu sentiat, qui ea inconprehensibiliter regit, quę [n] inconprehensibiliter creavit. Conditor [3] etenim noster longe inpariliter [o] creaturae suae presidet. Et quaedam operatur ut sint, nec tamen vivant, quaedam vero ut sint et vivant, nec tamen discernere aliquid de vita valeant; quaedam autem ut sint, 1. Cor. 12, 6. vivant atque discernant [p]. Et operatur unus omnia, sed in omnibus non divisus. Etenim vere

a) propriae *m. 1.* b) -s *in ras. m. 2.* c) assumptum *C.* d) *poster.* t *in ras. m. 2.* e) *fortasse* generando dormiendo *P. de W.* f) -ficare *in ras. m. 1.* g) ipsum *m. 1.* h) subitiat *m. 1.* i) -es *in ras. m. 1.* k) -uo- *in ras. m. 1.* l) Sugitur *m. 1.* m) ęstim. *cauda eras. C.* n) -onpreh. reg. quę *in ras. m. 1.* o) inperiliter a *superscr. m. 1.* p) adque disternant *m. 1.*

1) *Similia cum eis quae secuntur habet Isidorus Differentiar. l. II c. 17. 27. 28. 30, opp. V, 87. 95sqq.*
2) Primus ergo gradus est, ut se ad se — vita vivificans *Greg. in Ezech. hom. 5 § 9 col. 1356—1357.*
3) Conditor etenim — pugillo concludit *ibid. § 10 col. 1357.*

summus et numquam sibi dissimilis Deus, anima autem, etsi per naturam sibimetipsi diversa non est, per cogitationem tamen diversa est. Quia eo momenti ictu, quo de visu cogitat, de auditu cogitare obliviscitur; et eo momenti ictu, quo de auditu vel gustu cogitat, de odoratu vel tactu cogitare non praevalet[a], quia per cogitationem et oblivionem fit semper sibimetipsi dissimilis, ut nunc hoc, nunc illud cogitatione teneat. Omnipotens autem Deus, quia sibimetipsi dissimilis non est, ea virtute videt, qua audit omnia, ea virtute creat, qua iudicat creata. Eius ergo et videre simul omnia, administrare est, et administrare, conspicere. Nec alia cogitatione iustos adiuvat atque alia iniustos damnat, sed una eademque vi naturae singularis sibi semper indissimilis dissimilia disponit. Cur autem hoc de potentia creatoris ammiremur? quia virtutis eius *vestigia et in *p. 55. creaturis conspicimus. Natura quippe luti et cerae diversa est, solis vero radius non est diversus; et tamen cum diversus non sit, diversa sunt quae in luto et cęra operatur, quia uno eodemque sui ignis calore lutum durat et ceram liquat. Sed fortasse hoc in natura luti vel cerę est, non in ipsa solis substantia, quae in naturis diversis diversa videtur operari. Omnipotens autem Deus in semetipso habet sine inmutatione mutabilia disponere, sine diversitate sui diversa agere, sine cogitationum vicissitudine dissimilia formare. Longe enim dissimiliter operatur dissimilia numquam sibi dissimilis Deus, qui et ubique est et ubique totus est. Ait enim: 'Cęlum mihi sedes[b] est, terra autem Isai. 66, 1. scabellum pedum meorum'. De ipso etiam et alibi scriptum[c] est: 'Cęlum metitur palmo, et terram ib. 40, 12. pugillo concludit'. Ex[1] qua re considerare necesse est, quia is qui cęlo velut sedi presidet, super et intus est. Et qui cęlum palmo et terram pugillo concludit, exterius superius et inferius est. Ut ergo indicaret omnipotens Deus interiorem se esse et superiorem omnibus[d], cęlum sibi sedem esse perhibuit. Ut vero se ostenderet omnia circumdari, caelum metiri palmo et terram se asserit concludere[e] pugillo. Ipse est ergo interior et exterior, ipse inferior et superior. Regendo superior, portando inferior; replendo interior, circumdando exterior. Sicque est intus, ut extra sit; sic circumdat, ut penetret, sic presidet, ut portet; sic portat, ut presideat. Hinc etiam intellegendum, si anima nec se ipsam perfecte sufficit penetrare, quanto minus illius magnitudinem, qui[f] animam ita rationabilem potuit condere? Sed dum conantes atque tendentes quiddam de invisibili *natura conspicere[g], *p. 56. lassamur, reverberamur, repellimur[h], et si interiora penetrare non possumus, tamen[i] iam ab exteriori ostio interius ostium videmus, illudque cum humilitate veneramur, quod inscrutabile omni genere miramur.

(c. 24) Sed et de istis iam dicta sufficiant; et ne amplius restes laxes, quibus me ad quadrigas tuas ligare rogavi, ne forte ex artibus vix eductus[k], iterum in pelagus inmensum submergar prophetarum. Quorum dicta eo sunt mystico intellectu plena[l], quo constant non ab alio, sed ex Spiritu sancto dictata, et per ós sanctorum prophetarum prolata ac propalata. Et quia scio certissime, quod hęc omnia sapientiam tuam inexhaustam minime latent. Scito vero, quod omnes infantes tales non sunt, qui haec ita sciant. Quapropter et si non omnia, tamen gustum ex aliquantis necessariis porrigo illis, qui nesciunt, vel qui ad legendum tardi sunt. Praeterea nolo me loris tuis intantum obstrangules, vel obtutum tegas, ut et loqui[m] vel videre viam non possim. Saltim vel Maronis Musas cernere, vel ipsum licentiam da. Nolo tamen ipsum videre, quem credo in pessimo loco manere, et quia terret me visus eius. Sępe vero quando legebam illum, et post lectionem capiti subponebam, in primo sopore, qui post laborem solet esse dulcissimus, statim affuit monstrum quoddam fuscum, et per omnia horribile[n], interdum gestabat codicem, interdum calamum ad aures, veluti scripturus aliquid, ridebat ad me, vel, quia dicta eius legebam, irridebat

a) -v- *ex* l *C.* b) sedis *m. 1, corr. 2.* c) scrptum *C.* d) omnb; *C.* e) *corr. ex* condudere(?) *m. 2.* f) que *m. 1,* qui *corr. 2.* g) cupimus *add. Greg.* h) rebellimur *m. 1, corr. 2.* i) -m- *ex corr. m. 1.* k) *fortasse* eluctatus *P. de W. (sed cf. supra p. 557 v. 5).* l) -e- *in ras. m. 2.* m) . . ec loqui *(er.* n *vel* h*), corr. in* et loqui *m. 2.* n) *ex* orribile *corr. C.*

1) Ex qua re — ostium videmus *ex Greg. in Ezech. hom. 5 § 11, opp. I, 1357—1358.*

me. Ast ego evigilans[a] signabam me signaculo crucis, librum eius longeque proiciens *p. 57. iterum membra dedi quieti. Sed nec sic cessavit fantasma ipsius *terrens me, ferens tridentem, nescio utrum Plutonis domestici eius, an alicuius alterius pre manibus, facie furva solos dentes candidos ostendit: quamque[b] comminationem illius similiter in nomine Domini signatus contempsi, veluti ludum eius ante risibilem pro nihilo habui.

Quod si omnes dii eius tales sunt, qualem se ipse finxit, et de quibus mira ac varia canit[c], detestandi sunt penitus, licet legantur eorum gesta. Quis enim sanum sapiens pro risu non habet, quod refert idem Maro nigellus de Iove et Iunone. Quando altercabantur de divinitatis suę potentia, placuit eis hanc sic experiri, ut homo sine fęmina et faemina sine viro generaret. Tunc Iuppiter ex barba sua dicitur genuisse Minervam arcium deam, et econtra Iuno[1] genuisse ex femore suo Vulcanum, quem Orcum nominavit. Vidensque eum deformem irata proiecit a se. Qui cadens fractus est coxa et catax efficitur[d]. Quam ob rem posuit eum fabrum diis infernalibus. Nec post multum ille diis omnibus ad cęnam suam invitatis, Iunonem in sella, quam ipse[e] fabricavit, gaudentem ac ridentem pro ipsius fabrica matrem agnovit. Ad eius convivium non veniat anima mea, nec sit in numero[f] talium fantasmatum[g]. Item cum narrat[2], qualiter Inachus rex habuit filiam nomine Io, quam Iuppiter amavit, et ob hoc irata Iuno posuit ei custodem Argum quendam C oculos habentem et uno tantum vigilantem. Concubitus tamen peragitur. Sicque ille in oestrum animal et illa in vaccam conversa Bosforum, quod nunc Ellespontum dicitur mare, transnatavit et fugit in Egyptum. Hinc memorat ita dicens[3]:

*p. 58. *'Hoc quondam monstro horribilis exercuit iras
Inachię Iuno pestem meditata iuvencae'.

Item, cum de excidio[h] Troię vera quaedam permiscet fabellis suis falsis, narrat[4] quomodo Tros, unde Troia, habuit duos filios Ilum et Assaracum. Ilus, post patrem rex[i] Troie, genuit Laomedontem, patrem Priami. Assaracus vero genuit Capin, ex quo editus Anchises genuit Eneam. Sed veris ex parte falsa permiscuit, narrans, qualiter Paris, filius Priami, in nuptiis Thetydis nymphę[k] aureo malo a Discordia coram exposito, Veneris formam iudicavit Iunoni pulchriorem. Sicque Iuno ac Minerva spretę sunt et iratae contra omne illud genus. Sed ob hoc maxime irata dicitur Iuno, eo quod Iuppiter ex Electra, filia Athlantis, dicitur genuisse Dardanum, unde origo Troianorum. Hinc etiam sic canit[5]:

'Et genus invisum et rapti Ganimedis honores',

quem constituit ad pincernam, amota Hebe filia eius. De ipsa autem Helena commemorat ita[6]:

'Non tibi Tyndaridis[l] facies invisa Lacenę
Culpatusve Paris; divum inclementia, divum'.

Dicunt autem[7], quod de Iove et Leda natus sit Pollux et Helena; item de Tyndareo et de ipsa Leda Castor[m] sit editus. Unde Tyndaridis patronomicum est Helenae, quam rapuit Paris, filius Priami. Quam ob rem Menelaus maritus eius congregravit omnes Grecos adversus Troiam, et X. anno expugnavit eam. Item cum canit[8]:

'Da propriam, Tymbreae, domum, da menia fessis'

---

a) e *superscr. m. 1.* b) *fortasse* quamquam *P. de W.* c) -i- *in ras.* d) effititur *m. 1.* e) ipsae *m. 1.* f) nec in numero sit *corr. m. 2.* g) -ntas- *in ras. (fuitne* fasmatum*?).* h) exdio *m. 1,* ci *superscr. 2.* i) rex *superscr. m. 2.* k) nimphę *m. 1, corr. 2.* l) Tyndadiris *C.* m) et Clytemnestra *add. manus recentissima.*

1) *Cf. Servii Comment. ad Verg. Aen. VIII, 454, II, 268 ed. Thilo, Ecl. IV, 62; Scholia Bernens. ed. Hagen, Fleckeisen Jahrb. Suppl. IV, 782—783.* 2) *Servii Comment. ad Aen. VII, 790, II, 195 ed. Thilo, Georg. III, 152.* 3) *Verg. Georg. III, 152. 153.* 4) *Cf. Servii Comment. ad. Verg. Aen. I, 284, 27. 28, I, 104, 22. 23.* 5) *Aen. I, 28, I, 23. 24 ed. Thilo.* 6) *Aen. II, 601. 602.* 7) *Cf. Servii Comment. ad hunc locum I, 306.* 8) *Aen. III, 85 cf. Servii Comment. ad Aen. III, 104, I, 355. 359. 360.*

Apolli*nem invocasse narrat, qui vocatus est Tymbreus Apollo a loco Troiae tymbra, id est saturegia pleno. Quem etiam mater eius Bericyndia, quae et Opis, et mater deum vocata est, in Ida Cretę abscondit a patre, unde Ideus Apollo vocatus est. Statuitque Coribantes et Curetes[a] populos, qui cymbala personarent, ne audiretur[b] infans. Ibique apes eum pavisse ferunt, pro qua gratia postea Iuppiter eis in munere concessit, ut absque concubitu foetus parerent. Canit etiam inde ita[1]: *p. 59.

'Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit expediam, pro qua mercede, canoros[c]
Curetum sonitus crepitantiaque aera secutę,
Dicteo caeli regem pavere sub antro'.

Item cum canit[2]:

'Et iuncti currum dominae subiere leones',

fabulam talem tangit: Scyros[d] est civitas, de qua fuit Athlantis virgo, Scynei filia, prepotens cursu, quae responsum accepit, ut, si umquam nuberet, in aliam naturam verteretur. Quam tamen Ypomenes, Megari filius, malis a Venere datis seduxit pręcurrendo, illaque fugiente in templum matris deum, ibi ab ipso[e] constuprata est, et hoc ideo, quia Veneri gratiam non retulit. Quapropter mater deum ambos convertit in leones, qui currum eius traherent, et ne ulterius leo cum leena concumberet in*terdixit. Inde et Plinius Secundus *p. 60. dicit leonem cum parda et pardam cum leone misceri[3]. Sed hęc omnia et cetera aliorum poetarum gentilium figmenta quam falsa sint et sterilia, facile perpendit quisquis catholicam fidem tenet.

(c. 25) *Scripsit tamen supradictus larvula in honore Octaviani Cęsaris tria opera[4], *p. 61. sive pro adquirendis agris, seu pro civibus, suadentibus amicis ut scriberet, Cornelio Gallo et Quintiliano[f] Varo, Emiliano Macro poęta et Asinnio Pollione, Valerio Flacco et Mecenate dispensatore, qui tunc apud Cęsarem optime valebant. Nam in Bucolicis secutus est Theocritum Siciliensem, qui septem eglogas scripsit. In Georgicis vero Hesyodum Ascreum, de loco ita vocatum, qui duos de cultura terrae libros conscripsit. In Eneadibus autem Homerum secutus est, qui XL duobus[g] libris gesta Grecorum adversus Troiam refert. Linquamus, pater, iam linquamus Maronem cum Sinonte suo mendacissimum, et in Stige pessima palude cum Apolline et Musis suis sepultum. Ibi amplexetur Proserpinam suam et audiat Orpheum pro Euridice sua diis infernalibus citharizantem. Ibi etiam ludant coram eo, quantum cupiat, filię Plutonis et Noctis, Parce et Eumenides, ex contrario dictę, eo quod minime parcant et non sint bone deę[5]. Quarum nomina sunt: Cloto, id est evocatio, Lachesis, id est sors, et Atropos, id est sine ordine[6]. Et ut longo tempore in tali balneo sedeat, Fata sua, quę et Furię dicuntur, id diiudicant: Allecto, Thesyphone[h], et Megera[7]. Cęlestis rex maledicat talia figmenta. Et quid hęc eadem nominare valeo? nisi supra conpositorum equorum, qui redam tuam trahunt, stercora decidentia. Unde non inmerito Ennius poaeta a quodam interrogatus, quid quęreret in Marone, respondit: 'Aurum, *inquiens, in stercore quęro'[8]. Et quia, *p. 62. prout nosti, sicut stercus parat agrum ad proferendum satius frumentum, ita dicta paganorum poetarum licet fęda sint, quia non sunt vera, multum tamen adiuvant ad percipiendum divinum eloquium.

---

a) cu/retes *C.* b) -i- *corr. ex* e *C.* c) *ex* caronos *m. 1.* d) Schoenos *Servius.* e) ip- *in ras. m. 1.* f) Quintilio *corrigendum est.* g) *potius* XL octo. h) t *in ras. m. 1.*

1) *Georg. IV, 149—152, cf. Servii comment. ed. Thilo III, 332.* 2) *Aen. III, 113, cf. Servii Comment. ad hunc locum, I, 362. 363.* 3) *Isid. Etymol. XII, 2, 11, opp. IV, 5 . . :* sicut et Plinius *(Hist. natur. VIII, 16, 42)* in naturali historia dicit leonem cum parda aut pardum concumbere cum leaena. 4) *Cf. Donati Vitam Vergili (Suetoni Reliquiae ed. Reifferscheid p. 54).* 5) *Servii Comment. ad Aen. I, 22, I, 20. 21.* 6) *Fulgentii Mytholog. I c. 7, Mythogr. lat. ed. van Staveren p. 634.* 7) *Ibi I c. 6, p. 633.* 8) *Suetoni Rel. ed. Reifferscheid p. 67:* cum is *(sc. Maro)* aliquando Ennium in manu haberet rogareturque quidnam faceret, respondit se aurum colligere de stercore Ennii; *cf. Cassiod. de institut. div. liter. c. 1, opp. ed. Garet II, 540.*

(c. 26) Hinc sane omnes, qui hanc epistolam lecturi sunt, rogo, ne perturbentur nec felletenus[a] irascantur, quod a Deo tibi datę sapientię tanta asscribimus. Si enim universalem prudentiam tuam tam in dominicis quam etiam in publicis[b] functionibus pensare voluissent, quam aptus es ad omnia ubique, non haberent in hac sceda, quid mirarentur. Malui tamen hanc epistolam inter primas vel secundam fore ad honorem tuum scriptam. Scilicet quia tu primus Deo servientium merito a regali munificentia es positus, non sit tenuitate sensus ultimum, quod constat ad te scriptum. Nec est a scientibus nimis mirandum, si tu principali dono sapientie intantum pręventus es, ut ceteris coęquari facile non possis, cum et sanctorum patrum a patriarchis et deinceps per[1] incrementa temporum crevit scientia spiritalium. Et ut inde apertius[c] dicam aliquid: Plus namque Moyses quam Abraham, plus prophetę quam Moyses, plus apostoli quam prophetę in omnipotentis Dei scientia eruditi sunt. De tali etiam spiritalium virorum incremento
Dan. 12, 4. loquitur Danihel dicens: 'Pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia'. Quis enim nesciat, quia
Exod. 6, 3. Abraham cum Deo locutus est, et tamen ad Moysen Dominus dicit: 'Ego sum deus Abraham, et deus Isaac, et deus Iacob, et nomen meum Adonai non indicavi eis'. Ecce plus Moysi quam Abrahae in-
*p. 63. notuerat, *qui illud de se Moysi indicat, quod se Abrahę non indicasse narrabat. Sed videndum est, si prophetę plus quam Moyses divinam scientiam apprehendere potuerunt. Certe psalmista dicit:
Ps. 118, 97. ib. 99. 'Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est'. Atque subiungit: 'Super omnes
ib. 100. docentes me intellexi'; et iterum: 'Super seniores intellexi'. Qui ergo legem meditari se memorat et super omnes docentes se ac seniores intellexisse testatur, quia divinam scientiam plus quam Moyses acceperat, manifestat[d]. Item quomodo ostensurus sum, quod plus sancti apostoli edocti sint quam
Luc. 10, 24. prophetę? Certe veritas dicit: 'Multi reges et prophetę voluerunt videre quę videtis et non viderunt, et audire que auditis et non audierunt'. Plus ergo quam prophetę de divina scientia noverant, quia[e] quod illi solo spiritu viderant, hoc ipsi carne videbant. Quapropter non est multum mirandum, si et tu plus gnoscis quam Plato et Maro, quorum neuter ad tantam scientiam pervenire potuit, ut sciret Deum. Tu vero non solum cognoscis trinum et unum Deum omnipotentem, sed et in nomine eius diligis proximum tuum, sicut te ipsum.
1. Cor. 13, 4. 5 Ac in ipsa purissima caritate patiens es, benignus es; non emularis; non agis perperam; non inflaris; non quęris quae tua sunt, sed pro utilitate omnium laboras, et praecipue[f] pro his, qui tibi in Deo commissi sunt. Nam, Deo propitio omnia iuste providente, tria monasteria curę tuę procuranda commissa sunt[2]; quorum te hactenus non dominum sed patrem noveras. Quique etiam omnes intantum te diligunt, ut plus
*p. 64. absentiam tuam de*fleant, quam praesentiam timeant.

(c. 27) Ac ne me in his laudibus ypocritam censeas, dicam tibi absque fuco simulationis, quia, prout nosti, beatissimo praeceptore meo Walahfredo pro[g] responso quodam domini[h] regis ad Carolum germanum suum[3] pergente ibique defuncto[4], interim quo eum inde sperabas incolomem reversurum, iussisti me de Auvanensi coenobio ad monasterium sancti Galli commorandi et discendi gratia proficiscere, ibique a fratribus honorifice receptum aliquandiu commorari. Quod et feci iuxta preceptum benignitatis vestrę: navem conscendi, atque illuc cum omni prosperitate Deo gubernante perveni. Tantasque virtutes in eisdem fratribus conspexi, ut vix illas ne dicas me, sed neque Pythagoram de Samo egressum has eloqui posse. Alius enim alio humilior et pacientior

---

a) f *in ras. m. 1.* b) u *ex* l *C.* c) apercius *m. 1.* d) -estat *in ras. m. 1.* e) *superscr. m. 2.* f) praecipuę *m. 1.* g) -o *in ras. m. 2.* h) domni *m. 1, corr. in* domini *2.*

1) *Quae secuntur:* nobis sciendum est, quia et per — isti etiam corporaliter viderunt *ex Gregor. homil. in Ezech. l. II hom. 4 § 12, opp. I, 1347—1348.* 2) *S. Galli, Wizzenburgense et tertium, de quo dubitatur.* 3) *Calvum.* 4) *obiit a. 849. die 18. Augusti mens. quadragenarius, cf. Epitaph. eius v. 7. 8 (Poet. Carol. II, 423):* Dum Ligeris bibulas transcendis missus harenas, | Hic corpus linquens spiritu ad astra volas. *De legatione eius cf. Traubium, Poet. Carol. III, 712 adn. 4.*

invenitur, nec est zelus amarus inter eos, vel invidię livor, sed sola caritas ibi principatur et iustitia regnat. Et si caritas mater est virtutum, et concordia filia eius, ac simplicitas sancta earum pedissequa, illic sine dubio domicilium proprium habent. Quę et si pro tempore aliquanto in aliis locis commorata fuerit, et particulatim se ibi ostenderit, hic tamen semper cum filia et ministra tota consistit. Nec est adventantium hospitum ullus[a], cui ab his tribus non occurratur. Sunt enim iugiter simul indissolubiles, ut funiculus triplex, et inter omnes sparsae, integrę tamen, unum omnibus (cf. Eccl. 4, 12.) ministerium praebent. A cuius scilicet caritatis uberibus suxit beatus Engilpertus[1] largitatem, et ingeniosissimus Hartmodus[b][2] benignitatem, ambo *docti, ambo tam Deo (*p. 65.) quam hominibus dignissimi, tibi etiam domino carissimo per omnia fidelissimi, ceu aurea candelabra lucent in domo tua ante Deum. Nec nocet, si unius lux paulo ferventius ardet, alterius vero lenius et ob hoc longius, cum utrumque placeat, et botrus qui a calore solis citius et qui sero maturescit. Et equus velox et qui pedetemptim ambulat aeque laudatur ab his, qui interdum huius, interdum vero illius utilitate, prout res dictat, utuntur. Longum est sane, si per singulos nominatim velim discurrere, quantos qualesque Dei famulos in omni arte et virtutum stemate redimitos ibi viderim.

Sed neque in ędificiis construendis ex omni materia tam industrios viros vel raro usquam repperi, sicuti bene in nido apparet, quales volucres ibi inhabitent[c]. Cerne basilicam et coenobii claustrum et non miraris quod refero[3]. Et ne de omnibus sileam, quid est Winihartus[4], nisi ipse Dedalus, vel quis Isenricus[5], nisi Beseleel (cf. Exod. 35, 32; 36, 1.) secundus: in cuius manu semper versatur dolabrum, excepto quando stat ad altaris sacri ministerium. Tanta humilitas in eis est, ut tam perfecti viri non dedignantur opus rusticum per se ipsos actitare, pensantes scriptum: 'Humilitate penetratur cęlum et caritate pervenitur ad regnum sempiternum'. Quid memorem de domno Amalgero[6], in consiliis provido atque in universa morum honestate pręclaro. In divino autem cultu quam religiosus sit, testatur altare aureum, ante quod sedulo sedet vel iacet orans. Taceo de domno Ratgero[7], viro simplicissimo, usque quo ventum fuerit ad hoc *quo latius id valeam exponere, qualiter omnis congregatio illa per totum diem (*p. 66.) laboraverunt in una columnarum illarum, quae in basilica ipsa circumstant. Ad ultimum omnibus iam fessis ac inde secedentibus, solus ille ab incoepto opere non recessit, sed tamen frustra sudabat, antequam in hęc verba prorupit dicens: Sancte[d] Galle, finde illam. Mirumque in modum in his verbis simpliciter[e] edictis rupis illius moles inmensa sua sponte inde fissa enituit, unde tota illa multitudo ante laboravit, ut aperte[f] daretur intellegi, quod hanc findere non labor hominum, sed meritum sancti Galli potuit, quę per invocationem nominis eius simplicem tam facile fissa apparuit. Et quia idem ipse frater columna spiritalis aedificii fuit, in tali miraculo

a) *ras. ante* ullus, *fortasse* n *eras. est.* b) *ras. ante* o, *fortasse* Hartmuodus *scriptum erat.* c) inhabitant *m. 1, corr.* -tent *2.* d) Sanctę *m. 1.* e) simplititer *m. 1.* f) ap- *in ras. m. 1.*

1) *praepositus et presbyter cf. Wartmann, Urkundenb. der Abtei St. Gallen II, 64, qui obiit die 1. Aug. mens., Necrol. German. I, 478.* 2) *tunc decanus, post Grimaldum abbas S. Galli, de quo Ratpertus, Casus S. Galli c. 26:* Grimaldus abbas omnia monasterii negotia Hartmoto commendans ipse securus regali se frequentabat exhibere praesentiae, *cf. St. Galler Mittheil. zur vaterländ. Gesch. XIII, 36 n. 93.* 3) *Cf. Ratpertum l. l.:* Hartmotus itaque cum fratribus tandem optatae securitatis quiete percepta operibus necessariis totis studebat insistere nisibus, atque inprimis templum Dei in honore sancti Galli constructum variis coepit ornamentis decorare et sublimare *etc.* 4) *Cf. de eo versus, quos Goldastus Notkero balbulo tribuit, St. Galler Mittheil. XIX, 273 n. k. In chartis S. Galli hoc nomen ita non occurrit.* 5) *Isanricus presbyter, qui obiit die 9. Oct. mens. (Necrol. German. I, 482), cf. Urkundenb. der Abtei S. Gallen II, 25. 40. 49. 62. 77 (a. 848—858).* 6) *Amalgarius decanus, qui vocatur a. 848. et 855, Urkundenb. II, 25. 62, obiit die 30. Dec. m., Necr. Germ. I, 487.* 7) *Hunc in chartis S. Galli non inveni:* Ratgerus presbiter *ob. die 9. Mart. m., Necr. Germ. I, 468.*

optime claruit. Longum est denique, si omnia illorum fratrum bene gesta, quibus per meritum sancti Galli praeeminent, velim tam brevi sermone concludere, dum omnes unum sint, et ipsi in Christo et Christus in eis. Quia nihil inpossibile est capiti Deo, qui sic dirigit membra sua, sed nec aliquid ad impetrandum difficile erit membris[a] suis, qui sic cohęrent capiti suo. Fateor omnia laudabilia vidi in eis, et praecipue[b] caritatem ridentem, et unum vel nusquam vel in paucis hic nullum musitantem. Com- Lev. 26, 12. pleturque in eis quod olim Deus per prophetam suum promisit dicens: 'Et veniens habitabo cum eis et ipsi mecum, et inter illos ambulabo et ero illorum Deus et ipsi Ps. 148, 12. erunt mihi populus[c]. Et iuxta psalmistae coortationem 'senes ibi cum iunioribus semper laudant nomen Domini'.

(c. 28) Quapropter, mi carissime pater, domne Grimolde, diu opitulatam[d] mentis *p. 67. meę intentionem nunc recludendam censeo. Quia tanta bona in te et in familia *tua per Dei gratiam conspexi, ceu basium quoddam rependens caritati vestrę cogitavi scripto commendare quę mihi constant[e] de vestra bonitate nota et laude[f] dignissima. Et cur non memorię tradimus facta virorum cum Christo viventium, si tanto studio legimus diffamari[g] facta hominum iniquorum mortuorum et cum diabolo in inferno sepultorum[1]? Quid enim Iuppiter vel Mavors, nisi homines pessimi? Et quid econtra sanctus Columbanus et sanctus Gallus, nisi homines optimi fuerunt? quorum familia, tantis terrarum spatiis dirempta, talis est, ut una sit, tantaque est, ut per Dei gratiam signa faciat. Sed quia de omnibus longum est commemorare, vel de vita sancti Galli, cuius tu pastor quam optime tugurium possides, et familiam regis, liceat amoris causa virtutum eius quosdam floscellos decerpere, et metricis melodiis ceu floreum diadêma capiti tuo conponere. Ut sicut[h] superius te omni virtutum decore dixi gemmatum, sine corona tantum, non te videat sol stellatum. Scripsit itaque eiusdem confessoris Christi vitam[2] supradictus preceptor meus, vir simplicissimę vitę et per omnia rectę, beatus Walahfredus tibi notissimus, quem etiam tu ipse ut peritus cathegeta peritum sophistam enutristi, et ut plus in domo Dei luceret lumine Dei pręventum super candelabrum elevasti[3]. Sed, heu pro dolor, mors acerba, quae nulli parcere novit[4], subito eum nobis tulit, nec tamen sibi animam illam vindicavit, quam Christus assumpsit. Voluit vero ille poaetico coturno gesta beatissimi Galli comere[5], sed morte pręventus vitam in vita finivit. Unde ego[i] rogatus sum a quibusdam fratribus, et praecipue a *p. 68. devotissimo Gozperto, ne dicas calvo, sed pilis *zephali auretenus nudo, omni tamen sancta benivolentia pleno, felicissimi abbatis Gozperti[6] nepote[7], cum quadam[k] vi inpulsus sum, ut quod magister devotus non implevit, ego cliens adsecla[l] compleam illum secutus. Asserens esse unum tam incipientis ex animo quam perficientis pręmium. Fecissemque fateor in hac re votis satis, si supra dictus dilectus noster in hac petitione aliquam patientiam habuisset. Est enim tam ferventis studii, ut in una eademque hora et lac velit mulgere et caseum praemere, cum nec Roma una die sit condita[8], sed neque triticum eo die metitur, quo seminatur.

---

a) menbris *corr. in* memb. *m. 1.* b) praecipuę *m. 1.* c) -ul- *in ras. C.* d) *an* protelatam? e) *ex* constat *corr. m. 1.* f) dign. laude *m. 1.* g) *superscr. m. 2.* h) cut *cum adnotat. margin. Vadiani casu erasa C.* i) *ras. post* e *C.* k) *ex* quodam *corr. m. 1.* l) *ras. post.* c *C.*

1) *Cf. versus Strabi de b. Blaithmaic vita et fine v. 1sqq. (Poet. Carol. II, 297) et quae ad hunc locum adnotavi. Similia praefatur etiam Ermenrichus de vita b. Soli, SS. XV, 156—157, ubi pergit:* usque hodie Maronis ac Homeri inutiles fabulae a christianis viris lectitantur. 2) *quam edidit Thuli, St. Galler Mittheil. XXIV, 1—76.* 3) *i. e. ad abbatiam Augiensem gubernandam eum promovisti.* 4) *Cf. supra p. 545:* mors .. quae nulli parcere nosti. 5) *Vita b. Galli, prolog. (p. 5 ed. Thuli):* si Dominus permiserit, huius operis agreste pulmentum postmodum aliquibus metrorum condimentis infundam. 6) *a. 816—837, cf. de eo Ratperti casus c. 13, St. Galler Mittheil. XIII, 23.* 7) *eidem dedicavit monachus anonymus vitam S. Galli metricam, cf. Poet. Carol. II, 428.* 8) *vetustiorem huius proverbii auctorem non inveni.*

(c. 29) Ad hęc etiam de uno fonte non putavit sitibundus sitim suam posse sedari, ad mare cucurrit, scilicet Homerum nescio quem novum pro hac re invocans cis Hrenum, qui in morem Flacci non currit in poemate sed fluit[1]. Insuper et Alpes philosophantur circum. Sub quibus iugum Sambutinum[2] Rihpertus[a][3] lyrico possidet sono; et si nosset antra Musarum, esset talis ut Cinthius Apollo. Cuius poesis prisco si interdum alternatur more, Hartmodus eius aures avellit apta repingens proprietati. Nam et ipse scientiam philosophandi habet, ut Aristotiles calamum in mentem tinguens[4]. Et quia multa sunt miracula sancti Galli, plures decet habeat asstipulatores multiplicesque laudatores. Ac ne solus in eius laude sileam, cuius beneficia inmensa in me ipso expertus sum, tam in vocis claritate, quam etiam in luctus mei solamine[b], ita ut noctu ante tinnitum nolę hunc versum cantaret ante me: 'O alumne tuos comprime luctus'. Quem etiam luctum pro manenti concordia, ne propter me ibidem umquam mutaretur, *in crypta eiusdem sancti Deo fudi. Quapropter licet supra *p. 69.
nominatis[c] poętis sim abiectior, et ob ipsorum facetam urbanitatem satis spretus, quia nec poętam nec amusoterum me esse profiteor, tamen vestra auctoritate iubente, quibus parva delectant, de magnis parva[d] excerpo. Et ne per omnia petentibus mentiar, vel supra dicto amico in his satisfaciam, si vel pauca referam, cum ipse ad summos evolaverit: inde rogo capiat summa, et ob hanc iniuriam ne spernat minima. Quia apes et formicae si vires non habent, ingenium tamen habent[5], ac monoceros corpore parvo cornu tamen confligere audet. Eo schemate et ego putto tuus, si te in manibus teneo, a facie ipsius magni Homeri non fugio. Et nescio, cuius mentis sit, me vero ita precipitem scio, ut si bacillum tuum non intermiseris, ad capillos usque devolvemur. Inter hęc etiam et cuiusdam Scotticae perę iacula[e] vereor, ceu ex latere emissa, quae modo in partibus Ausoniae puttoni cittonias vel aliud quid incogniti cibi colligit, et, licet attrita fronte, apparebit, quando putto inde gustabit. Taertius timor me praemit calvus iam dictus[f] partibus his favens. Sed tuo privilegio semper salvo consolatur me una res super eo: quia talis calvus numquam erit salvus, immo erit salvus, si bene fuerit calvus. Hancque horripilationem[g] forsan in ponte[h] Cumetensi hauserat, quando de Bobionensi coenobio reliquias sancti Columbani secum ferens rediit, et ob incuriam quandam de navi egrediens proram inpegit, et in mare *cecidit, *p. 70.
indeque a[i] sublevantibus emersus putabatur a nautis, ut esset Paulus. Sed quia, ut quondam Iacob, claudicabat, cognitus est a ducentibus, ut is esset, qui antea per se cf. Gen. 32, 31.
talis incedebat. Grande tamen tantum periculum, et laudandus Deus, qui eum liberavit per suum miraculum. Haecque alias suo loco dicenda relinquo.

(c. 30) Ceterum, mi magister et domine amabillime, in calce[k] huius epistolę sanctitatem vestram obnixe deposco, ut nugas pręsentes eloquii mei ita suscipiatis, veluti optime confido in paternitatem vestram. Adiunxi autem et huic operi breve opusculum[6], quod de[l] incoeptione nostri coenobii[7] et fratrum ibidem Deo olim famulantium vita

---

a) *corr. in* Radpertus *manus recentissima.* b) -o- *ex* u *m. 1.* c) -tis *ex* tim *m. 1.* d) magn. parv. *in ras.* e) *ad marg. m. 2 ant.* Liup̄ *quod* Liuprandus *vel* Liupmannus *suppleri possit.* f) *ad marg. m. 2 ant.* G(ozpertus). g) hor- *in ras. C.* h) ponte///// *C.* i) *ras. post* a *(fortasse fuit* áh*).* k) calc/e *C.* l) *superscr. m. 2.*

1) *Cf. Hor. Sat. I, 4, 10; 10, 50 de Lucilio.* 2) *quod nunc Säntis vocatur.* 3) *Rihpertus (Ricbertus) praepositus vocatur intra annos 855. et 864, Urkundenb. der Abt. St. Gallen II, 59. 61. 91. 117, idem fortasse, qui Kal. Ianuar. obiit, Necr. Germ. I, 464.* 4) *Isidori Etymol. II c. 27, 1; opp. III, 106:* Aristoteles, quando perihermenias scriptitabat, calamum in mente tingebat *(cf. Alcvini dialecticam c. 16, opp. II, 350).* 5) *Cf. Ermenrichi epistolam ad Gundrammum (SS. XV, 154):* Sed ad haec ne obsisterem, intulisti illud Socraticum: Apis, inquiens, quod nequit viribus, conatur ingenio. 6) *Vitam Hariolfi Lingonensis episcopi dicit, quae edita est SS. X, 11—14, Württemb. Vierteljahrschr. für Landesgesch. XI. app. p. 5—8, ut vidit Wattenbach, Deutschlands Geschichtsq. I, 283 n. 2.* 7) *Elwangensis, cf. ibid.:* Hoc .. opusculum idcirco pertexendum cepi, ut sciant omnes posteri nostri, quis primus huius loci cum Deo inceptor fuerit, quantique viri Deo amabiles sub eo exstiterint.

conscripsi. Ipsaque dicta viro per omnia doctissimo, domno Gozbaldo episcopo[1], vel approbanda seu refutanda commendavi; et quia ille haec sibi grata diiudicavit, vestro non ingrato iudicio[a] examinanda destinavi. Simul et hoc scitote, quod nec in cera vel in tabula hęc expressi, sed sicut in presentibus scedis dictata sunt, ita sunt vobis directa, ut si forsan coram lecta non placuerint, non sit dolor perisse quod constat vile fuisse[2]. In priori quidem opere Anitium Boetium sum imitatus[3], in isto vero Prosperi nostri morem ex parte secutus[4]. Tu vero, doctor sagacissime, linceis oculis[5] in talibus utens, orationibus tuis me adiuva, quatinus ad portum quietis quandoque prospere evectum audias me inter lętissimos celeuma ex alto[b] canentem. Sancta et inseparabilis Trinitas vos cum omni grege vestro bene valere faciat, mei memorando semper in ęvo amen.

*p. 71. *O[6] felix vates, senioris nomine dignus,
Poscimus[7], optatam det tibi Christus opem.
Dum[8] bona cuncta[c] placent, cunctis pietate ministra;
Actibus[9] aeque tuis mens mea laeta manet.
Est[10] tibi larga manus, placidum cor, dulcia verba:
Es probus et sollers, promptus[d] ad omne bonum;
Munificus, sapiens, castus, sincerus, et ęquus,
Absolvens legis mystica quaeque piae.
Artis grammaticę et summus sophista vocaris,
Undique doctus eris artibus omnigenis.
Quattuor et clarus virtutibus almus haberis,
Innumeris aliis ex caritate micans.
Vestra ob quas res non potui e bonitate silere,
Sed mage te ostentans esse legentis odor.
Care Grimolde pater, gratis[11] haec[e] auribus hauri
Carmina, quae nullo sunt peritura die,
Dum rapidis sol currit equis, vibramine terras
Inlustrat, gelidis dum mare fervet aquis,
Istis in dictis legitur tua fama beata,
Nominis eterni et gloria magna tui.
Te[12] precor interea, nostram bene suscipe Musam,
Ut sit tuta canens, sis pia pelta tegens.
Livor[13] edax tacito si quisquam murmure dicat,
*p. 72. *Cur haec auderem scribere inepta tibi,
Et lacerare cupit nostros molimine versus,
Tu, pater alme, manum porrige quaeso mihi.
Et mecum simul improbitatis ab igne rubentem
Reice, ne fuscet candida dona tua.

---

a) iuditio *corr. m. 2.* b) alta *corr.* -to *m. 1.* c) cunta *C.* d) promtus p *superscr. m. 2.* e) *superscr. m. 2.*

1) *Wirciburgensi 842. Apr. 2.—855. Sept. 20., ibid.:* didasculo suo Gozbaldo episcopo. 2) *Cf. ad hunc locum Wattenbach Schriftwesen ed. 3 p. 68.* 3) *dialogus est Ermenrici diaconi cum Mahtolfo presbytero seniore.* 4) *Cf. supra p. 384 n. 1.* 5) *Hor. Sat. I, 2, 90. 91:* Lynceis | Contemplere oculis. 6) *Nasonis Ecloga I, 38 (Poet. Car. I, 386):* O felix vates senioris nomen adeptus. 7) *Theodulf. ad Aiulfum episc. v. 40 (Poet. Car. I, 561):* ut det. 8) *Theodulf. l. l. v. 31:* Dum bona vestra; *22:* Et bona cuncta. 9) *Theodulf. l. l. v. 32.* 10) *v. 5—6 ex Theodulfo l. l. v. 55. 56, ubi scribitur:* Sit tibi. Sis probus. 11) *v. 15—19 ex Nasonis Ecloga Prol. 1—5 (Poet. Car. I, 384):* Caesareis Carolus sapiens haec — | Istis in geminis legitur tua fama libellis. 12) *Theodulf. l. l. v. 59:* Te precor interea nostrae memor esto ruinae. 13) *Nasonis Ecl. v. 11—13:* Livor edax tacito sic secum murmure dicat: | Cur haec presumpsit arte referre rudis? | Aut lacerare velit nostros molimine versus.

Quod si non cesset[a] lacerans mea dicta susurro,
Hoc ipse exponat posco problema tibi:
Oenon paleon pimelin[b] gallan eleon[c],
Et non[d] miraris dulcia nosse tua.
Neon ide lalo rema sison ripho ariston[e]
Vescere quis poteris tuque poeta[f] tuis[g].
Phrontistes phronimos phisa philoponia nechros[h]:
Hoc fecit Christus primus in orbe Deus[1].
Qui cruce frugifera mundum ex pietate redemit,
Nos salvat morte perpetua moriens.
Sic cum surrexit, docuit nos surgere posse,
Ascendensque polum scandere quemque monet.
Cuius nempe crucis donis nunc tangere quaedam
Musa volebat ovans, sub brevitate iocans.
Sed quia nec cosmus, toto si sudat in orbe,
Hanc digna poterit laude sonare crucem,
Sume tamen gustum hic huius cum laude triumphi,
*Versibus innixis cerne suprema[i] notis, p. 73.
Et sancta prece sic me sustentare memento[k],
Ludere quo possit Musa ferendo[l] pyra.
Crustumiis Syriisque pyris[2] sunt haec potiora,
In quibus auxilium poscimus ad Dominum.
Mollia[3] Pyerides[m] subtili carmina filio
Non nebunt, Domini veste nitente mihi.
Castalides nec percurrunt subtemine telas:
Fusis namque meis purpura sed dabitur.
Ante[4] cadant imis miscentia sidera terris,
Aut[5] fluat ad summos flumen ubique polos,
Nylo[n][6] ante Herydanus properet pugnacibus undis,
Aut Tygris Rhodanum tangat ab amne furens,
Ante plagas mundi radios sol condat in omnes,
Quam tuus a nostro pectore amor redeat.
Iamque vale felix per tempora longa, magister,
Ac memor esto mei, sum memor ipse tui.

Versus LXIIII[o][7].

---

a) cesset *in ras. m. 2.* b) *fort. ex* melim *m. 1.* c) *ad marg.* vinum butyrum bibe lac oleum. *Bursian (Jahresber. 1873 I, 13) hunc versum ita Graecum reddidit: οἶνον παλαιόν, πιμελήν, γάλαν* (pro *γάλα*), *ἔλαιον.* d) nos *corr. Bursian p. 14.* e) *ad marg.* Novum vide loquor verbum move sorbeo prandium. *Traube (Poet. Car. III, 701): νέον ἴδε λαλῶ ῥῆμα. σεῖσον. ῥυφῶ ἄριστον.* f) *ras. ante* e *fortasse* a *eras.* g) tuus *corr. Bursian.* h) *ad marg.* curator sapiens sufflat studium mortuus. *Traube l. l.: φροντιστὴς φρόνιμος φυσᾷ φιλοπονίᾳ νεκρός.* i) supraema *m. 1.* k) meane- *m. 1, corr. 2.* l) ferando *m. 1, corr. 2.* m) *ex* pyerydes *m. 1.* n) *ex* Nilo *m. 1.* o) *corr.* LXII. *extremi quinque versus pag. 73 vacant.*

1) *Poet. lat. min. ed. Baehrens IV, 88:* Primus in orbe deos fecit timor. 2) *Verg. Georg. II, 88.* 3) *Cf. Ausonii Mosellam v. 396—398, ed. Schenkl p. 95:*

Mollia subtili nebunt mihi carmina filo
Pierides, tenuique aptas subtemine telas
Percurrent; dabitur nostris quoque purpura fusis.

4) *Nasonis Ecl. I, 48 (P. C. I, 386):* Ante cadunt imis *etc.* 5) *Ibid. v. 49:* Sese aut ad summos extollunt flumina caelos. 6) *ib. v. 51. 52:* Heridanus Nilo properet pugnantibus undis, | Aut Tigris Rhodanum furioso verberet ictu. 7) *Cf. Wattenbach Schriftwesen 3. ed. p. 160—161.*

*p. 74. (c. 31) *DE VERA ESSENTIA DEITATIS CUIUS EST SOLIUS TOTUM ESSE QUOD EST VERE ESSE.


Sane antequam de vita sancti[a] Galli aliqua tangam, de sanctę Trinitatis essentia vel substantia pauca dicam. Verius enim cogitatur Deus quam dicitur, et verius est quam cogitatur. Et quomodo intellegitur, nisi per sapientiam et quid est ipsa sapientia, nisi lumen spiritale et incommutabile. Est[b] enim et sol iste lumen, sed corporale; est et spiritalis creatura lumen, sed non incommutabile. Lumen[1] ergo pater, lumen filius, lumen Spiritus sanctus; simul autem non tria lumina, sed unum lumen. Sic et sapientia pater, sapientia filius, sapientia Spiritus sanctus, et simul non tres sapientiae, sed una sapientia. Et quia hoc est ibi esse quod sapere, una essentia pater et filius et Spiritus sanctus. Itaque omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens Spiritus
cf. Rom. 11, 36. sanctus, nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria. Quicquid[2] ergo ad se ipsum dicitur Deus, et de singulis personis ter dicitur, patre et filio et Spiritu sancto, et simul de ipsa Trinitate, non pluraliter, sed singulariter dicitur, quoniam quippe non aliud est Deo esse, et aliud magnum esse. Sed hoc idem illi est esse, et magnum esse, quia ea[3] magnitudine magnus est, qua[c] ipse est eadem magnitudo. Propterea sicut non dicimus tres essentias, sic non dicimus tres magnitudines, sed unam essentiam et unam magnitudinem. Quia sicut dictum est: Hoc est Deo esse, quod est magnum esse, eadem causa nec magnos tres dicimus, sed unum magnum, quia[d] non participatione magnitudinis Deus est magnus, sed se ipso magno magnus est, quia ipse sua est magnitudo. Hoc et de bonitate, et de ęternitate, et de omnipotentia Dei dictum similiter accipiendum, omnibusque omnino predicamentis, quae de Deo possunt pronuntiari, quod ad se ipsum dicitur, non translate, ac per similitudinem,
*p. 75. sed *propriae. Quapropter vel sic intellegamus Deum, si possumus, quantum tamen possumus, sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ praesentem, sine habitu omnia continentem, sine loco ubique totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. Sicut enim ab eo quod est sapere dicta est sapientia, et ab eo quod est scire scientia, ita ab eo quod est esse dicta est essentia[4]; et est specialis et permanens atque incommutabils Dei essentia, quae et substantia dicitur. Sunt etiam alię quae dicuntur essentie sive substantię, sed capiunt accidentias, quibus in eis fiat vel magna vel quantacumque[e] mutatio. In[5] Deo autem nihil quidem secundum accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est. Nec tamen omne quod [de Deo] dicitur, secundum substantiam dicitur. Dicitur ad aliquid enim sicut pater ad filium, et filius ad patrem, quod non est accidens, quia et ille semper pater et ille semper filius; et non esset pater, nisi esset filius, nec filius esset, si non esset pater. Nec coepit esse, sed semper est pater filii et semper est filius patris. In rebus vero creatis atque mutabilibus quod non secundum substantiam dicitur, restat ut secundum accidens dicatur. Omnia enim accidunt eis, quae vel amitti possunt, vel minui et magnitudines et qualitates et quod dicitur ad aliquid, sicut amicitię[f], propinquitates, servitutes, similitudines, equalitates et si qua huiusmodi sunt, et situs et habitus et loca et tempora atque passiones, non ita in Deo.

Et hic X cathegorias introducam[6], sicuti cum dicimus 'homo', substantiam designa-
*p. 76. mus, verbi gratia: Secundum substantiam homo est vel *homo non est. Quantitas eius:

a) *superscr. m. 2.* b) Est — incommutabile *add. m. 2.* c) quia *m. 1.* d) magnum est quia *m. 1,* est *del. m. 2.* e) c *ex* q *C.* f) amiticię *C.*

1) *In eis quae secuntur Ermenricus usus est Alcvini libro de fide sanctae Trinit. II c. 14, opp. ed. Froben. I, 720—721, sed non ad verbum.* 2) Quicquid — magnitudinem *ex Alcvini libro de fide sanctae Trinitatis I c. 7, opp. ed. Frobenius I, 710.* 3) *De sequentibus cf. ibid. l. I c. 15 p. 713.* 4) *Cf. ibid. p. 714.* 5) In Deo — filius patris *ex Alcvini l. de fide s. Trinit. I c. 9 p. 710.* 6) *Cf. de sequentibus Alcvinum l. l. c. 15 p. 713—714.*

utrum sit quadripes vel non; qualitas: utrum candidus vel non; relativum eius: utrum propinquus vel non; situs: utrum iaceat vel non; habitus: utrum armatus sit vel inermis; tempus: utrum hesternus sit vel non; locus: utrum Rome sit vel non; facere: utrum cedat vel non, id est percutiat; pati: utrum vapulet vel non. Haec in substantia hominis sub eodem praedicamenti genere vel affirmantur esse vel non esse. In deitatis vero substantia nulla diversitas est. Quapropter illud precipue teneamus quicquid ad se dicitur prestantissima illa et divina sublimitas substantialiter dici, quod autem ad aliquid, non substantialiter, sed relative dici. Tantamque vim esse eiusdem substantiae in patre et filio et Spiritu sancto, ut quicquid de singulis ad se ipsos dicitur, non pluraliter in summa, sed singulariter accipiatur. Quemadmodum enim Deus est pater, et filius deus est, et Spiritus sanctus deus est, quod secundum substantiam dici nemo dubitet, non tamen tres deos, sed unum Deum dicimus eam ipsam prestantissimam Trinitatem. Ita magnus pater, magnus filius, magnus Spiritus sanctus, nec tamen tres magni, sed unus magnus. Sic et bonus pater, bonus filius, bonus et Spiritus sanctus, non tamen tres boni, sed unus bonus deus. Ideo non ait in evangelio: nemo bonus nisi solus pater, sed 'nemo bonus Luc. 18, 19. nisi solus Deus'. In patris enim nomine ipse per se pater pronuntiatur, in Dei vero nomine et ipse et filius et Spiritus sanctus, quia Trinitas unus Deus. Situs[1] vero et habitus et loca et tempora non propriae, sed translate ac per similitudines dicuntur in Deo. Nam et Ps. 79, 2; 98, 1. 'sedere super cerubim' dicitur, quod ad situm dicitur, et 'abyssus sicut *vestimentum amictus eius', ib. 103, 6. *p. 77. quod ad habitum, et 'anni tui non deficient', quod ad tempus, et 'si ascendero[a] in caelum, tu illic es', ib. 101, 28. ib. 138, 8. quod[b] ad locum. Quod autem[c] ad faciendum attinet, fortassis de solo Deo verissime dicatur. Solus enim Deus facit quę vult, et tamen ipse non fit, neque patitur quid, quantum ad eius substantiam pertinet, qua Deus est. Sed neque augetur neque minuitur, quod anima hominis patitur. Augetur enim, quando per Dei gratiam crescit in virtutibus, minuitur vero, cum peccatis suis merentibus decrescit. Haec de essentia sive substantia deitatis dicta sufficiant. Nunc dialecticae distinguendum, quod bonum eius per se simplum bonum est, nostrum vero bonum nonnisi a bono ipsius, et quod anima iusti et corpus bona sint a summo tamen bono.



(c. 32) *UNDE SUPRA INVOCATIO SIVE REPETICIO DICTANTIS SSS.[d] *p. 78.

Es tria summa Deus, trinum specimen, vigor unus[2],
Spiritus atque pater filius es deus es.
Nulla quidem mens est mortali in corpore vivens,
Quae plene possit te cogitare Deum.

a) ascendere *C.* b) es qu- *in ras. C.* c) *in ras. m. 2.* d) *add. m. 2.*

1) *Ex Alcvino l. l. c. 15 p. 713—714.* 2) *Prudentii Apotheos. v. 1 cf. supra p. 555.*

Sed miris operum signis ostenderis auctor,
Rectoremque suum cognita queque canunt.
Maiestate tua concluditur omne quod usquam est,
Qua sine nil rerum stare vel esse potest.
Unde licet fandi vires animique vigorem
Vincat et excedat gloria lausque tua,
Nos tamen officio cordis gaudemus et oris,
Et tanto oblectat succubuisse[a] bono.
Recta igitur cupiens scire, et si non sit adeptus,
Persistendo tamen velle bonum bonus est.
Respice me miserum, quia totus[b] sum miserandus:
De te quae teneo, sunt bona vera tua;
Et mala cuncta mea ex me [met][c] cerno venire:
Suadet ad haec plura zabulus ecce sua.
Sed precor, alme Deus, sanctis me moribus orna,
Ut tibi sim dignus carmina digna loqui.
Est genus hoc laudis dignum, dignissime rector,
Quod clare resonat optima quaeque tua.
*p. 79. *Cum tamen est nullus, qui sic tua facta[d] polire
Possit, ut est iustum, quem decet omne bonum.
Summum[e] bonum Deus es, tu summa bonorum,
A quo sanctus habet esse bonus Domini,
Da pater auxilium, quo possim scribere Galli
Ipsius ecce tui, Musa canente, melos.
Proque suis meritis ipsum exaudire rogantem,
Pro me digneris, pastor amor domine.
Possumus at si quid, tua nobis gratia prestat,
cf. Philipp. 2,13. Qui das velle simul et bene posse tuis.
Hinc, lector, carpis forsan qui carmina nostra,
Si[f] haec tibi displiceant, sume beata sequens;
Hosque in calce pios studeas[g] tibi scribere versus,
Quis valeas rectam semper habere fidem.
In deitate gradus mensura et tempora non sunt,
Et quod idem est, maius non habet atque minus.
Longe corporeę moles formeque recedant:
Virtus summa caret finibus et spaciis.
Omnipotens genitor natusque et Spiritus almus,
Una in personis par tribus est deitas,
Una trium deitas, una est essentia ab uno,
In cunctis unum sunt tria principium.
Splendet enim verum vero de lumine lumen,
*p. 80. *Ut genitum agnoscens noverit ingenitum.
Sic Deus est magnus de se valet et manet in se,
Cui summum et proprium est, semper id esse quod est.
Iam tibi me commendo essentia sancta tegendum,
Ut virtute tua sim bene mactus[1] amen.

VERSUS L[2].

---

a) *ex* subcub. *m. 1.* b) *ex* totum *m. 1.* c) met *suppl. P. de W.*, certe *coni. Manitius.* d) facta tua *C, corr. P. de W.* e) *fort.* nempe (namque, quippe), *suppl. P. de W.* f) Sed *corr. in* Si *m. 2.* g) *ex* studeat *m. 1.*

1) *Cf. Aen. IX, 641.* 2) *Cf. supra p. 569 n. 7.*

Quia ipse numerus quinquegenarius significat remissionem et requiem post laborem[1]. Sic in Spiritu sancto, qui est caritas patris et filii, habemus remissionem omnium peccatorum, et in eadem essentia sanctae Trinitatis requiem post laborem sempiternam.

(c. 33) ITEM ORATIO AD EANDEM SANCTAM TRINITATEM, SIMUL ET IPSE CHRISTI CONFESSOR INVOCATUS SUB ISTIS LITTERIS VERSUS INCIPIENTES: SANCTE GALLE ORA PRO ME.

Summe Deus, mundi[a] plasmator et auctor,
Trinus et unus ades semper ubique potens.
Altor cunctorum pietate, minister amore,
Pastor ovile tuens cum caritate tuum,
Nunc mihi, te spurco succurras, lumen, adoro,
Sancto me repleas dogmate, sancte Deus.
Cor ego pando tibi, mentem, os: tu dona ministra
Mundans cor corpus, ut tua rite loquar.
Te sine nil possum, cum quo sed posse fatebor,
Omnia concedens qui potes omne, Deus.
Est mihi nunc mentis, floscellos[b] carpere quosdam
*De sancti Galli zoe[c] micante pia. *p. 81.
Galle pater, pulchro qui lactis nomine[d] fulges,
Lacta me sancto lacte, beate, tuo.
Adiunctus Christo poteris plus, propterea sis
Adiutor noster semper ubique pius.
Lętus tunc depromo tuam, sanctissime, vitam,
Si Deus est et tu semper in ore meo.
Lucis amor, lux ipse Deus, tu chara[e] perenne
Aeonios zoticos andria pistos ear[f].
Ermes biblorum drosos eusebia pneuma[g],
Orgia da nobis panta kalon[h] Domine.
Opse[i] conversis veniam miserans prestabis egenis[k];
Diligis et refoves, quos cupis esse tuos.
Roscida mella[2] manat, cuius tu corda titillas,
Spiritus alme deus, sis mihi presto, rogo.
Anathole et disis[l], nunc psalle, mesymbria et arctos[m],
Cardine quadrifido cantica pange Deo.
Partibus his quadris vos tot virtutibus almi,
Ut sitis memores undique posco mei,
Rite canam ut vitam Galli ludente coturno,
Quam Walafredus aplos[n] compserat absque pede[3].
O utinam vixisset nunc in tempore laetus,
Quo compleret opus carmine Musa sua.
***M**e satis indoctum vos docti haud spernite queso, *p. 82.
Pro magnis parva munera sed capite[4].
Est genus hic dispar micton coenon[o] praece iunctum,
Sancte[p] meum Galle sis mihi dulce vale.

---

a) cuncti *add. P. de W. vel* factor *post* plasmator. b) *ex* flos colles *m. 1.* c) *i. e.* vita. d) *ex* lactimomine *m. 1* (lac = *γάλα*). e) *i. e. χαρά.* f) *αἰώνιος, ζωτικός, ἀνδρία, πίστος, ἔαρ (?)* g) *Ἑρμῆς* biblorum, *δρόσος, εὐσεβεία, πνεῦμα.* h) *πάντα καλόν.* i) *οψέ.* k) *pes abundat.* l) *ἀνατολή, δύσις.* m) *μεσημβρία, ἄρκτος.* n) *ἁπλῶς.* o) *μικτόν, κοινόν.* p) sanctae a *del.*

1) *Cf. de hoc numero Gregor. homil. in Ezechiel. 5 § 15, opp. I, 1360.* 2) *Verg. Ecl. IV, 30:* roscida mella. 3) *Cf. supra p. 566.* 4) *Cf. Ov. Ex Ponto IV, 8, 35:* Parva quidem fateor pro magnis munera reddi.

(c. 34) ITEM ORATIO HERMENRICI METRO TETRAMETRO ACCATALECTO SUB LITTERIS IPSIUS VERSUS, QUEM EI QUIDAM VENERANDA SPETIE DORMIENTI PRECINEBAT ITA DICENS: O ALUMNE TUOS COMPRIME LUCTUS[1].

O regnans deitas, trinus et unus,
Adiutor validus carminis huius,
Lux lucis, caritas, porta beatum
Verbum, principium, Christus ab evo,
Mitis sancte[a] Deus, conditor orbis,
Nunc succurre mihi carmina donans,
Et quaecumque velis dicere, pande.
Te cantare decet semper in evum[b],
Virtus clara tua munit ab hoste,
Omnes iustificans, qui tibi herent,
Salvans[c] mirifico regmine cunctos.
Cordi (posco) meo mella ministra,
Ortatorque meus esto benignus,
Magnus qui inhabitas cordibus almis.
Peccanti veniam parce roganti,
Robor iusticia noster ubique,
Intus corda rigans roscida dona
Musae queso meae fercula siste,
Et tu, sancte[a] pater Chelleh[d], adesto.
Labris te resono, mente titillo,
Virtutem Dominus donet et addat,
Causas nempe meas tetenus affer.
Tunc forsan canimus carmina digna,
Vocem si retines, quam prece purgas.
Sic in fine meo dulcia misce.

(c. 35) UNDE SANCTUS GALLUS EGRESSUS SIT ET QUIS MAGISTER EIUS VEL SUB CUIUS TEMPORIBUS HANC IN PATRIAM DEVENERIT ET DE FLUMINIBUS IPSIUS TERRAE ET GENTIBUS CIRCUM AC DE MYSTICA INTERPRETATIONE HYBERNIAE INSULAE.

*p. 83. *Primo sane antequam vitam sancti Galli tangamus, de situ[e] patriae huius et fluminibus eius, Rheni scilicet atque Danubii, dicendum summatim ratum duximus. Sed et quales barbaras gentes isdem[f] fluvius Hister circa se antiquitus habuit edicimus, donec Gothis egressis et Suuevis ac[g] Wandalis cum aliis nationibus hanc in patriam ingressi tam nomina quam etiam regna anteriorum inmutavere. Probat etiam hoc et sanctus Beda in gestis Anglorum[2] ita loquens: 'Anno ab incarnatione dominica CCCVII[h], tenente imperium Honorio Augusto, filio Theodosii maioris, inruptio Romani imperii ab Alarico rege Gothorum facta est cum gente Alamannorum, Suuevorum, Wandalorum multęque cum his alię protritis[i] Francis transitoque Rheno totas per Gallias seviunt et fracta est Roma a Gothis anno millesimo CLXIIII suae conditionis' et reliqua. Verum post multo tempore sub Lhothario rege Francorum sanctus Columbanus cum beatissimo Gallo et sotiis[k] suis de Hibernia egressus[3], ut barbarorum incredulitatem ad fidem Christi usquequaque converterent, primitus annuente Deo in Francia monasterium construxerunt, quod Luxovium nominarunt[l]. Dein sub tempore Theoterici ex invidia Brunnihildis[m] reginę inde expulsi, et hanc in Suueviam ingressi partes Rhetiae circa Rhenum et Alpes Appenninas primitus cum luce fidei inlustravere. Post haec sanctus Columbanus locum Italiae sibi delegit, beato Gallo per Dei providentiam hic derelicto, ceu lumine[n] magno. Et quia Rhetia terra tam hieme quam aestate vernat, sol etiam ibi mitis, grata temperies, purus aer et blandus, inde vocata, quod sit iuxta Rhenum[4]. Hanc certe vir Deo plenus diligenter ubicumque perlustrans monasterii locum in desertis interiori-
*p. 84. bus sibi statuit, a mari *Potamico[5] duobus miliaribus distans, aquis salubris et pratis[o]

a) sanctae a *del.* b) unum *C, corr. P de W.* c) salvas *C, corr. P de W.* d) *ex* chellet *m. 1.* e) -u *ex corr. m. 1.* f) istem *corr. m. 1.* g) *ras. ante* ac *eras.* et? h) VIII *corr. in* VII *C;* quadringentesimo septimo *Beda.* i) proteritis *C.* k) *ex* sociis *m. 1.* l) -arunt *in ras. m. 1.* m) prunni- *corr. in* brunni- *m. 1.* n) -e *ex corr. m. 1.* o) -r- *in ras. m. 1.*

1) *Cf. supra p. 567 v. 11.* 2) *L. I c. 11, p. 17 ed. Holder.* 3) *Cf. de sequentibus Walahfridi V. S. Galli c. 2. 3, p. 7 ed. Thuli.* 4) *Isidori Etymol. XIV c. 4, 26, opp. IV, 163:* Rhaetia vero, quod sit iuxta Rhenum; *quae antecedunt dicit Isidorus (ibid. 24) de Campania:* habet terras hieme atque aestate vernantes *etc., sed Hrabanus (de Universo l. XII c. 4, opp. ed. Colvener. I, 178), quem noster fortasse sequitur, haec iam ad Rhaetiam rettulit.* 5) *Cf. Vitam Hariolfi c. 6 (SS. X, 13):* iuxta mare quod Podomus dicitur.

locus ipse abundans. 'Montes vero, iuxta psalmistae vocem, in circuitu eius et Domi- Ps. 124, 2.
nus in circuitu populi sui ex hoc tempore et nunc et usque in sęculum'. Namque laudavimus terram Rhetiam, laudemus et eiusdem terrae flumina vicina: Histrum scilicet orientem versum, usque dum per VII ostia[1] Moetidis paludibus exactis in mare Ponticum divolvitur; et Rhenum, qui in montibus Appenninis ebullit cum Pado. Sed Padus per partes Ausonie cursum suum dirigens in[a] mare Tyrrhenum totus ingreditur. Rhenus autem in oceanum per Franciam currens absorbetur, et ubi Wandalus fluvius ei occurrit, bicornis dicitur[2], ceu ibi in duo cornua fluens.

(c. 36) Sed neque de Hibernia insula, quę inter Spaniam et Brittanniam iacet[3], silendum censeo, unde nobis tanti luminis iubar processit. Ut quondam Ezechię regi
vita data, sol ab occidentali axe X lineis retro recessit, sic nobis in orientali parte Isai. 38, 8.
positis lux fidei ex margine ipsius terrę advenit, et ubi antea sol iustitiae visus est occidere quasi per lumen fidei non receptus, inde iam per Dei gratiam etiam aliis multipliciter lucidus oritur receptus. 'Est[4] autem eadem Hibernia et latitudine sui status et salubritate ac serenitate aerum multum Brittanniae prestans, ita ut raro ibi nix plus quam triduana remaneat; nemo propter hiemem aut foena[b] secet aestate, aut stabula fabricet iumentis; nullum ibi reptile videri soleat, nullus vivere serpens valeat. Nam saepe illic de aliis terris allati serpentes mox, ut proximante terris navigio odore aeris illius attacti fuerint, intereunt. Quin potius omnia pene quae in eadem insula sunt contra venenum valent, sed et folia codicum ex
eadem si radantur *et potui dantur, venenum excuciunt. Dives lactis ac mellis insula, nec *p. 85.
vinearum expers, volucrum vero et cervorum ac caprearum venatu insignis'.

Possumus nempe typos mysticos in his rebus allegoricae commentari. Nam quid
est aliud, ibi hiemem non timeri, nisi quod in laude sanctae ecclesiae dicitur: 'Non Prov. 31, 21.
timebit domui suae a frigoribus nivis'. Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus, quia sancta ecclesia doctores quos tenet veteris ac novi testamenti velamine indutos, fide et operatione praeditos, dilectione Dei ac proximi repletos, non timet domum suam subverti posse a frigore infidelitatis hereticorum et scismaticorum. Quod vero ibi nec serpens nec animal venenatum dicitur vivere posse, significat nec diabolum nec ullum hominem pestiferum in ecclesia communionem habere. Sed etsi de aliis partibus mundi veniunt et intrare conantur hanc, ex odore praedicantis evangelii statim
necantur, ut vel expellantur vel convertantur. Ut apostolus ait: 'Aliis sumus odor 2. Cor. 2, 16.
mortis ad mortem, aliis odor vitae ad vitam'. Quid autem folia codicum et omnia quae in eadem insula sunt venenis resistendo significant[c], nisi quod omnis sermo divinus inde ubique perlatus vitia a diabolo inmissa arcet et excutit et salutem incutit eternam. Est etiam dives lactis et mellis, quia repleta est ecclesia omni scientia et omni doctrina, pusillis et magnis aptam philosophiam prebens. Habet vineam florentem, et in martyrum[d] sanguine coruscantem. Volucrum vero, id est eorum qui pennis virtutum sunt elevati, et caprearum cervorumque multitudinem habens, hoc est omnes prudentes et in fide fortes, qui prevident insidiantes malignos spiritus et cavent transi-
lientes laqueos *satanę. Et sunt in corpore eius, de quo in Cantico canticorum *p. 86.
loquitur sponsa[e]: 'Fuge, dilecte mi[f], similiter esto capree hinuloque cervorum'. Hec Cant. 8, 14.
denique super figura catholicae de eadem insula typicavimus. Quae in medio mundi mare iactatur persecutionum fluctibus[g], agitatur a ventis malignorum spirituum, tem-

a) *ras. post* in *C.* b) foena *eras.* a *C.* c) sign. *C.* d) martyrium *C.* e) -n- *corr. ex* s *m. 1.* f) *ex* me *corr. C.* g) c *superscr. m. 1.*

1) *Isid. Etym. XIII, 21, 28, opp. IV, 139:* Danubius . . septem ostiis in Pontum influit. 2) *Cf. Verg. Aen. VIII, 727:* Rhenusque bicornis. 3) *Walahfridi V. b. Galli Prol. ed. Thuli p. 4 ex Orosio histor. I c. 27 p. 29:* Hibernia insula . . inter Britanniam et Hispaniam sita. 4) Est autem — venatu insignis *ex Bedae Hist. gentis Anglor. I c. 1, p. 8 ed. Holder.*

pestates iniquorum omnium passa, sed non cadit, quia supra petram Christum fundata stabit et manebit in eternum. Cuius gubernator est Deus ipse, homo Christus Iesus, nautae[a] vero eius apostoli et successores eorum, epibates autem nos omnes in ecclesiam cum fide intrantes. Cuius fidei seu ecclesiae gubernatores seu nautę fuere sanctus Columbanus et sanctus Gallus cum sociis suis de illo angulo terrarum egressi, sicuti et sanctus[b] Bonifacius martyr Christi cum suis hinc emersus lumen nostrae patriae attulit, et ad portum quietis aeternae omnes obsequentes viriliter perduxit. Hinc iam Musam diu inclusam iuvat exclamare.

EPIGRAMMA UNDE SUPRA.

Nunc primum loca tangentes cum flumine Rheno,
In quibus est commoratus dignissimus heros,
Quove loco sanctus sit natus Gallus et unde
Venerit[c] in patriam hanc ut lux p[er dev]ia[d] lucens,
Dicere conamur humili cum carmine coram
Et sic gesta quidem ipsius texendo subimus.
Alpibus[1] ex boreis Appenninus capit ortum,
Limite qui recto terram secat Ausonidarum,
In freta Sicaniae porrectas terminat oras.
Pirenes sequitur mons; post hunc Celtica tellus,
*p. 87. *Herydani fontis[e] contingens rauca fluenta
(Hic clare[f] Phoetonta suum luxere sorores).
Post hos Tyrrheni, quos iuxta solis ab ortu
Incipiunt Alpes, quibus exit gurgite vasto
Oceani rumpens glacialis litora Rhenus.
Hunc prope fons Histri consurgit flumine longo,
Gentes per varias fluitans trinomius[g] idem,
Quique[2] ortus poscens Euxini pervenit undas
Irriguam Seucen[h] complexus gurgite quino.
Partes[i] cuius ad arctoas est barbara tellus
Gentes innumeras gremio complexa reducto,
Finem cui faciunt Meotidis ostia vastae.
Sunt hic[k] Germanique truces et Sarmata bellax
Atque Gete necnon Basterne semina gentis
Dacorumque manus et Martia pectora Alani,

---

a) *ras. post* u *C.* b) *superscr. m. 2.* c) Venerat *C: corr. W; cf. inscriptionem capitis pedestris; a* dicere *(c. 5) pendent interrogationes obliquae v. 3. 4 (non v. 2).* d) lux pia lucens *C: corr. W;* h *coalescit etiam v. 87* grammate Homerum *(v. 82 fieri potest, ut Ermenricus scripserit, quod etiam Ausonii codicum pars habet,* umentia, *orthographia antiqua).* e) fontis *Ermenricus cum paucis Prisciani codd. secundae classis:* fontes *ceteri Prisciani codd.* f) carae *Bonnell et Bursian ex Prisc.; sed Ermenricus potest* clare *adverbii loco scripsisse (= clara voce luxerunt).* g) trinomius *C:* Danuvius *Bursian speciose, sed falso; cf. v. 67* geminum nomen *de Rheno. Histro et Danuvio quod tertium nomen Ermenricus addiderit, nescio; sed* trinomius *sic bis habet Isidorus Hispalensis,* trinominis *semel Hieronymus (cf. Georges[7] s. v.) W;* binominis *coni. Bonnell sec. Ov. ex Ponto I, 8, 11:* binominis Istri. h) Peucen *Pertz et Bursian ex Prisc.; sed probabilius est in Prisciani quodam codice antiquo* p *litterae* s *similem fuisse quam in Ermenrici ipsius codice certe saec. IX. medio non antiquiore; accedit quod Ermenricus codice usus videtur neutrius classis, sed mixtae indolis (cf. ad v. 11. 23. 30. 35) W.* i) *v.* 20—23 *ordo verborum ad Prisciani exemplar lacerum et male suppletum redire videtur.* k) hic *Ermenricus cum classe secunda codd. Prisc.:* hinc *Prisc. cod. Turic.*

1) 7—9 *ex Prisciani periegesi (ed. Baehrens Poet. lat. min. V, p. 275—312) 339—341;* 10—12 *ex Pr. 279—281;* 13—16 *ex Pr. 285—288.* 2) *v.* 18—31 *ex Pr. 289—302 v. Bursian Jahresbericht 1873 I p. 11; de lectionibus ab Ermenrico receptis cf. appar. crit.*

Hicque Dromon Tauri retinentes fortis Achilli
Angustum et longum Meotidis ostia iuxta.
Hos supra celeres equites funduntur Agavi
Atque Melanchlenum populus metuendus in arcu,
Post Hippomelagi[a] sunt Hippopodesque potentes,
Hincque[b] Gelonus cum Neuris pictique Agathyrsi.
Tot[1] dirimit gentes aquilonis partibus Hister.
Huius ad australes terras Gerreque feroces
*Noriciique colunt bellaces Pannoniique *p. 88.
Et Thracum[c] Misi boreis in finibus orti.
Has Europa tenet prisco sub nomine[2] gentes,
Quas[3] Hister secum retinet divortia Rheni.
Et satis hinc dictum; clarum nunc persono flumen.
Rhenus ab Ausoniis[4] descendens montibus altis
In Brigantinum[d] mare se stagnare videtur
(Antiquo, ex fluvio, sic dictus nomine pontus,
Qui modo Potamicus vocitatur[5] gurgite multo).
Et dum se extendit[e] circum per longa viarum,
Fertilitate sui nullis manet aequiperandus
Fluminibus, prestans piscosi germinis agmen[f].
Hinc[6] equor medium secat et complectitur urbem,
Nomine quae proprio[g] est regis Constantia dicta;
Quam Salamon nunc antistes clarissimus ornat[7]
Doctrina et pietate, Dei cultuque benignus.
Exin progrediens parit Auuam cespite claram,
Insula quae est aliis prestantior Augia sola
(Auget enim in doctis doctam cum dogmate vitam),
Fertilis arboribus cum vitibus undique cincta,
Quo flores vernant semper, quo lilia spirant,
Quae me nutrit ovans et cum nutrimine sancto,
Quam laudat populus [cunctus][h] hinc usque Britannos[8];
*Cuius adest Folcwinus custos candidus abbas[9], *p. 89.
Tempore qui longo salvus sit carus (adopto)[10]
Et multis annis tranquilla pace fruatur,
Possideat sine fine novę et nova gaudia vitae.
Caeruleos[11] hinc, Rhene, sinus tu dirigis altus
Communesque vias diversa per arva relaxas;
Fraternis[12] cumulandus aquis per rura virescis

---

a) hippomelagi *Ermenrici cod.*: hippemolagi *Prisc. cod. Turic.*, hippemolgi *(recte) Prisc. classis secunda codd.* b) Atque *Prisc.* c) tharacum *Prisc. classis secunda codd.* d) bigrantinum *C corr. man. rec.* e) exstendit *C.* f) agmem *man. 1.* g) proprii *C, corr. W.* h) cunctus *addidit W ex v. 69.*

1) *v. 32—35 ex Prisc. 312—315.* 2) *si eas nomines priscis, non modernis nominibus.* 3) *videtur cursus divergentium fluminum dici W.* 4) *Cf. Walahfridi visio Wettini v. 22 (Poet. Carol. II, 304).* 5) sic *(Brigantinum mare)* antiquo nomine pontus dictus *est*, qui modo ex fluvio *(fluvius = ποταμός)* Potamicus vocitatur *(cf. Walahfridi V. b. Galli prol. p. 3—4 ed. Thuli:* Brigantium oppidum ... lacui, qui Rheno interfluente efficitur, nomen dedit, qui alio nomine iuxta Grecam ethimologiam Potamicus appellatur*) W.* 6) hinc: *adhuc Rheni cursum prosecutus est ad Brigantinum mare, nondum per illud; iam de perfluendo dicere incipit (Constantia ad superiorem lacus partem sita est) W.* 7) *Salomon I (839—871).* 8) *cf. Verg. Ecl. I, 66* toto divisos orbe Britannos; *Ausonii Mosella v. 407 (p. 95):* Aut Italum populos aquilonigenasque Britannos. 9) *a. 849—858.* 10) *cf. Aus. Mos. v. 430 (p. 96):* securus adopta. 11) *ex Ausonii Mosella v. 418.* 12) *ibid. v. 420.*

Accedent[1] vires, quas Francia quasque Chamaves
Germanique tremant, cunctis et gyrus in arvis
Cumque[2] unus de fonte fluas, dicere[a] bicornis:
Accedet tanto geminum tibi nomen ab amni.
Sunt urbes, populique simul, iuxta edificate,
Quae cuncti[b] ex animo te laudant, optime Rhene;
Wandalus et nomen tibi tantum auferre videtur[3]
Hanc solam ob causam, olli quod dignaris adesse.
Pervius et si non venientibus hostibus esses,
Marcomannus[4] ater[c] si ad te non curreret aequor,
Optimus in fluviis, ó Rhene, vocaris in orbe,
Remipedes[5] medio cui certant flumine lembi
Et varios ineunt flexus viridesque per oras
Stringunt attonsis pubentia germina pratis.
Reddis[6] nautales vitreo sub gurgite formas
Et redigis pandas inversi corporis umbras,
*p. 90. *Utque agiles motus dextra levaque frequentent[7]
Et commutatis alternent pondera remis,
Unda refert alios, simulacra humentia, nautas.
Ipsa suo gaudet simulamine nautica pubes
Fallaces fluvio mirata redire figuras.
Hac illacque vias varia cum gente subactus
Rhenus abis[d] laetus, laetos in litore sistens;
Sed[8] qua parte novum cingas cum grammate Homerum,
Arguto offitio, si possem, nosse cupirem.
Ille momordit ador[9] quondam, dum climata pinxit;
Sed (pudor, ah), ventris subito dolore relisus
Dum petit Inarimen[10] mittens sua dicta Maroni,
Olli occurrit habens Orcus[11] tridente peduclum.
Perspicit ut[e] talem, cum risu[f] doctus Homerus
Protinus avertens digito[g] se signat in ore,
Et primum Iliacas varias res abicit a se

---

a) dicerere *C;* dicere *Aus.* b) cunctae *corrigere propter* populi *dubitavit W.* c) *fort.* atrox *W.* d) ab his *C, corr. W.* e) et *C,* ut *scr. W.* f) risum *C; corr. Wattenbach.* g) digitos *C, corr. W.*

1) *ex Mosella v. 434. 435.* 2) *ex Mosella v. 437. 436.* 3) *Cf. supra p. 575 v. 7—8.* 4) *per Marcomannos Northmannos intellexit, cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 194.* 5) *v. 75—77 ex Mosella v. 201—203 (p. 89).* 6) *v. 78—84 ex Mosella v. 223—229 (p. 88).* 7) *coniunctivos* frequentent *et* alternent *Ermenricus ob* ut *male intellectum posuisse videtur W.* 8) *in hoc versu et in sequentibus late patet imitatio Vergilii Eclogae sextae, ubi Silenus a pueris captus inter alia*
(v. 41) lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna
Caucaseasque refert volucres furtumque Promethei . . . .
(v. 61) tum canit Hesperidum miratam mala puellam . . . .
(v. 64) tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montes ut duxerit una sororum
de Gallo poeta aevi Augusti, quem locum scitissime Ermenricus ad laudem s. Galli detorsit; argumenta epica auxit, primum (ut decet Homerum) Iliade, deinde Orpheo, Aeneide et potissimum libro IV, Myrmidonum, origine, Troianis fabulis. Hoc omni Graecorum poetarum apparatu abiecto Homerus, ut Vergilius Ecloga sexta, Gallum, sed sanctum, cantare incipit ad fugandum mortis periculum. Novum Homerum *quem intellegat nescio (v. 112 Grimaldum dici recte notavit Mabillon, Anal. vet. p. 422, cf. Poet. Carol. II. p. 377, ad v. 228); cf. supra p. 567 v. 21. W.* 9) *Cf. Hor. Sat. II, 6, 89.* 10) *Cf. Verg. Aen. IX, 716.* 11) Orcus *Ermenrico est Vulcanus (cf. supra p. 562 v. 11), iocus de pediculo in tridente fixo quo spectet, nescio W.*

Monstraque cuncta simul de se discedere iussit.
Nec canit Eurydicen nec Orphea threnora pangit,
Nec poma Hesperidum curat nec munera Ditis;
Iratus Nymphis, Furias ex corde refutans,
Didonis spernit varios in litore luctus;
Aeneanque sua cum gente edicere non vult;
Nec lapides iactos quondam et Saturnia regna,
*Caucaseas volucres, Titiones[a] dicere mavult. *p. 91.
Sed breviter his ludit Myrmida dona relinquens,
Et Dolopos Pyrrhi[1] linquit Danaosque superbos
Dardanidasque proles invictae gentis Achivae;
Dicere non curat Troiam Priamumque subactum.
Quin potius, cunctos dimittens ore Pelasgos,
Totum se versat Gallum cantare — beatum[b]
Gallum inquam, Domini sanctum et pietate benignum,
Cuius amore quidem cupimus nos scribere quaedam.
Sed tu, blande, manu haec[c] ne scindas, Homere;
Quin etiam magnas magnis concede magistris,
At parvas parvis nostras da carminis odas.

APPENDIX.

Grimoldus abbas S. Galli exponit, quomodo beati Gregorii sacramentorum librum altero suppleverit eumque lectoribus commendat. 841—871. 841—871

Cod. Colon. eccles. metropolit. LXXXVIII s. XI—XII. fol. 104'—106, de quo cf. Jaffé et Wattenbach codd. mscr. eccl. Coloniens. p. 33.

Edd. Iac. Pamelii Rituale eccl. latinae, II, 388—390, Col. 1675; Migne Patrol. lat. CXXI, 797—798; Forschungen zur Deutschen Gesch. VI, 124—125.

Incipit praefatio libri secundi a venerabili Grimoldo abbate ex opusculis sanctorum patrum excerpti.

*Hucusque pręcedens sacramentorum libellus a beato papa Gregorio constat esse editus, exceptis his, quae in eodem in nativitate vel assumptione beatae Mariae, precipue vero in quadragesima virgulis ante positis lectoris invenerit iugulata sollertia. Nam, sicut quorundam relatu didicimus, domnus apostolicus in eisdem diebus a stationibus penitus vacat, eo quod, ceteris septimanę feriis stationibus vacando fatigatus, eisdem requiescat diebus, ob id scilicet, ut tumultuatione populi carens et elemosinas pauperibus distribuere et negotia exteriora liberius valeat disponere. Missam vero prętitulatam in natale eiusdem beati Gregorii[2] virgulisque ante positis iugulatam a successoribus eius causa amoris, immo venerationis suae, eidem suo operi non dubium esse interpositam. f. 105.

a) Titiones *(i. e. Tityos) scripsit W.* b) *distinxi; cf. p. 578 adn. 8 W.* c) *fort.* haec noli scindere, Homere *(de elisione cf. v. 87* grammate Homerum*) W.*

1) *Cf. Isid. Etymol. IX, 2, 75, opp. III, 409:* Myrmidones fuerunt Achillis socii, Dolopes Pyrrhi. 2) *die 12. Martii m.*

Praefatus sane sacramentorum libellus licet a plerisque, scriptorum vitio depravante[a], non ut ab auctore suo est editus haberetur, pro captu tamen ingenii ob multorum utilitatem studii nostri fuit cum artis stilo corrigere. Quem cum prudens lector studiose perlegerit, verum nos dicere ilico conprobabit[b], nisi iterum scriptorum vitio depravetur. Sed quia sunt et alia quaedam, quibus necessario sancta utitur ecclesia, quae *f. 105'. idem pater ab aliis iam edita esse inspiciens pretermisit, *idcirco opere precium duximus ea velut flores pratorum vernantes carpere, et[c] in unum congerere[d] atque correcta et emendata suisque capitulis prenotata in huius corpore codicis seorsum ponere, ut in hoc opere cuncta inveniret lectoris industria quęcumque nostris temporibus necessaria esse perspeximus, quamquam plura etiam in aliis sacramentorum libellis invenissemus inserta.

Hanc vero discretionis gratia pręfatiunculam in medio conlocavimus, ut alterius finis alterius quoque exordium esset libelli, ita videlicet ut hinc inde ordinabiliter eisdem positis libellis noverit quisque quae a beato Gregorio quaeve sint ab aliis edita patribus. Et quoniam excludendos tantarum quaesitores diversarumque institutionum sanctarum nequaquam dignum vel possibile esse censuimus, saltim eorum omnium condignis desideriis in evidenti huius operis copia satis faceremus. Si cui autem placent ea, quae sine fastu arrogantiae summo studio pioque collegimus amore, suscipere, precamur ut non ingratus nostro existat labori, sed potius una nobiscum gratias agat omnium bonorum largitori. Si vero superflua vel [non][e] necessaria sibi illa iudicaverit, *f. 106. utatur tantum prefati patris opusculo, quod minime respuere sine sui discri*mine potest, et ea quęrentibus hisque pio animi affectu uti volentibus utenda dimittat. Non igitur ingratis et fastidiosis, sed potius studiosis ac devotis illa collegimus, in quibus cui animo sedent potest repperire, unde et debita vota sua et officium divini cultus digne ac placa[bi]liter[f] Domino valeat exhibere.

Noverit itaque nos perspicacitas lectoris non alia huic inseruisse operi, nisi ea, quae a probatissimis et eruditissimis magna diligentia exarata sunt viris. Ex multis ergo multa collegimus, ut multorum utilitati prospiceremus. Praefationes porro, quas in fine huius posuimus codicis, flagitamus, ut ab his quibus placent cum caritate suscipiantur et canantur. Ab his vero, qui eas intellegunt nec tamen delectantur, necnon et ab his, qui eas volunt nec tamen intellegunt, poscimus, ut nec assumant nec canantur. Addidimus etiam et benedictiones ab episcopo super populum dicendas, necnon et illud, quod in praefato codice beati Gregorii ad gradus inferiores in ecclesia constituendos non habetur.

Obsecramus itaque vos, quicumque hunc codicem ad legendum sive transscribendum sumpseritis, ut pro me preces ad Dominum fundatis, qui ob utilitatem plurimorum colligere atque corrigere studuimus, precamurque ut eum ita diligenter transscri- *f. 106'. batis, quatinus eius textus et eruditorum *aures demulceat et simpliciores quosque errare non sinat. Nihil enim, ut ait beatus Hieronimus [1], proderit emendasse librum, nisi emendatio librariorum diligentia conservetur[g].

---

a) qui *add. C.* b) conprobauit *C.* c) ut *C.* d) corrigere *superscr.* congerere *C.* e) *om. C.* f) placaliter *C.* g) *in C sequitur:* Incipit benedictio cerei.

1) *Praef. in Ezram, opp. ed. Vallarsius IX, 1523—1524.*

XI.

EPISTOLAE SELECTAE SERGII II, LEONIS IV, BENEDICTI III, PONTIFICUM ROMANORUM.

De Sergii II. papae (844—847) epistolis nullae fere nisi duae ad hoc tempus servatae sunt, quarum alteram, quae ad Andream patriarcham Foroiuliensem data est (Jaffé Reg. No. 2592) Ughellus (Italia sacra V, col. 38) transscripserat e codice Bernardi Trivisani, qui asservatur in tabulario Venetico, alteram vero, quae missa est ad episcopos transalpinos (Jaffé, Reg. No. 2586) Iacobus Sirmond e codice quodam Metensi Sancti Arnulfi, qui nunc latet, in lucem protulerat. Forsitan idem codex postea cum aliis multis manuscriptis Metensibus in bibliothecam collegii Claromontani translatus est, cuius in catalogo describitur codex No. DLXXXVII p. 210, quo continetur inter alia scripta 9.—12. saeculis exarata (cf. Poetae latini III, 722) Epistola Leonis II. papae ad Metenses in gratiam Drogonis, quem vocat archiepiscopum Metensem. *Quae epistola, quamquam non eadem esse videtur, ac Sirmondiana, fieri tamen potest ut revera eadem sit. Considerandum est enim in codice, quo Iacobus Sirmond usus est, nomine papae qui litteras scripserat, non notato, ab ipso editore Hincmari testimonio niso hanc epistolam Sergio II. attributam esse. Cum res ita se habeat, nonne verisimile est, auctorem, qui catalogum bibliothecae Claromontanae condidit, epistolae haud diligenter perlectae falsum indidisse lemma?*

In edendis epistolis Leonis IV. papae (847—855 Iul. 17.) principali fonte usi sumus Collectione Britannica, id est codice Musei Britannici Add. Ms. 8873 s. XII., quem reverendissimus atque doctissimus vir P. Edmundus Bishop transscripserat transscriptumque societati nostrae magnanimiter donaverat. Huius collectionis Paulus Ewald in N. Archiv V, 277 sqq. et 505 sqq. maximam partem a. 1880 edidit, idemque ea uberius usus est a. 1885. ad novam editionem celeberrimi operis Philippi Jaffé „Regesta pontificum Romanorum“ parandam. Praeter alias multas aliorum paparum epistolas et fragmenta, hac collectione, quam postea Karolus Hampe in Angliam profectus diligentissime iterum contulit, continentur quadraginta quinque Leonis IV. papae epistolarum fragmenta, quarum viginti sex usque ad illud tempus plane ignota erant.

Interrogantibus vero, cur in signandis epistolis collectionis Britannicae non vestigia P. Ewaldi subsecuti simus, qui unicuique epistolae numerum indidit, breviter explicemus, quibus causis ab eo discrepemus oportuit. Erravit enim P. Ewald, qui nota Edmundi Bishop non recte intellecta putavit epistolam, quae ad episcopos Britanniae missa est (cf. Ewald, N. Archiv V, 383 No. 16 et 384 No. 18) in codice bis esse scriptam; accessit alius error E. Bishop ipsius, qui, nescio qua causa commotus, epistolam, quae in codice sequitur post eam, quae data est ad Nomenoium, et cui inscribitur „Ite comitisse“ *praetermisit.*

Praeter codicem Londiniensem, quem in editione nostra A nominavimus, usi sumus his subsidiis:

Cod. lat. Bamberg. P. I. 9. s. X. et XI. = B (epp. 19. 40).

Cod. lat. Berol. Fol. No. 197 (Maria Laach) s. XII. = C (epp. 14. 16, 2, 3, 5, 6, 11—14, 7. 28. 34. 38. 39).

Cod. lat. Berol. Hamilton No. 345 s. XII. = D (epp. 14. 16, 2, 3, 5, 6, 11—14, 7. 19. 20. 21. 26. 27. 28. 34. 38. 39).

Cod. lat. Berol. No. 95 Phill. 1746 s. XII. E (epp. No. 16, 11, 14, 7. 28. 29. 43).

Codice A continentur omnes epistolae huius editionis praeter 16, 1, 4, 5; 46. 47.

Fragmenta vero epistolarum Leonis IV. papae, quae hausimus e codicibus bibliothecae regiae Berolinensis, proveniunt e duabus collectionibus canonum ecclesiasticorum, quarum altera est Collectio trium partium (codd. C. D cf. Rose: Die Meermannhandschriften der kgl. Bibliothek zu Berlin p. 205 ff.)[1]*, altera Ivonis Carnotensis episcopi Panormia (E). Usi sumus praeterea Ivonis et Gratiani decretis impressis ad epistolarum excerpta supplenda.*

Perpaucae tantum ex Leonis epistolis integrae ad nos pervenerunt, plerisque a collectoribus canonum excerptis vel abbreviatis, unam, quae ad Leonem data est, debemus codici Laudunensi praestantissimo, duas Caesari Baronio ex codicibus[2]*, quos indagare nobis non obtigit, sumptas.*

Quamquam Ewald Regestorum ordinem in codice perturbatum esse argumentatus, ei alium ac meliorem substituere conatus est, aliis aliter hac de re diiudicantibus, mihi ab ordine illo quamvis confuso abscedere nimis incertum et periculosum videbatur, annos vero, quos Ewald singulis epistolis ex coniectura assignavit, aut retinui aut alios duces secutus emendavi.

Accedit ex perpaucis Benedicti III. papae (855—858) epistolis, quae ad tempus nostrum pervenerunt, una tantum, quae ad propositum nostrum spectat, aliis hic omissis.

Berolini mense Februario 1899.

Adolfus de Hirsch-Gereuth.

---

1) *Cf. Wasserschleben, Beitr. zur Gesch. der vorgratian. Kirchenrechtsquellen p. 49.* 2) *Epistolam ad Anastasium presbyterum datam (Jaffé No. 2636; Baronii Ann. eccles. 853. XXXVIII, Mansi XIV, 1018) hic ex industria omisimus, cum potius ad concilium Romanum a. 853. celebratum pertineat.*

SERGII II. PAPAE EPISTOLAE.

1.

Sergius papa episcopis Transalpinis scribit de praelatione Drogonis vicarii sedis apostolicae atque de iure appellandi ad sedem Romanam. ao. 844 Iun. m. ao. 844 Iun. m.

Cod. latet.

Edd. Sirmond, Conc. Galliae III, 9—10 e Metensi codice Sancti Arnulfi; Meurisse, histoire des evesques de Metz 1634 p. 190; Hartzheim, Conc. Germ. II, 144—145; Mansi XIV, 806; Migne, Patrol. CVI, 913. — Jaffé, Reg. No. 2586.

Optaveram[1] equidem, fratres carissimi, tam glorioso certamini nostram corporalem exhibere praesentiam, et pro recuperanda tam excellentis ordinis gloria modis omnibus desudare. Sed quia nos cunctarum sollicitudo angit ecclesiarum, ubi ipsi esse non possumus, more praecedentium nostrorum moderationis nostrae vicarios damus. Ad hanc nostrae igitur humilitatis vicem cunctis provinciis trans Alpes constitutis Drogonem[2] archiepiscopum Metensem, gloriosi quondam Karoli imperatoris filium, cuius beatissimi moderatoris industria Romanorum Francorumque concorporavit imperium, cauta deliberatione constituimus. Ut quia serenissimi atque piissimi filii nostri magni imperatoris Hlotharii eiusque fratrum, dilectissimorum filiorum nostrorum, Hludowici et Karoli regum, avunculus est, insuper sanctitate doctrinaque conspicuus, ab hac sede sanctissima apostolorum principis auctoritate percepta, vestris necessitatibus vice nostra idoneus ubique minister existat. Et quia omnium vestrorum sollicitudinem illi gerere praecepimus, omnium volumus obedientia comitari. Decet sane, fratres, ut, qui pro omnibus laborat, cunctorum subsidio fulciatur.

Huic ergo in congregandis generalibus synodis in omnibus supradictarum regionum partibus nostram commodamus auctoritatem; et quicquid provinciali synodo fuerit definitum, ad eius absque dilatione statuimus notitiam perducendum. Si cui autem ab illis partibus hanc sanctam sedem appellare opus fuerit, et in nostra audientia se audiri poposcerit, hunc commonemus, ut ad eius primum audientiam se summittat, et ecclesiasticorum gestorum in sua regione rationabili digestione prolata, si episcoporum de eo, qui forte criminibus impetitur, sententia discordaverit, ut ab aliis reus, innocens iudicetur ab aliis, tunc ipsis gestis ad nos delatis, litteris etiam praefati fratris nostri, cui vicem nostram concessimus, commendatus, sive ad nos, sive ad beatissimi Petri sedem securus accedat, nullaque eum in veniendo mora praepediat.

Quam etiam condicto fratri nostro Drogoni archiepiscopo in examinandis ac perquirendis episcopis et abbatibus, sub hoc tenore hanc nostram licentiam et auctoritatem concessimus, salvo in omnibus huius universalis Romanae sedis primatu, nostrique pręsulatus honore, vigoreque et exaltatione carissimi ac spiritalis filii nostri domni Hlotharii, magni imperatoris. Nam nobis valde placuit, propter diversas ecclesiarum Dei perturba-

---

1) *Hanc epistolam sine titulo, Sirmondo teste, Sergio II. adscribendam esse, Hincmari auctoritas docet, qui in epist. de iure metropolitanorum c. 31 (Hincmari opp. ed. Sirmond II, 737) ita scribit:* Drogo interea Metensium episcopus, fastu regiae prosapiae subvectus, hanc praelationem in Cisalpinis regionibus, nacta quadam occasione, tempore Hlotharii imperatoris apud Sergium papam obtinuit, sed quod affectu ambiit, effectu non habuit. *Sed cf. etiam p. 591 Leonis IV. litteras ad Lotharium imperatorem datas. De Drogonis vicariatu egit iam Decembri mense a. 844. concilium Vernense c. 11 (Capitul. reg. Francor. II, 385).* 2) *Drogo archiepiscopus Metensis (823—855), qui Iunio mense a. 844. Romae ipse affuit cf. Jaffé, Reg. I p. 327.*

844—847 tiones hoc necessarium satisque dignum opus explere. Si vero hac admonitione contempta, sola improbitate se criminibus exuendum existimaverit, noverit a nostra mansuetudine nequaquam se temerariam absolutionem adepturum, nisi primum et provinciali synodo, et postmodum generali praedicti fratris nostri audientia eius fuerit actio ventilata. Illic enim causa subtilius examinatur, ubi perpetrata dinoscitur. Tamen si se ad nos venire poposcerit, ut ante praediximus, non teneatur. Si autem vel sui metropolitani provincialem synodum evocatus adire noluerit, vel ad generalem praefati vicarii legatique nostri conventum venire contempserit, cum haec nostris apostolicis auribus per suas litteras intimare decreverit, nostra et totius ecclesiae catholicae se noverit auctoritate iudicandum.

Quod si violentiam sibi a religiosis filiis nostris regibus quilibet episcoporum, quominus canonum statuta custodiat, queritur irrogatam, nos hoc suffugium annuente Domino, litteris ad eos missis, credimus amputandum. Nequaquam enim auditu tolerabile est, ut germanorum fratrum in fide Trinitatis terna societas a sui dilectione et communi iuris aequitate dissiliat. Quod si eorum quilibet post discordiae principem abire maluerit, nec catholica fuerit pace contentus, hunc merito, Deo auxiliante, canonicis auctoritatibus, prout melius possumus, castigare studemus. Ceterum, fratres, tanquam sub uno caritatis globo constitutam vestram alloquor sanctitatem, ut id ipsum omnes sentiatis, et non sint in vobis schismata neque per aliquos inanium argumentationum cuniculos, vel vobis ipsis vel populo vobis commisso veritatem subducatis,
Matth. 5, 9. quae absque refragationis diverticulo vera prosequitur, dicens: 'Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur'. At contra, qui bella volunt, quia diaboli filii sunt, palam datur intelligi. Sed nos in eo qui vincit mundum, beato Petro apostolo intercedente confidimus, quod nullo typo saecularis audaciae vestra succumbit auctoritas: tamen etsi ad tempus praevaluerint, quia in aeternum damnabuntur, ambiguum non est. Vos
ib. 10. autem, etsi persecutionem patimini propter iustitiam, beati. Deus vos incolumes custodiat fratres. Amen.

2.

Sergius papa scribit Andreae patriarchae Foroiuliensi, se in causa eius contra Venerium patriarcham Gradensem definienda, accedente imperatoris consensu, concilium universale convocaturum esse. *844—847.*

Cod. Bernardi Trivisani fol. 43 = A. ca. 1500 scr., quem contulit Cartellieri.

Ed. Ughelli, Italia sacra ed. 2. t. V, col. 38 ex eodem codice. Jaffé, Reg. No. 2592.

Epistola Sergii pontificis ad Andream[1] patriarcham Foroiuliensem.

Pro universis Dei ecclesiis diversa semper debemus tollerare certamina. Sic
Ioh. 12, 35. enim nos scriptura sępę admonet, dicens: 'Ambulate, dum lucem habetis'. Nam de[a] suscepto magisterio, quod habemus divinitus attributum, ante opificis nostri oculos districtam posituri rationem erimus, si de sanctis Dei ecclesiis, quamdiu hic vivimus, negligentes vel desides fuerimus. Et quia vestra nobis fraternitas nuper missos suos et epistolam misit, pro intentione scilicet illa, quę inter vestram et Gradensem sedem hactenus manet, pro qua nostram fieri epistolam iussimus, eamque per eosdem missos vestros Venerio[b] [2] patriarchę mandavimus, ut uterque vos simul et ille die sacro natalis[3] beati Martini ad causam et intentionem vestrarum sedium perquirendam atque

2. a) đo *A.* b) *in marg. ead. m.* Venerius | patriarcha *A.*

1) *Andreas, patriarcha Foroiuliensis, succedit Maxentio (846—856 vel 834—844); cf. Ughellus, Italia sacra V, 39, EE. IV, 537 n. 2.* 2) *Venerius patriarcha Gradensis (830—848) Ughellus l. c. V, 1103, cf. supra p. 313.* 3) *11. die m. Novembr.*

diffiniendam Romam debuissetis omni dilatione deposita pervenire. Tamen, ut nihil exinde remaneat inposterum, hoc animo nostro venit consilium, ut sine[a] auctoritate sive consensu karissimi filii nostri domni imperatoris[1] hoc non debuissemus peragere. Et quia non solum vestra modo, verum etiam pene[b] omnes ecclesię scandala patiuntur, mandavimus[c] eidem domno imperatori, quod si ipsi libitum fuerit, adiuvante nos Christo, desiderium habemus generalem synodum congregare, quatenus ibidem quę nunc innormiter, quod cum magna contritione cordis dicimus, peragantur[d], confratrum nostrorum suffulti solatio correpta ac ventilata modis omnibus fiant. Unde vos interim abstinere previdimus, quousque domnus noster imperator nobis exinde responsum mandare dignetur. Nam et Venerio patriarchę simili tenore mandavimus, ut usque ad tempus pro re supra dicta expectet: tempore enim, quo nos responsis imperialibus certi fuerimus, nostram ad vos epistolam destinabimus festinanter, ut quantocius ad audiendum vel ad sustinendum canonica[e] nullatenus diferatis venire.

Deus enim te incolumem custodiat, reverentissime ac sanctissime frater.

EX REGISTRO LEONIS IIII.

1.

Leo IV. papa scribit Ludowico II. imperatori de insolentia Gratiani, atque de suo egressu e Romana urbe, propter Sarracenorum accessum. Sept. 852. Sept. 852

Codd. A fol. 160'[a]*; Ivo, Decr. X. c. 83 pars II*[a]*; Pan. VIII. c. 27. pars II*[a]*; Grat. Decr. C. XXIII qu. 8. c. 7. pars II*[a]*.*

Edd. Mansi XIV, 888; Migne, Patrol. CXV, 669; von Pflugk-Harttung, Iter Italicum p. 117; G. Waitz, N. Archiv IV, 338; Ewald, N. Archiv V, 376 pars I[a]*; Jaffé, Reg. No. 2620.*

Ludovico augusto.

*[P]lures homines Gratianus[2] tam ferro[b] quam aqua fustibusque necare non timuit, et, quod his omnibus peius est, plures ad suam fidelitatem per iusiurandum constrinxit, id[c] quod nulli, ut bene nosti, licet [nisi][d] imperatori aut pontifici perpetrare. *f. 160'.

Item. Igitur cum sepe adversa a Saracenorum partibus perveniant nuncia, quidam in Romanorum portum Saracenos[e] clam furtiveque venturos esse dicebant. Pro quo nostrum precepimus[f] congregari populum, maritimumque[g] ad litus descendere decrevimus, et egressi sumus Roma[h].

2.

Leo IV. papa a Lothario augusto petit, ut Rollandum Arelatensem episcopum Romam venire sinat. post 851.

Cod. A fol. 160'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 376 (cf. IV, 338); Jaffé, Reg. No. 2621.

---

a) sine *an* sive (?) *A.* b) pene *corr. ex* penes *ead. m. A.* c) mandamus *A.* d) pagāt^r *an* pagūt'? *A.* e) cannonica *A.*

1. a) *Lemma:* ·III· Ludovico augusto *A. Margo membranae abscisus est, propterea non iam videtur Leonis papae nomen, qui hanc epistolam scripsit. Recognosci potest nihil nisi* 'III' *et signum quoddam, quod Bishop abbreviationem Leonis esse existimat, quamquam Leo de solito abbreviatur in hunc modum* 'L', *cf. Ewald, 'Die Papstbriefe der Britischen Sammlung' in N. Archiv V, 376 n. 3.* b) fero *A.* c) et *A, corr. Ewald.* d) *suppl. Ewald.* e) *om. Ivo.* f) congr. precip. pop. *Ivo.* g) maritimuque *A.* h) Romam *Gr.*

1) *Lotharii I.* 2) *Gratianus, magister militum et Romanae urbis superista, a Daniele magistro militum falso accusatus est proditionis. In placito autem, quod habuit Ludowicus imperator cum Leone papa, Gratianus omni culpa absolutus est, cf. Lib. pontific. ed. Duchesne II, 134.*

post 851

Lothario augusto.

f. 161. [V]estram[a] humiliter maiestatem precamur, ut pro amore sancti P[etri][b] ac nostro vestreque animae mercede Rollandum[1] Arelatensem episcopum, qui magnum ad sacratissima apostolorum limina desiderium veniendi habet, venire sinatis, quatinus vobis iubentibus et vota sua, que Deo vovit, liberius compleat, eisque peractis ad mansuram[c 2] cum omni animi devotione iterum solaciante[d] Domino vestigia revertatur[e].

3.

Leo IV. papa Ieremiae episcopo excommunicatoriam epistolam mittit, cumque cum Teuderardo episcopo et Reginberto presbytero Romam venire iubet. *c. 850.*

Cod. A fol. 161a.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 376 sq.; Jaffé, Reg. No. 2604.

Ieremie[3] episcopo.

[C]um[b] debuerat tua scientia pro sancte sedis Romane atque pro nostro honore et utilitatibus, quociens necessarium esset, pro viribus decertare, et ad memoriam tuam sacramentum illud reducere, quod consecrationis tue tempore supra corpus beati Petri promisisti: tu vero beneficiorum tuorum [immemor][c] ad despectionem nostram et iniuriam contra Deum[d] sacrosque canones epistolam nostram, quam tibi pro reddendo presbitero Raginberto[e 4], nomine Teuderardi episcopi[f 5], cuius [manibus][g] consecratus erat, direximus, reputasti pro nihilo, et missos, qui cum ipsa epistola ad te pervenerunt, sine recepto presbitero ad proprium episcopum cum magna remisisti iniuria. Unde noster satis commotus est animus, eo quod talia agere presumpsisti, qualia episcoporum nullus umquam commisit. Inde si ita est, tuam reprehensibilem iudicamus personam. Imperatores quippe et ceterę que sub celo sunt potestates, epistolas nostras cum omni, ut decet, honore et benignitate[h] recipiunt: et tu, cur tua stulta audacia vel superbia hoc facere ausus es, valde miramur. Unde hanc tibi nostram excommunicatoriam epistolam[i] misimus, ut cum ipso, quem apud te habes, presbitero et episcopo illo, de cuius consecratione existit, ad sedem apostolicam statim venire non differas.

4.

Leo IV. papa Lothario imperatori scribit praedecessores eius pontificum Romanorum rogatu delinquentibus saepius culpam indulsisse.

Cod. A fol. 161'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 377; Jaffé, Reg. No. 2622.

---

2. a) *litt.* V *in* Vestram *deest A.* b) sancti P. *A.* c) m̅suram *A.* d) solante *A*, solaciante *coni. Bishop.* e) reveirtatur *corr. in* revertatur (i *eras.*) *A; Ewald emendat* revertat.

3. a) *Lemma:* Iereme episcopo *A.* b) *litt.* C *deest A.* c) immemor *suppl. Bishop.* d) contra deū *A.* e) Teuderardo episcopo *A, emend. Ewald.* f) ra *in* Raginberto *ab eadem manu superscr.* (ginberto). g) manibus *suppl. Bishop.* h) *post* benignitate .pç *del. A.* i) epistola *A.*

1) *Rollandus Arelatensis archiepiscopus (855—869). Notho eius praedecessor † 851.* 2) *i. e. mansionem.* 3) *Ieremias, episcopus, qui sit, plane ignoramus; Ewald, N. Archiv V, 376 n. 12, Suecensem fuisse episcopum coniecit.* 4) *De Raginberto presbytero nihil certi constat. Ewald, N. Archiv V, 376 n. 12, putat eundem Ragembertum esse, presbyterum Bremensem, qui ab Anscario pro fide propaganda in Sueciam destinatus a Danicis latronibus expoliatus et paulo post mortuus est. Cf. Vitam Anskarii c. SS. II, 716, de quo dubitat E. Dümmler, Geschichte des Ostfränkischen Reiches, II, 124, n. 3.* 5) *Teuderardus episcopus plane ignotus est.*

Lothario[a] augusto. 852?

[P]redecessores[b] nostri pontifices, licet eorum meritis minime[c] coęquemur, ubicumque pro his hominibus, quos apud suos principes aliquid deliquisse noverant[d], missos[e] vel epistolas destinarunt, illi[f], sicut priscis auctoritatibus continetur, *universo animi rancore[g] deterso, iussiones, immo peticiones, Romane sedis pontificum humiliter adimplere procurarunt; et pro beati P[etri][h] apostoli et eorum pontificali[i] ministerio honores proprios, locum simul et gratiam[k] reddiderunt. *f. 161'.

Item. Ideo, quamvis[l] immeriti, pastorum omnium fungimur vice, ut pro lapsis et in vinculis constitutis omnipotentem Dominum ac deinde humanas potestates, quibus[m] causa gubernandi atque regendi commissi[n] sunt, precibus et exhortacionibus deprecemur.

5.

Leo IV. papa Fredulfum et Aedesindum episcopos, qui per triennium Gautam presbyterum iniuste ac crudeliter tractaverant, excommunicat, donec praefatum presbyterum pristino honori restituerint. *Sept. 852?*

Cod. A fol. 161'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 377; Jaffé, Reg. No. 2623.

Fredulfo[1].

[C]um venerabiles ac prefixos[a] sanctorum patrum, quorum pio labore et opere in cunctis partibus[b] orbis sancta ab exordio pollet aecclesia, sit nefas transgredi terminos, miramur fraternitatem tuam hoc in tam parvo facto[c] contra canones egisse, quod erga hunc presbiterum, Gauta[2] nomine, iam per trienne tempus crudeliter agis, quando eum pro uno solo falso crimine et non veraciter conprobato et ab honore proprio alienum sanxisti, et a precioso corpore et sanguine Domini, sine quo omnis anima vivens procul dubio mortua est, illicite separasti, divina prohibente que dicit scriptura: 'Non iudicabit Dominus bis in idipsum'. Nah. 1, 9 (sec. LXX).

Item. [N]ostram epistolam, quam tibi direximus, cum in episcoporum[d] concilio predictus presbiter publice demonstrans tradidisset, eum, quod dictu videtur horribile, nimie superbie tumore inflatus in fronte percutere contra omnem potestatem et honoris gloriam, atque privilegii dignitatem non dubitasti, et ipsum rursum excommunicasti, ut ad nos nullo modo pervenisset. Quod nullus non solum venerabilium archiepiscoporum aut episcoporum, verum etiam magnorum imperatorum facere cogitavit. Quam ob rem si ita[e] erga precipua canonum[f] statuta nostramque[g] egisti clementiam, tu videlicet et Audesindus episcopus, ex auctoritate vos Dei omnipotentis et beatorum apostolorum P[etri] et P[auli][h] *et omnium sanctorum patrum simul et nostra excommunicamus iussione[i], ut non habeatis licentiam corpus et sanguinem Domini suscipere, neque in ecclesiam Dei introire, donec prefatum presbiterum pristino restituatis[k] honori. *f. 162.

---

4. a) *Lemma:* Lathario augusto *A.* b) *litt.* P *deest A.* c) mimime *A.* d) noverat *A.* e) mis| vel *(mis exeunte versu) A.* f) illis *A.* g) racore *A.* h) P. apostoli *A.* i) pontifical *A.* k) gra *A.* l) qvis *A.* m) qui *A, corr. Ewald.* n) comissi *A.*

5. a) pfixos *A.* b) patibus *A.* c) facta *A.* d) epborum *A.* e) ita *corr. ex* iaa. f) cononum *A.* g) nramq; *A.* h) apostolorum P et P *A.* i) *A addit* vos. k) restituati *A.*

1) *Fredulus archiepiscopus Narbonensis (Gall. christ. VI, 18—19) c. 856—872; Audesindus suffraganeus eius Helenensis (Perpignan cf. Gall. christ. VI, 1034) c. 856—885. Quamquam Leo papa iam decessit a. 855. (16. kal. Aug.), dubium non est, quin hi episcopi iidem sint, qui in epistola supra citantur, tempus enim quo ad episcopatus apicem pervenerunt, plane incertum est; cf. Ewald, N. Arch. V, 377 n. 9, 378 n. 3.*
2) *Gautae presbyteri persona omnino ignota est.*

6.

853 Febr. Mart. Apr.

Leo IV. papa Lothario et Ludovico principibus secundum consuetudinem palmarum ramos mittit. *853 Febr. Mart.*

Cod. A fol. 162.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 378; Jaffé, Reg. No. 2626.

Leo IIII. Lothario et Ludovico.

Christiana[a] amoris consuetudo mentem nostram[b] dilectione precipua compulit, ut festivitatis insigne decusque serenissime vestrę destinaremus clementię. Unde victorie ramos vestro invictissimo donavimus apici[1].

7.

Leo IV. papa Georgium[2] ducem admonet, ne sanctae Romanae sedis homines opprimat. *853 Mart. Apr.*

Codd. A fol. 162; Ivo, Decr. X, 84[a]*); Pan. VIII. c. 28; Grat. Decr. XXIII qu. 8 c. 8.*

Edd. Mansi XIV, 888, Migne, Patrol. CXV, 669; Jaffé, Reg. No. 2627.

Georgio duci.

[S]cire vos volumus[b], quod numquam ab aliquibus nostros homines sinimus opprimi, sed, si necessitas illis[c] incurrerit, presentialiter vindicamus, quia nostri gregis in omnibus ultores esse debemus, et precipue adiutores.

8.

Leo IV. papa Iohanni Ravennati archiepiscopo crimini dat, quod possessiones hominum suorum iniuste sustulerit eosque oppresserit; promissionem ab Hilario ei factam cassat. *853 Mart. Apr.*

Codd. A fol. 162; Ivo, Decr. X. c. 85 exceptis I[a] *et III*[a] *partibus.*

Edd. Mansi XIV, 888; Migne, Patrol. CXV, 669; Jaffé, Reg. No. 2628.

Iohanni[3] archiepiscopo[a].

1. [V]idete[b], quia multum contra iuramentum, quod nostro fecisti presulatui, extendisti pedem et talia sperare[c] presumpsisti, qualia nullatenus sacerdotes Dei perficere debent; nam possessiones agrosque nostrorum sine legali sanctione[d] tollere non dubitastis.

2. Item. Pro certo scitote, quod numquam permittimus nostros a vobis lacerari aut opprimi homines atque subiectos; sed si, quod non speramus, huius nostrę monitionis dicta neglexeritis, et amplius aliquas oppressiones prefatis vel aliis nostris hominibus feceritis, presentialiter eos vindicabimus et omnia vestra eripere curabimus furibunda[e] crudelique audacia.

---

6. a) ana *A (in marg. littera* C *suppl.).* b) nram *A.*

7. a) *Et Ivo et Grat. (qui addidit* Item*) hanc epistolam* Ludowico imperatori *scriptam esse dicunt.* b) oportet *Ivo Decr. et Pan., Grat.* c) ulla *Grat.*

8. a) archepo *A.* b) v *in margine suppl. A.* c) sperari *A.* d) sancione *A.* e) fruribunda *A.*

1) *Cf. Iohannis VIII. papae epistolas Jaffé Reg. Nr. 2991. 3007. 3079.* 2) *Georgius (vel Gregorius, ut indicat Liber Pontificalis ed. Duchesne II, 156. 160), dux Aemiliae, frater Iohannis Ravennatis episcopi cf. Ewald, N. Archiv V, 379. n. 1; Dümmler, Gesch. des Ostfr. Reiches II, 54.* 3) *Iohannes archiepiscopus Ravennas 850—878, frater Georgii ducis Aemiliae cf. supra et Ewald, N. Archiv V, 379 n; Dümmler, Gesch. d. Ostfr. Reiches II, 54.*

3. Promissionem vero, quam Hilarius[1] vobis[a] coactus et absque voluntate perfecit, inanem cassamque sancimus, et ut nullum habeat robur, apostolica instituimus auctoritate. ca. 853

9.

Leo IV. papa Ignatium patriarcham Constantinopolitanum valde vituperat, quod ausus sit sine consensu apostolico quosdam viros deponere. circa 853.

Cod. A fol. 162.

Ed. ined.; Jaffé, Reg. No. 2629.

Leo Ignatio[2] Constantinopolitano[a] patriarche.

[E]x quo unigenitus Dei filius sanctam in se fundavit ecclesiam *caputque universorum apostolicis institucionibus sacerdotum perfecit, cuiuscumque contradictionis littigiique contentio vestrę oriebatur vel accidebat ecclesię, Romano vestri predecessores pontifici ingenti eam studio procacique celeritate innotescere procurabant; et postmodum eius roborati consensu lucifluoque consilio cuncta, que necessitas[b] provocabat, beatifico moderamine peragebant. Vos autem, predictorum ut fertis virorum [successores][c], sine conscientia nostra congregatis episcopis depositionem perpetrastis, quod absentibus nostris legatis vel litteris nullo debuistis explere modo. *f. 162'.

10.

Leo IV. papa Ludowico II. imperatori exponit, se ideo apostolatus culmen suscepisse, ut discordes ad concordiam revocet, malum emendet. ca. 853.

Cod. A fol. 162'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 380; Jaffé, Reg. No. 2630.

Ludovico.

[U]t[a] nostis, ideo pontificatus culmen suscepimus, ut[b] de omnibus, qui in mundo sunt, curam et sollicitudinem habeamus, et discordes ad concordiam, Dei nos solaciante gratia, revocemus. Quod, nisi faceremus et malum, [quod][c] sive aput vos sive aput quamcumque[d] regionem perpetratum valemus agnoscere, auctoritate apostolica emendare dissimulamus, de manibus nostris hoc altissimus requirere non omittet.

11.

Leo IV. papa Hincmarum archiepiscopum Remensem monet, ut de causa quorundam depositorum sacerdotum, synodo denuo congregata, iterum tractetur, praesente Petro episcopo Spoletino, quem pro concilio renovando vice sua miserit, flagitatque denique, ut eisdem sacerdotibus, re iudicata, facultas ad sedem apostolicam appellandi pateat.

Iun. Iul. 853.

Cod. A fol. 162'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 380; Jaffé, Reg. No. 2632.

---

a) nobis *A.*

9. a) Ignati Constantinopoł *A.* b) nessita *A.* c) *om. A.*

10. a) U *in marg. suppl. A.* b) et *A.* c) quod *suppl. Ewald.* d) quamcq: *A.*

1) *Hilarius plane ignotus est.* 2) *Ignatius, patriarcha Constantinopolitanus 846—857; cf. de hac epistola Ewald l. l. p. 379 n. 4.*

Iun. Iul. 853

Hincmaro[a] Remensi archiepiscopo[b].

[I]nhonestum atque incongruum noscitur fore, si absque iusto ventilationis examine[c] eos derelinquimus, quos pro depositione[d][1] honoris proprii sedem apostolicam expetisse et ad eam litteris propriis proclamasse dinoscimus. De quibus, quantum Deus annuere voluit, vobis[e] per apostolicas litteras et missum nostrum mandare studuimus, ut congregata sinodo iterum[f] sacerdotum propter quod sedem apostolicam reclamarunt, depositorum ibidem vice alia sententia tractaretur; et si, quod minime speramus, vestro noluissent[g] obedire vel obtemperare iudicio, eis ad sedem apostolicam veniendi nullius possit hominis impedimentum[h] nocere.

*f. 163. Item. Hunc venerabilem et reverentissimum virum, Petrum scilicet *Spoletinum episcopum[2], iuxta promulgationes canonum ad renovandum concilium illis in partibus[i] vice nostra direximus, cum quo fraternitas vestra congregatis rursum episcopis depositorum clamantium facilius trutinare ac sopire auxiliante Domino causas valebit: et si evenerit, ut in ipsa debeant depositione persistere et obedire rennuerint sedemque apostolicam iterum expetierint, ne (quod nullo modo optantes dicimus) sedis apostolice privilegium dissolvatur, illis ad eam veniendi licentia non negetur.

12.

Leo IV. papa Lothario I. imperatori scribit, se Hincmaro archiepiscopo Remensi pallii usum cotidianum praebuisse, munus autem vicarii apostolici se in eum transferre non posse, quia Sergius II. papa, eiusdem deprecatione compulsus, hanc auctoritatem iamdudum Drogoni archiepiscopo Mettensi praebuerit. *849 ex. — 850 in.*

Cod. A fol. 163.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 381; Jaffé, Reg. No. 2607.

---

11. a) Himaro *A.* b) arciepiscopo *A.* c) examine *corr. ex* exagine *ead. m. A.* d) deposione *A.* e) nobis *A.* f) itum *A.* g) noluussent *A.* h) impementum (di *ead. m. scriptum*) *A.* i) impartibus *A.*

1) *in synodo Suessionensi (23. Apr. 853) legimus:* Nomina sacerdotum suspensorum ab administratione ordinum ecclesiasticorum sunt haec: Radoldus, Gisloldus, Vulfadus, Fredebertus, ex canonicis ecclesiae Remensis, Sigismundus ex coenobio sancti Theoderici, ex monachis autem monasterii sancti Remigii, Nortvinus, Heinradus, Mauringus, Anteus, Tetlandus, Hairohaldus, Radulfus, Huicpertus *(cf. Flodoardi Hist. Rem. eccl. III c. 11, SS. XIII, 485). Epistolam nostram commemorat Nicolaus I. papa in epistolis ad Hincmarum datis (Mansi XV, 740. 747):* Praecepit autem *(sc. Leo)* per alteram suae sanctionis epistolam, ut si idem frater Hincmarus ad concilium cum illis occurreret, ad quod suum ipse legatum Petrum videlicet episcopum Spoletanum e latere suo direxerat ad renovandum videlicet iudicium vice sua et congregatis rursus episcopis ad depositorum reclamantium auxiliante Domino trutinandum ac sopiendum negotium. Ita ut si eisdem deiectis clericis contigisset, ut in ipsa debuissent depositione persistere et obedire renuissent, sedemque apostolicam iterum expetissent, ne sedis apostolicae dissolveretur privilegium, illis ad eam veniendi non negaretur licentia. Cum quibus praecepit ut frater Hincmarus vel missus eius veniret, quatenus cum fratribus suis episcopis aequum de his iudicium conferre potuissent et utraque parte conveniente caussas eorum eadem sedes sancta canonice diffinisset *(Jaffé, Nr. 2822. 2823).* 2) *Petrus Spoletinus II episcopus (844—861). Cf. de hac legatione Hincmari epistolam ad Nicolaum papam datam (Hincmari opp. ed. Sirmond II, 307):* domnus Hlotharius . . per Petrum Aretinum episcopum praefato domno papae *(sc. Leoni)* mandavit, ut gesta episcoporum de eisdem clericis non firmaret. Quae cum ad fratres et coepiscopos nostros retuli, rogantibus eis apud Hlotharium imperatorem epistolam exinde, ipso ex animo largiente, per missos meos obtinui, ubi inter cetera ita scriptum habetur: Sed ad nostras petitiones exequendas et obtinendas Petrum venerabilem et dilectissimum nobis Spoletinum episcopum viva voce nostra vice executorem instruximus, et alium Petrum, venerabilem aeque et amantissimum episcopum Aretinum litteris commonuimus et alios fideles vestros atque nostros similiter inde monuimus et reliqua. Sicque cum ista epistola et cum legatione imperatoris per praefatum venerabilem episcopum missos meos cum litteris Romam direxi: quibus in via nuntius venit de obitu papae Leonis *(cf. SS. XIII, 483).*

Lothario augusto. 849 ex. —850 in.

[D]irexistis nobis litteras vestras[1], quibus continebatur, ut Hincmaro[a] Remensi archiepiscopo cotidianum sacri pallii[b] usum[1] et auctoritatem potestatemque precipuam vice nostra [et][c] alios archiepiscopos vel episcopos sive abbates ipsius regionis per sacras canonum sanctiones iudicandi dedissemus licentiam[d]. Quod subtiliter inquirentes vestręque optemperantes voluntati perficere utrumque voluimus, si nulla pristini constituti sanctio[e] obfuisset[f], quia, ut ipsi veraciter scitis, antecessor noster, domnus[g] Sergius[2] papa, nostra deprecatione conpulsus[h] Drogoni[3] archiepiscopo hanc auctoritatem seu potestatem concessit, et pontificale preceptum constituit, ut omnis Francię, Gallie seu Germanie archiepiscopos, episcopos, abbates, salvo in omnibus honore et gloria sanctę Romanę ecclesię, canonice quociens ecclesiastica res exigit, iusto moderamine iudicaret. Quod scilicet prefixum iam opus antecessoris nostri nullo modo debemus corrumpere[i], neque tanti sacerdotis mentem[k] ad iracundiam provocare, neque sicut scriptum est, terminos antiquos audaci presumptione transgredi. Ideo, domine Prov. 22, 28. fili, pro vestro amore et honore Hincmaro[a] archiepiscopo pallii usum secundum exemplar, quod serenitati vestre direximus, libenter concessimus, ut eo cotidie sacro fungens utatur officio.

Nostra autem vice, sicut vestra precipit maiestas, ipsum illis in partibus vicarium *non constituimus, quia antecessoris nostri sentenciam iuste mutare non possumus et *f. 163.' sine animarum discrimine decretum corrumpere.

13.

Leo IV. papa Hincmaro archiepiscopo Remensi pallii usum cotidianum concedit, eumque hortatur ut eo cum Dei timore et reverentia utatur. *849 ex.—850 in.*

Cod. A fol. 163'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 382; Jaffé, Reg. No. 2608.

Hincmaro[a] Remensi.

[P]allium[b], frater karissime, iam vobis misisse recolimus[4] et, quantis eo festivitatibus vel diebus debuissetis uti, indicavimus[c].

---

12. a) Himaro *A.* b) palii *A.* c) *add. Bishop.* d) licentiam *A, superfluum esse duxit Bishop.* e) factio *A, corr. Bishop.* f) obffuisset *A.* g) donnus *A.* h) conpulsusus *A.* i) corrupere *A.* k) mentiam *A.*

13. a) Ycmaro *A.* b) *litt.* P *deest A.* c) iudicavimus *A.*

1) *quae infra edentur. Leo IV. Hincmaro bis pallii usum concessit, primum ineunte pontificatu etiamtunc deprecante Lothario commotus (Vide conc. Suessionensis III. acta apud Mansi XV, 719, et Flodoardi, Hist. Rem. III, 2 ad ann. 846 SS. XIII, p. 476; Ewald, N. Archiv V, 381, n. 1, Jaffé, Reg. No. 2596), de secunda concessione cf. Flodoardi Hist. Rem. eccl. II, c. 19, III c. 10; SS. XIII, 469. 482; Mühlbacher, Reg. No. 1115; Delalande, conc. Gall. suppl. 159; Schroers, Hincmar v. R., sein Leben und seine Thaten, Freiburg 1884 S. 57; Dümmler, Gesch. des Ostfr. Reiches I, 339 n. 1.* 2) *Sergius II. papa 844—847.* 3) *Mettensi archiepiscopo 823—855, cf. supra p. 583.* 4) *cf. supra p. 590; Flodoardi hist. Rem. eccl. III. c. 10. SS. XIII, 482; Schroers l. c.:* Hic denique venerabilis presul Hincmarus pro suae sanctitatis ac sapientiae reverentia per interventionem Lotharii imperatoris pallium ad cotidianum suscepit usum a quarto Leone papa, quo iam aliud perceperat in designatis sibi sollempnitatibus debite fruendum. Quem cotidianum pallii usum nulli umquam archiepiscopo se concessisse vel deinceps concessurum esse idem papa in epistola tunc ad eum directa testatur.

851 in. Item. In diebus[a] festis sive in consecratione episcoporum vestrorum, aut alio quocumque tempore pallium, uti cupitis, sit vobis ex beati P[etri] apostoli nostraque auctoritate concessa[1] licentia.

Item. Ab ipso pontificatus nostri exordio usquequaque nulli archiepiscoporum ut vobis simile concessimus beneficium, nec concedere deinceps quoquo[b] modo suspicemini.

Item. Pallio[c], quod cotidianis usibus vobis permisimus[d] cum Dei omnipotentis[e] honore et reverentia utimini.

14.

Leo IV. papa Coloroth archiepiscopo et Bertulfo regi Merciorum scribit, servandum esse quod patres in sanctis canonibus sive in mundanis legibus fixerunt. *851 in.*

Codd. A fol. 163' [a]*; C fol. 79' col. 6*[a]*; D fol. 61'—62*[a]*; Ivo, Decr. IV, 186; Grat. Decr. C. XXV qu. 1 c. 16.*

Edd. Mansi XIV, 887; Migne, Patrol. CXV, 671; Jaffé, Reg. No. 2609.

Coloroth[2] archiepiscopo et Bertufo[3].

Ideo permittente[b] Domino[c] pastores hominum sumus effecti, ut quod patres nostri sive in sanctis canonibus sive in mundanis affixere legibus[d], excedere minime debeamus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod[e] ipsi divino statuerunt consulto[f], intacta[g] non conservamus.

15.

Leo IV. papa scribit Lothario I. imperatori de caede legati Ragiberti.

Cod. A fol. 163'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 383; Jaffé, Reg. No. 2610.

Lotario augusto.

Legatum, quem ad vos causa visitacionis direximus, Ragibertum[4] nomine, in itinere[a] audivimus esse occisum per consilium Georgii[5], Adriani[5] et Petri[5].

Item. Non solum predecessores nostri, immo etiam imperatores ac reges, suas semper epistolas et missos miserunt non tantum ad eos, qui sancto congaudent baptismate, verum etiam inter barbaras et indomitas nationes. Sed hoc nefas et mortiferum opus unquam neque audivimus neque legimus evenisse.

---

a) debus *A.* b) quoq; *A.* c) palio *A.* d) permissimus *A.* e) Dei *repetitum.*

14. a) *Lemma:* Coloroth arcep̄o et Bertufo *A;* Ex registro Leonis IIII^ti Coloroth archiepiscopo et Bertulfo (Bertufo *D*) *C, D;* Leo quartus Colorado archiepiscopo et Bertuso *Ivo.* b) permitente *A.* c) Deo *Ivo.* d) legibus affixere *Ivo.* e) si quae *Ivo.* f) consilio *Ivo.* g) intactum *Grat.*

15. a) ititiere *A.*

1) *Cf. pag. 592 n. 3.* 2) *Utrum Ceolred episcopus Legoracensis (Leicester) 850 et 873—885 an Ceolnoth episcopus Cantuariensis (833—870)?* 3) *Bertulfus, Merciorum rex, mortuus est ao. 852, cf. Ewald, N. Arch. V, 382 n. 8.* 4) *Ragibertus, ut videtur idem, qui commemoratur in ep. 10 pag. 586 ad Ieremiam episcopum data.* 5) *Georgius, Adrianus et Petrus, de quibus nihil aliud scimus, ob hoc crimen a papa capitis damnati sunt; cf. infra p. 608 ep. 42. 43.*

16.

Leo IV. papa episcopis Britanniae[1] *interrogantibus cum de quibusdam rebus ecclesiasticis uberius respondet.* *847 ex.—848 in.* 847 ex.—848 in.

Codd. A fol. 163'—165 No. 2, 3, 5, 6, 4, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14; C fol. 79'—80 No. 2, 3, 5, 6, 11, 12, 13, 14, 7; D fol. 62—62' No. 2, 3, 5, 6, 11, 12, 13, 14, 7; E No. 11 (fol. 41 col. a), 14 (fol. 36 col. a sq.), 7 (fol. 137' col. b); Ivo, Decr. No. 2 (V, c. 115.), 3 (V c. 116), 8 (IX, c. 11.), 14 (IV, c. 72), 7 (XI, c. 8); Ivo, Pan. No. 14 (II, 118), 7 (VIII, 70); Gratian., Decr. No. 2 (C. 1, qu. 7, c. 5), 3 (C. 2, qu. 4, c. 3), 5 (C. 10, qu. 1, c. 5), 6 (D. 18, c. 8), 11 (C. 21, qu. 1, c. 3), 12 (C. 16, qu. 4, c. 5), 13 (D. 3, c. 11), 14 (D. 20, c. 1), 7 (C. 26, qu. 5, c. 7).

Edd. Carafa, Epist. decret. summ. pontif. Romae 1591 II, 769—770 No. 1—8; Baronii, Ann. eccles. a. 855. XV, a. 1602 t. X, 123—124 ex cod. perveteri qui latet No. 1—8; Binius, Conc. gen. III, 1, p. 629 ex Carafa; Sirmondi Conc. Galliae t. III, 72. No. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 14, 7; Labbe ed. Coleti IX, 1026 sq. No. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 14, 7; Mansi, Coll. conc. t. XIV, 882—884. No. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 14, 7; Migne, Patrol. t. CXV. No. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8 (col. 667—669), 12, 13 (col. 674), 14, 7 (col. 668). — Jaffé, Reg. No. 2599.

Leo episcopis Britanniae[a].

(1.) Quanto studio, quantaque solertia gregem vobis a Domino commissum pascitis divinisque fovetis eduliis, nobis directa scripta reserarunt. Unde non modica exultatione congratulor et tantarum ambiguitatum indagatione letificatus a timore negligentiae, qui me illius regionis in infimis deprimebat, quasi a gravi languore relevatus, et utpote sanus, licet omni salute captus, magis animo sospes surrexi quam corpore. Quia cum quorundam laicorum in ecclesiasticis cognoveram curis[b] praepollere, et studioso animo[c] illorum respondere vigilantiis cogerer, nihil[d] aliud vos, qui divinis negotiis et ecclesiasticis sorte venistis, quam crederem dormitare: nunc divina gratia hi confratres nostri videlicet talium et tales ecclesiarum praesules ad nos perducti et cogniti, magis securus nunc duro quam antea.

Legationem denique communem omnium episcoporum reverentissimorum nobis propositam relegentes[e]: (2.) *[r]equiritis de his[a], qui turpissimo lucro columbas[b] in templo Domini vendere non pertimescunt[c] et sui[d] acta[e] inproba temeritate Simonis[f] hereseos[g] coniungentes, utrum possint in ordine penitentiam agere, aut tantummodo extra ordinem et sacerdotalem fieri gradum. Quod[h] nos qui adeo[i] convictis[k], et [qui][l] tam detestabile nefas, quod iam[m] multis est dampnatum conciliis, peregisse cognoscuntur[n], nulla[o] penitentia possumus[p] subvenire et tot[q] spiritalibus[r] patribus obviare, sed in illorum patrum me[s] sententia convenire omnibus certum sit, ita[t] tamen, ut omnia in conciliis sint episcoporum[2]. Nam (3. Item) nullam dampnationem episcopo-

*f. 164. cf. Matth. 21, 12

---

16. *ad* 1: a) Leo omnibus reverentissimis et sanctissimis confratribus Britannicae gentis episcopis *Car., Bar.* b) curam *Bar.* c) ab *add. Car.* d) nil *Car.* e) delinquentes *Car.*
ad 2: a) hoc *C*, req. de his *om. Car., Bin.* b) columbam *Car., Bin.* c) pertimescunt *corr. ex* pertisescunt *A.* d) sua *Bar.*, in sui *Bin.* e) facta *Bar.* f) Sym. *C, D, Gr.* g) heresi *A, C, D, Gr., Ivo.* h) Quibus *E, Ivo.* i) quidem *pro* qui adeo *A, C, D, Ivo, Gr.* k) convicti *Car., Bin.* l) et his qui *Grat.*, et iis qui *Bar.* m) in *add. Bar.* n) cognoscitur *Car., Bin.*, noscuntur *A, C, D, Ivo, Gr.* o) non poen. illis *Car.*, nulla possumus penitentia *Grat.* p) possimus *C.* q) tantis *Car.* r) spiritualibus *C, D, Grat., Ivo, Bar.* s) *om. Car.* t) ita — episcoporum *deest A, C, D, Ivo, Grat.*

1) *De tempore huius epistolae cf. quae Merlet recte exposuit: Moyen âge a. 1898 p. 10 adn. 1.*
2) *Hunc locum laudat Nicolaus I. in litteris ad Salomonem Britanniae regem datis (Mansi, Conc. XV, 394):* 'Nam qualiter et a quot vel a quibus sanxit *(Leo)* episcopos condempnari, scribens eodem tempore Brittannicae regionis episcopis evidenter inter cetera, ut eadem ipsa verba ponamus: Decrevi eque precipiens, ut omnia sint in conciliis episcoporum. Nam nullam dampnationem umquam episcoporum esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum, qui fit per XII episcopos, aut certe probata sententia per LXXII idoneos testes, qui tales sint, qui et accusare possint, et prius ad sacra Christi quatuor evangelia sacramenta prestent, quod nil falsum depromant, sicut nobis beatus Silvester et sancta Romana videtur tenere ecclesia'.

847 ex.— 848 in. rum esse[a] unquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum, qui fit per duodecim episcopos, aut certe probata sententia per LXXII[b] idoneos testes, qui tales sint, qui et accusare possint, et prius[c] ad sacra[d] IIII evangelia[e] Christi sacramenta prestent, quod nichil falsi[f] depromant, sicut nobis beatus Silvester tradidit[1] et Romana sancta tenere[g] videtur aecclesia. Et si inter eos, quos dampnandos esse[h] dixerint homines, fuerit episcopus, qui suam causam in presentia Romanę sedis episcopi petierit audiri[b], nullus super illum finitivam[i] presumat dare sentenciam, sed omnino eum audiri[k] decernimus. De[l] caetero vero quod[m] nobis apicibus vestris factum est clarum, quid vel qualiter de ipsis capitulis interrogatis, debeam respondere, unde precibus vestris annuere curavimus et singillatim, quid agendum est[n], sive exposito a sanctis patribus, sive more antiquitus tradito curavimus demonstrare.

(4.) Item. Primo quidem capitulo dictum, cui ecclesiasticus ordo pertineat, quod episcopis et clericis ordinatis pertinere non dubium est. Quod vos ignorare minime credimus, ab ipsis apostolicis viris cognoscitis[a]. Et cum in sacris conciliis ab episcopis promulgatae sint regule et recepte, quis extra episcopos promulgatores[b] canonicarum quiverit esse sententiarum?

(5.) Item[a]. Regenda est vero[b] unaqueque parrochia sub provisione ac tuitione episcopi per sacerdotes vel[c] ceteros clericos[d], quos ipse cum Dei timore previderit[e], cui iure pertinere videtur[f] et circuire[g], ut sibi necessarium visum fuerit vel[h] ecclesiastica utilitate cogente.

(6.) Item[a]. De eulogiis ad sacra concilia deferendis[b], nichil invenimus a[c] maioribus terminatum[d], sed sicut unicuique presbitero placuerit. Nam si constitutum fuerit illo in tempore benedictiones afferri[e], forsitan[f] minus libenter[g] ad sinodos[h] occurrant[i] et[k] magis venire detrectent[l], que[m] non sunt, ut arbitror racionabiliter[n] requirende[o], nec ultro delate[p] respuendę.

(7. Item.) De[a] expetentia autem divinationum vel maleficiorum scriptum quidem in sacris habemus canonibus, ut ipsa verba ponamus ita[2]: Qui divinationes expetunt et more gentilium subsequuntur[b], aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte malefica aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant. Unde ad illorum similitudinem [s]ortes, quibus vos cuncta[c] in vestris discriminatis iudiciis[d], nichil aliud quam quod[e] patres[f] illi dampnarunt[g], divinationes et maleficia[h] esse decernimus. Quamobrem[i] volumus illas omnino dampnari et ultra inter christianos nolumus nominari, et ut[k] abscindantur[l] sub anathematis[m] interdicto[n] prohibemus[o].

---

ad 3: a) umquam esse *C, Grat.* b) *om. Car.* c) pus *A.* d) sacra Christi *C, D, Grat., Car.* e) euuangelia *A.* f) falsum *A, C, D, Grat., Car.* g) sancta vid. eccl. tenere *Grat.*, sicut aeccl. *om. Car.* h) *deest A.* i) definit. *Bar.* k) audire *A, D, Car.* l) De — demonstrare *deest A, C, D, Ivo, Grat.* m) quid *Car., Bin.* n) sit *Bar.*

ad 4: a) cognoscetis *Bar.* b) in sacris ecclesiis *add. Bar.*

ad 5: a) Capitulo secundo *add. Bar., Car.* b) *om. C, D, Gr.*, vero est *Car.* c) et *Bar.* d) clericorum *D.* e) pviderit *A.* f) videbitur *Car.*, videatur *A, C, D.* g) circumire *Bar.* h) om. *A, C, D.*

ad 6: a) Capitulo tertio *add. Bar., Car.* b) deferendis *corr. ex* -sis *A.* c) ad *A.* d) teriminatum *A.* e) afferre *A.* f) forsan *Car., Bar.* g) libentius *Car.* h) syn. *C, D.* i) occurrent *Gr., Car., Bar.* k) *om. A, D.* l) obtrectabunt *Grat.*, detractent *Car.*, detrectabunt *Bar. in marg.* m) que ut arbitror non sunt *Grat., Bar., Car.* (ut *om.*). n) rationabilius *Car.* o) quaerendae *Car., Bar.* p) sunt *add. Car. Bar.*

ad 7: a) De — similitudinem *om. A, C, D, E.* Capite quarto *antecedit ap. Baron, Car.* b) sequuntur *Bar.* c) cuncti *Car., om. A.* d) provinciis *A.* e) divini *add. E.* f) illi patr. *C, D, Car., Bar.* g) dampnauerunt *C, E, Gr.* h) maleficum *corr. ex* maleficia *C*, maleficium *D, Ivo: Decr. et Pan., Car.* i) Quamobr. — prohib. *om. Bar.* k) ne *Grat.* l) abscid. *A, D, E, Car.*, abscidentur *Bin.*, exerceantur *Grat.* m) anatem. *A.* n) interdictu *A, C, E.* o) praecipimus *Car., Bin.*

1) *Cf. Constitut. Silvestri c. 3; Mansi, Coll. conc. II, 623.* 2) *Concilium Ancyranum ao. 314 c. 23; Mansi, Coll. II, 527—528.*

(8.) Item[a]. Ut diffinitum est a patribus, nullus de propria cognatione coniugem sibi audeat copulare, alioquin anathema sit. Unde beati iunioris[b] Gregorii[c] [1] decreta eximia[d] sunt tenenda[e]. 847 ex. —848 in.

*(9.) Scriptum est: 'Quod Deus coniunxit, homo non separet'. Tamen nuptię, ut multi maximi et religiosi viri sanxerunt, suo sunt ordine peragendę. Nam de raptis et huiuscemodi[a] copulatis patrum est regula subsequenda. Rursum si vel elationis causa vel vacandi Deo separari[b] ab uxore maluerit vir, ex consensu ambarum partium fore debebit, ut neuter eorum ad alias transeat ullo modo nuptias. *f. 164'. Matth. 19, 6.

(10.) Item. Eas possessiones vel predia, que iusto titulo ad sacrosanctas pertinere videntur aecclesias vel sub aecclesiastico iure tenentur, indignum est, ut a quibuscumque laicis alienentur. Quippe tribuentibus proficit ad mercedem, alienantibus vero scimus exinde provenire delictum.

(11.) Item. Ecclesias, qui plures retinet, una quidem titulata[a], alie[b] vero sub commendacione tenende sunt[c].

(12). Item. De decimis iusto ordine non tantum nobis sed et maioribus visum est plebibus tantum, ubi sacrosancta dantur baptismata, deberi[a].

(13.) Item. De esu carnium est[a] aput nos vetustissima et non improbanda tradicio semper tenenda[b], ut a cene termino, que[c] in principio noctis quartę ferie[d], que lucescit[e] in quarta feria usque[f] in diluculum quinte ferie et similiter a cena noctis VI[te] ferię, que[g] lucescit in sexta feria pertenditur[h] non imperite ieiunatio usque ad sabati lucem vel quantum de diei partis aliquis ieiunare maluerit vel debuerit[i].

(14.) Item. De[2] libellis et commentariis aliorum non convenit aliquos[a] iudicare et sanctorum canonum iudicia[b] relinquere, vel decretalium regulas, id est[c], qui habentur aput nos simul cum illis in canone[d], et[e] quibus in omnibus ecclesiasticis utimur[f] iudiciis, id est[2] apostolorum, Nicenorum, Ancyranorum[g], Neocesariensium, *Gangrensium, Antiocensium[h], Laodicensium[h], Calcedonensium[h], Sardicensium, Carthaginiensium, Affricanensium, et cum illis regule Romanorum pontificum[i] [3] Silvestri, Siricii, Inocentii, Zosimi, Celestini, Leonis[k], Gelasii, Hilarii, Simachi[l], Simplicii[l], Ormisdę[m] et Gregorii iunioris. Isti omnino sunt, et[n] per quos iudicant episcopi et per quos episcopi et clerici simul[o] iudicantur. Nam si tale emerserit vel contigerit inusitatum[p] negotium, quod minime possit[q] per istos[r] finiri, tunc si[s] illorum, quorum meministis dicta, Hieronimi[t], Augustini, Isidori vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similium reperta[u] fuerint, magnanimiter sunt retinenda ac promulganda vel ad apostolicam sedem *f. 165.

---

ad 8: a) Capitulo quinto *Bar., Car.* b) iuniori *A.* c) *deest A.* d) eximie *Ivo Decr., Car.* e) retinenda *Ivo Decr.*

ad 9: a) huicemodi *A.* b) saparari *A.*

ad 11: a) unam q. titulatam *Grat.* b) aliam *Grat.* c) tenere debet *pro* ten. s. *Gr.*

ad 12: a) debere dari *Grat.*

ad 13: a) *deest hoc loco Grat.* b) tenenda est *Grat.* c) quę fit *C, D.* d) fierie *A.* e) lucesscit *A.* f) ut *A.* g) que — feria *deest A, C, D.* h) *deest hoc loco A, Grat.* i) debuerit protendatur *Grat.*

ad 14: a) aliquem *C, Ivo: Decr. et Pan.* b) conciliorum canones *pro* canonum iudicia *C, D, Ivo: Decr. et Pan., Grat.* c) idest *deest Grat.* d) simul cum canone in illis *E, Ivo Decr.*, simul cum canonibus quibus *Ivo Pan.*, simul cum canonibus. Quibus in *Grat.* e) *deest Ivo: Decr. et Pan., Grat.* f) utuntur *Ivo Pan.* g) Aquiranorum *A, C, D,* Anchiran. *E.* h) *deest Grat.* i) presulum Romanorum *C, D, Grat.* k) Lonis *A.* l) *deest Grat.* m) Hormisdae *E, Ivo: Decr. et Pan.* n) et *deest Ivo: Decr. et Pan.* o) episcopi simul et cl. *Ivo, Grat.* p) invisitatum *Ivo: Decr. et Pan.* q) posset *Ivo Pan.* r) isto *A.* s) *deest Grat.* t) Geronimi *A,* Iheronimi *C,* Ieronimi *D, E, Grat.* u) si reperta *Grat.*

1) *Gregorii II. Concil. Roman. c. 4—9; Mansi, Coll. conc. XII, 263.* 2) *Hunc locum laudat Ivo in epistola 222 ad clericos Aeduenses data, p. 390, Paris 1610.* 3) *Canones et decretalium regulae, quae continentur collectione Dionysio-Hadriana cf. Maassen, 'Geschichte der Quellen und der Litteratur des canonischen Rechtes im Mittelalter bis zum Ausgang des Mittelalters'. Gratz 1870 I, p. 444 sqq. et 454 sqq.*

851 in. referatur de talibus. Quam ob causam luculentius et magna voce pronunciare non paveo[a], quia illa que diximus sanctorum patrum statuta, que apud nos canones pretitulantur, sive sit ille[b] episcopus sive clericus vel[c] laicus, non indifferenter[d] receperit[e], ipse convincitur[f] nec catholicam et apostolicam fidem, nec sancta vera[g] Christi[h] evangelia[i] quatuor[k] utiliter et efficaciter ad[l] effectum suum retinere vel credere[m].

17.

Leo IV. papa petit ab iudice Sardiniae, ut mittat Sardos, qui cotidiana iussa papae explere possint, emat porro lanam marinam ad usum pontificalium vestimentorum, denique ei respondet, presbyteros aliosque clericos, etiamsi inordinate promoti fuerint, sacerdotalibus officiis fungi posse. *851 in.*

Codd. A fol. 165sq.[a]*; Ivo, Decr. X. c. 86 (pars I*[a]*).*

Edd. Löwenfeld, Epist. pontif. Rom. p. 21; Mansi, Coll. conc. XIV, 888 (pars I[a]*); Migne, Patrol. CXV, 673 (pars I*[a]*). — Jaffé, Reg. No. 2611.*

Leo iudici Sardinie.

Celsitudinem vestram duximus obsecrandam, ut nobis, quantos tua previderit magnificentia, Sardos[b] sive pueros, sive adultos ac iuvenes cum armis suis mandare dignemini, qui nobis in cotidiano[c] obsequio iussa explere possint.

f. 165'. Item. Si apud sublimitatem vestram *vel in quibuscumque locis vestris lana marina, quod nos usu nostro pinnino dicimus, fuerit inventa, illam emere non dedignemini, quantumcumque fuerit precii et ad nos dirigere, quia nobis[d] pontificalibus vestimentis valde nobis necessaria esse videtur, eo quod frequenter in festivitatibus sollempnibus eiusmodi coloris aut lane nos optimatesque nostri induimur vestimentis.

Item. [M]issi[e] vestri consuluerunt auctoritatem nostram, quid de presbiteris et ceteris gradus alterius clericis, qui ab episcopo inordinate sunt promoti, fieri debeat: utrum debeant omnino sacerdotalibus fungi officiis an non. Super quo respondemus, quoniam a beatissimo predecessore nostro Anastasio[1] papa sententia probata est super his, quos Achatius ordinavit, quod qui in sacris studiose quesierit canonibus et decretalibus pontificum, evidenter inveniet[f]. Huius apostolica sedes prolationem et nos ipsi suscipimus, veneramur atque confirmamus, eodem ipso Anasthasio papa dicente[2]: 'Mali bona ministrando sibi tantum non aliis nocent'; et rursum[3]: 'Sive a fure sive ab adultero[g] aliquis aurum vel margaritas accipiat, tamen ad percipientem munus pervenit illibatum. Ille tantum, qui accipit, de propriis videat conscientiis et existat securus.

18.

Leo IV. papa ab iudice Sardiniae petit, ut eis, qui in ecclesiam fugerint, vitam et integra membra concedat. *851 in.*

Cod. A fol. 165'sq.[4].

Ed. ined. Jaffé, Reg. No. 2612.

---

a) timeo *Ivo: Decr. et Pan., Grat.* b) *deest Ivo: Decr. et Pan., Grat.* c) sive *Ivo: Decr. et Pan., Grat.* d) indeferenter *A om.* non. e) recipere convincitur *Grat.* f) se convincit *C, D.* g) *deest Grat.* h) *deest E, Grat.* i) euuangelia *A, E.* k) quatuor *om. A,* quatuor evangelia *C, D, E, Grat.* l) et ad *Ivo.* m) credere probatur *Grat.*

17. a) *Lemma:* Leo iudicici Sardinie *A.* b) armatos *Ivo (cf. de hac voce Ewald l. l. p. 383 n. 3).* c) quotidiana iussa (obsequio *om.*) *Ivo.* d) *sic A,* nostris *corr. Ewald, an* novis? e) M *in marg. suppl. A.* f) eveniet *A.* g) a *in* adultero *corr. ex* u.

1) *Epist. Anastasii papae II. ad imper. Anastas., Epistolae Roman. pontif. ed. Thiel I, 615 sqq., Jaffé, Nr. 744.* 2) *Ibid. c. 8 p. 622.* 3) *Cap. 7 p. 621.* 4) *Ewald (l. l. p. 385) hoc fragmentum particulam esse alterius epistolae ad Sardiniae iudicem datae quae antecedit probabiliter coniecit.*

Iudici Sardinie. 851 in.

[D]e[a] peccantibus confugientibus ad aecclesiam vestra ambigit prudentia et quid fieri conveniat a nostra humilitate[b] exquirere voluit.

Item. Ista intentius imperatores christianissimi contemplantes exceptis paucis culpis eorum, qui in ipsa etiam religione peccarent, confugientibus ad ecclesiam indulgere consueverunt. Unde nos non dedignetur obaudire prudentia vestra in hoc, ut vitam illis[c] et integritatem membrorum suorum perdonetis, qui ad ecclesiam fugerunt. Quia si apud homines fugam arripuissent, *salvarentur utique, et fiat eis remissio *f. 166. culpe istius ob amorem Dei, ut ipse Deus ob[d] istam pietatem vobis omnia delicta parcat.

19.

Leo IV. papa a Lothario et Ludowico II. imperatoribus petit, ut committant Reatinam ecclesiam Colono[1] diacono, sin autem noluerint, ut praeficiant eundem ecclesiae Asculanae[2].

Codd. A fol. 166[a]; B fol. 109; C fol. 197; D fol. 63; Grat. D. 63 c. 16. (Hanc epistolam e collectione Britannica (A) descripsit K. Hampe, e Bambergensi codice (B) E. Dümmler.)

Edd. Libelli de lite III, 612; Migne, Patrol. CXV p. 669. — Jaffé, Reg. No. 2613.

Lothario et Ludovico.

[R]eatina ecclesia, que per tot annorum[b] spatia[c] pastoralibus[d] curis destituta consistit, dignum est, ut brachio amplitudinis[e] vestre sublevetur ac gubernationis tegmine protegatur. Unde salutacionis alloquio[f] premisso vestram mansuetudinem[g] deprecamur, quatinus[h] Coloni[i] humili diacono eamdem[k] aecclesiam ad regendum[l] concedere dignemini, ut vestra licentia accepta ibidem eum Deo iuvante[m] consecrare valeamus episcopus.

Item[n]. Sin autem in predicta aecclesia nolueritis ut preficiatur[o] episcopus, Asculanam[p] ecclesiam que viduata consistit[q], illi vestra serenitas dignetur concedere, ut consecratus a nostro presulatu Deo omnipotenti vestroque imperio grates peragere valeat.

---

20. *a. 847 ex.*

Codd. A fol. 166[a], descripsit K. Hampe; C fol. 80' col. b[a]; D fol. 63; Grat. Decr. C. 7, qu. 1, c. 10.

Edd. Labbe-Cossart VIII, 34; Labbe, Concilia ed. h. Coletus IX, p. 1030; Mansi XIV, 886; Migne, Patrol. CXV, 672. — Jaffé, Reg. No. 2600.

---

18. a) *in marg. suppl. A.* b) humilitase *A.* c) allis *A.* d) ob *corr. ex* ub *A.*

19. a) *Lemma:* Luthari et Ludowico *A;* Leo quartus Lothario et Ludowico augustis *B;* Item: Idem Lothario et Hludouico *C;* Lothario et Ludouico Augustis *D;* Item Leo IV. Lothario et Lodeuico Augustis *Grat. Decr.* b) temporum *B, C, D.* c) spașcia *D.* d) pastoraribus *A.* e) amplitudnis *A.* f) salutacio alliquio *A.* g) magnitudinem *B.* h) quatenus *B.* i) Colono *Gr.* k) eandem *B.* l) ad regendum ecclesiam *Grat. Decr.* m) adiuvante *B.* n) *deest B, C, D.* o) uperficiatur *pro* ut preficiatur *A.* p) Osculana *A,* Asculanam *B, C, D,* Ausculanam *Grat. Decr. ed. Friedberg. Bishop emendat* Tusculanam. q) exsistit *B,* existit *C, D.*

20. a) *Lemma:* Nommo duci Britannie *A;* Nomino duci Britannię *C;* Idem Nomino duci Britannie *D;* Item Leo IV. Nimenio duci Britanniae *Gratian.*

1) *Colonus, episcopus Reatinus c. 852, cf. p. 598 ep. 21.* 2) *hodie Ascoli.*

a. 847 ex. Nominoi[1] duci Britannie[a].

[N]on furem et latronem, qualem Gislardum[2] sentimus esse[b] in Nannetica[c] sede[d], qui viventis[3], quod non licuit, locum non timuit usurpare, pro cuiuscumque muneris donis ultra debes defensare.

---

21. 852?

Codd. A fol. 165 transscripsit K. Hampe; C. fol. 80, col. b[a]; D fol. 62'[a]; Grat. D 63, c. 17. Ed. Jaffé, Reg. No. 2615.

Itę[4] comitisse.

[N]obis domnus[b] imperator et imperatrix per suas epistolas direxerunt, ut Colonem[c] in Reatina ecclesia, que pastoris officio per longa iam[d] tempora destituta videbatur episcopum facere deberemus, sicut et fecimus.

22.

Leo IV. papa mandat Hincmaro archiepiscopo, ut Folcaricum Lotharii vasallum, qui propter iniustam excommunicationem, ab Hincmaro in se illatam, ad sedem apostoli-

---

a) ƀtannie *A.* b) esse sentimus *Grat.* c) Namnetica *D.* d) seele *A.*

21. a) *Lemma:* Iitę comitissę *C;* Leo IIII. Itte comitissę *D;* Item Ritae Comitissae *Grat.* b) donnus *A,* dominus *Gr.* c) Colonum *Grat.* d) *om. A.*

1) *Nominoi Britanniae dux (833—851. Mart. 7.); de cuius principiis incertis cf. Simson, Ludwig der Fromme I, p. 256.* 2) *Gislardus episcopus, invasor Namneticae sedis c. 851.; cf. Gams p. 581.* 3) *Actardus, Namneticus episcopus 843. cons., c. 846. expulsus, denuo episcopus ab ao. 853—871.; cf. Gams p. 581. Hanc Leonis epistolam laudat Nicolaus I. papa in litteris ad Salomonem Britanniae regem datis (Jaffé Nr. 2708, Mansi Coll. conc. XV, 394), ubi negat:* 'sanctae recordationis papam Leonem Nomenoe consilium vel auctoritatem deponendi episcopos tribuisse'. . . . *Tum pergit (col. 395):* De Gislardo autem et Actardo episcopis . . multo aliter, quam tua referebat epistola, in scrinio nostro repperimus. Licet non bene faciat Actardus, quia denuo consecrat quos Gislardus in eo gradu dinoscitur ordinasse; tamen Actardus invenitur ante Gislardum episcopatus officium suscepisse. Denique sanctissimus Leo papa Nomenoe scribens inter cetera precipuum virum Actardum apellat, et hunc sanum sapere et sanum docere vivere ac permanere denunciat; Gislardum vero tamquam predicti Actardi sedulum invasorem denotat. *De tempore huius epistolae cf. quae exposuit Merlet, Moyen âge a. 1898 p. 8 n. 3. Si Merleto fides habenda est, auctor chronici Namnetensis ab eo editi (La chronique de Nantes p. 34—35) Leonis epistolam his verbis commemorat:* Cui *(sc. Nomenoio)* papa respondit nunquam se audivisse, praedecessorum suorum temporibus hanc minorem Britanniam reges habuisse, nec in archivis Romanae ecclesiae reperisse; praesertim ex quo tempore Francia primum reges habuit, illa semper Britannia usque nunc illi subdita fuit, nec decebat Romanam ecclesiam contra fas et patrum statuta quaerere, ut regnum Francorum, tam valente hērede id est Karolo Calvo ac nepote Karoli Magni, de potentia sua minueretur. Addidit quoque praeterea episcoporum depositione, ut, si vellet eos Nomenoius a sedibus suis deiicere, et alios in locis eorum constituere, primum advocato illius provinciae metropolitano Turonensi, id est domno Amalrico, cum legitimo episcoporum numero a veridicis testibus accusarentur; et postea, si rei eorum iudicio comprobarentur; alii in eorum sedibus componerentur; aliterque minime fieret. *Cf. Gesta Conwoionis abbat. Rotonens. l. II c. 10, SS. XIII, 458:* Nam Nomenoe consulenti, quid de Spiritus sancti gratiam venumdantibus oportet fieri, respondit: Nichil, inquiens, preter quod sancti canones super his precipiunt ipsas regulas apicibus suis interserens. Nam qualiter *(cf. supra p. 593 n. 2).* 4) *Ita, ut videtur, uxor Widonis comitis Spoletini.*

cam appellaverat, ecclesiae denuo societ, archiepiscopum ipsum apostolica auctoritate se percussurum esse minatur, si de cetero excedat. 852—853?

Cod. A fol. 165.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 385. — Jaffé, Reg. No. 2614.

Hincmaro[a] Remensi.

[V]asallus[b] quidam Falcaricus[1] nomine cum litteris domni[c] Lotharii imperatoris et Ludovici regis fratris eius ad nos venit, in quibus specialiter annotatum repperimus, quod eum excommunicatum et ab ecclesia omnimodis habeatis abiectum. Nos autem de suis necessitatibus diligenter interrogavimus, ut indicaret nobis, quare tam aspere a vobis foret communione privatus. Ipse autem ita professus est: 'Habuisse me quandam[d] propter carnis incontinenciam concubinam *non abnego; cumque nobis ambobus minime conveniens fuisset aut utile, a me sibi data licentia intra claustra monasterii inter alias Christi famulas cum magna se aviditate devinxit. Quam ob rem, cum post hoc factum nullatenus me a coniugali consorcio abstinere possem, ilico aliam duxi uxorem, cum qua aliquantulum iuncto coniugio conversatus sum. Quod Hincmarus[e] episcopus audiens absque omni canonico sive mundano iudicio vel examine mox christianorum non solum me consortio, verum etiam ab ecclesia et sancta communione fecit extorrem'. Nos itaque illius infinitos gemitus et innumeras contemplantes angustias de sua non modice excommunicatione doluimus tristesque sumus effecti, si ita sunt omnia et taliter acciderunt. *f. 166'.

Item. [U]t[f] erga cunctos vestra semper venialis indulgentia sit, monemus. Sic enim et predecessores vestros[g] pontifices non solum per Galliam, sed et per cunctarum regionum provincias inviolabili privilegio roboratos subiectos suos fecisse recolimus.

Item. Parcere iam dicto vasallo et sanctę sotiare ecclesie vobis iubemus, si ita, ut eo narrante audivimus, cuncta peracta sunt.

Item. Si contra patrum vos terminos et misericordiam, que inibi ascripta est, gressum de ceteris audierimus extendere, publico apostolicę auctoritatis cauterio vos percutere pro viribus decertabimus.

23.

c. Mai. 853.

Cod. A fol. 166'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 387. — Jaffé, Reg. No. 2633.

Leo episcopis, presbiteris et universo clero sacrosanctis ecclesiis militantibus.

[P]recipimus[a]; ut in nostra absentia[2] nec ecclesiasticus, nec palatinus ordo deficiat. Sed constitutis diebus, tamquam si nos hic fuisse[mus][b], omnes nobiles ad Lateranense palatium recurrant et querentibus ac petentibus legem ac iustitiam faciant.

---

22. a) Hygmaro *A.* b) *litt.* V *in marg.* c) donni *A.* d) quendam *A,* quondam *coni. Ewald.* e) Hygmarus *A.* f) *litt.* U *deest A.* g) nostros *A, corr. Ewald.*

23. a) *litt.* P *deest A.* b) fuisse *A, corr. Ewald.*

1) *De Falcarico, vasallo Lotharii imperatoris, quem Fulcricum Flodoardus vocat, v. Hist. Rem. III, 10, 20, 21, 26, 28; SS. XIII, 483, 511, 514, 539, 550; Mühlbacher, Reg. Nr. 1115; Dümmler, Gesch. d. Ostfr. Reiches I, 350; Schroers, Hincmar von R. sein Leben u. seine Thaten p. 58 sqq., cui in tempore huic epistolae assignando assentior.* 2) *Hoc fragmentum ad id tempus spectare, priusquam Leo Ravennam profectus sit, recte cognovit Ewald l. l. p. 387 n. 1, Jaffé, Reg. p. 335.*

853 **24.** *853.*

Cod. A fol. 167[a].

Edd. Ewald, N. Archiv V, 387; Löwenfeld, Epist. pontif. Roman. p. 22. — Jaffé, Reg. No. 2637.

*f. 167. *L[eo] Petro[1] S[poletino].

[P]erlectis litteris experientie tuę satis in eis turpia et inhonesta reperimus crimina adnotata, que, ut asseritis, a Vernaldo peracta sunt episcopo[2], postquam apostolicis manibus consecratus est.

Item. Si nos, qui pre cunctis, licet inmeriti[b], orbis terre presulibus honore ac vice fungimur, quod non optantes proferimus, regulam auctoritatis[c] canonice frangimus et violamus, cęteri doctores aecclesie, nostro non congruo eruditi exemplo, peiora committere non formidabunt[d].

25.

Codd. A fol. 167; Ivo, Decr. IV c. 181.

Edd. Mansi, Coll. conc. XIV, 887; Migne, Patr. CXV, 570. — Jaffé, Reg. No. 2638.

Lothario augusto[3].

Habetis[a] ex[b] hoc apud Deum retributionem non modicam, si antique legis docmata minime observantes vestra imperiali[c] censura pro viribus castigatis atque corrigitis.

26.

Leo IV. papa scribit Galerio episcopo Tripolitano de poenitentia. *a. 853.*

Codd. A fol. 167[a]; C fol. 80 col. b—80' col. a; D fol. 62'; Grat. C. 33 qu. 2 c. 13.

Ed. Jaffé, Reg. No. 2640.

Galerio episcopo Tripolitano[a].

Audivimus[b] a quibusdam, quod in vestris diocesibus et finibus christianorum[c] cetus levi[d] se subtrahant[e] poenitentię iugo, dicentes, quia, si penitentiam agimus, coniugii debemus relinquere copulam. In quo errant et de veritatis calle discedunt, quia pro omnibus illicitis penitentiam unusquisque Christi nominis cultor sustinere atque
Matth. 3, 2. peragere summopere debet, dicente Domino: 'Penitentiam agite, appropinquabit[f] regnum celorum'. Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum penitentiam sustinenti solvere licet.

Item. Sacris eos[g] expedit[h] eloquiis vos[i] edocere, ut erroris eripiantur caligine, et licitis copulationibus iuncti de omnibus illicitis poenitentiam agere procurent[k].

---

24. a) *Lemma:* L. Petro s . . . . . . *ut Hampe legit,* L. Petro l . . . . . *ut Bishop legit, ex quo Ewald coniecit* legato, *quem Löwenfeld sequitur.* b) in meritis *A.* c) actoritatis *A.* d) formidabant *A.*

25. a) *litt.* H *in marg. suppl. A.* b) de *Ivo.* c) impali *A.*

26. a) *Lemma:* Gelerio episcopo Tripolitano *A.* b) audivimus *corr. ex* audibimus *A.* c) christianonorum *A.* d) occasione *add. Gr.* e) subtrahunt *C, Gr.* f) enim *add. Grat.* g) vos *add. hic C, D, Grat.* h) expetit *A.* i) vos *om. C, D, Grat.* k) pcurent *A.*

1) *Petrus episcopus Spoletinus (844—861).* 2) *De quo nihil constat.* 3) *Cf. infra ad ep. 43, quam Ivo cum hac coniunxit.* 4) *Galerius episcopus Tripolitanus plane ignotus est.*

27. *a. 853.* a. 853

Codd. A fol. 167, transscripsit K. Hampe; C fol. 80' col. a; D fol. 62'; Ivonis Decr. III c. 102; Grat. Decr. C. XVI qu. 7 c. 29 fragm.[a]

Ed. Migne, Patrol. CII, 1033. — Jaffé, Reg. No. 2641.

Carolo regi.

[C]ontra sanctorum patrum censuras videtur existere, si secularis[b] homo[c] vel laicus presbiteros ab aecclesiis, in quibus tempore ordinationis eorum denominati vel introducti fuerunt[d], videtur[e] expellere.

28.

Leo IV. papa Francorum exercitum ad pugnandum exhortatur. *a. 853.*

Codd. A fol. 167'; C fol. 80 col. a[a]*; D fol. 62' sq.*[a]*; E fol. 133' col. b — 134 col. a; Ivo, Decr. X c. 87 et Pan. VIII, 30; Grat. Decr. C. 23 qu. 8 c. 9 (pars 1 et 3*[a]*) et C. 23 qu. 5 c. 46 (pars 3*[b]*).*

Edd. Mansi XIV, 888; Migne, Patrol. CXV, 655. — Jaffé, Reg. No. 2642.

[Ex]ercitui Francorum.

1. [O]mni[b] timore ac terrore[c] deposito contra inimicos sanctę fidei et adversarios omnium regionum[d] viriliter agere studete.

2. Item[e]. Ubi usque nunc[e] parentes[f] vestri publicum moverunt procinctum[g] semper victores extiterunt, nullaque eos[h] multitudo populi[i] superare potuit. Non enim audivimus, ut aliquando sine fama victorię reversi fuissent.

3. Item[e]. [O]mnium vestrum nosse volumus[k] karitatem, quoniam quisquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cęlestia minime[l] negabuntur. Novit[m] enim omnipotens, si quislibet[n] vestrum[o] morietur, quod pro veritate fidei et salvatione[p] anime ac defensione patrie christianorum mortuus est, ideo[q] ab eo pretitulatum[r] premium consequetur.

---

29. *ao. 853.*

Codd. A fol. 167'; E fol. 38 col. b 1; Ivonis Decr. IV c. 176 (Pan. II, 149 sub Leonis III. nomine); Grat. D. 10 c. 9.

Ed. Migne, Patrol. CXV, 671. — Jaffé, Reg. No. 2643.

[Lotha]rio augusto.

1. [D]e[a] capitulis vel preceptis imperialibus[b] vestris vestrorumque[c] etiam[d] pontificum predecessorum inrefragabiliter[e] custodiendis et conservandis, quanto valuimus et

---

27. a) *Lemma:* Item Karolo regi *G;* Idem Karolo regi *C, D;* Carolo regi Leo tertius *Ivo.* b) sclaris *A, C, D.* c) *deest Grat.* d) fuerint *C, Grat.* e) nitatur *Ivo,* videntur *A.*

28. a) *Lemma:* Idem exercitui Francorum *C, D;* Leo IIII. exercitui Francorum *E;* Nicolaus papa exercitui Francorum *Pan.;* Item Nycolaus ex. Fr. *Gr. c. 46.* b) O *in marg. suppl. A.* c) trore *A.* d) religionum *Pan.,* li *del. E, Grat.* e) *om. C, deest Pan.* f) maiores *Pan.,* parentes nunc *E.* g) exercitum *E, Pan.* h) *deest Pan.* i) *deest Pan.* k) voluimus *E.* l) non *C.* m) Novit — consequetur *deest C, D.* n) quilibet *E, Pan., Grat.* o) vestrorum *E, Grat.* p) salvatione (salutatione *Pan.*) patrie ac defensione christianorum *E, Ivo: Decr. et Pan., Grat.* q) indeo *A.* r) celeste *Gr.,* praestolatum *Pan.*

29. *ad* 1: a) *Lemma:* Leo IIII Lothario augusto *E,* d *in marg. suppl. A.* b) impalibus *A.* c) nostris nostrorumque *Ivo: Decr. et Pan.* d) *deest Grat.* e) irrefragabiliter *Grat.*

a. 853 valemus Christo propicio[a] et nunc et in evum conservaturos[b] omnibusque modis[c] profitemur, et si fortasse quilibet[d] vobis aliter dixerit[e] vel[f] dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem.

2. Item [Ch]ristophori[a] iniqua[b] professio et operatio satis iniusta iam non indiguerat testibus, cum pene hoc tot sapiant, quot[c] eorum specialiter nullus nomina colligere facere potest.

30.

Leo IV. papa Lothario imperatori I. scribit de sententia concilii universalis, proclamantis nullum pontificem extra suam ecclesiam lupinae voracitati relinqui posse.

p. Dec. 8. 853.

Cod. A fol. 167'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 388. — Jaffé, Reg. No. 2644.

Lothario augusto.

Cum pro cęteris ecclesiasticis negotiis ac necessitatibus concilium universale[1] celebrare studeremus, et post plures hec fuisset ratio introducta, et sanctorum patrum statuta de talibus fuissent relecta[a], universum concilium unanimi voce dixit: 'Nulla *f. 168. nos auctoritas ecclesiastica docet, ut in talibus parcere licitum sit, quod *sacerdos extra suam specialem ecclesiam alibi sicut ovis errans lupine voracitati[b] relinquatur'.

31.

Dec. ex. 853.

Cod. A fol. 167.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 388 f. — Jaffé, Reg. No. 2643.

Leo Edelvulfo regi Anglorum[2].

Filium vestrum Erfred[3], quem hoc in tempore ad sanctorum apostolorum limina destinare curastis, benigne suscepimus, et quasi spiritalem filium consulatus cinguli[a] honore vestimentisque, ut mos est Romanis consulibus, decoravimus, eo quod in nostris se tradidit manibus.

32.

Leo IV. papa Iohanni Calaritano episcopo mandat, ut altare sancti arcangeli, ab Arsenio quodam heretico archiepiscopo consecratum destruat, novumque constituat.

850—854.

Cod. A fol. 168.

Ed. Löwenfeld, Epist. pontific. Roman. p. 22. — Jaffé, Reg. No. 2649.

---

a) propitio *E, Grat.* b) consevaturos *A.* c) omnibus mod. *E, Ivo: Decr. et Pan.*, modis omnibus *Grat.* d) quislibet *E.* e) dixit *A.* f) aut *A.*

ad 2 *(om. E):* a) ch *in marg. suppl. A.* b) i (2.) *in* iniqua *superscr. A.* c) quod *A.*

30. a) relicta *A.* b varacitati *A.*

31. a) cingulo *A.*

1) *Ut videtur concilium, quod celebrabatur 8. Dec. 853. in ecclesia b. Petri in civitate nova Leoniana, quamquam actis eius (cf. Mansi XIV, 1009) tale capitulum non continetur.* 2) *Edelvulfus Anglorum rex (836—858).* 3) *Erfred (Alfred) cognomine Magnus postea Angliae rex 871—901. De hoc itinere Romano Aelfredi cf. Asserius, de rebus gestis Aelfredi (Mon. hist. Brit. I, 470); Lappenberg, Geschichte Englands I, 294; N. Archiv V, 388 not. 8.*

Iohanni Calaritano episcopo[1]. 850—854

[V]obis[a] respondere curavimus de ecclesia sancti arcangeli, que sita in predio[b] Lustrensi[2] a quodam Arsenio[3] archiepiscopo, heretico errore decepto, consecrata videtur; cuius altare vos destruere funditus precipimus, novumque ibidem a solo propriis manibus aliud constituere. Atque, ut mos est ecclesiasticę regule, consecrare altare summopere[c] procurate.

33.

Leo IV. papa Honoratum abbatem valde vituperat, quod dulcedinem Gregoriani carminis perosam habeat, eique sub excommunicationis poena praecepit, ut Gregorianum ritum in cantilenis seducatur. *850—854.*

Cod. A fol. 168.

Edd. priorem partem Ewald, N. Archiv V, 389; posteriorem Löwenfeld, Epistolae pontif. Roman. p. 22. — Jaffé, Reg. No. 2651.

Honorato[a] abbati[4].

[R]es[b] una valde incredibilis auribus nostris insonuit, que si veritati coniungitur, magis ius nostrę gravitati detrahit, quam perornat[c], magis tenebrat quam splendescit; id est cum dulcedinem Gregoriani carminis, cum sua, quam in ecclesia tradicione canendi legendique[d] ordinavit et tradidit, intantum perosam[e] habeatis, ut in omnibus in huiusmodi ratione non tantum ab hac proxima sede, sed et ab omni pene occidentali aecclesia, et prorsus ab omnibus, qui Latinis vocibus laudem aeterno regi conferunt et sonos canoros persolvunt, dissentiatis. Que cuncte aecclesie cum tanta aviditate et amore arduo predictam[f] tradicionem Gregorii susceperunt ut, cum ex integro recepissent, tantum eis idem est placabilis, ut[g] adhuc magis de ipsa apud nos non desinant querere, existimantes amplius de illis apud nos remansisse. Qui plane sanctissimus papa Gregorius adeo Dei cultor et inclitus *predicator et sapiens pastor *f. 168'. fuit et copiosos ad humanam salutem edidit[h], et sonum iam dictum, quem in ecclesia vel ubique canimus, musicis artibus opera plurima ad excitandos[i] vel commovendos intentius humanos fecerit animos, ita, ut non tantum ecclesiasticos, sed etiam rudes et duros animos artificiose modulationis sonitu ad aecclesias convocaret.

Item. Deposco, ne ab hac, summo[k] religionis capite, ecclesia, a qua nullus exorbitare vult, vel a tantis prefatis ecclesiis dissentire paciamini, si ex toto pacem et concordiam universalis ecclesie habere diligitis. Nam si, quod non credimus, in tantum doctrinam nostram et tradicionem nostri sancti presulis exorrescitis, ut non per cuncta in cantilenis et lectionibus ritum nostrum sequamini, scitote, quod vos a nostra communione repellemus: quoniam convenit vos ea sequi salubriter, que Romana ecclesia, mater omnium et magistra vestra, non spernit, sed appetit atque insolubiliter tenet. Idcirco sub exconmunicationis interpositione precipimus, ut nequaquam aliter, quam et sanctus papa Gregorius tradidit et nos tenemus, in modulatione et lectione in ecclesiis

---

32. a) *litt.* V *deest A, in marg.* n *pro* v *suppl.* b) ita in pdio *A, corr. Löwenfeld.* c) sumopere *A.*

33. a) Hono[to]ra *A.* b) *litt.* R *in* Res *deest A.* c) perornet *A.* d) lugendique *A.* e) perosa *A.* f) predictam *corr. ex* predictum *A.* g) et *A.* h) *verbum deesse videtur.* i) excitando *A.* k) sumo *A.*

1) *Iohannes Caralitan. ep. plane ignotus est. Gams ab ao. 787. usque ad a. 1017. nullum episcopum Calaritanum enumerat.* 2) *praedium Lustrense ut videtur in Calaritana provincia sita.* 3) *Arsenius ep. hereticus, qui sit, ignoramus.* 4) *Honoratus abbas plane ignotus est.*

a. 850—854 peragatis, totisque viribus perpetim excolatis et decantetis. Nam si, quod minime credimus, in alteram vos tradicionem preter hanc, quam vobis presentibus vel futuris peragendam duximus, reducere vel declinare quocumque modo conatus quis fuerit, non solum a sacro corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi [alienum][a] eum fore precipimus[b], verum in[c] perpetuo anathemate mansurum ob suę presumptionis audatiam nostra immo et omnium antecessorum nostrorum auctoritate sancimus.

---

34. *a. 850—854.*

Codd. A fol. 168', transscripsit K. Hampe; C fol. 80' col. a[a]*; D fol. 63*[a]*); Ivo, Decr. V, c. 14; Grat. D. 63 c. 31.*

Ed. Migne, Patrol. CXV, 674. — Jaffé, Reg. No. 2652.

Lothario et Ludovico[a].

[I]nter nos et vos pacti serie statutum et confirmatum est[b], quod electio et consecratio futuri[c] Romani pontificis non nisi iuste et canonice fieri debeat.

---

35. *ante 850.*

Cod. A fol. 169; Ivo, Decr. IV, c. 210.

Edd. Labbe-Cossart VIII, 34; Labbe, editio Nicolai Coleti IX, 1030; Mansi XIV, 886; Migne, Patrol. CXV, 657. — Jaffé, Reg. No. 2603.

Lothario augusto.

[M]andastis, ut privilegium et pallium Altheo[1] episcopo preberemus[a]. Unde[b] poscimus, ut vestra super hoc magnitudo non indignetur, quoniam, quod ab ipso sanctissimo papa Gregorio[2] usque ad haec nostra tempora[c] factum minime recordamur, nos[d] facere non potuimus, neque prefixos patrum terminos inmutare.

Item. Quod[3] iusta et sedula nos immutare[e] consuetudo non precipit, ita ab hoc veluti a magno nos precipicio custodire oportet.

36.

Leo IV. papa episcopis Galliarum in memoriam revocat, Hincmarum, quamquam monachicam vitam elegerit, contra canonum statuta Remensem cathedram invasisse atque Lothario I. imperatori una cum fratre Carolo rege et uxoribus ac filiis anathemate iniuriam intulisse. *ante 849.*

Cod. A fol. 169.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 390. — Jaffé, Reg. No. 2618.

---

a) alienum *suppl. Bishop.* b) precepimus *A.* c) per *add. A.*

34. a) *Lemma:* Idem Lothario et Hludovico augustis *C;* Leo quartus Lothario et Ludouico augustis *D.* b) statutum est et confirmatum *Ivo.* c) *deest A.*

35. a) pbe | p̄beremus *A.* b) utide *pro* unde *A.* c) temp. no. *Ivo.* d) *om. Ivo.* e) imitari *Ivo.*

1) *Altheus (Altaeus) episcopus Augustodunensis 843—? cf. Gams p. 500.* 2) *Gregorio I. papa.* 3) *Hunc locum laudat Ivo et ipse in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem data, Libelli de lite II, 643.*

Omnibus episcopis Galliarum. ante 849

Relatum nostro est apostolatui, quod dum Hincmarus[a] clericorum haberet habitum, monachicam elegisset vitam, et sub regula sancti Benedicti se consistere usque ad finem vitę promisisset; *deinde corrupta promissione contra statuta canonum am- *f. 169'. bicione seductus[b] cathedram[c] Remensem improbe, vivente adhuc ibi Ebone, usurpasset[1]; qui pro illicita subsecratione ipsius sedis ter sedem apostolicam interpellaverat. Postremo vero, ne duo gravia inulta remanerent, ad tercium facinorum gradum pedem extendisset, et adeo superbie inflexibili tumore inflatus rigidam cervicem extendisset, ut qui ad discipulatus gratiam iure non accesserat, neque per ostium in ovile ovium cf. Ioh. 10, 1. est ingressus, magisterii nostri donum, quod apostolatus nostri culmen promeruit, sua sibi audacia nequiter invasisset; et qui si merito ad archiepiscopalem apicem ascendisset, a quarto tamen principum[d] sacerdotum ordine longius distaret, sua elatione iudicem se super nos constituisse nostreque potestati obstitisse dubium non est. Ita ut, quem imperatorem princeps sacerdotum et primus sanctę recordationis predecessor noster domnus[e] Pascalis[2] papa oleo benedictionis unctum consecraverat more predecessorum apostolicorum, una cum fratre Carolo rege[3] et uxoribus ac[f] filiis anathemate iniuriasset, nostrum et eiusdem magni imperatoris ministerium parvipendens et transgressus divinas pariter et humanas constituciones.

37.

Leo IV. papa Lothario I. imperatori in memoriam revocat, quomodo Hincmarus Remensi ecclesia contra canonum statuta invasa ausus sit in unctum Domini anathematis iaculum inferre, declaratque se prohibiturum, quominus Hincmarus clam vel publice in eum anathema vel aliam iniuriam iaculetur. *ante 849.*

Cod. A fol. 169'.

Ed. Ewald, N. Archiv V, 391. — Jaffé, Reg. No. 2619.

Lothario[4] augusto.

[N]on[a] solum Hincmarum[b] superbum et pre ceteris virum inobedientem, verum etiam superbie patrem et primogenitum presumptionis[c] insolite merito esse censuimus; eo quod aliunde, non ut pastor in ovile, ut debuerat, ovium introivit, neque in ea, qua se ante Deo voverat, monachorum regula vitaque permansit. Nec illum etiam canonice possumus collaudare, quod superstite presule[d][5] sedem eius invasit, qui etiam, cum debuerat de iactura[e] honoris proprii valde esse perterritus, in unctum Domini, quem sedes apostolica benedictionis oleo publice consecravit *sibique proprium fecit *f. 170. heredem, anathematis iaculum contra omnem, non solum divinam, immo mundanam institucionem inferre presumpsit[6].

---

36. a) Hymarus *A.* b) reductus *A,* sed. *coni.* c) contra *del. ante* cathedram *A.* d) principium *A.* e) donnus *A.* f) a *A.*

37. a) *litt.* N *deest A.* b) Hymarum *A.* c) presupt. *A.* d) psule *A.* e) futura *A, corr. Ewald.*

1) *a. 845. die 3. Mai. mens. consecratus est, Ebone ad sedem Hildesheimensem translato.* 2) *a. 823.* in sancto paschali die, *cf. Annal. regni Francor. a. 823, ed. Kurze p. 161.* 3) *De hac excommunicatione nihil aliunde notum est.* 4) *cf. ep. 36 ad episcopos Galliarum datam.* 5) *Ebone.* 6) *Cf. Flodoardi Hist. Rem. eccl. l. III c. 10 (SS. XIII, 483):* 'Item aliam *(sc. epistolam)*, in qua valde collaudat eum *(Hincmarus Lotharium)*, congaudens eius humilitati, quod ipsius obaudierit monitis super prefato excommunicato *(sc. Fulcrico)* absolvitque eum id humiliter deprecantem pro participatione quam habuerat cum ipso.

852/853 Item. Unum[a] pro culpe suae malicia censura sedis apostolicae communiter mandamus, ut neque de sua umquam presumptione[b] valeat gloriari, neque contra vos, quem Deus sibi principem et imperatorem elegit, et per manus summi et apostolici[c] pontificis[1] sanctificatum benedictionis oleum super vestrum caput effudit, clam vel publice audeat aliquam[d] quocumque tempore anathematis vel aliam iniurię inferre iacturam.

38.

Leo IV. papa mandat Ebruino[2] (Pictaviensi) et Ermenfrido[3] (Bellovacensi) episcopis, ut absolvant presbyterum, cuius parentes nesciente ipso alium presbyterum oculis privaverant, cum iniuste, invidiae zelo ductus, ipsius ecclesiam usurpaverit. 852/853.

Codd. A fol. 170[a], transscripsit K. Hampe; C fol. 80' col. a et b[a]; D fol. 63[a]; Grat. C. 1 qu. 4 c. 5. Ed. Migne, Patrol. CXV, 673. — Jaffé, Reg. No. 2624.

Ebruino et Ermenfrido.

Quia presulatus nostri, quod bene nostis, magisterium non solum de sacerdotum, verum etiam secularium utilitatibus debet esse sollicitus[b], propterea fraternitatem vestram[c] scire volumus hunc presentem[d] presbiterum ad sedem apostolicam venisse nobisque violentiam et excommunicationem suam per ordinem retulisse, quod etiam sine iusto legis tramite, illi sua[e] fuisset ablata ecclesia similiter indicavit, quod[f] alius dato munere sacerdos zelo ductus invidię usurpare presumpsit; inde parentes eius magno dolore compulsi, presbiterum illum, qui suam tenebat ecclesiam[g], mox comprehenderunt et eius[h] occulos eruerunt. Tamen sepedictus[i] sacerdos dicit, quod absque sua voluntate sive[k] consilio hoc sit peractum. Quod si ita est, ut ipse nobis suo ore testatus est, vobis magnopere previdendum[l] est, ut si[m] ipse[n] canonice excommunicatus non est, canonica super eum fiat remissio.

---

39. *852/853.*

Codd. A fol. 170 (transscripsit K. Hampe); C fol. 80' col. b; D fol. 63; Ivo Decr. V, 21; Grat. C. 16 qu. 6 c. 5.

Ed. Migne, Patrol. CXV, 671. — Jaffé, Reg. No. 2625.

Carolo regi[a 4].

Item[b]. Si fortassis[c], quod non credimus, apud vos inutiles iudicamur, ęcclesia tamen, cui permittente Deo[d] presumus[e], non inutilis, sed caput principiumque omnium merito simul ab omnibus vocatur.

---

a) *an* Verum? b) presupt. *A.* c) imperatoris *A*, apostolici *corr. Ewald.* d) aliquem *A.*

38. a) *Lemma:* Ebruino et E[rmenfrido] *A;* Idem Ebruino et Adelfrido *C;* Leo quartus Ebruino et Adelfrido *D;* Item Leo quartus Ebruino et Adelfrido *Grat.* b) sollicitum *C, Grat.* c) vram *A.* d) pres. presb. *del. C.* e) fu. sua *C.* f) quia *C, D.* g) ten. eccl. *deest A.* h) oculos eius *Grat.* i) ipse sepedictus *Grat.* k) et *C.* l) p̄videndum *A.* m) *om. D.* n) *corr. ex* ille *C.*

39. a) *Lemma:* Item Idem Karolo regi *C;* Idem Karolo regi *D;* Leo IV. Carolo regi *Ivo.* b) *om. hic C, D.* c) fortasse *Ivo.* d) Domino *C, Ivo.* e) praesidemus *Ivo.*

1) *Paschalis papae.* 2) *Ebruinus, Pictaviensis (Poitiers) episcopus ca. 839—858.* 3) *Ermenfridus Bellovacensis episcopus 846—861.* 4) *Calvo, Franciae occidentalis.*

40.

Leo IV. papa petit a Ludovico imperatore, si incompetenter aliquid egerit, ut per legatos omnia iusto examine perquiri iubeat, ne quid in posterum indiscussum remaneat. c. 853

c. 853.

Codd. A fol. 170—170'; B fol. 109a (transscripsit e codice E. Dümmler); C fol. 80' col. b sq.[a]*; D fol. 63—63'*[a]*; Ivonis Decr. V, c. 22*[a]*; Grat. Decr. C. II qu. 7 c. 41*[a].

Edd. Libelli de lite III, 613; Migne, Patrol. CLXI, 674. — Jaffé, Reg. No. 2646.

Leo Ludovico.

Nos si aliquid incompetenter[b] egimus, et in subditis iustę legis tramitem *non conservavimus[c], vestro[d] ac vestrorum missorum[e] cuncta volumus emendare iudicio, quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere[f], peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed quod dolentes dicimus, erimus pre cęteris erroris magistri. Inde magnitudinis[g] vestrę magnopere[h] clemenciam[i] imploramus, ut tales ad hęc quę diximus perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, et cuncta quemadmodum si vestra presens imperialis[k] gloria fuisset[l], examussim[m] diligenter exquirant, et non tantum hęc[n] quę superius diximus exagitent[o], sed sive minora sive etiam maiora illis sint de nobis indicata negotia[p], ita eorum cuncta legitimo[q] terminentur examine, quatinus[r] in posterum nichil[s] sit, quod ex eis[t] indiscussum vel indiffinitum[u] remaneat. *f. 170'.

41.

Leo IV. papa pallium ab Ignatio patriarcha Constantinopolitano sibi delatum se accipere non posse declarat. *c. 853.*

Cod. A fol. 170'[a].

Ed. Ewald, N. Archiv V, 392. — Jaffé, Reg. No. 2647.

[Ignat]io[1] patriarche [Constan]tinopolitano.

[V]idimus[b] animi puritate, et sola benivolentia pallium superhumerale a vestra dilectione directum, quod a nobis suscipi non potuit, quia non est mos istius ęcclesie, cum magistra et caput omnium videatur aecclesiarum existere, aliunde pallium erogatum accipere, sed per totam Europam[c], ad quos[d] delaegatum est tradere.

Hoc ne dure accipiatis precamur, quia[e] hac ratione illum suscipere nequivimus, sed vobis remandare previdimus.

42.

Leo IV. papa Ludovicum regem iam iterum rogat, ne Petrum et Adrianum ad se mittat, quos si miserit, sese in vitae periculum adductum iri. *ante 850.*

Codd. A fol. 169; Ivo Decr. X c. 73.

Edd. Mansi XIV, 887; Migne, Patrol. CXV, 667. — Jaffé, Reg. No. 2602.

---

40. a) *Lemma:* Leo quartus Lodovico augusto *B;* Idem Hludouico *C;* Leo quartus Ludouico *D; Ivo V, 22 incipit:* 'Quod Leo ... papa' *etc. sed continuat:* 'Idem Nicolaus imperatori'. b) incompetenter aliquid *B, C, D, Grat.* c) conservamus *A.* d) nostro *A.* e) missorum vestrorum *C, D, Grat.* f) corrigere peccata *Grat.* g) magnitudines *B.* h) magno opere *A.* i) clementiam *B, C, D, Grat.* k) impalis *A.* l) fuisset imperialis gloria *B, C, D.* m) examusim *A, deest B, C, D, Ivo, Grat.* n) sola *add. C, D, Ivo.* o) querimus ut examussim exagitent *C, D, Ivo, Grat.* p) negocia *C, Ivo.* q) legitima *B.* r) quatenus *B, Ivo.* s) nihil *B, Ivo.* t) his *Ivo.* u) indefinitum *Ivo.*

41. a) *Lemma:* ..... io patriarche ... tinopolitano. b) *litt.* V *deest, sed suppl. in marg. A.* c) eeuropam *A.* d) quod *A.* e) *ante* quia *litt.* a *deleta.*

1) *Ignatius, patriarcha Constantinopolitanus (846—857).*

ante 850 Leo quartus Ludovico[a] [1].

[A]drianum et Petrum[2] numquam recipiemus ad habitandum nobiscum, et si, quod minus credimus, aut preces nostras[b], quas pro eorum retentione vobis misimus, aut honorem[c] Romani pontificis pro nichilo existimatis[d] et nos[e] minus quam Adrianum et Petrum amatis[f], quod[g] in posterum iam ordinatum habeamus vestre edicimus magnitudini. Certe Romane sedis presules tempore quo per unamquamque ecclesiam cum suis clericis tendebant ob missarum officium vel alias more solito utilitates ecclesiasticas disponendas nichil aliud tam ipsi quam clerici eorum[h] nisi sacerdotalia indumenta ferebant, quod nos[i] secuti usque nunc egimus. Sed amplius nequaquam agere[k] oportet, si viros, quos nec quęrimus umquam nec volumus mandare decreveritis. Et hoc ad ultimum pro certo notum facimus, quoniam ad quamcumque ecclesiam locumque alium nobis merito subiectum digressi fuerimus, ne de mortis nostre[e] periculo triumphatores existant, cum debueramus ob divinum cultum sive timorem orarium solummodo planetamque deferre, lanceam et scutum et gladium baiulare precipiemus.

---

43. *ao. 853.*

ao. 853 *Codd. A 1 (fol. 170')[a]; 2 (fol. 171); E 2 (fol. 38 col. b—38' col. a); Ivo 1 (Decr. X, c. 88); 2 (Decr. IV c. 181, Pan. II, 152); Grat. 2 (D. X c. 13).*

Edd. Mansi 1 (XIV, 888); 2 (XIV, 887); Migne, Patrol. 1 (CXV, col. 657); 2 (col. 670). — Jaffé, 1, 2, Reg. No. 2638.

Lothario aug[usto].

1. [D]e[b] [3] illis tribus iam publice condempnatis et reprobis viris, Georgio, Adriano et Petro[4], ut vestra nobis mandavit sublimitas, quod adhuc ad aliud consistere[c] iudicium debeant[d], omnino mirati sumus, quibus iam missis vestris presentibus iuxta legem Romanam sententia prefixa ac promulgata est. Et nisi pascalis[e] tunc adesset festivitas, qua mortis, prohibente lege, sententiam dare licitum non est, vivere eos illorum malicia atque iniqua presumptio non[f] sineret. Pro hac itaque racione solummodo usque ad hoc tempus suspensa est sententia utrorumque.

2. Item[a]. Vestram flagitamus clementiam, ut sicut usque[b] hactenus Romana[c] lex viguit, absque universis procellis et[d] pro nullius persona hominis[e] reminiscitur esse[f] corrupta, ita nunc suum robur propriumque[g] vigorem[h] obtineat.

44.

Cod. A fol. 171[a]; Ivo Decr. IV c. 182.

Edd. Mansi XIV, 887; Migne, Patrol. CXV, 671. — Jaffé, Reg. No. 2639.

---

42. a) Leo IV. Ludovico (Lothario) regi *Ivo.* b) vestra *A.* c) honores *Ivo.* d) existimastis *Ivo.* e) *deest A.* f) amastis *Ivo.* g) quid *A.* h) ipsorum *Ivo.* i) *om. Ivo.* k) agerere *A.*

43. a) *Lemma:* [L]othario augusto *A.* *ad* 1: b) *litt.* D *in marg. suppl.* c) confiteri *Ivo.* d) debebant *Ivo.* e) tunc pasc. *Ivo.* f) m̅ *A.*

ad 2: a) *om. E,* Leo quartus Lothario augusto *Ivo.* b) *om. E.* c) lex Rom. *E.* d) et quod *Grat.* e) hominis persona *E.* f) fore *A.* g) proprium et *Grat.* h) vigoremqụẹ *E.*

44. a) *Lemma:* Wido comiti *A.*

1) *Ad Ludowicum II. imperatorem hanc epistolam datam esse Ewald (N. Arch. V, 390 n. 1) recte coniecit.* 2) *De Adriano et Petro nihil investigare potui.* 3) *Ivo coniunxit alteram huius epistolae partem cum fragmento, quod supra (ep. 25 p. 600) editum est. Quamvis id recte ita disposuisse videatur, nos a serie collectionis Britannicae recedere noluimus. Cf. Ewaldum l. l. p. 392 n. 2; 387 n. 6.* 4) *Cf. supra epp. No. 15 p. 592 et 42).*

Widoni[1] comiti. a. 853

[V]alde[a] indignum est, futuris gentibus etiam contrarium, tam gloriosam legem, quam multi retro custodierunt imperatores, nunc suam vim perdere ac iniuste dampnari.

---

45. *c. 853.*

Cod. A fol. 171; Ivonis Decr. IV c. 196[2].

Edd. Mansi XIV, 887; Migne, Patrol. CXV, 673. — Jaffé, Reg. No. 2648.

Leo iudici Sardini[e].

[N]ec[a][2] mos nec noviter consuetudo introducta[b] nostrae aecclesie predecessoribusque nostris fuit contra statuta sanctorum canonum nova vel inusitata presumere. Quamobrem nos devotius volentes vestras peticiones suscipere, si in his nos[c] sanctorum patrum censura iuvasset[d], sed ideo, quia sinodice paginae in hoc favere non videntur, nos tantam novitatem praesumere non potuimus[e] et ab illo rectissimo tramite deviare.

46.

Lotharius imperator a Leone papa petit, ut Hincmaro archiepiscopo Remensi pallii usum concedat. 847–849 in *847—849 in.*

Cod. Laudunensis 407 s. X. fol. 63' = F, quem contulit K. Hampe.

Edd. Delalande suppl. conciliorum antiquorum Galliae, Paris 1666 p. 159, e cod. Laudunensi; Labbe, ed. N. Coleti IX, 1028; Bouquet VII, 565; Mansi XIV, 884—886. — Mühlbacher, Reg. No. 1115.

Epistola domni Hlotharii imperatoris Leoni papae directa pro usu pallii dirigendo secundum morem ecclesiae suae Hincmaro archiepiscopo.

SANCTISSIMO ET REVERENTISSIMO SPIRITALI PATRI NOSTRO LEONI SUMMO PONTIFICI ET UNIVERSALI PAPAE HLOTHARIUS DIVINA PROVIDENTIA IMPERATOR AUGUSTUS, SPIRITALIS FILIUS VESTER, PERENNEM IN DOMINO SALUTEM[3].

Sedem apostolicam, quae per beatissimum apostolorum principem in universo orbe, quaqua versum religio christiana diffunditur, caput et fundamentum est sanctitatis, idcirco superna dispositio primatum optinere voluit ecclesiarum, ut in quibuscumque causis, questionibus, sive negotiis ecclesiastica suaderet necessitas, omnes quasi ad matrem[a] religionis, fontemque recurrerent aequitatis. Proinde quod iam et auditu creberrimo et multorum relatione, ac permaxime scriptorum nostrorum ad praedecessorem[4] vestrum serie, sive eorum etiam quae, superstite domno et genitore[5] nostro, ad sedem apostolicam directa sunt veritate, vestram arbitramur comperisse

---

a) l *in* valde *superscr.*

45. a) n *in marg. suppl. A.* b) introducta consuetudo *Ivo Decr.* c) nobis *A.* d) iuvaret *Ivo.* e) possumus *Ivo.*

46. a) normam *ed.*

1) *Wido comes Spoletinus, cuius uxor Ita.* 2) *Eundem locum laudat in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem data, Libelli de lite II, 643. Hoc fragmentum partem esse priorum epistolarum ad Sardiniae iudicem datarum (17. 18) coniecit Ewald l. l. p. 392 n. 2.* 3) *De tempore, quo haec epistola scripta sit, cf. Schrörs, Hinkmar v. Reims p. 55 n. 18.* 4) *Sergius II. (844—847).* 5) *Ludowico I. imperatore.*

847–849 in. prudentiam, qualiter sancta Remensis ecclesia temporibus divae memoriae praefati domni genitorisque nostri, et nostris quoque sive fratris nostri gloriosi regis Karoli diebus, diutissime sacerdotali et pontificali honore, pristinaque dignitate vacaverit, ex ea causa, quod Ebbo[1], tunc archiepiscopus eiusdem metropolitanae sedis, cum tempore infelicissimę discordiae, quę operante diabolo per satellites suos inter nos genitoremque nostrum aliquandiu duravit, propter quasdam factiones et simultates offensam saepedicti domni et patris nostri incurrisset. In episcopali denuo conventu[2] appellatus sive convincente et arguente conscientia, sive quia eum undique leges ecclesiasticae constringebant, quosdam episcopos ex eodem conventu, electorum iudicum nomine et officio sibi conscios assumpsit, et manifesta in conspectu omnium confessione scriptoque a se prolato et manus propriae subscriptione roborato, se episcopatus officio indignum alienumque iudicavit, utque successor sibi subrogari deberet, asseruit, et ut hac de causa nullam ulterius repetitionem auctoritate canonica facere posset, prefata subscriptione firmavit, quam etiam synodo optulit: cuius scripti vobis exemplar ab archivio Remensis ecclesiae sumptum curavimus destinandum.

Sed variis deinceps emergentibus causis atque eventibus, quia aut saecularibus dediti curis et contra promulgatas divinitus regulas substituti[3] quidam in eadem sede praefuerunt, et ob hoc pastoralem sarcinam suscipere rennuerunt, aut aliarum ecclesiarum praesules extiterunt, et reddita divinitus pace, sedes suas repetere maluerunt memorata Remensis ecclesia diu pontificali, ut supra diximus, caruit dignitate.

Cum vero firmato inter nos fratresque nostros amicitiae foedere[4], regnum nostrum aequaliter in tres partes divisum immo distinctum esset, et saepedicta Remorum ecclesia sorti fratris nostri Karoli obtigisset, ipse damnum perpendens ecclesiae, Hincmarum venerabilem monasterii beatissimi martyris Dyonisii monachum atque presbiterum, virum sane doctum atque eruditum, consensu episcoporum clerique et populi Remensis metropoleos ordinari fecit[5] antistitem. Sed quia frequenter ad nos pro hoc ipso Ebonis facta est conquestio causantis inique sibi adhuc superstiti successorem adtributum fuisse, instantissima eius peticione commoniti, curavimus querelas eius sancto decessori vestro Sergio papae significare, obsecrantes, ut si ipse ratum esse decerneret, ex suo latere viros idoneos destinaret, qui[a] una cum episcoporum ipsius provintiae tractatu, causam utriusque inquirere et canonice definire valerent, quoniam nos per illud tempus, quando ea, quae supra comprehendimus, de iam dicto Ebone gesta sunt, in Italia degentes, nequaquam ad liquidum, ut postea comperimus, rerum ordinem scire valuimus. Cur tamen praefatus decessor vester legatos a nobis petitos non miserit, vestram reverentiam nequaquam credimus ignorare.

Nunc autem suprascriptus Hincmarus archiepiscopus clementiae nostrae synodalia gesta super confirmatione sui et restauratione Remensis ecclesiae offerens, petiit magnificentiam nostram, ut a vestra paternitate ei pallium, sicut praedecessores vestri suis largiti sunt, interventu nostro optineremus. Cuius petitionem rato et absoluto iudicio implendam existimavimus, praesertim cum gesta synodalia provintiarum cisalpinarum novimus, quae etiam, ut antecessori vestro mitti debuerunt, destinanda vobis ipsius cura decrevimus, quoniam sanctitatem vestram eius honori consentire decet, cui plenitudinem episcoporum favere cognoscitis. Itaque iudicio sententiaeque vestrae petitionem iam dicti archiepiscopi, nobis admodum devoti dilectique, ex integro committentes hoc indubitanter asserimus, quoniam, si in dandis ei honoribus, confirman-

a) qui *corr. ex* quia *F.*

1) *Ebo archiepiscopus Remensis (816—835).* 2) *synodus in palatio, quod appellatur hodie Diedenhofen ao. 835. mense Februario.* 3) *quorum primus fuit Fulco abbas sancti Remigii.* 4) *pactum Virdunense ao. 843. mense Augusto.* 5) *ao. 845. mense Aprile.* 6) *a. 844.*

doque ipsius statu morem benivolentiamque patrum et praedecessorum vestrorum imitari decreveritis, condigna obsequia gratissimamque vicem plenius faciliusque recipietis. 847—855

Ceterum fiducialiter supplicamus, et obnixe ex vestra paternitate deposcimus, ut sive memoratus archiepiscopus per se ipsum vestram adierit sanctitatem, sive legatos ecclesiae suae direxerit, affabilitatis et conloquii familiaritatisque vestrę eis integerrimam copiam non negetis, sed benignissime tam ipsum quam etiam suos pro amore nostro tractetis, et quicquid ex vobis competenti ratione poposcerit, cum largitione pallii[a] impleatis.

Memorem nostri paternitatem vestram incolomem gratia divina custodiet.

47.

Leo IV. papa Prudentio episcopo Tricassino mandat, ut monasterium ab Adremaro monacho conditum ita consecret, ut semper sub iure ac potestate S. Romanae ecclesiae permaneat. *847—855.*

Cod. latet.

Edd. Carafa Epistol. decretal. II, 769, Romae 1591; Baronii Ann. eccles. a. 855. n. XIX, t. X, 124, Romae 1602; Labbe, editio N. Coleti IX, 1025; Mabillon, Ann. ord. S. Bened. II, 675; Mansi XIV, 881; Migne, Patrol. CXV, 671. — Jaffé, Reg. No. 2657.

Ad Prudentium episcopum Tricassinum.

LEO EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI REVERENTISSIMO ET SANCTISSIMO PRUDENTIO TRICASSINE[a] SEDIS[b] EPISCOPO[1] SALUTEM.

Cognoscat prudentia sanctitatis tuae, qualiter hic religiosus monachus[c] Adremarus nomine[2] cum monachis suis, cum summa devotione ad laudem et gloriam sanctae Trinitatis et remedium animae suae suorumque omnium in honorem beati Petri apostolorum principis seu et sancti Leonis[3] eiusdem vicarii papae monasterium desiderat consecrare et situm ac structuram eius sancti coenobii in rebus iuris iam dicti beati Petri apostoli, quae eius vere sunt, fundare ac constituere: quae res praedictae Guidoni[4] gloriosissimo[d] comiti per praeceptum pontificale donatae sunt.

Quam ob causam iubemus ac hortamur sanctitatem tuam, ut quando ab illius monasterii[e] praedictis monachis[f], fueris humilitate postulatus, illuc accedere debeas, et locum, quem vobis significaverit, ipsas illic reliquias supra nominatorum sanctorum, quas a nobis accepit, eo tenore et conditione recondas atque consecres[g], ut semper et[h] perpetualiter sub iure ac potestate sanctae nostrae Romanae ecclesiae iam fatum monasterium consistat atque permaneat.

Sanctitatem tuam omnipotens Deus incolumem custodiat, frater. Bene vale.

48.

Leo IV. papa Iohanni Sardiniae episcopo de ratione pontificum Romanorum in clericis accusandis dubitanti secundum temporum vices regulas ecclesiasticas mutandas esse rescribit.

Cod. Taurinensis 903 (E. V 44) saec. XII., quem descripsit P. Ewald, cf. Pasini Codd. manuscr. II, 283—284.

Ed. P. Ewald, Neues Archiv VIII, 363; cf. p. 608. — Jaffé, Reg. No. 2650.

---

a) palli *postea corr. alio atramento* pallii *F.*

47. a) Trecasinae *Car.* b) *om. Car., Bar.* c) Adr. mon. *Bar.* d) generosissimo *Bar.* e) *om. Car.* f) praedicti monachi *Car.* g) consacres *Bar.* h) ac *Bar.*

1) *843(?)—861.* 2) *Adremarus monachus plane ignotus est.* 3) *I. (440—461).* 4) *Guido, comes Cenomannensis (Maine).*

857 Leo iunior Iohanni episcopo Sardinie[1].

Vestris mihi significantibus litteris comperi, vos mirari, cur nostri predecessores plurimi pontifices segregatam scripserunt aecclesiasticorum accusationem ob hoc quod
1. Tim. 5, 19. apostolus discipulo statuit inquiens: 'Adversus presbiterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus vel tribus testibus'. Quam dubitationem velociter cupiens auferre sic rescribo: Multa in sancta ecclesia ordinata fuerunt et adhuc ordinantur pro temporum qualitatibus, que quidem mutantibus temporibus oportet et cum ipsis mutari. Quod igitur Romani presules aliique sancti difficultatem accusandi statuerunt, tempora hoc exigebant, quia numerositas perfidorum raritatem superabat fidelium et non studebant aufferre iniquitatem et vicia, sed impedire cupiebant virtutem et iustitiam. Propterea causarum sancite sunt varietates secundum temporum vices, sed magistra providentia semper observet congruam temperantiam. Etenim melius est resistere et pugnare quam pacem vel consensum habere cum operantibus malum.

Benedictus III. papa episcopis in regno Karoli regis iunioris morantibus scribit de maleficiis Hucberti clerici mandatque, ut idem intra dies triginta Romam properare festinet. *857.*

Cod. Paris. 1557 s. X. fol. 35' col. 1, ex quo Parisinus 3859 A s. XVII. fol. 93'—95, quem cont. Werminghoff, descriptus esse videtur.

Edd. Baronii Annal. 856 n. XXIV. XXV ex cod. Antonii Augustini qui latet; Binius Concil. gener. III, 1, 662—663; Sirmond, Concil. Gall. III, 109—110 (a. 1629); Mansi XV, 111—113; Migne, Patrol. CXV, 691—693. — Jaffé, Reg. No. 2669.

Epistola Benedicti ad[a] quendam Hucberti[2] nomine in Galliis temporibus Karoli[3] regis iunioris.

BENEDICTUS EPISCOPUS, SERVUS[b] SERVORUM DEI, OMNIBUS REVERENTISSIMIS ET SANCTISSIMIS ARCHIEPISCOPIS, CUNCTISQUE EPISCOPIS IN[b] KAROLI GLORIOSI REGIS REGNO[c] MORANTIBUS.

Bonorum semper innovamur auditu et actibus hilarescimus[d] Deum diligentium[e], animo[f] superna[g] pollentium[h], quos beatitudo sublimat divinoque conectit consortio[i], et poli perducit ad climata; atrocitatibus autem actibusque malorum[k] lamentamur[l], quorum sceleribus conversatio[m] circumdatur, et plena malis[b] eorum operatio manet[b] inanis[m], quorum in cunctis cursus est[n] detestabilis, perseverantia seva infelixque opinio.

Quibus Hucbertum clericum, quondam Bosonis[4] filium, relatione[o] similem esse cognoscimus[p]; qui tantis scaloribus inretitus mentem ad superna non sublevabat[q], evique[r] perennis particeps[s] esse nolit. Multorum vero ingemescentium clamoribus hominum orrificisque adsertionibus plura infelicis suę audatię mala dirasque perpetrationes nostri[t] presulatus didicerunt[u] legati. Qualiter olim sacrorum fuit coniunctus numero clericorum, adeo, ut in divinis cęlebrandis mysteriis[v] more subdiaconorum sacras lectiones conscendens[w] ambonem[x] populo[y] nuntiaret. Nunc autem, quod lacrimantes

---

48. a) at *C.* b) *deest C.* c) rego *C.* d) hilarescimur *C.* e) dī{gli/glo} sentium *C.* f) agro sorteque *C.* g) -perna *superscr. C.* h) pollaentium *C.* i) consor . . o *C.* k) malarum *C.* l) lamentamus *Bar.* m) *om. Bar., Sirm.* n) quor. intuitus cursus ac *C.* o) relationem *C.* p) cognovimus *Bar., Sir.* q) sublevans *Bar., Sir.* r) aevi *Sir.*, eorum *Bar.* s) participem *C.* t) nostri *corr. ex* nostro *C.* u) didicere *Bar.* v) mysterii *C.* w) consscendens *C.* x) ambone *C.* y) populis *Bar.*

1) *idem, qui supra Caralitanus vocatur, cf. ep. 32 p. 603.* 2) *Hucbertus, frater Theutbergae reginae, uxoris Lotharii II.* 3) *Karolus Provinciae rex (855—863).* 4) *Boso comes, pater Hucberti atque Theutbergae reginae.*

857

referimus, iniquorum[a] sceleratissimorumque[b] hominum conversationibus sotiatus, infaustęque[c] vitę unitus[d], et multis piaculis criminibusque[e] plenus, ad periclitationem[f] suę, quod[g] non debuerat, anime iniquo certamine tendit et cruenta tirannide[h] perseverat. Et hoc multis narrantibus audierunt[i], quod cum scenicis mulieribus cotidie degere non dubitet[k], quę animas perdunt et[l] corpora sautiant, ad imaque deducunt. Et quia aggregatione multorum hominum sibi noxiorum coniuncta, multa in plebem Domini, preciosa quam passione e[m] faucibus nequissimi eripuit leonis atque redemit, homicidia et innumera adulteria, turpesque fornicationes ac depraedationes[n] inlicitas et insustentabiles perpetrare non cesset.

Non solum haec[o], sed[p] plurimis etiam[q] adfirmantibus didicerunt[r], quod monasterium sancti gloriosique Mauricii martyris, apostolicis privilegiis munitum tanta ferocitate pervasit, ut nullus iam priscę religionis in eo ordo[s] servetur. Nam illa quę Deo ibidem famulantibus ex ope[t] ipsius ministrabantur, nunc meretricibus et[l] canibus atque avibus, nequissimis necnon hominibus sua largiuntur[u] praeceptione[v]. Idque monasterium ab ecclesia findens[w], Aimonius cui[x] presidere videbatur[y] antistes, sacrorum canonum patrumque violans sanctiones, indecenter possidere non dubitet. Et quia monasterium in conmemoratione beati Petri apostoli Luxovii[z] constitutum, cuius claustri[a] aditus mulieribus numquam patuit, hostili modo ingressus, cum inlicitis mulieribus per aliquot[b] dies commorari[c] non trepidarit[d]. Quandam etiam mulierem[e], quę causa pudicitię[f] a[g] proprio se viro dissotiavit, Deoque se vovit, atque dicare[h] promisit[i], et postmodum diaboli iaculo terebrata atque percussa a[g] monasterio fugiens, cuidam adultero iuncta suae se defensioni[k] submisit, postremo vero[l] archiepiscoporum, episcoporum[m] quaesita coetui[n] minime est presentata, qui una cum defensoribus suis ab ecclesiastica eam communione expulerunt[o], actenus usque[o] divinum non timens iuditium, sua defensione[p] retinere non cesset[q]. Pacemque[r], quam inter Hludowicum munivimus[s] Cesarem semperque[t] Augustum, suosque gloriosos germanos sua[1] miserrima cupiditate ad multorum christianorum necem atque periculum findere[u], ut audivimus[v], non dubitavit.

Haec et multa horum similia de eo audientes, profusis lacrimis condolemus, ne sue fragilitatis in his eum finis contingat[w], herebique voragini[x] deducatur[y]. Propterea[z] volumus et apostolica sue[a] precipimus auctoritate industrię[b], ut omni postposita excusatione[c], ablatoque ingenio[d] post triginta dierum curricula, quam[e] haec illi fuerit presentata epistola, iter incoare non pigeat, Romamque[f] celeri studio properare festinet: ut presentaliter videre valeamus, atque[g] cognoscere, si taliter circa eum haec quę dicuntur existant[h], ut[i] spiritali abluere censura curemus, sautiataque membra celestis reformare medicine collirio in eum[k] valeamus. Cupimus enim illum[l] tantis erutum esse delictis et superne patrię sacris monitis perficere[m] civem. Si autem

a) inquorum *C.* b) sceleratis..simorumque *C.* c) que *om. Bar.* d) iniquus *Bar.* e) criminibus atque *C.* f) perecl. *C.* g) quo *Bar.* h) *corr. ex* tiranǫnide *C.* i) audiere *Bar.* k) dubitat *Bar.* l) *om. Bar.* m) *deest C.* n) ac depraed. *deest C.* o) Non — haec *om. Bar.* p) et *add. Sir.* q) pluribus item *Bar.* r) didicere *Bar.* s) cordo *C.* t) opibus *Bar.* u) largirentur *C.* v) preceportione *C.* w) fundens *C.* x) qua *C.* y) videtur *C,* annonas quas possidere videatur *Bar.* z) Luxouio *C.* a) claustre *C.* b) aliquos *C.* c) commemorare *C.* d) trepidaret *C.* e) Quaedam et. mulier *Bar.* f) pudititi ę *C.* g) *deest C,* de *Bar.* h) dicare *ut videtur corr. ex* dicaret *C,* dedicare *Bar.* i) pmisit *C.* k) sua se defensione *C.* l) *om. Bar.* m) que *add. Bar.* n) cetu *C, Bar.* o) expulere quam *Bar.* p) defensionem *C.* q) cessat *Bar.* r) que *om. Bar.* s) munuimus *C.* t) que *om. Sir.* u) scindere *Bar., Sir.* v) audiamus *C.* w) contingat *corr. ex* contingut *C.* x) voraginem *C.* y) addic. *Bar., Sir.* z) Preterea *C.* a) sive *C,* sacra *Bar.* b) et industria *Bar.* c) deposita occasione *C.* d) *corr. ex* ingenito t *eras. C.* e) ubi *Bar.* f) Romeque *C.* g) que *C.* h) existunt *C.* i) *deest C.* k) in eum *om. Bar.* l) ipsum *Bar.* m) sacr. mon. perf. *in ras. C.*

1) *Lotharium II. et Carolum reges.*

857 venire neglexerit, ad[a] nostramque apostolicam[b] sedem[a] secundum praeceptionem[c] pergere[d] noluerit, scire vos volumus, quia mox illum ab ecclesiastica[e] communione[f] expellimus, ita ut[g] nec vobiscum, neque cum ullis[h] christiane cultoribus fidei consortium habeat, et a[i] dominico corpore sanguineque[k] eum[a] facimus alienum.

Obtamus beatitudinem vestram in Christo bene valere[l].

---

a) *deest C.* b) apostolica *C.* c) p̄ceportionem *C.* d) peragere *C.* e) ecclesiatica *C.* f) communio *C.* g) ud *C.* h) nullis *C*, aliis *Bar.* i) *om. C.* k) et sanguine *Bar., Sir.* l) valre *C.*

XII.

AD EPISTOLAS VARIORUM SUPPLEMENTUM.

1.

Clericus quidam Ludowico (Pio) imperatori ac simul Einhardo de sancta Trinitate exponit, quam in hominis animae triplicem naturam applicare vult. *814—830.* 814—830

Cod. Wirciburg. Theol. Fol. 56 s. IX., de quo cf. Oegg, Korographie der St. Würzburg p. 505—508, Forsch. zur Deutschen Gesch. VI, 122.

Ave rex imperator victor auguste, Christo preeunte pluribus letare triumphis, f. 33'. vade proficiens et Dominus dirigat viam tuam in se, per se, ad se.

Iuste mihi videtur dictum interiorem hominem imaginem esse Dei. Anima enim nominatur totus interior homo, qua vivificatur, regitur, continetur lutea illa massa humectata, ne arefacta dissolvatur. *Deus dicitur vis illa ineffabiliter magna et in- f. 34. numerabiliter sapiens et inconparabiliter suavis, ex qua et per quam et qua sunt omnia quae sunt, reguntur omnia quae sunt, continentur omnia quae sunt. Omnia dico ipsam universitatem, que est totum quod aliud est, quam ipse qui fecit et non est factus, sed ipse est ex quo et qui ex eo et quo; quod ipse Deus ex quo est pater dicitur a nobis, pauperibus sensu, pauperioribus verbis, quod qui ex eo filius dicitur, quod quo Spiritus sanctus. Ideo autem dicitur Deus pater, quia ipse est ex quo et sapientia est, qua ordinantur omnia, et dilectio, qua se volunt omnia ita manere, ut ordinata sunt, ex quo ergo et qui ex eo et quo se diligunt ipsa duo tria sunt, et illa tria ideo unum, quia sic sunt ex uno illa duo, ut tamen ab ipso non sint separata, sed et ex ipso sunt, quia[a] non a se et in ipso, quia non seperata et ipsum ipsa quod ipse et ipsum ipse quod ipsa et non ipsa ipsa qui ipse et non ipsa ipse quę ipsa. Vis ista Deus est et ipse Deus tria est et unumquodque horum trium Deus est et omnia illa tria non dii, sed Deus est.

Ad imaginem ergo suam conditor fecit animam hominis quae tota dicitur anima. Non autem aliut significo hominis quam animam, cum mentem dico, sed propter aliud animam et propter aliud mentem. Nam totum quod vivit hominis anima est, cum autem anima in se agit se et ex se et per se solam mens dici solet. Sensus vero ad sua ministeria implens consuetius anima dicitur. Mens ergo scire gignit et amat scire quod scit: non illud scire dico, quod repente scitur res aliqua, quę ante nesciri putabatur, sed illut, unde et aliquid et omne[b] quicquid scitur vel nescitur, sciri potest. Illud ergo scire mens gignit et cum genitum est, scientia dici potest. Sunt ergo iam duo: mens et quod ipsa mens scit, restat tertium utrisque commune. Omnis mens quicquid scit amat scire, amor non minus

---

1. a) quia — quia non *superscr.* b) et *add. et del. C.*

814—830 quam inter duos[a] est amantem et quod amatur, unus est ergo amborum amor[b], qui f. 34'. et tertius est, non autem potest negari *hoc totum unam[c] esse animam et unam animam haec tria esse: sicut enim haec tria vere una anima sunt, sic non minus vere et una anima est hoc unum et hoc alterum et hoc tertium. Conparet igitur se haec creatura tam eminens creatori suo supereminenti sibi, excepto hoc et multum supra se amoto, quod omnis bonitas et omne bonum et omnis bonitatis et boni dulcedo creatori a se ipso est, creaturę vero non solum quod est, sed etiam quod talis est, ab alio est, non a se et ipse quod est semper est, licet et ipsa anima quodam modo suo[d] incommutabilis est. Nam[e] semper anima est et scit et scire vult. Conparet ergo ut dixi se anima eo modo quo potest creatori suo. Dicatur mens pater, quia gignit scire. Dicatur scire filius, quia ex alio est et non est aliud[f] quam ipsum, quod ipse est, ex quo est. Dicatur amor Spiritus sanctus, quia amborum est eorum qui se amant. Unde in scripturis nostris sepius amor, id est caritas, quae in Deo est erga nos et quae a nobis est in Deum, spiritus ipse appellatur.

Sufficiant, haec, piissime imperator, unde plura cogitentur, cui ego musca inportuna, quasi non haec scienti, scripsi, sed, quia delectabar tibi, o decus temporum nostrorum, aliquit scribere, hoc quod menti occurrebat dictavi iussi misi; ea quae mens genuit dictavi et cum scirem, nescio quomodo non mens genuit, sed tamen de mente venit, ut hoc amarem scire et hoc non nuper, sed semper inerat menti, ex quo mens fuit, et scirę et scire velle. Einharde[1], si hec legas, non mireris, si forte invenias errantem, sed magis volo mireris, si aliquid a me recte dictum videas[g].

2.

Ebo Remensis archiepiscopus Halitgarium Cameracensem episcopum petit, ut ex patrum dictis canonumque sententiis librum poenitentialem colligat. Halitgarius voluntati eius obsequitur. *c. 830.*

Codd. S. Galli 277 s. IX. p. 4, 570 s. IX. p. 25, quos cont. Ioh. Egli, cf. (Scherrer) Verzeichniss der Hss. von St. Gallen p. 105. 184; Parisinus 2999 (Liber Biblioth. S. Amandi in Pabula) s. X. fol. 1'—2 (P),

---

a) duo s *superscr. C.* b) et *add. et del. C.* c) unum *al. man. corr. in* unam *C.* d) suo *corr. ex* sua *C.* e) nan *C.* f) aliut *corr. in* -ud *C.* g) *in codice secuntur eadem manu scripta haec:*

Qualitas[2]: Deus autem sine qualitate bonus.
Quantitas: Sine quantitate magnus.
Ad aliquid: Sine indigentia creator.
Situs: Sine situ presens.
Habitus: Sine habitu omnia continens.
Locus: Sine loco ubique totus.
Tempus: Sine tempore sempiternus.
Agere: Sine sui mutatione mutabilia faciens.
Pati: et nihil patiens.

*f 35. *Haec VIIII sunt omnibus substantiis [b *superscr. C*] vel essentiis accidentia, excepta illa una vera et eterna substantia, quae Deus est, cui nihil accidit, quod est a se ipso et in ipso est. X autem hoc est substantia si[ve] essentia omnis creatura dicitur, ex quo creatura est et quamdiu in sua natura persistit.

Augustinus dixit: Deus est, sicut hominibus videtur, spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, invisibilis, inestimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, aeternus, inmortalis omnimodo, extra quem nihil, in quo omnia quęquae[3] sunt sursum deorsum ima summa, omnipotens, omnitenens, vere in omnibus dives, bonus, misericors, iustus. Hec est diffinitio Dei nominis, si tamen fas est diffinitionem dici infiniti.

1) *Haec ad id tempus referenda esse mihi videntur, in quo Einhardus, Ludowici imperatoris familiaris, in aula eius versabatur, quam a. 830. reliquit, cf. Neues Archiv XXI, 605 sqq.* 2) *Cf. Victorinum, Rhet. lat. min. ed. Halm p. 183, 32 sqq., Martian. Cap. ed. Eyssenhardt p. 102, 8.* 3) *i. e. quaecumque.*

quem cont. Werminghoff; Romanus Ottobonianus 3295 (quondam Coloniensis) fol. 22—22' (O), quem cont R. Arnold. Extat etiam in cod. Gandavensi 83 (S. Maximini) s. X., cf. Arch. VIII, 549. c. 830

Edd. Canisius Lect. ant. V, 2, 227—228; SS. VII, 416; XIII, 468[1]*; Migne, Patrol. CV, 651—654.*

I. IN NOMINE DOMINI REVERENTISSIMO IN CHRISTO FRATRI AC FILIO HALITGARIO EPISCOPO[2] EBO INDIGNUS EPISCOPUS[3] SALUTEM.

Non dubito tuae notum[a] esse caritati, quanta nobis[b] ecclesiasticae disciplinae, quantisque nostrorum[c] necessitatibus subditorum et insuper mundialium obpressionibus, quibus cottidie[d] agitamur, cura constringat. Idcirco, ut tecum contuli, ex patrum dictis canonum quoque sententiis, ad opus consacerdotum nostrorum excerpere paenitentialem minime valui, quia animus, dum[e] dividitur[f] per multa, fit minor ad singula. Et hoc est quod in hac re me valde sollicitat, quod[g] ita confusa sunt iudicia paenitentum[h] in presbiterorum nostrorum opusculis, atque ita diversa et inter se discrepantia et nullius auctoritate suffulta, ut vix propter dissonantiam possint discerni. Unde fit, ut concurrentes ad remedium paenitentiae tam pro librorum confusione quam etiam pro ingenii tarditate nullatenus eis[i] valeant subvenire.

Quapropter, carissime frater, noli te ipsum nobis negare, qui semper in divinis ardenti animo disciplinis ac sollerti[k] cura scripturarum meditationibus perfectissimo otio[l] floruisti. Arripe queso sine excusationis verbo huius sarcinae pondus, a me quidem tibi impositum[m], sed a Domino, cuius onus leve est, levigandum. Noli timere (Matth. 11, 30.) neque formides huius operis magnitudinem, sed fidenter[n] accede, quia aderit tibi qui dixit: 'Aperi os tuum et ego adimplebo illud'. (Psal. 80, 11.) Scis enim optime parvis parva sufficere, nec ad mensam magnatorum pauperum turba[o] posse accedere. Noli tuae devotionis nobis subtrahere scientiam: noli accensam[p] in te sub modio ponere lucernam, (cf. Matth. 5, 15.) sed precelso eam superponere[q] candelabro, ut luceat omnibus qui in domo Dei sunt fratribus tuis, et profer nobis veluti scriba doctus quod accepisti a Domino. (ib. 13, 52.) Aderit (Luc. 24, 13 sqq.) tibi huius laboris itinere[r] illius gratia, qui duobus discipulis euntibus tertium se socium[s] addidit in via et aperuit illis sensum[t], ut sanctas intellegerent scripturas. Spiritus paraclytus omni veritatis doctrina et perfecta caritatis scientia tua resplendeat[u] pectora, carissime frater, vale.

II. DOMINO[v] ET VENERABILI PATRI IN CHRISTO[w] EBONI ARCHIEPISCOPO HALITGARIUS MINIMUS[x] CHRISTI FAMULUS SALUTEM.

Postquam, venerande pater, directas beatitudinis vestrae accepi litteras, quibus me hortari dignati estis, ne mentis acumen inerti torpentique otio summitterem, sed cognitioni ac meditationi cottidie[d] sacrae scripturae me vigilanter traderem, et insuper ex sanctorum patrum canonumque sententiis paenitentialem in uno volumine aggregarem[y], durum quidem mihi[z] et valde difficile tremendumque hoc quoque fuit imperium, ut[a] hanc susciperem sarcinam, quam a prudentibus cognosco relictam. Multumque renisus sum[b] voluntati vestrae, non velut procaciter durus, sed propriae infirmitatis ammonitus. Hac[c] etenim cura sollicitus necessarium duxi, ut aliquandiu me a scribendi[d] temeritate suspenderem. Sed[e] quia, sicut perpendi iniuncti operis difficultatem, ita et iniungentis auctoritatem[f], nec volui nec debui usquequaque resistere, certus, quia inbecillitatem meam multo amplius vestra adiuvaret praecipientis dignitas, quam adgravaret[g] meae ignorantiae difficultas. Valete.

---

2. a) ignotum P, id notum *Flod.* b) nos O. c) nostrum *in marg. suppl.* ro P. d) cotidie P, *Fl.* e) cum *Fl.* f) divitur O. g) quoniam P, *Fl.* h) poen. O, -tium P. i) eos P, *corr. in* eis G, *om.* O, *Fl.* k) solerti P. l) activo O. m) inpos. P, et quidem a me tibi inp. O. n) fideliter *corr.* fidenter O. o) turbam P, *Fl.* p) accensum O. q) superpone O, *Fl.* r) itenere P. s) sotium *corr. in* soc. O. t) sensus O, *Fl.* u) repleat O. v) Domno *Fl.* w) nostro *pro* in Christo O. x) omnibus *corr. in* minimus O. y) adgr. O. z) est *add. et del.* O. a) et *corr. in* ut P. b) renitensum O. c) haec e *del.* O. d) me asscribendi P. e) *om. Fl.* f) auctoritati O, *Fl.* g) aggrav. G 2, gravaret P, O, *Fl.*

1) *Epistolam utramque recepit Flodoardus in Histor. Remens. eccl. l. II. c. 19 atque ex eo Gesta episcop. Camerac. l. I c. 40.* 2) *Cameracensi, 816—831.* 3) *Remensis 816—835.*

3.

842? *Clericus quidam (Gozbaldus abbas?) a Ludowico Germaniae rege commendatus episcopi dignitatem a Gregorio IV. papa rogat.* *842?*

Cod. Wirciburg. universit. Theol. Fol. 6 fol. 114—115 s. X., de quo cf. Oegg, Korographie der Residenzstadt Würzburg p. 541—544, iterum contulit V. Cl. D. Kerler.

Ed. Dümmler in Forsch. zur Deutschen Gesch. VI, 121. 122.

PIO PAPĘ ....[a].

f. 114. Dum omnibus in Christo pie vivere volentibus semper necessarium fuerit cuncta spiritalia ab apostolica sede expetere ex tempore, quo sancta ecclesia supra soliditatem firmissime petrae fundata est, constat omnimodis deinceps observandum, ut qui preter illam petierit quesierit pulsaverit, errore maximo implicetur. Quapropter, domne Gregori [1], inlustrium omnium virorum excellentissime presul mihique amantissime, rebus scis, quibus me ardor animi perquirendis impellit, non ab alio neque aliunde, nisi a sancto apostolo Petro et vobis successore illius vestraque sancta sede inquirenda atque adipiscenda habeo. Quoniam, si me in aliam viam, que tamen non est via, vertero, novi, quod anfractibus erroris repellar atque ambagibus deliramenti[b], quod absit, in *f. 115. baratrum dimergar. Quia, licet quidam *error gratus sit, omnis tamen error malus magis tendit in tartara, quam surgat ad siderea.

Hoc, domine carissime[c], dico ex occasione epistolae filii vestri Hluduwici [2] atque ex postulatione illius pro me, ut sciatis, quod sacrosancta non furtim sicut quidam nec turpis lucri gratia, sed puriter et simplici animo ab apostolica sede accipere, si Christus voluerit, desidero. Contentus ergo ero, domine beatissime[d], in cuntis, que Matth. 15, 27. 28. salvator vestro sancto pectori inspirabit et cum Sirofenissa muliere humiliabor, cui videbantur catellis micae sufficere, quae cadebant de mensa dominorum suorum. Per magnam namque humilitatem meruit illa mulier filiae plenissimam sanitatem.

Dominus Iesus Christus confortet spiritum et corpus vestrum ad utilitatem totius christiani populi, beatissime papa.

4.

Editor quidam (Frechulfus episcopus) Francorum regi (Carolo) Flavii Vegeti librum de re militari a se correctum offert [3]. *843—853.*

Codd. Parisini 7383 (ol. Colbertinus) fol. 1 s. X., 7233 s. XIV. (P 1. 2), quos contulit A. Dopsch socius noster; Trevirensis 1083, a. 1461. scr. (T); Florent. Laurent. Plut. 45 cod. 20 membr. s. XV. (F) [a]. *Extat etiam in codd. Vindobonensi 3154 chart. s. XV., de quo cf. Endlicher, Catalog. codic. philolog. p. 206, Parisino 7387 s. XV.*

Edd. Bandinius in Catalogo codic. latin. bibl. Laurent. II, 357 (a. 1775); Fr. Haase, Index lection. in univers. Vratislav. Oct. 1860 p. 10—11; Flav. Vegeti Ren. epitoma rei militar. ed. Lang ed. alt. p. XXVII—XXVIII.

3. a) *an* piissimo? *quae secuntur legi non possunt.* b) deleramenti *C.* c) domini carissimi *C.* d) domini beatissimi *C.*

4. a) *Lemma:* Prohemium super libro Vegetii *F;* Epistola Senecae ad Lucanum *T.*

1) *IV., 827—844. Propter Gregorii nomen hanc epistolam non cum Oeggio (Korographie p. 184) saeculo X. ineunti adscribere possum, sed eam ante annum 844. scriptam esse ex illo colligo, unde ad Gozbaldum, Altahensem abbatem, qui vere anni 842. episcopus Wirciburgensis creatus est, referendam esse vix dubitaverim.* 2) *Germaniae regis.* 3) *Fr. Haase l. supra l. p. 11—14 Hrabanum huius epistolae auctorem fuisse eamque ad Lotharium imperatorem datam esse coniecit, Wattenbach vero (Geschichtsquellen I, 219) ex libro chronicorum in fine commemorato non alium nisi Frechulfum Lexoviensem episcopum haec scripsisse argumentatus est, cui assentiuntur et Lang (in Vegeti editione altera p. XXVIIII) et Traube (Abhandl. der k. bayer. Akad. I. cl. XIX, 367). De Frechulfo cf. supra p. 317. 392 n. 1.*

843—853

Exod. 35, 21—29.

Populus, iubente Domino, Israheliticus[a] libenter munera[b] obtulit ad fabricam[c] tabernaculi, cuius exemplar Dei famulo Moysi fuerat ostensum in monte[d]: alii quidem aurum et argentum vel cętera copiose[e] metalla necnon et lapides preciosos, quidam vero ligna[f] aut pelles rubricatas[g], pauperiores vero pilos caprarum, ut non vacuus appareret[h] quispiam in conspectu[i] Domini, quoniam non quantitatis munerum est trutinator, sed animi devoti inspector; qui duo minuta[k] viduae inspiciens[l], plus eam divitibus in corbanan[m] misisse[n] testatur. In magna enim domo diversi vasa[o] sunt generis, vilia quidem suis usibus necessaria, ut poeta[1]: 'Non omnia possumus omnes'.

Marc. 12, 42—44. cf. Matth. 27, 6.

Ego quidem, inclite rex, famulus[p] devotissimus excellentiam sensus vestri sciens et acumen ingenii, gaudio perfusus sum[q], quod amore sophiae[r] animus sit vestrae indolis[s] nobilissimę succensus. Quam ob rem statui vobis offerre libellos Flavii Vegeti[t] Renati de re militari, quos corrigere curavi sine exemplario[u], quoniam unum, quod reppereram tantum, vicio scriptorum ita erat dep|ravatum, ut[v] literatu|ra nequaquam manere[w] aut intellectus inde utiliter colligi possit, ut post paschales[x] venerabilium doctorum dapes et divini fluenta eloquii seu mellifica[y] poetarum carmina his frui libellis condescendendo[z] delectatione exercitii[a] non pigeat. Non enim aquila, quae cęteris avibus altius volare[b] et radiis solis intuitus figere[c] consuevit[2], semper in caelo herendo manet, sed ima[d] pro sua commoditate petit. Miles etiam, quamvis[e] bellicosissimus, post inmensos sui laboris triumphos et victoriae palmam laureasque[f] coronas armis depositis tessera aliquoties[g] ludit aut ceteris infantialibus[h] iocis.

Igitur post libros ab inicio mundi usque ad regna Francorum in Galliis a parvitate mea congestos ex agiographorum[i] sive gentilium[k] historiis, in quibus continentur quęque videntur vel frequentantur digna in singulis partibus orbis vel in eminentioribus regnis memoria, seu quomodo initia sumendo inchoaverunt, vel[l] que[m] desidia vel incuria singularum regna gentium defecerunt, cui operi si regia maiestas adriserit[n], utiliter subnectendos[o] hos censeo[p] fore tomos[q], quibus inspectis cum superioribus libris, si divina permiserit gratia, principes sua suorumque incommoda[r] praecavere poterunt[s].

5.

Angelomus diaconus Leotrici sacerdotis rogatu et Mellini magistri suasu[3] *illi commentarium super Genesim, patrum testimoniis nisus, tam historico quam spirituali et morali sensu conditum dedicat.* *c. 840—850.*

Codd. S. Petri Salisburg. A. VIII, 12 saec. IX. ex. fol. 2—4'. 172 (S), quem cont. P. Wilib. Hauthaler; Trecensis 1069 s. IX. ex. fol. 1 (T), cont. Werminghoff; Palat. Vindobon. 713 (Theol. 105) s. XII. Fol. fol. 1—2

---

a) Israhelet. *P 2.* b) inventa *al. man. corr.* munera *Tr.* c) fabrum *F, P 2.* d) Synai *add. P 2.* e) copiosa *F, P 2.* f) li . . . a *P 1,* signa *F.* g) rubricata *P 1.* h) a . . . . eret *P 1.* i) ante conspectum *T, F, P 2.* k) minute *T.* l) inspicientis *P 2.* m) corbonam *P 2.* n) mississe *P 1.* o) sunt generis vasa *T, F, P 2.* p) vester *add. T.* q) *om. P.* r) sofphiae *P 1.* s) *superscr. ead. man. P 1,* scolis *P 2.* t) Vegetii *P 2, F.* u) exemplari *P 2, T, F.* v) non *P 2.* w) munere *T.* x) pascales *P 2, T.* y) melifluas *P 2,* mollifica *F,* mellificata *T.* z) condiscendo *P 2, F,* condiscenda *T.* a) exertii *P 2.* b) volans *P 2 pro* val. et. c) fiere g *ead. man. superscr. P.* d) yma *P 2.* e) quanvis *P 2.* f) et laureas *F.* g) aliquotiens *F, T.* h) infantilibus *F, T,* infantibus *P 2.* i) agiografphor. *P 1,* hagiograph. *F,* agiografor. *T,* agigraffor. *P 2.* k) hist. gent. *T.* l) vel qua — poterunt *desunt in P 1 folio exciso.* m) qua *F, T.* n) arris. *P 2, 3.* o) subnectendo *T.* p) sencio *Vindob.* q) thomos *P 2, 3.* r) incomoda *P 2, 3.* s) poterint *P 3. In P 2 sequitur fol. 3:* Incipit liber Flavii Renati viri illustris epitomacum (!) institutorum rei militaris ad Theodosium imperatorem feliciter.

1) *Hor. Ecl. VIII, 63.* 2) *Cf. Isid. Etym. XII, 7, 11, opp. ed. Arevalus IV, 88.* 3) *De utroque nihil aliunde constat, unde de tempore huius operis nihil certi statui potest. Versus quibus Angelomus opus suum lectori commendat edidi Poet. Carol. II, 675—676. In libro confraternitatum Augiensi (ed. Piper p. 217) invenitur inter* Nomina fratrum de coenobio Luxovium *etiam* Angelomus.

c. 840—850 *(V), de quo cf. Mich. Denis, Codd. manuscr. theol. I, 181; Zwettlensis 89 s. XIII. fol. 102' (Z), cont. P. Bened. Hamerl*[a].

Edd. B. Pez, Thesaur. anecdot. I, 1, 37—40. 238; Migne, Patrol. CXV, 108—110.

EXIMIO PATRI ET FLORIBUS[b] VIRTUTUM FULCITO, SAPIENTIAEQUE NITORE ORNATO, LEOTRICO[c] SACERDOTI ANGELOMUS[d] HUMILIS LEVITA[e].

Postquam gazophilatia[f] ac thesauros quattuor[g] evangeliorum, quae omnibus divinarum scripturarum paginis sua merito auctoritate precellunt, scilicet egregio domino[h] permittente ac imperante[i] abbate, subtili indagatione, Domino largiente, in quantum quivimus, rimati sumus, videlicet magistro, viro quidem eruditissimo, Mellino[k] sacerdote[l], sermone lampabili[m] ac toto catholico propalante, spiritalem aurem[n] accommodante[o] intellegentiam[p] libenter hausimus, tandem, ut nosti, ad abyssos veteris testamenti Christo presule, predicto patre imperante, quamquam[q] pavidi, ovantes appulimus atque alta pelagi reumaque[r] gurgitum divinae hystoriae[s] nostram carinam avidi scrutatores inmersimus. Cum enim auctore lucis afflante etiam evangelicum clipeum[t] leva gestantes, gladiumque ancipitem[u] divini[v] verbi dextra[w] ferentes in tam vastissimos ác mysticos quoque sensus tegmine sublato didascali promulgatione, testimoniis divinarum cincta, potissimo labore[x] desudantes proficuaque collatione meditantes ea, quae ab ore doctoris libentissime hausimus[y], memoriae sensus commendaremus, inter colloquia caelestis[z] oraculi coepisti[a] affabili pioque affamine crebro suggerere, ut ea, quae ubertim ac mirabiliter divinarum[b] auctoritatibus approbata[c] exponi videbantur et thesauro pectoris iuxta frugalitatem[d] sensus recondebantur, in membranulis[e] meo stilo digerere[f] non abnuerem, ut haberetur, unde in futuro frequentata lectione memoria recrearetur[g]. Quod ego tantae[h] rei pondus pertractans[i] omnimodis delitescendo[k] facere distuli.

Sed nos in coepto[l] opere[m] gravi labore desudantes, subito Domino annuente in onus curae pastoralis[n], a quá té excusare minime licuit, pro aliorum salute suffectus[o] es. Ergo inibi te subrogatum, quo sub gravi[p] fasce depressum etiam lacrimabili ore declamas, eo quod salutaria dicta et mella animarum sedula meditatione ut prius inbibere non licet, rursus me accersito auctoritate prelationis coepisti[q], non suggerendo ut dudum, sed quodammodo intentando imperare, ut aliqua opuscula ex libro Geneseos, maxime sex dierum opera a[r] Domino patrata iuxta litteram quae valde difficillima[s] videntur, sicut a doctore tradita fuerant, liquido sermone depromerem, quoniam spiritalem intellegentiam[t], quae in nonnullis[u] locis magnam[v] optinet[w] nebulositatem, in libris patrum te habere, et maxime a beato Ysidoro[x], viro eruditissimo, enucleatam testaris, licet omnia, quae in prefato volumine continentur mysteria, non ab eo inveniantur conpacta, et[y] etiam, quod est gravius, ea, quae a tanto doctore

---

5. a) *Lemma:* Incipit prochemium sequentis opusculi Angelomi monachi *T;* Item pręfatio in opusculis ex libro Genesis Angelomi diaconi (monachi *T*) *S, T fol. 1';* Incipit prologus (beati *add. Z*) Angelomi (Angelonii *Z*) levite (monachi et l. *Z*) ad Leodricum sacerdotem super Genesim *V, Z.* b) moribus *pro* et floribus *V, Z.* c) Leodrico *Z,* Leoorico *post corr.* Leodr. *V.* d) Angelo *T,* Angelonius *Z.* e) laevita *S,* monachorum *T.* f) gazofilacia *T.* g) *om. T,* quatuor *V.* h) nostro *T.* i) inper. *Z.* k) Mellilico *V, Z.* l) Mell. sacerd. *om. T.* m) *rec. man. del. V.* n) aure *S, T.* o) acomodante *T,* ac:com. *lit. erasa V.* p) intellig. *Z.* q) quan- *corr. in* quā *S.* r) reumâque *V.* s) historiae *T.* t) clippeum *V, Z,* clyp. *T.* u) an- *in ras. S.* v) diuni *V.* w) dextera *V, Z.* x) laborem *V, Z.* y) aus. h *superscr. T.* z) cel. *V, Z.* a) cep. *V, Z.* b) diuinaru *V.* c) adprob. *T.* d) fragilitatem *V, Z.* e) -llis *uno* l *del. S.* f) deg- *corr. in* dig. *S.* g) recreatur re *superscr. S.* h) tante *V, Z.* i) pertrantans *corr. in* -tract- *T.* k) delitisc. *T, corr. in* -tesc. *S.* l) cepto *V, Z.* m) incọeptobpere, *corr. in* i. opere *T.* n) cure pastoris *V, Z.* o) subvectus *V.* p) subrogavi *S, corr. in* sub gravi *Z.* q) cepisti *V, Z.* r) *om. T, V, superscr. S, Z.* s) difficilima *altero* l *in ras. suppl. T.* t) intellig. *Z.* u) non *ead. man. suppl. T.* v) non magnam *T, V, Z,* non *del. S.* w) obt. *Z.* x) Hisidero *T.* y) *om. V, Z.*

pretermissa sunt, secundum quod[a] tradita mihi[b] fuerant et per me invenire potuissem, c. 840—850 ut suis insererem locis, libera auctoritate imperasti[c]. Cuius preceptionis censuram pertimescens, tacita cogitatione assensum[d] prebere decrevi.

Sed quamquam multa forent, siquidem pre omnibus duo sunt, quae me ab hoc opere maxime deterrent: Unum, quod huic oneri me imparem[e] repperio, presertim cum nulla sim scientia liberalium artium obpletus[f], non syllogismorum[g] scematumque[h] ac troporum figuris ornatus, licet aliquid prelibassem; non etiam flore veteris scientiae fultus, sed indoctus eloquio, exsors elogio. Aliud, quod tanta obscuritate obnubilatur, ut mihi[b] vix aliquid[i] interlucere videatur. Unde miror, quare tantus vir, non solum sapientiam artium[k] indeptus, verum etiam sacrarum scripturarum divitias nactus[l], ut merito illud epitalamium[m] decantare gratulabundus valeas: 'Introduxit me rex in Cant. 1, 4. cellaria sua' et reliqua, mihi[n] viribus destituto[o] acerrima iussione molem tanti ponderis imponere[p] studueris.

Verumtamen, ut affatus sum, perpendens, quod tuis me obsecundare oportebat imperiis[q], memorans illius dominici[r] precepti, quo ait: 'Qui vos audit me audit' et cetera, Luc. 10, 16. diu multumque dubitans[s], virium mearum inpossibilitatem anxio animo trutinans, velut nauta naufragus fluctuum procellis turbatus, tandem portum orationis, pavens fateor, petii, ut largitor rerum, unica spes, orbis dominus vires licet indigno tribueret, quatenus[t] hoc recto[u] tramite, immo intemerata fide explere potuissem. Denique ipso inspirante, quamvis pavido conatu, tamen tuis iussionibus[v] parere studui, ac sex dierum opera iuxta hystoriam, licet tropica permixta sint, pauca prout mihi[w] tradita fuerant[x], inpolito[y] sermone enucleavi. Cumque iam finem defigere ultima dictando decreverim, et super hac re reticere ultra penitus[z] disposuissem[a], repente magister ingressus his me verbis blande alloquitur: 'Quid, inquit, affabilis fili, quid cum tanto studio edisseras?' Quod cum celare non auderem, teste conscientia humili ore deprompsi[b]. Ipse vero nosse gestiens, ut est sagacis ingenii sollers[c], si quid utilitatis edidissem[d], coram se relegi[e] precepit. Quae perlecta, ut ita dicam, laudavit atque inquam approbavit, contulitque etiam mihi[f] librum beati Augustini contra Manicheos, super hac[g] re luculento sermone exaratum, unde ea quae digesseram conprobare[h] quivissem. Quo ferventi astu [i]lustrato, Christo preduce non solum in sensu, verum etiam in quibusdam locis syllabisque[k] concordantem inveni. Deinde[l] imperat[m] iuxta suum nomen locutione[n] melliflua, ut ignavia torporis non pigrescerem et coeptum[o] opus non sinerem, sed sollerti[c] studio peragere temptarem. Rursus pertractans, ne forte ad aliquorum profectum saltim parvulorum fieri iuberetur, iam divino auxilio fisus tuis, pater, eiusdemque magistri preconiis provocatus orationumque vestrarum suffragiis fretus, opus imperatum quamquam[p] sermone inculto texere sum aggressus.

At vero, ne quis mea inserta coniceret, sanctorum patrum hinc inde volumina aggregans[q], ut ex eorum dictis corroborarem[r] ea quae describerem[s]. Unde nonnulla ex eorum quodammodo magnis fluminibus profundisque gurgitibus in rivulum derivavi[t] exiguum, precipua et propria eorum indidi dicta[u]. Nonnulla quippe causa brevitatis sensum eorum sequens propriis intuli verbis, aliqua vero, quae ex traditione didici et

a) *om. V*, que *Z.* b) michi *T*, m̆ *V, Z.* c) inper. *Z.* d) adsensum *T.* e) inparem *T, V, Z.* f) oppletus *T.* g) sillog. *T.* h) schematumque *V.* i) aliquit *T.* k) *om. T.* l) nanctus *T.* m) epithal. *V, Z.* n) *superscr. S*, michi *T.* o) destitutum *T.* p) inpon. *T, Z.* q) inp. *Z.* r) -ci *superscr. T.* s) dibitans *corr. in* dub. *V.* t) quateus *V.* u) rato *V, Z.* v) uision. *corr. in* iussion. *S.* w) michi *T.* x) fuerint *T.* y) impol. *V.* z) pęnitus *T.* a) dispossuis. *corr. in* disposu. *V.* b) depromsi *V, Z, in ras. S.* c) sol. *corr. in* soll. *T, S.* d) aedid. *S.* e) religi *V.* f) michi *T.* g) ac *T.* h) comprob. *V.* i) l *ante* a *superscr. V.* k) sillabisque *T.* l) Dein *V, Z.* m) inp. *Z.* n) loquutione *T.* o) ceptum *V.* p) quãnquam *V.* q) *om. S.* r) corobor. *S.* s) -scri- *e correct. V.* t) derivari *V, Z.* u) et praefati doctoris inserui etiam premaxima *add. T.*

c. 840—855 in thomis penes nos invenire non potui, constipulata exemplis subnectere presumpsi[a] et in libelli[b] modum finire decrevi, ut qui[c] diversis causarum tumultibus occupatus[d] latissimos doctorum non vacat percurrere campos, hunc admodum brevitate collectum otius lustrare quivisses libellum. Quem peto ut sagaci examinatione percurras et tuis faleramentis[e] facetae urbanitatis decorare[f] studeas, ne sciolis fastidium generet et aures sapientium sermo incultior commaculet.

Sed antequam ysagogen ad calcem perveniat, notandum est, quod in quibusdam locis veritatem videlicet hystoriae semper pandens, spiritalem moralemque intellegentiam[g] inserere nisi sumus, inibi scilicet, ubi predixisti, ut hystoria veritatem factorum ac[h] fidem relationis inculcet, et spiritalis intellegentia[g] ad caelestium[i] figurarum secreta perducat, et moralis persuasio ad meliorationem vitae invitet, ne solummodo hystoria[k] pressus, sed spiritalis immo moralisque[l] dulcedine captus lector excusationis invenire possit anfractus, sed ex hoc cum ambrosios coeperit[m] decerpere gustus, magis libenter campos doctorum satagat lustrare ovans latissimos. Vale[n].

Liber enim iam finem exposcit, clausula terminum petit. Unde in calce lectorem humiliter praecamur, ut, si hoc opusculum lectione dignum duxerit et utile si quid invenerit, auctorem quidem scriptionis Domino commendare non abnuerit, quia eius est donum, quod aliquid utilitatis ediderim. Nam si aliqua digna reprehensione repperit, nostrae stultitiae ac infirmitati deputet, quoniam non grata nec pręsumptuosa, sed imperata potius describere conati sumus, et si de artificiosa conpositione causatus fuerit, sciat, quia prudentes viri non compta, sed utilia in scripturis requirunt, et eis non verba artificiosa, sed dicta proficua placent, quia sciunt, quod non res pro verbis, sed verba pro rebus describendis[o] sunt instituta. Explicit Deo gratias opusculum in Genesis opitulante divina gratia.

6.

Angelomus Luxoviensis monachus commentarium in libros Regum fratrum rogatu a se inceptum iussu Drogonis archiepiscopi se perfecisse refert scripturamque secundum historiam, allegoriam, moralitatem se interpretatum esse testatus. c. 840—855.

Codd. Remensis 131 (B 63) s. XII. fol. 1—2 (R); Cameracensis 437 (quondam 466) s. XII. fol. 1'—2 (C); Duacensis 351 s. XII. fol. 1'—2' (D); Valentianensis 30 (24 Mangeart) s. XII. fol. 1—2 (V); Parisinus 2446 (antea Bigotianus) s. XII. fol. 1—2' (P); 11998 (olim S. Petri Corbeiensis, tunc S. Germani de Pratis) s. XII. fol. 1—2 (G); 8871 s. XII. fol. 2 mutilus (P 1), quos omnes contulit A. Werminghoff[a].

Edd. Biblioth. patr. Lugdun. XV, 307—308; Migne, Patrol. CXV, 243—246.

Igitur cum a quampluribus fratribus et etiam a nonnullis prudentibus et nobilibus viris rogarer, ut secundum sollertiam doctorum et traditionem magistri viri disertissimi aliquod opusculum in volumine Regum digererem, eo quod a nullo doctorum per omnia expositum apud nos haberetur antiquorum[1], ob memoriam videlicet frequentata[b] lectione[c] recreandam, et presertim propter illos, qui aiunt, sicut in exordio huiusce-

---

a) presumsi *V.* b) bellí *S.* c) cui *superscr. S.* d) occupatis *S.* e) falleram. *T.* f) decore || *V.* g) intellig. *Z.* h) hac *T.* i) cel. *V.* k) hystoriae *T*, hystorie *V*, hystoriae e *eras. S.* l) que *om. Z.* m) ceperit *V, Z.* n) Explicit praefatio *add. T*, Explicit prologus *V, Z.* o) describendi *S.*

6. a) *Lemma:* Incipit prefatio Angelomi (monachi *add. C*) super libros regum *R, C, D;* Inc. pref. Angelomi monachi in expositione super quatuor libros regum *V;* Inc. pref. immo apologeticus sequentis operis videlicet regum voluminis Angelomi monachi feliciter legentibus *P;* Inc. tractatus Angerosmi (*man. post. corr.* Angelomi) in libro regum *G.* b) frequenti *P.* c) lectionę *G.*

1) *Hrabani commentarium (cf. supra p. 401) igitur cognovisse non videtur.*

modi voluminis notando tetigi, non alia contineri nisi prelia regum actusque multorum;[a] c. 840–855 ego diu multumque delitescendo facere distuli[1], maxime cum parva forem[b] scientia preditus, nec elucubratione[c] artis secularis sapientia fretus, et, ut ita dicam, indoctus[d] eloquio[e], parvus ingenio, nec dicere poteram illud psalmistae: 'A mandatis tuis intellexi'. Ps. 118, 104. Nec dignus eram, inquam, ut angelus carbone torrente de altari spurca purgaret labella, ut valerem Christi digne enucleare[f] mysteria[g]. Sed rursus his excusationibus reluctantem ceperunt me suasoriis affaminibus, immo strictis[h] adiurationibus[i], compellere, ut aliquid iuxta frugalitatem[k] sensus et ingenioli mei capacitatem secundum quod a didascalo[l] inculcata fuerant, describere nullatenus abnuerem.

Sed cum negare non valerem, tandem assensum prebere decrevi et ad[m] aliqua licet temere et formidolose[n] digerenda sum aggressus[o], eo videlicet iure ut intra domesticos parietes secretius retinerent, nec alicui ad legendum traderent, et tunc[p] mea imperitia, verum et temeritas legentibus detecta manifesta foret et oblocutionibus occasio panderetur reprehendentium. Nam stilum cum ad primum librum describendo appulissem, ut abdite abdita auctore Deo congererem, extimplo[q] mea impudentia[r] est detecta, et sacris auribus magnifici Drogonis, egregii scilicet pontificis, quo nichil nobilius nichilque sanctius[s] est[t] [2], revelata nugacitas. Quo comperto cepit ingenue libera auctoritate imperare, ut darem operam et ceptum opus non sinerem[u], sed sagaciter calcetenus perducerem. Cuius quoque preconiis nullatenus resistere valui, verum nec tantae auctoritati renuere presumpsi, non solum quidem quia filius erat prestantissimi[v] Karoli cesaris, immo frater mitissimi Hludowici[w] principis, verum etiam quia preclarus erat pontifex et abbas[x] meus egregius. His enim necessitatibus adactus[y] preconiisque multimodis compulsus, sed potius, ut ita dicam, Christi auxiliis[z] fretus, qui prestat infirmis confidentiam et mutis locutionem, temptatum opus enucleare presumpsi.

Sed sciendum est, quia quibusdam in locis totam sententiam, prout a doctoribus est exposita, digessi, quibusdam vero eorum sensum sequens, compendioso sermone multa inserui et ex multis ad unum perduxi; quibusdam vero[a] quod in libris tractatorum non repperi, sicut a magistro aure accommodante didici, propriis intuli verbis. Nonnulla quippe, licet pauca, quae legenti patent, stipulata exemplis propria inserere presumpsi, et in libelli modum Christo duce finire decrevi. In quo non persona est[b] attendenda scribentis, sed qualitas consideranda est dictionis[c]. Imitatus[d] inquam multos[e] strenuos etiam doctorum modernos, qui multa quoque posteris dereliquerunt, ex dictis colligendo monimenta sanctorum. Non ideo dico, quod[f] eorum gressibus me coequare valeam, presertim cum illi rore celestis nectaris campos maduerunt divinarum scripturarum multimodos, et futuris seculis dimisere proficua legentibus: ego vix egreque saltem possum ex[g] eorum dictis decerpere permodica et tandem intelligere vel minima, sed ne viderer ingratus largitori, licet compulsus, contuli mediocriter que potui precipientibus.

Simul etiam notandum est illis, qui in hoc libro parum spiritale[h] contineri con-

a) quod *add. P.* b) *om. R, G, D.* c) elugubrat. *V*, elucubrationę *G.* d) edoctus *P.* e) ęloquio *D.* f) dignę enucleare *G.* g) mist. *V, R.* h) adstrictis *G*, *om. R.* i) mirationibus *corr. in* iuration. *D*, obiurationib. *P.* k) fragilitatem *R, D, C (cf. p. 620 v. 21).* l) dydasc. *G.* m) *om. R, D, V, P, G.* n) formidolosę *G.* o) adgressus *G*, aggr. sum *P.* p) *om. P.* q) exemplo *V, P, G.* r) impudicitia *G.* s) prudentius *P, G.* t) et *R.* u) finirem *D, V, G, P.* v) prestantissimus *R.* w) Ludovici *C*, Ludowici *V*, Lugdovici *R.* x) abba *D, C, V.* y) adauctus *C*, abactus *P.* z) auxilio *R.* a) quoque *P, G.* b) attend. est *R, C, V, G.* c) conditionis *P.* d) imitati *P.* e) str. m. *P.* f) ut *G.* g) eor. ex *R.* h) spirituale *C, P, G.*

1) *Cf. supra p. 620 v. 23.* 2) *Cf. Adsonis Mirac. SS. Waldeberti et Eustasii c. 2 (SS. XV, 1174):* hunc *(sc. Drogonem)* etiam ad amplioris supplementum honoris Luxovio pastorem praeesse decernunt. Quem ille locum acceptum ita strenue post priorum studia et potentissime gubernavit, ut aucta rerum copia in quindecim mansorum milia suo tempore recensenda videretur.

c. 840—855 tendunt[a], quod hic scriptura, sicut in multis divinis[b] voluminibus, non solum tribus Prov. 22, 20. modis dinoscitur iuxta illud Salomonis: 'Ecce eam[c] descripsi tripliciter', verum etiam Iob 11, 6. multipliciter contineri secundum quod in libro beati Iob inscribitur. Atque utinam, inquit, Deus loqueretur tecum et ostenderet tibi secreta sapientiae suę et[d] quod multiplex esset lex eius. Quod[e] doctorum sollertia attestante septem fore dinoscuntur. Ap. 5, 1. Ipsi[f] sunt enim septem sigilli, quibus iste liber secundum Apocalipsim[g] Iohannis signatus esse proclamatur, quem nemo potuit[h] solvere et aperire signacula eius, nisi ib. 6, 1. leo de tribu Iuda, qui habet clavem David, qui hunc et signacula eius aperuit. Sunt enim primus historialis[i], secundus allegorialis, tertius utriusque rei modus; quartus de incommutabili divinae Trinitatis essentia, quando videlicet proprie, quando tropice sacris insinuetur oraculis. Quintus parabolaris, videlicet quando aliud dicitur et aliud invenitur scriptum. Sextus de gemino salvatoris adventu, ne aut primus pro secundo, aut secundus pro primo intelligatur. Septimus quod[k] sic divinis preceptis instruimur, ut certa[l] vitae agendae forma, alius vero vitae significandae figuraliter innotescat.

Sed iam exemplis ex hoc volumine convenit edocere, ut his primum edocti sciant multa mysteria[m] in eo contegi. Primus historicus[i] ille est, ubi nichil spiritale[n] 1. Reg. 15, 22. continetur, sicut ait Samuhel: 'Melior est obedientia quam victimae' et mille talia. 3. Reg. 1, 4. Secundus allegorialis, ubi ait, quod in omnibus finibus Israel puella speciosa regi David[o] requiritur, in cuius sinu dormiat[p] et calefiat, tam casta, ut calefactum ad libidinem non provocet: quae sapientiam[q] figurat[r], quae etiam in senibus non senescit, sed frigescentibus membris dilectores suos igne ampliore succendit. Tertius uterque 2. Reg. 11, 3. modus[s] est sicut in David ostenditur, ubi Betsabee[t] uxorem Urię incaute respexisse dicitur et peccasse, ut demonstretur quod nullus debeat iuxta historiam[i] mulierem incaute respicere. In quo facto allegorica etiam significatio continetur, sicut in suo loco habunde descripsimus. Quartus modus, ubi nobis aliquando proprie, aliquando 4. Reg. 3, 14. tropice divinitas sacris eloquiis intimatur. Proprie, sicut Helias ait: 'Vivit Dominus, Ios. 2, 11. in cuius conspectu sto'. Et illud: 'Tu es enim Deus in cęlo sursum et in terra deorsum'. Et: 'Ego sum Deus Abraham et Deus Isaac[u] et Deus Iacob'. Tropice[v] iuxta quod Micheas: 'Vidit Dominum sedentem et omnem militiam cęli assistentem ei' et cetera talia, quae de Deo translate non proprie accipi solent. Quintus parabolaris, cum aliud dicitur, aliud in sacris paginis invenitur. Hoc est quod in titulo[w] Ps. 33, 1. psalmi tricesimi tercii dicitur: 'Psalmus ipsi[x] David quando commutavit vultum suum coram Abimelech et dimisit eum', cum in hoc libro coram Achis rege hoc fecisse 1. Reg. 21, 13. narratur. Cum ergo[y] pro Achis Abimelech posuit, legentem monuit ex ipsius interpretatione nominis latens altius penetrare mysterium[m], de quo inferius suo in[z] loco 4. Reg. 14, 9. digessimus. Cui etiam convenit illud: 'Carduus qui est in Libano[a] misit ad cedrum, quae[b] est in Libano[a], ut daret ei filiam suam' et reliqua. De sexto vero, ubi geminus adventus Christi continetur, cunctis patet, qui sit primus, qui[c] sit secundus, qui uterque hic prefiguratur. Septimus proinde modus, qui geminam preceptorum retinet Matth. 22, 39. qualitatem, ille est vitae agendae, ut exempli gratia: 'Diliges proximum tuum sicut teipsum'. Qui enim diligit proximum legem adimplevit[d]. Quod David non solum in Ionatha[e] implevit[f], verum et in Saul, quem inimicum dilexit. De quo scriptura ait: 2. Reg. 1, 17. 'Planxit autem David super Saul et[g] filium eius' et reliqua. Ipse est et figurandae

a) contendant *P, G.* b) *om. D, G.* c) tibi *add. R, C, G, V.* d) *om. P*, tue *R.* e) Qui *C, D, V.* f) ipsa . . sygilla *D, G* (sigilla *C, V*). g) apokalypsim *D*, apokalypsin *V*, apocalipsin *P*, apokalipsim *C.* h) potest *R.* i) hyst. *C, V, D, G.* k) quo *P.* l) certis *C, V, P, G.* m) mist. *R, V.* n) spirituale *R, P, C, V.* o) reg. Dav. *om. C, D, G.* p) David *add. C, V.* q) spaciencia *R*, sapientia *V, G.* r) figuratur *R, G, V.* s) *om. G, P, V.* t) Bethsabee *V, C*, Bersabee *R.* u) Ysaac *R, G.* v) tropyce *G.* w) tyt. *G.* x) *om. R, C, G.* y) vero *C.* z) *om. G.* a) Lybano *D, G.* b) qui *in ras. P.* c) quis *C, D, V.* d) implevit *V, P.* e) *hic incipit fragmentum praefationis in cod. Paris. 8871.* f) adimplevit *C, D, V, G.* g) super *add. G, V.*

vitae, carnalium videlicet victimarum et vasorum compositione. Victimae enim hoc 851—852 praefigurabant quod hortatur[a] apostolus, 'ut exhibeatis[b] corpora vestra hostiam vivam, Rom. 12, 1. sanctam, Deo placentem'. Vasa vero similiter electos designabant divinis officiis occupatos. Qui modus cum secundo similis[c] videatur, illa tamen ratione discernitur, quod hic ad mores tantum[d], ille etiam redigendus est ad fidem.

Verum licet isti modi multipliciter istic inveniantur, tamen iuxta iugitatem triplicis[e] divisionis studuimus primum historicam, quae gesta depromit, tangere; deinde allegoricam significationem, quae fidem ędificat, pandere, ad extremum quoque moralitatem, quae vitam honestam componit, subnectere, ne[f] pondere solius et[g] unius intelligentiae pressus, aut historiae et allegoriae mole gravatus, desidiosus lector occasionem possit invenire excusationis, sed potius, cum nostram[h] legerit paupertatem, discurrere valeat provocatus per[i] campos ovans latissimos doctorum. Explicit prefatio[k].

7.

Angelomus monachus Lotharium imperatorem, de obitu coniugis (Irmingardae) caste dolentem, consolatus, iussu eius Salomonis Cantica canticorum allegorico sensu exponit. 851—852.

Codd. Monacensis 18207 (Tegernseensis) saec. XI. fol. 112—114'. 131'. 172', quem contulerunt Hampe et Traube (M); Campililiensis (Lilienfeld) 160 s. XII. mutilus fol. 133—134 (cf. Xenia Bernard. II, 1, 535), quem cont. P. Tobner camerarius (L); Trecensis 595 s. XII. fol. 110—113'. 131'—132. 173 (T 1); Trecensis 895 s. XII. fol. 135—138'. 154'—155. 193—193' (T 2), quos contulit A. Werminghoff[a].

Edd. Angelomi mon. Luxov. Enarratio in Cant. cant., Coloniae Ioann. Praël excud. a. 1531 p. 3—9. 50—51. 141—143; Bibl. patr. Lugdun. XV, 415—416. 424. 442; Migne, Patrol. CXV, 551—556. 577. 627—628.

GLORIOSISSIMO ATQUE[b] PRESTANTISSIMO[c] IMPERATORI DOMINO LOTHARIO SEMPER AUGUSTO ANGELOMUS[d] ULTIMUS[e] MONACHORUM EXORANS EXORANDO EXORAT NANCISCI PERENNEM[f] GLORIAM.

Nuper etenim excubante[g] me in vestro sacro[h] palatio sub optentu[i], inquam, traditionum liberalium artium enucleationumque[k] divinarum scilicet[l] scripturarum dignata est vestra sagax prudentia, sicuti non est inmemor[m], accersire vestrę sollerti presentiae mecumque habere oraculum. Sed post spiritalia caelestis vitae colloquia et suffragia orationum placuit imperando immo intentando[n] imperare, ut stili officio iuxta sensum antiquorum patrum et frugalitatem ingenioli mei[1] opusculum in Canticis canticorum Salomonis, ubi Christi et ęcclesię coniunctio allegoriarumque misteria[o] pre caeteris veteris testamenti biblis[p] contineri probantur, digererem[q] et, ut ita[r] dicam, exponere non abnuerem atque presentiae culminis vestri ostendere non omitterem, quo haberet[s] crebro post dispositionem rei publicae frequentata auribusque lectione[t] relata sollertia vestra, in contemplatione se extendens a tumultu causarum imperii atque potissimum de amissione sanctissimae[u] coniugis[2] Deo annuente, ut credimus,

---

a) ortatur *P.* b) exibeatis *G.* c) esse *add. C.* d) tamtum *G.* e) triplicę *P.* f) nec *P.* g) *om. C, V, G, P.* h) hanc *P.* i) *om. C, D, G, V, P.* k) *secuntur versus:* Si mavis lector typicos cognoscere sensus, *quos edidi Poet. Carol. II, 676—677.*

7. a) *Lemma:* Epistola domni Angelomi (Agelomi *T 2*) viri clarissimi ad Lotharium imperatorem super cantica canticorum *T.* b) *om. T 2, ed.* c) prántissimo *T 1; que add. T 1, ed.* d) Anglomus *M.* e) mon. ult. *L.* f) perhennem *T.* g) excupantem *L,* excubantem *ed.* h) *ex* sacra *corr. M.* i) obtentu *L, T.* k) enucleationemque *M.* l) *om. M, L.* m) immemor *M, T 2.* n) intemptando *T.* o) myst. *L, T 1.* p) libris *T.* q) digerere *T 1.* r) uti *pro* ut ita *M, L.* s) iaberet *M.* t) rel. lect. *M.* u) sanctissimi *L.*

1) *Cf. supra p. 620 v. 21. 623 v. 8.* 2) *Irmingardae imperatricis, quae obiit a. 851. die 20. Mart. mens., cf. Dümmler, Gesch. des Ostfränk. Reiches I, 397.*

851—852 collegio sanctarum allectae alboque beatitudinis inscriptae consolationis gratia legendo
theorica, et velut turtur singularis, cuius natura est, ut phisici[a] ferunt[1], si semel
coniugem[b] casu perdiderit, alium non requirere, sed castimoniam servans vidua[c]
quodammodo permanere, solitarius ingemiscens atque[d] pęnitens[2]. De quo in eodem
Cant. 2, 12. libro legitur: 'Vox, inquit, turturis audita est in terra nostra', id est Christi dicentis:
Matth. 3, 2. Cant. 1, 9. 'Pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum'. 'Et pulchrae sunt[e] genae
tuae ut turturis' imbre[f] lacrimarum genarum[g] rimulis[h] infusis, preces pro vestris excessibus et absolutione piissimae imperatricis Domino in abscondito fundere quivissetis.

Quo audito pondus tantae rei expavescens attonitus, immo obstupefactus[i], admirari[k] cępi, cur clementia vestra tantum opus, viris etiam[l] eruditissimis formidandum, mihi indocto omnesque liberalium artium disciplinas non nacto atque oraculis elogiisque divinarum scripturarum inbecilli[m] iniungere libuisset, cum plures haberet in monarchia doctiores, qui honeste et catholice[n] tractare potuissent. Sed censuram imperii vestri
1. Petr. 2, 13. 14. considerans tacitoque[o] pertractans illud apostolicum quo[p] dicitur: 'Estote subiecti omni
humanae creature propter Deum[q], sive regi quasi[r] precellenti, sive ducibus tamquam
Marc. 11, 24. ab eo missis', sed et[s] potius illud dominicum, ubi pollicetur: 'Amen, inquit, dico vobis
quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis et fiet vobis'; animadvertens[t] quoque interna trutinatione mentis, quod sine nutu divino non foret, quod a tanta maiestate imperaretur, temerario ore refragare nullo[u] apologetico[v] anfractuque[w] excusationis presumpsi[x], sed magis ut quiverim divinis fretus suffragiis, imperiis imperialibus quamquam pavidus obsecundare[y] temptassem.

Sed non floccipendens, quod sine magnifici domini et abbatis mei, scilicet Druogonis[z] patrui vestri[3], assertionibus[a] pariterque iussionibus, ne regularem excedere[b] viderer disciplinam[c] et stilum appulere[d] ad exarandum[e] debuissem[f], non[4] solum quia[g] Karoli[h] Magni imperatoris filius atque frater sanctissimi et piissimi genitoris vestri Hludowici[i] cesaris, sed quia erat summus pontifex atque abba[k] meus egregius. Cumque sacris eius auribus suggerendo intulissem et ordinem rei indicassem, quo auribus hausto non solum rennuit[l], verum, ut est mitissimus et affabilitate suadibilis, benignitate prestantissimus et ad omne bonum ferventissimus, more suae modestiae non tantum ingenue[m] libera auctoritate imperavit, sed blanda tranquillitate et pio affatu ut augustale opus et spiritale decus quomodo quivissem aggredi non abnuissem[n].

Quod audiens sic iam tandem eius exhortationibus animatus, vestris almificis affaminibus sanctisque iussionibus adactus[o], potissimumque divinis auxiliis fretus, sanctorumque doctorum orationibus provocatus, quod[p], o[q] doctissime princeps, in doctorum penes nos sanctorum sparsim[r] invenire potero, presertim in beatissimi papae Gregorii Romanę[s] decoris eloquentiae dictis, quia a nullo solum per omnia repperio[t] compactum atque ex traditione[u] magistri ingeniive mei coniectura stilo currente, commatico potius compendiosoque sermone, licet inpolito[v], aggredi temptabo et in libelli modum finire conabor, ut habeat vestra celsitudo velut encheridion[w], hoc est manualem[x]

---

a) physici *L, T 2.* b) casu coni. *T 1.* c) viduatur *T 2,* videatur *T 1.* d) et *L.* e) sint *M.* f) imbrę *M.* g) gęnarum *M.* h) malis *T 2.* i) stupefactus *T.* k) ammirari *T.* l) *om. L.* m) inpecilli *M,* imbec. *T.* n) honestę et catholicę *T 2.* o) tantoque *T.* p) quod *L, T.* q) dominum *L.* r) tanquam *T.* s) *om. T.* t) animadvertitis *L.* u) *om. M.* v) apollogetico *L.* w) anfractoque *L.* x) presumsi *T 1.* y) obscund. e *superscr. M.* z) Drogonis *T.* a) assercion. *T 2.* b) excederem *M* (*om.* vid.), exercere *L.* c) manum exerere *add. T.* d) appellere *T 1,* appulere *ad marg.* vel apponere *T 2.* e) non *add. T.* f) vel apponere *add. T 1.* g) qui erat *T.* h) Caroli *L, T 1.* i) Ludovici *T.* k) abbas *T.* l) renuit *M, T.* m) ingenuę *T 2,* ue *in ras. T 1.* n) abnuerem *T.* o) adactis *M,* exactus *T.* p) quicquid *T.* q) *om. T.* r) passim *T.* s) romarę *M.* t) reper. *L. T 1.* u) tradictione *L.* v) impol. *T.* w) enchir. *T.* x) manuale *T.*

1) *Isid. Etymol. XII, 7, 60. 62, opp. ed. Arevalus IV, 99—100.* 2) *Cf. Mühlbacher Reg. N. 1110. 1138.* 3) *Mettensis archiepiscopi, 823—855.* 4) *Cf. supra p. 623 v. 20, ubi eadem fere verba.*

quodammodo libellum excerptum, quem congruis horis lectitare Deo favente post 851—852
studia imperii, post sollicitudines ęcclesiae ad consolationem divina rimando complaceat. Et quia campos divinarum scilicet[a] scripturarum non valet percurrere latissimos, breviter saltem[b] stromata nostra non pigeat scrutari quietus.

Sed sciendum vero[c], quia ut moris est quorundam scriptorum[1], non in pagella e regione singulorum doctorum viritim litteris insignitis assignaverimus[d] nomina omnia, sed ex eorum dictis profecto expositorum nonnulla compaginare ex multimodis, breviter recidendo videlicet demptis superfluis, multimoda, nonnulla vero ex prolixioribus sensum eorum sequentes coniungere decerpendo, aliqua nostra interpolando augmentare censuimus longiora. Sic nimirum sic diversis allusionibus dramatum[e] percurrentibus brevia syrmataque[f] vicissim nectendo[g] sententiarum explere libellum sancivimus[h], non pertimescentes litteratos, qui nasum veluti sapientes contorquent, nec eos, qui promptiores[i] ad reprehendendum[k] quam ad imitandum, quique quod reprehendere subsannando moliuntur, adimplere nequeunt. Scimus namque, scimus, quod concentu organi fistulae aeris[l] aliae longiores sunt[m], aliae breviores, sed uno flatu follibus amministrato et docta manu imperante digitisque attrectando unam, cum sint diversae fistulae, armoniam velut salpix[n], tubarum voces[o] atque concentum[p] dulci cantilena melos afflando[q] attonitis auribus suaviter reddunt. Sic profecto cum sint[r] aliae sententię longiores recisis superfluis, aliaeque breviores additis necessariis, flante Spiritu sancto per corpus unum imperante manu digitisque stilum tangentibus, vicissim conglutinatis sententiis dictationes[s] enchyridionis[t] explere ausi erimus, adminiculante[u] illo, qui in hoc libro de ęcclesiae donis permixtis ait prophetice: 'Cyprus cum nardo, Cant. 4, 13. 14.
nardus cum croco, fistula et cinnamomum[v] cum universis lignis Libani, myrra[w] et aloe, cum omnibus primis unguentis'. Sed qualiter istae virtutes ęcclesiae alternando sibi permixtim concinant, suo in posterum dicemus in loco.

Unde iam tandem supplex exoro decus augustale aeque et eos quibus fortassis legere contigerit, ut quod ego more[x] medicorum ac pigmentariorum, qui ut diversa unguenta[y] et antidota temperatim possint[z] componere, bilanciis[a] statere aeque ponderare satagunt, ut una alteram[b] non superabundet[c], nec de aliis minus utilia derelinquant[d], sed aequa lance sua componant[e], studui aequali lance mentis trutinare sententias et mella quodammodo et antidota animarum componere, non horrescat nec squalescat[f], sed diligenti exagio lustrando perlegat, atque medicamina animae gratanter investiget.

Sed antequam prolegomena ad calcem perveniat[g], notandum est, quod in hoc libro nil carnale nilque[h] hystoriale requirere debeat, sed allegoriarum misteria[i] contineri non dubitet. Nominantur[k] enim[l] in hoc libro oscula, nominantur[m] ubera, nominantur genae[n], nominantur femora. In quibus verbis non irridenda est sacra descriptio, sed maior Dei misericordia consideranda[o] est, quia dum membra corporis nominat, sic ad amorem suum vocat. Unde considerandum est, quam mirabiliter nobiscum et misericorditer operetur[p], qui ut cor nostrum ad instigationem sacri amoris accenderet,

---

a) *om. T.* b) saltim *T.* c) *om. T1.* d) adsignaverimus *T.* e) dragmatum *T.* f) sirmataque *T.* g) nectando *L.* h) sanxivimus *M*, sanxuimus *L.* i) sunt *add. T.* k) reprehendu *M.* l) eris *T1.* m) *om. L.* n) salpax *L.* o) vocis *T1.* p) conceptum *T.* q) afflan- (do *om.*) *M.* r) alie (alię *T2*) sint *T.* s) dictiones *T1.* t) enchirid. *T.* u) amminicul. *T.* v) cynnam. *T2.* w) mirra *T.* x) meorum *add. M.* y) ungenta *L.* z) compon. poss. *T.* a) bilantiis *M, T2.* b) altera *L.* c) superhabundet *L, T1.* d) derelinquat *L.* e) componat n *superscr. L.* f) spualescat *M, L, T2*, squalescat *in ras. T1.* g) perveniat *ead. man. corr. in* -ant *M.* h) nihilque *L.* i) myst. *L, T1.* k) nominatur *M.* l) ergo *L.* m) nominantur ubera *om. T.* n) gena *T1.* o) conseideranda e *del. M.* p) operatur *T.*

1) *Hrabani exempli gratia.*

851—852 usque ad turpis amoris, ut papa Gregorius exponit[1], verba descendit. Sed unde se loquendo humiliat, inde nos ad[a] intellectum[b] exaltat, quia ex sermonibus huius amoris discimus, qua virtute in[c] divinitatis amore ferveamus. Hoc autem nobis sollerter intuendum est, ne, cum verba exterioris amoris audivimus[d], ad exteriora sentienda remeamus[e]. Sic enim[f] est scriptura haec in verbis[g], sicut pictura in coloribus et rebus. Et nimis stultus est qui sic coloribus picturae inhereat[h], ut res ignoret. Nos enim si verba, quae exterius dicuntur, amplectimur et sensus ignoramus quasi ignorantes res quae depicte sunt solos colores tenemus. Scimus enim[i], quia, postquam genus humanum a paradysi[k] gaudiis expulsum est et[l] in istam peregrinationem vitae presentis veniens cecum cor ab spiritali[m] intellectu habet. Cui ceco cordi si diceretur voce divina[n]: 'Sequere Deum' vel 'dilige Deum', per torporem insensibilitatis frigidum non caperet quod audiret. Propterea per quaedam enigmata sermo divinus animae torpenti et frigide loquitur et de rebus quas novit latenter insinuat amorem quem non novit et animae longe a Deo infra positae, ut prefatus[o] tractator ait[2], quasi[p] quandam machinam fecit, ut per illam levetur ad Deum[q]. Interpositis quippe enigmatibus dum quiddam in verbis cognoscit quod suum est, in sensu verborum intellegit[r] quod non est suum et per terrena verba sperantur aeterna.

Idcirco, o invictissime cesar, oramus, ut nil in hoc volumine hystorialiter requiras, sed flores allegoriarum cum morali intellectu investiges, quem[s] quibusdam[t] in locis ob tuam consolationem subnectere decrevimus, ne solummodo allegoriarum allusionibus[u] pressus violenter vestra celsitudo theoretica legendo fastidiat[v]. Audiat etiam[w] quod Prov. 25, 2. per eundem Salomonem[x] dicitur: 'Gloria Dei celare verbum et gloria regum investigare sermonem'. Menti[y] enim Deum quaerenti tanto Deus gloriosius apparet, quanto subtilius investigatur ut appareat. Debemus itaque quod Deus misteriis celat requirere. Ideoque sequitur: 'et gloria regum investigare sermonem'. Qui enim non[z] solummodo regna terrarum, sed corpora sua vel motus carnis regere et investigare noverunt[a], Ps. 2, 10. reges sunt. Quibus et per psalmistam dicitur: 'Et nunc reges[b], intellegite[c], erudi- Prov. 25, 2. mini[d], qui iudicatis terram' et reliqua. Regum ergo gloria est investigare sermonem, quia bene viventium laus est[e] perscrutari secreta mandatorum Dei. Scrutare ergo[f], gloriosissime imperator, scripturas, quatenus[g] misteria[h] divina penetrando et intellegendo[i] desideria et motus carnis investigare et regere vestra sapientia et sollertia ceterosque[k] imperio vestro subiectos docere et mactus[l] prudentia[m] consultuque honestissime[n] gubernare valeat.

His itaque prelibatis immo efflagitatis, tandem[o] ad ea quae imperastis stilum flectere conabimur. Valeat[p] semper in Christo prosperis successibus pollendo[q] gloria vestra decusque Francorum, oramus[r].

---

a) *om. T.* b) intellectu *T.* c) divinit. in *T 1.* d) audimus *T.* e) remaneamus *T.* f) est enim *T.* g) vobis *L, T 2.* h) inheret *T.* i) *om. L.* k) paradisi *T 1.* l) *om. T.* m) spirituali *T.* n) dominica *T.* o) prefator *corr. in* -tus *T 2.* p) *om. T.* q) dominum *L.* r) intelligit *T.* s) quod *T.* t) quibusda *M.* u) pressa *add. T.* v) fastidiret *T.* w) *om. T 1.* x) Solomonem *M.* y) Menti — sermonem *om. M, L.* z) *superscr. L.* a) norunt *T.* b) rege *M.* c) intellig. *T.* d) erudimini — terram *om. M, T.* e) que fuerint prescita — iubet denique *secuntur in T ex initio primi libri petita, quae omittunt M, L.* f) igitur *T 1.* g) quatinus *T 1, corr. ex* -tenus *T 2.* h) myst. *M, L.* i) intellig. *L, T.* k) in *add. T.* l) in actus *L,* in actu *T.* m) prudentie *T 1,* prudentię *T 2.* n) honestissimę *T 2.* o) *om. M.* p) valeat *add. T.* q) pollentibus *M.* r) Explicit epistola sequentis operis. Incipiunt cantica canticorum *T.*

1) *Nescio ubi.* 2) *Moralia in Iob L. VI c. 37, opp. I, 209:* Machina quippe mentis est vis amoris, quae hanc, dum a mundo extrahit, in alta sustollit.

Ecce tandem animadvertis[a], magnifice Cesar[b], quoniam, ut[c] in ysagogen praefati sumus, nil hystorialiter[d] in hoc volumine repperitur, sed omnia allegoriarum allusionibus redolent et dramatum[e] decursionibus moraliumque suavitatibus fraglant[f]. Quocirca[g] suadere, immo suggerere[h], quamquam temere, excellentiae culminis vestri exopto, ut qui iam[i] magnam sollertiae sapientiam[k] nactus estis[l] et defensionem tuitionemque sanctę ęcclesię indeptus, ut non solum armorum suffragio in procinctu bellorum constitutus[m], cuneis procerum vallatus et turmis militum constipatus ab incursionibus exterarum[n] gentium adversariorum eam[l] protegas, verum sacrę doctrinę et intellegentiae[o] divinarum scripturarum devotus et sedulus persistas, ut eandem sanctam ęcclesiam in subiectis ab internorum videlicet malignorum spirituum iaculis[l], anciliis[p] evangeliorum munitus, gladiis divinarum scripturarum accinctus, spiculis sententiarum ornatus, defendere possis, qui semper non corpora, sed animas fidelium extinguere querunt[q]. 851—852

Iam[r] enim tandem aliquando Deo favente liber finem postulat, quem calcetenus ipso adminiculante recta, ut credimus, indagine veraque iuxta sententiam doctorum nostrique fragilitatem sensus perduximus et imperialibus decretis atque augustalibus, o Cesar auguste, quamquam pavide parere studuimus. Quem supplex supplicando supplico excellentiae culminis vestri, ut subtili investigatione lustrare nobilitas vestra non pigeat, et summo studio[s] sanctorum doctorum opuscula[t] pari[u] vestra sollertia perlegere studeat. Si enim Theodosius imperator[1], in imperio natus et educatus, tantae excellentiae extitit, ut singularem totius orbis monarchiam obtineret, Prisciani grammatici, Romanae ęloquentię decoris, librum dissertitudine mira dissertissimum, calcetenus teneris digitulis propriisque articulis describere curaret, atque ex eius precio distractoque commertio despectis imperialibus dapibus vivere semper consueverat, et tanto studio viguit, ut iugi meditatione et propria descriptione legem Romanam divinitus inspiratam describeret, et mores Romanorum distortos mucrone quodammodo legis ad normam rectitudinis corrigeret atque a sua duritia coherceret, adeo ut his expletis angelica salpix nocturna visione celitus ei intonuit[v] et per oroma[w] somnii gratulando vocem extulit dicens[2]: 'Liber, inquit, legis non recedat de ore tuo, meditare in eo die ac nocte, cf. Ps. 1, 2.
quanto magis, o mitissime princeps, debes propriis studiis sacratarum scripturarum auctoritatem iugi meditatione percurrere et altitudinem divinae legis velut quodammodo montem appetere, ut doctrina spiritali instructus, et te sagaciter ad altiora virtutum provehere, et alios ad tramitem rectitudinis provocare valeas. Quod profecto plenius penetrare et quodammodo montem divinae scripturae subire, nisi sollerti studio et puritate cordis et pudicitia[x] corporis non quiveris.

Scriptura etenim sacra, ut saepe prefatus tractator ait[3], mons est, de quo in nostris cordibus[y] Dominus venit. De quo propheta dicit[z]: 'Deus a Libano veniet et Habac. 3, 3.
sanctus de monte umbroso et condenso'. Iste mons condensus est per sententias et

---

a) advertis *M.* b) ceşsar *T 2*, ces. magn. *M.* c) quod *T.* d) historialiter *M.* e) dragmatum *T.* f) flagrant *T.* g) Quodcirca *T.* h) suggere *M.* i) *om. T 2*, quia *M.* k) sapientiam sollertiam *M.* l) *om. M.* m) constituto *T.* n) externarum *T.* o) intelligentie (-ę) *T.* p) ancilus *M man. rec. corr.* auxiliis, anchiliis *T 2*, h *del. T 1.* q) requirunt *T.* r) . . am *M*, Iam — non quiveris *om. T.* s) studio *ed., om. M.* t) opusculo *M.* u) pariter *ed.* v) innotuit *M.* w) aroma *M.* x) pudititia *M.* y) cord. nostris *T.* z) per prophetam dicitur *T.*

1) *Cf. Aldhelmi epist. ad Acirc. reg., opp. ed. Giles p. 328:* Nam inclytus ille Theodosius . ., qui totius propemodum mundi gubernans monarchiam maritabatur . . quotidiani sumptus alimoniam . . in praecelso potestatis culmine antiquarii scriptoris mercimonia indemptus est . . Unde etiam cum Prisciani grammatici XVIII volumina, qui Romanae lumen facundiae vocabatur, propriis palmarum digitulis calce tenus digesta describeret *etc., cf. Grammat. lat. ed. Keil II, p. VIII n. 23.* 2) *Hunc locum laudat etiam Aldhelmus p. 329.* 3) *Cf. Moral. in Iob L. XXXIII c. 1, opp. I, 1075.*

851 umbrosus per allegorias. Sed sciendum, quia[a] cum vox in monte sonat, vestimenta
Exod. 19, 10. lavare precipimur et ab omni inquinatione carnis[b] mundari, si ad montem festinemus[c]
Hebr. 12, 20. accedere. Scriptum quippe est: 'Quia si bestia tetigerit montem, lapidabitur'. Bestia[1] tangit montem, quando quis luxuriae aut inrationabilibus[d] motibus deditus[e] scripturae sacrae celsitudini appropinquat, et non eam secundum quod debet[f] intellegit[g], sed inrationabiliter[h] ad suae voluptatis intellegentiam[i] flectit. Sed iste talis absurdus vel sensu piger, si circa hunc montem visus fuerit, atrocissimis sententiis veluti lapidibus necetur[k2]. Ardet enim iste mons, quia sacra scriptura quem spiritaliter replet amoris
Deut. 33, 2. igne succendit. Unde[l] per Moysen dicitur: 'In dextera eius ignea lex'. Quia in electorum mentibus, qui ad dexteram[m] iudicis statuendi sunt, flagrant precepta divina et caritatis ardore succensa sunt. Idcirco, augustale decus et Francorum gloria gentis, rationabilibus mentibus[n] et castimonia corporis stude montem istum subire et fervore caritatis[o] succensus legenda[p] penetrare, ut pro merito intellegentiae[q] et aliorum, quos corrigere vestra sagax prudentia studuerit, profecto[r] montes aromatum, id est celsitudines angelorum, tandem Domino favente adire atque eorum suffragiis orationum ad dexteram iudicis cum sanctis imperatoribus et consulibus collocari merearis, pariterque
Matth. 25, 23. audire a Domino: 'Euge serve bone et[s] fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra[t] multa te constituam, intra in gaudium Domini[u] tui'[v].

8.

Iohannes Scottus Hincmaro Remensi et Parthulo (Pardulo) Laudunensi episcopis librum de divina praedestinatione rogatu eorum compositum probandum mittit. 851.

Cod. Parisinus 13386 (S. Germani 1314, olim 634) quondam Corbeiensis s. IX. ex. fol. 103, de quo cf. Traube, Poet. Carol. III, 522 (IV, 276), cont. K. Hampe.

Edd. ex cod. Parisino Gilb. Mauguin, Vindiciae praedestinat. et gratiae I, 109—110; Floss ap. Migne Patrol. CXXII, 355—357.

DOMINIS ILLUSTRIBUS ET MERITO CHRISTIANAE FIDEI TUENDAE PRESTANTISSIMIS,
cf. Iac. 1, 17. ATQUE DIVINO EPISCOPALIS GRATIAE DONO DESURSUM A PATRE LUMINUM MUNERATIS, HINGMARO[3] ET PARTHULO[4], IOHANNES SERVUS VESTER DEVOTUS IN DOMINO SALUTEM.

Fari non possum, quantas qualesque gratiarum actiones vobis rependere debeam in eo, quod vestrae dilectionis copiosissima sublimitas me tamquam aliquid valentem in defendenda omnium nostrum salute, quae est professio catholica[a], non est dedignata cooperatorem eligere, impos quidem longe virium vestrarum sermone atque intelligentia, compos vero fide et devotione in asserendę veritatis fiducia. Studium quippe vestrum partim sursum versus contemplative erigitur ad speculandam veritatem, partim vero deorsum versus active reprimitur ad regendam ecclesiam: nos vero e

---

a) est *T.* b) *om. T 1.* c) accedere festinamus *T.* d) irration. *T.* e) deoitus *corr.* deditus *M.* f) deberet *T 1.* g) intelligit *T.* h) inracionabilem *T 2.* i) intelligent. *T.* k) necatur *T.* l) et *add. T.* m) dextram *M.* n) motibus *T 1.* o) kar. *T 2.* p) legendo *T.* q) intelligentie *T.* r) profectu *T.* s) ut *T 2.* t) super *M.* u) Dei *add. T.* v) Amen. Explicit Deo gratias opusculum in Canticis canticorum *add. T.*

8. a) chathol. *corr. in* cath. *C.*

1) *Moralia in Iob L. VI c. 37, opp. I, 209:* Bestia enim tangit montem, cum mens irrationabilibus desideriis subdita ad contemplationis alta se erigit. 2) *Cf. ibidem c. 37, opp. I, 209:* Sed lapidibus percutitur, quia summa non sustinens ipsis superni ponderis ictibus necatur. 3) *Remensi 845—882.* 4) *Laudunensi 847—857, cf. Ann. Laudun. 857, SS. XV, 1294. De tempore huius epistolae v. Schrörs, Hinkmar Erzb. von Reims p. 115 n. 24, cui Traube assentitur.*

diverso inter undosum velivolumque pelagus imperii senioris nostri, domini videlicet gloriosissimi Karoli[1], quasi quedam navicula diversis fluctibus agitati, quandoque tamen in portu serenitatis eius stabilitanda occupati, vix aliquando ad vestigia sapientiae intuenda brevissimo temporis sinimur intervallo. Modus tamen nostrae capacitatis, qualiscunque[a] sit, de vestra prudentissima sanissimaque doctrina testimonium perhibebit. Ut enim maxima clarissimaque mundi luminaria stellarum lucubrationes non despiciunt, sed ad expellendas omnium tenebrarum caligines earum radiis ad perfectionem sui splendoris utuntur: sic vos, religiosissimi patres, cum vestrae nobilitas[b] eloquentiae ad omnes novellarum heresium versutias cavendas, convincendas, destruendas sufficiat, nostrae tamen ratiocinationis astipulationibus vestram perfectissimam de fide predestinationis diffinitionem roborare non sprevistis, ita ut et vestrae pietatis pulcherrima virtus omnibus pateat, et nostrae oboedientiae non spernenda humilitas clarescat. 851

In hoc itaque opusculo nostro, quod ad testimonium vestrae orthodoxę professionis vobis iubentibus scribere curavimus, quae vera esse perspexeritis, tenete, et ecclesiae chatholicae tribuite, quae falsa, respuite, et nobis, qui homines sumus, ignoscite, quae dubia, credite, donec aut respuenda esse, aut vera esse, aut semper credenda esse praecipiat auctoritas. De conexionis autem verborum inhonestate non facile animi vestri constantiam crediderim esse commovendam, ut prius tedium audiendi aures vestras praeoccupet, quam amor perveniendi[c] ad ea, quae suadere sudavimus. Quę si vera sunt, in eis absque verborum consideratione diligenda est veritas. 'Bonorum siquidem ingeniorum', ut ait Augustinus[2], 'insignis est indoles, in verbis verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire, quod volumus, non potest, aut quid obest lignea, si hoc potest, quando nihil quaerimus, nisi patescere[d] quod clausum est'. Munuscula igitur nostri ingenii libenter accipite, plus eorum utilitatem, si qua est, consideraturi, quam honestatem dictionis, quae aut vix, aut nulla est, quaesituri[e].

Deinde suppliciter vestram exoramus clementiam, ut, quotienscunque[f] reperiatis nos dixisse ęqualitatem divinę praescientiae atque praedestinationis, quantum ad unitatem divinę substantiae, in qua unum sunt, nos sensisse sciatis. Item quod diximus, ea, quae non sunt, nec a Deo sciri, nec praesciri posse, non ea pravitate, qua quidam praescientiam Dei auferre conantur, dixisse nos arbitremini; sed ea ratione, qua docemur nesciri, quae non sunt, et scientiam Dei esse substantiam, substantiam autem eius non in nihilo, sed in aliquo esse. Pax Christi abundet in cordibus vestris[3].

Caesare sub Karolo Francorum gloria pollet,
Litora ceu pelagi piscibus atque salo:
Secta diabolici damnatur dogmatis atque
Pastorum cura splendet amoena fides.

9.

Prudentius Trecensis episcopus Weniloni Senonensi archiepiscopo scribit, se capitula novem et decem ex Iohannis Scotti libris excerpta, quae ab eo receperat, iussu eius refellere conatum esse. 851.

Cod. Parisinus 2445 (Colbert. 1290), ubi legitur f. 25' 'Liber sancti Petri apostoli et sancti Nivardi archiepiscopi Altvillaris monasterii'[a] *saec. IX. ex. fol. 2, quem contulit K. Hampe (cf. N. Arch. XXIII, 630).*

Edd. Mauguin, Vindiciae praedestin. et grat. Paris 1650, I, 194—196 ex manuscr. cod. bibl. Thuanae; Biblioth. patr. Lugdun. XV, 467—468; Migne, Patrol. lat. CXV, 1009—1012.

---

a) *corr. ras. ex* qualiscumque *C.* b) *corr. ex* nobilitatis *C.* c) prę́ven. *corr. in* perveniendi *C.* d) patere *Aug.* e) quaesiti *corr. in* quaesituri *C.* f) quotienscumque *corr. in* -cunque *C.*

9. a) Legenti sit vita, auferenti sit perpetuum anathema. Amen *add. C.*

1) *Calvi 843—877.* 2) *De doctr. christ. l. IV c. 11 § 26, opp. III, 1, 74.* 3) *Versus qui secuntur f. 104 edidit Traube, Poet. Carol. III, 527.*

851

REVERENTISSIMO PATRI ET BEATISSIMO PONTIFICI INTER PASTORES CHRISTI EMINENTIA VITAE DOCTRINĘQUE EXIMIETATE CLARISSIMO GUENILONI[1] PRUDENTIUS[2] AETERNAM IN DOMINO SALUTEM.

Accensus, prout decet atque oportet, zelo fidei et verę karitatis affectu, pater beatissime, misisti mihi quandam scedulam decem et novem capitula continentem ex libro cuiusdam Scotti selecta, a nostro, ut ais, se quodammodo intellectu divertentia, rogans et monens, ut quaecumque in eis a vero exorbitantia comperissem unicuique de libris evangelicis et catholicorum doctorum auctoritatibus devianti capitulo congrue depromerem abunde responsa. Quibus decursis solliciteque perspectis repperi in eis Pelagianę venena perfidię et aliquoties Origenis amentiam Colyrianorumque aereticorum furiositatem, quorum merito a catholicae fidei cultoribus ac propugnatoribus validissime confutati censuraque iustissimę severitatis multo ante nostra tempora damnati sunt.

Intremui, fateor, et expavi tot olim errores cum sui auctoribus iam sopitos nostris denuo temporibus pullulare, et deficientes quondam fumos nova rursum accensione erumpere, suique noxietate multorum oculos caligare: quibus ut iusseras refellendis cum animum pararem appellere, laboris difficultate perterritus deliberabam penitus omittendum. Verum monentis auctoritate perpensa, duxi satius cum fructu obedientiae etsi minus pleno aliquatenus labi, quam paternae reverentiae timiditate stupida contraire.

Animatus itaque meritis rogantis orationumque instantissima puritate scribentis, visum est librum eundem, si qua forte inveniri posset, diligenti curiositate perquirere, cuius serie salebrosas tantorum errorum tortiones valerem facilius intueri: quo gratia Dei, sine qua nichil sum et nichil possum, ut optaveram, assecuto, deprehendi, quantum divinitus inspiratus potui, Pelagii, Celestii eorumque sequacis ac defensoris acerrimi Iuliani, per omnia sectatorem Iohannem videlicet Scottum tanta inpudentia ortodoxae fidei patribusque catholicis oblatrantem, ac si unus spiritus Iulianum Iohannemque docuerit, unus idemque spiritus in eis fuerit, unus nec dispar spiritus per eorum linguas tot tantasque blasphemiarum nausias evomuerit. Nam et gratuitam Dei gratiam pariliter inpugnant, et Dei iustitiam similiter denegant, et originale peccatum, quod nascentes trahimus[a], quoque non nisi cęlesti gratia per mysterium baptismatis solvimur, indissimili garrulitate dissuadent argutiisque dialecticis simillima vanitate desipiunt. Rectissimum etiam sanctarum scripturarum intellectum patrumque catholicorum sensum sanissimum tam concina varicositate pervertunt ac si numquam adversus eorum errores quippiam fuerit actitatum.

Quibus cum a patribus pręcipueque beatissimo Augustino competentissime abundantissimeque responsum fuerit, nequaquam me pręsumptionis a piis lectoribus credidi iudicandum, si tuis monitis dictante pietate libenter obsequens, offeram pro vili portione in donaria tabernaculi Domini mei quae possim, relinquens potioribus ac doctioribus quaeque melius valuerint et voluerint offerenda. Nec posse, ut ait sanctus Ieronimus[3], alterius opes alterius paupertate fedari.

cf. Exod. 35, 21.

Fidens igitur in eius gratia, qua pręvenimur ut bene velimus, subsequimur, ne frustra velimus, revolutis patrum consonis per omnia paginis, quid quisque eorum antidoti contra eadem venena confecerit, decerpere fideliter curavi, pręfixo cuiusque doctoris nomine libroque pariter intimato. Verba quoque eiusdem Iohannis, ut ab

a) traimus h *superscr. C.*

1) *Senonensi archiepiscopo 836—865.* 2) *843 (?)—861. De tempore, in quo Prudentius hunc de praedestinatione contra Iohannem Scottum librum scripsit, v. Schrörs, Hinkmar v. Reims p. 117 n. 30 et Merlet, Moyen âge a. 1898 p. 10.* 3) *Nescio ubi, sed cf. epist. 79 ad Sabinam, opp. I, 494.*

eo digesta sunt pluribus locis, inserui, pręposito etiam nomine ipsius cum pręcedente illud nota, quae grece dicitur theta, quam sententiis capitalibus damnandorum antiqui pręscribere solebant[1]. In multis enim non verba eius interposui, quae loquacitate nimia legentibus fastidium ingerunt, sed sensibus eorum pro captu meae pusillitatis veraciter obviavi. Ubicumque autem mei sermonis interpositio necessarium locum expetit, ne quid michi tribuerem, si quid boni superna gratia per meae linguae organum loqueretur, notam superponere studui, quae ab artigraphis crisimon nuncupatur, quoniam velut monogramma nominis Christi effigiare quodammodo cernitur[2], ut eius totum ostenderem quicquid benignitatis ipsius largifluis indebitisque muneribus inbibissem; illud etiam necessario credidi pręmonendum, ut tuę beatitudinis perspicacia subtiliter solliciteque adtendat, quantis se idem Iohannes contrarietatibus inpugnet, qui ea quę nunc adfirmat, post denegat et quae modo loquaci vanitate diffitetur, postmodum vana loquacitate confitetur, adeo ut aut non viderit quid dixerit aut a nullo umquam videri putaverit. 850?

Quaeso igitur, ut omnia vigilanter studioseque permetiens quicquid fideliter dictum iudicaveris, auctori Domino gratias agendo deputes. Si quid vero (quod absit) secus reppereris, inbecillitati meae compatiens emendare ne differas. Sicque fructum piae devotionis duplicato[a] foenore consequeris, si et vobis pie iubentis pie prolata respondeant, et alio nitentia ad suum tramitem dirigantur.

Orantem pro meis multipliciter pręvalentibus mentis et corporis infirmitatibus sanctissimam paternitatem tuam virtus omnipotentis gratiae Dei vigentem ac sospitem servare dignetur[b].

10.

Clericus vel abbas quidam regi (Ludowico Germaniae?) iussu eius exponit, quae animalia ab esu prohibita suffocata vocanda sint. 850?

Cod. Vindobonensis 956 (Theol. 320) saec. X.—XI. fol. 105'—106', quem contulit O. Holder-Egger. Edidi Neues Archiv XI, 457—459.

*Suffocatum vocamus animal, quod a lupo seu urso et aliqua bestia strangulatum *f. 105', col. 1. vel laceratum est. Huiuscemodi carne abstinendum dicimus, nec in usum vescendi tale aliquid presumendum. Quod vero a cane captum fuerit, non computamus inter suffocata, quia hominis est venatio, quem canis comitatur, cuius sagaci odoratu et pernici agilitate homo utitur in animalis captione, ipsaque captio non cani, sed homini assignatur. Nam et nos, cum scribimus, scripturam ipsam non calamo, quo litterae caraxantur[3], sed scriptoris manui deputamus. Pari modo de pedicis vel laqueis cęterisque huiuscemodi sentiendum: quę omnia humanum ingenium et artificiosa repperit industria. Universaliter itaque licet concludere: quicquid hominis exercitio, arte vel calliditate capitur, non debere inter suffocata numerari, nec aliquo delicto adstringi eum, qui huiuscemodi cibum cum gratiarum actione *presumpserit. Querunt *f. 105', col. 2.

---

a) dupplicato *corr. ras.* dupl. *C.* b) *In codice fol. 1' secuntur haec manu saec. IX. ex. vel X. in., quae iam edita sunt:* Iste liber, qui quasi ad defensionem fidei contra fidelitatem loquitur et testimonia scripturarum atque catholicorum nomina profert, caute legendus est et in eius lectione apostoli est sequenda sententia, qua dicit: 'Omnia probate, quod bonum est tenete'. Nam compositor eius Prudentius de quibusdam ecclesiasticis dogmatibus non sensit catholice, sicut alia eius scripta demonstrant. *In fol. 2 in marg. infer. ac saepius add. man. fere aequali:* Sichelmus senior dedit sancto Petro apostolo ad Altum villare. 1. Thess. 5, 21.

1) *Cf. Isid. Etymol. I, 3, 8, opp. ed. Arevalus III, 5.* 2) *Cf. Wattenbach, Schriftwesen im Mittelalt. ed. 3 p. 492.* 3) *Cf. de hoc vocabulo Wattenbach, Schriftwesen ed. 3 p. 262.*

850? etiam multi, utrum animal in aqua necatum suffocatum dici debeat, vel si id in escam haberi oporteat. Nam sepe contingit[a] onagrum aut cervum vel aliquod comestibile animal latratu insequentium canum exagitatum minaci se immergere fluvio et in alieno elemento, id est aqua, necari. Nec[b] tamen ideo inter suffocata computatur, quia homo in causa est, et eius est venatio. Nam et piscis cum de aqua extrahitur, in alieno elemento moritur, id est in aere. Nec tamen ideo suffocatum vocatur aut humano esui interdicitur. Non dispar etiam modus in aucupio intelligendus est. Sive etiam columba aut grus vel anser aut quęcumque avis ab accipitre vel capo, id est falcone mansueto, vel qui manum hominis recognoscat, captum evisceratumque fuerit, non est suffocatum dicendum, quia ab homine captum est, cui naturę racionabilitas in capiendis avibus famulatur. Et quicquid[c] laqueo vel retibus vel visco fallente capitur, nomen suffocati excusat et absque crimine comeditur. Sanctificatur enim per fidem et divini *f. 106, col. 1. Tit. 1, 15. nominis sancti*ficationem. Inter haec occurrit memoriae, quod apostolus dicit: 'Omnia 1. Tim. 4, 4. munda mundis'. Et alibi: 'Omnis creatura bona et nihil inmundum eorum quę Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus'. Cum ergo omnia munda mundis esse decernat omnemque creaturam bonam esse diffiniat, patet profecto, nihil per se inmundum atque ideo nihil damnandum[d], nihil reiciendum. Quare ergo sancti apostoli a suffocatis nos prohibent, si omnia munda et bona sunt?

Dicam quod sentio, et si minus auctoratum, non tamen nimis ineptum. In initio[e] nascentis ęcclesiae erant[f] plurimi ex Iudeis, qui crediderant et[g] legem tamen adhuc observare volebant, dicentes circumcisionem et sabbatum cęteraque legis instituta debere ab his, qui ex gentibus crediderant, custodiri, eosque secundum morem ingredi; *f. 106, col. 2. non enim poterant subito quod diu *tenuerant oblivisci, et quem semel inbiberant saporem[1], cito dediscere. Ne ergo tales turbarentur et novitas fidei scandalizaretur, idcirco sancti apostoli iugum legis a gentibus auferre volentes, sublatis maximis, modica quę legis erant ab illis observari permiserunt, precipientes, ut abstinerent a Lev. 17, 15. suffocato, quod utique lex precipit dicens: 'Morticinum et captum a bestia non comedetis'. Nam et apostolus cum de idolothitis loqueretur, hoc est de illis qui idolis 1. Cor. 10, 27. immolantur, ait: 'Si quis infidelium vocat vos ad cenam et vultis ire, omne quod vobis ib. 25. apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam' et[h] alibi: 'Omne quod venit in macello manducantes, nihil interrogantes propter conscientiam'. Quibus verbis omne[i] ostendit, quod ex fide et cum gratiarum actione percipitur, bonum esse et nequaquam reum facere comedentem, exulante dumtaxat concupiscentia et desiderio *f. 106', col. 1. Rom. 13, 14. gulę, quę sola delicti causa est et origo. Unde et apostolus: *'Carnis', inquit, 'curam ne feceritis in desideriis'. Et beatus pater Augustinus[k] ait[2]: Non ego obsonii inmundiciam [timeo][l], sed inmunditiam cupiditatis. Denique Adam, primus parens hominum, in paradiso[m] non carnem, sed pomum vetitum comedens, reprobatus est et in huius 3. Reg. 17, 6. mundi exilio detrusus; Helias vero[n] in deserto carnes comedit, nec tamen Deum offendit, quia necessitate, non concupiscentia fecit. Quantum itaque ad naturam, quę bona est, licet[o] uti his, sed non expedit consuetudine prohibente. Si enim viderem aliquem hęc vel alia comedentem, quę consuetudo respuit, execrarer, refugerem pariterque vescentem et quo vesceretur contaminatum abhominatumque clamarem. Sit

---

10. a) contingin *C.* b) Nec — in aere *in marg. inf. al. man. coaeva C.* c) quicq͞d *C.* d) *multo post inserto* p *mutatum in* dampnandum *C.* e) Initio *alio atram. corr.* In initio *C.* f) erant *alio atram. superscr. C.* g) et *in loco raso alio atram. superscr. C.* h) et alibi — conscientiam *in marg. inf. al. man. C.* i) om͞e *C.* k) Et — Augustinus *in ras. C.* l) *verbum deest in C.* m) paradisū *alio atram. corr.* paradiso *C.* n) vero *superscr. al. atram. C.* o) licet *superscr. al. man. C.*

1) *Cf. Hor. Ep. 1, 2, 69—70:* Quo semel est imbuta recens servabit odorem | testa diu. 2) *Confession. l. X c. 31 § 46, opp. I, 186; ed. Knöll p. 261.*

ergo in nobis scientia, qua noverimus omnia esse bona, sit caritas, qua multorum consuetudini condescendamus usuique cedamus. Haec sane *non ita scribo, quasi meam insolenter velim sententiam defendere, cum potius saniori paratus sim intellectui cedere, et si cui Deus rectius inspiraverit, illi palmam dare, eiusque me cupiam magisterio libentissime subdere. Si enim nihil boni ex bonis habemus, nihil in nostris inventionibus, nisi quod veritas prescribit, amare debemus. 850? *f. 106', col. 2.

Nunc vestram, domine mi desiderantissime et totis diligende precordiis, obsecro maiestatem, ut quia precepto[a] vestro, non ignarus propriȩ[b] mediocritatis, parere studui, consulatis necessitati meȩ, exoneretis[c] verecundiam, detis veniam ignorantiae, faveatis devocioni. Fatebor certe nostram miseriam, nec pudor mihi obstabit. Cotidie nos hostis armis circumtonat, continua rerum nos adterunt dispendia, famis quoque inaudita penuria *per omnem nostram crassatur regionem[1]. His et aliis innumeris pro peccatis nostris adtriti calamitatibus, oramus, ut manum largissimam ad nos usque dignemini extendere. Hoc siquidem meritis vestris condecet et nomini ac gloriae vestrae non parum proficiet, sed et nos in ȩternum et fidelissimos servos et devotos oratores vobis acquiret. *f. 107, col. 1.

11.

Clericus quidam episcopo cuidam de altercatione Michaelis archangeli cum diabolo quam de Moysi corpore habuerunt, exponit; interpretationem Beemmoth et Leviathan secundum patres addit.

Cod. Vindobonensis 956 (Theol. 320) fol. duabus columnis saec. X.—XI. scriptus fol. 94'—99, quem descripsit socius noster O. Holder-Egger. Cf. Denis Codd. mss. theol. bibl. Caes. I, 1031—1054; Tabulae manuscr. in bibl. Palat. Vindob. asservator. I, 162, supra p. 146.

Ed. Initium et finem dedi Neues Archiv XI, 234.

DOMINO SANCTISSIMO ET NIMIUM DESIDERANTISSIMO, APOSTOLICO HONORE DIGNISSIMO, EPISCOPO ILLE[2] HUMILIS DEVOTAS ORATIONES ET FIDELISSIMUM ATQUE AETERNUM SERVITIUM.

Epistola beatitudinis vestrae maximum et gaudium indidit et metum incussit. Gavisus enim sum, quod meam exiguitatem iocundissima salutatione dignam habuistis, extimui vero, quod rem tantam, tantorum eruditissimorum doctorum eloquio absolutam, a me indignissimo requirere voluisti, quasi non éadem apud vos, quae et apud nos quoque repperiantur expositionum volumina, aut a nobis elucubratius aliquid vel possit dici vel debeat, cum profecto *id nobis magnum sit atque sufficiens, si eorum vestigia nobis contigerit posse sectari. Unum certe scio idque animo persuasi meo: vos ad hoc interrogasse, ut doceretis; requisisse, ut veri callis tramitem ignaro previus ipse monstraretis. Quod enim remota subdolȩ adolationis suspicione liceat dicere, non necesse habetis, ut aliquis vos doceat, quia mistica sancti Spiritus eruditio sacro pontificalis unguinis crismate coaptans[a] vos de omnibus cȩlestis benedictionis plenitudine consecratum edocuit et quadam mirabili metamorphosi in virum[b] alterum, immo in apostolicam ierarchiam transfusum[c], in Domini potentias, sapientiȩ videlicet scientiȩque thesauros, introduxit atque ipsius divinitatis conscium reddidit. Aperi igitur, *f. 94', col. 2.

a) p̄c:epto, *littera erasa. C.* b) proprie *alio atram. corr.* propriȩ *C.* c) *alio atram. corr. ex* exoneratis *C.*

11. a) cooptans, *post corr.* coaptans *C.* b) ui:rū, *littera erasa C.* c) tranfusū *C.*

1) *Cf. Ruodolfi ann. Fuld. a. 850, ed. Kurze p. 40:* Eodem anno gravissima fames Germaniae populos oppressit, maxime circa Rhenum habitantes. 2) *De auctore huius epistolae nihil certi enucleari potest. Denis (l. l. col. 1037) sine iusta causa ab Hrabano eam compositam esse coniecit.*

cf. Ps. 80,11. pater sanctissime, aperi os meum et precisas fauces atque aridum longę sitis calore
palatum divini fontis haustibus[a] irrigato. O si daretur mihi, ut vobiscum essem,
*f. 95, col. 1. presens presentem *cernerem, ad pedes sederem, fruerer aspectibus, oblectarer eloquiis,
vicibus liceret 'audire notas et reddere voces'[1]. Interim obsecro, spectabilis et Deo
amabilis pater, ut famuli vestri memoriam habere dignemini, quia ego semper vestri
memor optime ero, dum memor mihi ipsi fuero.

Placuit interim vobis rogare, quid sentirem super altercatione Michaelis archan-
geli cum diabolo de Moysi corpore, quod in epistola Iudę apostoli legitur, quid etiam
Iob 40,10. intelligerem de eo, quod respondens Dominus ad Iob[b] de turbine dixit[c]: 'Ecce Beem-
moth[d] quem feci, tecum foenum sicut bos comedet'. Post quę etiam nonnulla
Iob 40,20. sequuntur[e]: 'An extrahere poteris hamo Leviathan?' quę singula verecunda sub
serviente obedientia et obediente verecundia doctorum sensui inherendo, quantum
potero, breviter intimabo.

Quęritur, quo in loco scriptum repperiatur, quod in Iudę apostoli epistola legi-
v. 9. *f. 95, col. 2. tur, 'cum Michahel archangelus *cum diabolo disputans altercaretur de Moysi[f] corpore'
Apoc. 12,7. et reliqua[g]. Quidam in Apocalipsin[h] hoc scriptum somniant[i] dicuntque in monte
Deut. 32,49. Abirim[k], id est transituum, in quo Moyses iubente Domino mortuus est, hunc angeli
cum zabulo factum esse conflictum. Quibus obici potest, cum de corpore et non de
anima Moysi altercati fuisse dicantur. Nam quę ratio altercandi de corpore, quod
ib. 34,6. mortuum[l] a Domino sepultum legitur. Aptius ergo de anima hoc certamen inter
duos angelos, amatorem animę, alterum osorem, peractum diceretur, quę post depo-
situm corpus vivit et suo merito vel ęterno dolori submittitur vel perenni gaudio
mancipatur.

Ergo[m] corpus Moysi intelligamus plebem Israheliticam appellari, cuius melior et
egregia portio isdem extitit Moyses, quique non incongrue[n] anima huius corporis dici
posse videatur. Sicut enim anima vivificando ac movendo[o] regendoque corpori est
*f. 95', col. 1. attributa, ita ille barbarę *gentis mores frenabat legibus, monitis et doctrina com-
ponebat. Cum ergo pro suis sceleribus captivi tenerentur in Babilone, essetque iam
LXX^mus annus, quando Deus de captivitate eos se promiserat educturum, Michahel,
Dan. 10, 13. 21. qui proprie Ebreorum populo prefuisse asseritur, sicut Gabriel cęteris gentibus — unde
salvationis earum[p] ac venientis in homine Dei internuntius et preparator atque, ut ita
dicam, metator extitit — Michahel ergo suplicabat Deo sancti Danihelis et reliquorum
illius temporis sanctorum. Illi vero orationes offerebant pro Iudeorum liberatione et
captivitatis absolutione. Sed diabolus, adhuc sub gentium et idolatrarum dominio
retinere eos volens, resistebat sancto angelo, apponens quod in captivitate nequaquam
sceleribus finem posuissent, qui etiam nova quędam malis veteribus addidissent. Cum
ergo propter hoc altercarentur, angelus, qui pro populo Dei stabat, non est ausus
Iud. v. 9. *f. 95', col. 2. iudicium inferre, sed dixit: 'Inperet[q] tibi Dominus'. Quod ergo de populo *Dei factum
sciebat apostolus, recte de corpore Moysi asseverat impletum. Tale et in Zacharia
Zach. 3,1. 2. propheta legimus, ubi dicitur: 'Ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum

---

a) austibus *post corr.* haustibus *C.* b) d iob *in loco raso alio atram., sed manu scribae C.* c) *ad marg. alia man.* quęstio *C.* d) beēmoth *C.* e) *ad marg. al. man.* quęstio *C.* f) moyse *(?) multo post corr.* moysi *C.* g) rł *C.* h) apocalinsin *alia manu corr.* apocalipsin *C.* i) sommouit *corr.* sommauit *(sic), et alia manu superscr.* somniant *C.* k) abirim *corr. in* abarim *C.* l) qđ: mortuū, *littera erasa, man. rec. corr.* qđ emortuum *C.* m) Sol[utio] quest[ionis] divinę *ad marg. al. man. C.* n) ingrue *alia manu corr.* incongrue *C.* o) v *alio atram. in loco raso, corr. ex* moriendo *C.* p) carum *C.* q) inpret, p *post in loco raso C.*

1) *Aen. VI, 689.*

stantem coram angelo Domini, et satan[a] stabat a[b] dextris eius[c], velut adversaretur ei. Et dixit ad satan: Increpet in te Dominus, satan, qui elegit Hierusalem'. Nam et hic angelus non infert iudicium vel blasphemiam diabolo[d], qui sacerdoti summo pro liberatione populi[e] oranti resistebat, sed Domino honorem et iudiciariam relinquens potestatem ait: 'Increpet in te Dominus, satan'. (Zach. 3, 2.) Sane si volumus scire, cur hoc in media positum sit ratione, quod nec precedentibus nec sequentibus aperte videtur coherere[f], recurramus ad superiora, ubi dicitur: 'similiter et hi, qui carnem maculant, (Iud. v. 8.) dominationem autem spernunt, maiestatem blasphemant'. Sed peribunt, sicut populus[g] in heremo incredulus, Sodomitę[h], qui carnis se sordibus[i] *(f. 96, col. 1.) contaminaverunt[k], sicut[l] angeli, qui dominationem sui creatoris spreverant, sicut populus[m] in heremo incredulus[n] post tanta signa Dei maiestatem[o] blasphemabat. Monemur ergo hac sententia omnimodis cavere blasphemiam, quia si ille summus Dei nuntius et cęlestis milicię princeps cum diabolo altercans, quamvis iusticia sibi favente, noluit contra adversarium iaculum maledictionis vel blasphemię intorquere, sed divinę honorem[p] tribuit potestati, multo magis hominibus ab omni contumelioso et blasphemo sermone parcendum sit, precipueque invigilandum, ne divinam maiestatem indisciplinato aut indigno aliquo verbo offendant[q].

Quod scriptum est in Iob, quia respondens Dominus de turbine, hoc est gravissima et metuenda increpacione, dixit: 'Ecce Beemmoth quem feci, tecum fęnum sicut bos (Iob 40, 10.) comedet', *(f. 96, col. 2.) iuxta Philippum[1] ecclesiasticum commentatorem hunc habet sensum ad litteram: Beemmoth[r] feram et indomitam bestiam, quam ego mea potentia creavi, tecum, id est apud te, fenum sicut bovem comedere faciam, ut per hoc aperte intelligas omnem superbum et arrogantem me eadem potentia posse humiliare. Mistice vero Beemmoth apud Iob non carnes, quę numquam[s] sine alterius damno[t] et interitu comeduntur, sed foenum comedit, quia non ei in ipsum Iob, ut volebat, sed in facultatem et in carnem potestas permissa est, dicente Domino: 'Ecce omnia eius[u] habes (Iob 2, 6.) in potestate, verumtamen animam[v] eius salva'. Substantia namque exterior et ipsa caro ad preciosa mentis eius comparata quasi foenum sunt. Vilia enim et temporalia diabolus in potestatem accipiens quasi foenum comedebat. Nam divitias et ornamenta animi, vim scilicet *(f. 96', col. 1.) rationis et intellectus, abripere non potuit, quibus si eum spoliare potuisset, in baratrum blasphemię antiquus hostis illum precipitaret. Hęc secundum Philippum. Secundum[w] beatum Gregorium[2] ita: 'Beemmoth nomine hostis antiquus[x] designatur. Beem enim animal interpretatur, quia apostata ille angelus animaliter viventium, hoc est terrena tantum quęrentium, conversacione[y] pascitur eosque, dum temporalibus et transitoriis inhiant, numquam[z] cor ad ęterna et mansura levare permittit. Quęri autem potest, quid sit quod dicitur: 'quem fęci tecum', cum angelus[a] (Iob 40, 10.) et homo non simul creati legantur. Angeli enim in principio cum cęlo et terra conditi esse creduntur, sicut in Genesi scriptum est: 'In principio creavit Deus cęlum et (Gen. 1, 1.)

a) satanan, an *eraso corr.* satan *C.* b) addextris *C.* c) : : : ei⁹, *tribus fere litteris erasis C.* d) diabol: *corr. eadem manu* diabol° *et* q *in* qui *e corr. C.* e) pli *C.* f) coherrere, *primum* r *erasum C.* g) pls *C.* h) in credulusodomitę *C.* i) sortibus *post corr.* sordibus *C.* k) attaminaverunt *radendo et alio atram. corr.* contamin. *C.* l) *secuntur tres fere litterae erasae.* m) pls *C.* n) *alia manu superscr.* f[ortasse?] q (qui) *C.* o) -atē *in loco raso C.* p) honorim *corr.* honorem *C.* q) *alia manu add.* Sol[utio] quest[ionis] *C.* r) Bemmoth *C.* s) nūq *(?) post alio atram. corr.* nūqā *C.* t) *multo post corruptum in* dampno *C.* u) us *alio atram. in loco raso.* v) anima *C.* w) *post. manu in marg.:* Sol[utio] super eodem secunda *C.* x) antiquis *post corr.* antiquus *C.* y) conversione *post. manu corr.* conversacione *C.* z) nūq *C.* a) u *alio atram. in loco raso.*

1) *Exposit. in Iob c. 9 (Hieronymi opp. ed. Vallarsius XI, 709; Bedae opp. ed. Colon. IV, 621), sed verba non congruunt.* 2) *Moralia in Iob L. XXXII c. 12 § 16, opp. I, 1055, ubi verba non congruunt.*

*f. 96', col. 2. terram'. Mox ergo creatum cęlum impletum est angelicis spiritibus, *de quibus alibi Iob 38, 7. in hoc ipso libro dixit: 'Cum me laudarent simul astra matutina et iubilarent omnes ib. 40, 14. filii Dei'.

De ipso quoque apostata angelo sub specie ipsius Beemmoth dicitur: 'Ipse est principium viarum Dei'. Principium[1] quippe viarum Dei, id est actionum, esse dicitur, quia hunc conditor in rerum natura primum creando finxit eumque reliquis angelis eminentiorem fecit. Itaque angeli, ut dictum est, in principio creati sunt. Homo vero VI. die post omnia opera Dei perfectus est. Quare ergo Beemmoth cum Iob factus esse dicitur[2]: forte ideo, quia Deus cuncta simul creavit in genere, quia post distincte Eccli. 18, 1. per species et formas produxit. Scriptum est enim: 'qui vivit in ęternum, creavit omnia simul'. Simul namque, ut dictum est, per substanciam, non autem simul per Gen. 2, 2. *f. 97, col. 1. formam. Denique septem[a] dierum distinctione Moyses describit creata *omnia. Cum tamen simul creata sunt omnia, quia[3] rerum substantia simul extitit per essentiam materię, sed non simul apparuit per speciem formę. Sed si ita est, etiam cum omni creatura, non cum solo homine Beemmoth creatus est. Quare ergo specialiter cum homine factus esse dicitur? sed sciendum, quia duas rationales creaturas Deus ad se[b] contemplandum condidit et conlaudandum, angelicam videlicet et humanam. Recte[4] ergo simul Beemmoth[c] et Iob, id est angelus et homo, creati esse dicuntur, quia ambo rationis et intellectus capaces facti sunt, simul creati non unitate vel temporis, vel[d] corporis, sed iure rationis, simul per acceptam imaginem sapientiae, non[b] simul per substantiam formę. Latenter igitur ammonetur Iob, immo in Iob omnis homo, ut superbiam caveat, cum secum angelum factum cognoscit, ut, dum eum, qui sibi[e] in ratione est similis *f. 97, col. 2. creatus, perisse considerat, *sibi vicinum superbię casum ex ipsa propinqui sui perditione pertimescat.

Iam vero quod[f] Beemmoth iste quem victum exigat, qua membrorum positione subsistat, ubi requies eius sit, ubi pascua, latiore consequenter descriptione prosequi- Iob 40, 10. tur inquiens: 'Fenum sicut bos comedet'[5]. Per fenum sive paleas in sacro eloquio Isai. 40, 6. carnalium signatur vita, propheta dicente: 'Omnis[g] caro fenum'. Behemmoth[6] igitur fęnum sicut bos comedit, quia refuga angelus carnaliter viventium studiis oblectatur. Sed cum non soli boves, sed etiam equi feni pabulo vescantur, cur Behemmoth sicut bos, non autem ut equus fenum dicitur comedere? Hęc autem questio[h] facile solvitur, si, utriusque animalis quę nutrimenti distantia sit, perpendatur. Ferunt[i] enim equos fęnum quodlibet sordidum comedere, aquam vero non nisi mundum potare. At econtra *f. 97', col. 1. boves aquam sordidam bibere, feno *autem non nisi mundo vesci. Beemmoth ergo[7] foenum non sicut equus, sed sicut bos comedit, quia spiritualium mundam vitam dente Habac. 1, 16. pravę suggestionis conterere querit. Unde scriptum est: 'esca eius electa'. Minus enim curat de illis, quos sordidis actibus voluntarie implicari conspicit, eosque quasi sordidum foenum despiciens, contra sanctos omni se arte calliditatis ingerit, omnibus viribus se ad eorum devorationem exercet. Palma enim, ut dicitur, viciosorum est honesta corrumpere. Sed ecce, dum Behemmoth foenum comedere dicitur, et esca eius electa esse perhibetur, [quęrendum[k]], qua ratione utrumque stare valeat[8]. Sed sunt multi, qui in oculis Dei foenum sunt, sed apud homines sanctitatis nomine electi habentur. Eccl. 8, 10. De quibus per Salomonem dicitur: 'Vidi impios sepultos, qui cum[l] adviverent, in loco sancto *f. 97', col. 2. 1. Reg. 9, 2. erant, et laudabantur in civitate *quasi iustorum operum'. De Saule quoque dicitur: 'Electus

a) sex *Greg.* b) *in loco raso alio atram. scr.* c) Beemmoh *C.* d) *alio atram. superscr.* e) qui : sibi *littera erasa C.* f) qđ *C.* g) Omnes *C.* h) quęst[io] Sol[utio] *post. manu in marg.* i) Ferenim *(?) alio atram. corr.* Fertenim *C.* k) *alia post. manu superscr.* l) *alia post. manu superscr.* .i. (id est) quamdiu *C.*

1) *Cf. Greg. Mor. in Iob L. XXXII, c. 23 § 47, opp. I, 1071.* 2) *Ibid. c. 12 § 16, opp. I, 1055.* 3) *Ibid. § 17, opp. I, 1056.* 4) *Ibid. c. 12 § 17 col. 1056.* 5) *Ibid. c. 13 § 18 l. l.* 6) *Ibid. l. l. col. 1057.* 7) *Ibid. § 18.* 8) *Ibid. c. 13 § 19, opp. I, 1057.*

et bonus', qui tamen post paululum reprobatur, quia quem populus peccans meruit, et apud Deum reprobus extitit, et tamen causarum ordine 'bonus et electus fuit'. Behemmoth ergo et foenum comedere et escam electam habere dicitur, quia illorum simulatis virtutibus gaudet, qui hominum ęstimatione sancti sunt[a], sed foenum in oculis interni iudicis existunt.

Enumeratis virtutibus et magnitudine[b] huius tam potentissimi hostis, ne quis se eum vel vincere vel evadere posse[c], post aliquanto subdidit: 'qui fecit eum, ampliavit Iob 40, 14. gladium eius'[1]. Gladius Behemmoth ipsa nocendi malicia est. Deus ergo, qui eum per naturam bonum creavit, ipse gladium eius applicavit, quia eius maliciam restringit, ne tantum nocere prevaleat quantum vult. Ex sua ergo voluntate nocendi maliciam *dilatat, sed ex Dei dispensatione reprimitur, qui etiam malis bene uti novit. Hinc apostolus[d]: *f. 98, col. 1. 'Fidelis Deus est, qui non pacietur vos temptari[e] super i. q. p.'[f]. Sive, ut Philippus 1. Cor. 10, 13. dicit[2], applicatur[g] eius gladius, cum pęna, qua alios afficit, in ipsum retorquetur. Quanto enim plures malicię et tormenti sui socios fecerit, tanto gravius pro omnibus et cum omnibus punietur, iuxta quod psalmista de eo dicit sub alia significatione: 'Convertetur dolor eius in capud[h] eius' et cetera. Ps. 7, 17.

Iam vero permutat figuram, et quem Behemmoth, id est animal, nuncupaverat, eundem Leviathan appellat, ibi eum introducens quasi bestiam in terris morantem, hic vero tamquam in mari dominium exercentem. Leviathan[i] autem aiunt esse ad litteram horrificam quandam maris beluam sive draconem immanissimum. Nam et beatus Hieronimus[3] huic opinioni assentire videtur in expositione psalmi, ubi dicitur: 'Draco ib. 103, 26. *iste, quem formasti ad illudendum ei', id est mari, ita dicens: Leviathan ergo, cum *f. 98, col. 2. Mediterranea maria non capiunt molis illius magnitudinem, Indico occeano[k] luctatus omnes angustias liber exultat et ludenti[l] similis huc illucque vagatur. Formatus est hic draco, id est Leviathan, ut luceret ei[m], id est mari. Leviathan additamentum eorum interpretatur[4], quia qui in veritate non stetit, presumptionis modum excedens, Ioh. 8, 44. addidit sibi superbiam et quasi super naturę bonum, quod creatus acceperat, in tumorem morbo elationis excrevit. Sive secundum beatum Gregorium[5] 'Leviathan additamentum[n] eorum interpretatur, id est hominum, quibus culpam primę prevaricationis intulit, quam cottidie usque ad ęternam mortem pessimis suggestionibus extendit. Potest et per yroniam, id est per irrisionem, sic vocatus videri. Nam primis hominibus frau*dulenta *f. 98', col. 1. suggestione divinitatem promisit additurum dicens: 'Eritis sicut dii'. Sed pollicendo Gen. 3, 5. divinitatem abstulit inmortalitatem'. Hunc ergo Leviathan disposuerat Dominus de profundissimo et turbulentissimo populorum mari hamo virtutis suae exthrahere, iuxta quod ipse in evangelio ait: 'Nunc princeps mundi huius eicietur foras'. Hamus autem, Ioh. 12, 31. quo captus est, verbum caro factum est, in hamo[o] quippe esca videtur, ferrum latet[6]. ib. 1, 14. Sic in Christo humanitas visibilis apparebat, quę capi et vorari posset, divinitas autem latebat, quę sui appetitorem caperet et teneret. Linea, per quam hamus[p] iste pependit, series generationis Christi per Matheum evangelistam ab[q] Abraham usque ad Matth. 1, 1-16. virginem deducta Mariam, in cuius summitate Dominus incarnatus quasi hamus[r] ligaretur. Leviathan ergo hamo[s] captus est, quia, ne amplius humanum genus *devoraret, *f. 98', col. 2. passio illum redemptoris tenuit et se mordentem momordit. Notandum vero, quod hic hamo[s] captus dicitur per prophetam. Dominus eidem draconi minatur dicens: 'Ex- Ezech. 32, 3.

---

a) un *in loco raso.* b) magnitudinē *radendo corr.* magnitudine *C.* c) s[cilicet] diffidat *superscr. alia post. manu.* d) aplīs *C.* e) teptari *C.* f) *alia manu post. superscr.:* id quod potestis *C.* g) applic : atur, *littera erasa.* h) *post correctum in* caput *C.* i) Sol[utio] *in marg. post. manu.* k) occace//no *C.* l) ludendi *C.* m) *eadem manu in marg.:* al lucleret *C.* n) it *alia manu in loco raso.* o) amo *(ead. m.?) corr.* hamo *C.* p) amus *corr.* hamus *C.* q) b *alio atram. in loco raso.* r) amus *C.* s) amo *corr.* hamo *C.*

1) *Moralia in Iob L. XXXII c. 24 § 50, opp. I, 1073.* 2) *Expos. in Iob c. 9 (Hieronymi opp. XI, 710, Bedae opp. IV, 622).* 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *De nominib. Hebraic., Hieronymi opp. III, 88.* 5) *Moralia in Iob L. XXXIII c. 9, opp. I, 1086—1087.* 6) *Ibid. c. 7 § 14 col. 1085.*

pandam super té rete meum et extraham te in sagena mea'. Hamum[a] ergo vocat filium Dei incarnatum. Sagenam vero predicationem evangelii, quę figuris et mysteriis veteris testamenti multisque testimoniis quasi quibusdam nodis solidissime roborata, ab ortu solis usque ad occasum expansa, totum orbem traxit ad Christum et Leviathan captum in genere humano dominari ulterius non permisit.

Haec de his, quę placuit vobis requirere, secutus[b] doctores scribere presumpsi[c], malens periclitari meam ignorantiam quam debitam vobis oboedientiam, certus, quod libenter meam sufferetis insipientiam[d]. Quę si vobis placent, gaudeo, et veritati *f. 99, col. 1. gratias ago, quam vos in talibus *diligere non ignoro. Si vero in aliquo displicent, obsecro, ut corrigendo instruatis inscium, non spernendo absterreatis devotum.

---

a) Amum *corr.* hAmum *C.* b) secutos *C.* c) *post corr.* p̄sumsi *C.* d) ins^{i}pientiā *C.*

ADDENDA ET CORRIGENDA HUIUS TOMI.

P. 19 v. 30—41. Verba haec: Quanto debemus—distincte efficiuntur *typis minoribus exprimenda erant; cf. p. 46 v. 17. 18.*

P. 28 v. 24 sq. Eadem verba laudantur ex Severiani Gabalonensis homilia de serpente c. 2 in opp. Ioh. Chrysostomi, ed. Montfaucon VI, 513, ut A. Werminghoff me docuit; cf. Acta syn. Paris. a. 825. c. 15.

P. 31 n. 7. Cf. Athanasii quaestiones ad Antiochum qu. 39, opp. ed. Bened. II, 277.

P. 68 v. 3. Ad verbum percipietis *addas: Cf. similia verba infra p. 87 v. 15—18.*

P. 126. Epistolam 33. Fr. Kurze in libro suo 'Einhard' Berolini 1899 p. 76 n. 1 auctumno a. 833. addicendam esse censet.

P. 127. Epistolam 35, si ad Fridugisum abbatem, quondam cancellarium, missa est, ante d. Aug. 13. a. 834. scriptam esse oportet; cf. F. Kurze l. l. p. 78 n. 2.

P. 129. Epistola 39. secundum codicis ordinem, ut K. Zeumer monuit, melius post ep. 1 inserenda est, cum duae illae epistolae inter se cohaerere videantur.

P. 155 v. 31 lege et *pro* ct.

P. 183 v. 37 pro humore *melius* vino *scribendum erat cum Baluzio.*

P. 228 v. 26 lege adpropinquare *pro* adproprinquare.

P. 240 n. 6. Etiam in codice Einsidlensi 110, quo Eclogae de ordine Romano continentur, legitur in pag. 19: Sequentia Amalhere abbas edidit, *cf. G. Meier, Catalog. codicum monast. Einsidl. I, 90.*

P. 241 n. 1 v. 5 lege p. 1015 pro 1198.

n. 9 supple ante c. 21. De ord. antiphonarii.

P. 247 nr. 6. De codice cf. nunc Meier Catalog. codd. Einsidl. I, 134.

P. 248 v. 49 lege p. 347 pro p. 323.

P. 257 v. 30. De codice Augustano cf. nunc Steinmeyer, Ahd. Glossen IV, 377. Amalarii liber officialis extat etiam in codice quondam S. Victoris Mogunt. nunc tabularii regionis Wirceburgensis s. XI., ubi epistola ad Ludowicum Pium data in fol. 3 invenitur. Codicem perlustravit permissu Goebelii archivarii A. de Hirsch-Gereuth.

P. 257 v. 28 adde Bamberg. Ed. III. 10 fol. 1—2 saec. XI., quem contulit P. de Winterfeld, cum titulo Incipit liber oficialis.

V. 33 om. H *34* efficiebar *36* aliquoties *bis* *p. 258 v. 2* cintillas radire pravitatem qua *3* esurire magistri *5* Dein *6* corrigentur *9* scientia aeque *10* vestra vest. *16* Praesumsi *17* scimus *19* quid recte *20* afirmare *23* capere *25* dixerit *om.* ut *28* nomen timentibus *31* utilis *32* ut *pro* ne *33* meis verbis sancta *34* eorum *om.* † *p. 259 v. 2* Salemoni *4* Potest.—conservet *om.*

P. 259 v. 16. De codice Einsidlensi 110 cf. nunc Meier, Catal. codd. mon. Einsidl. I, 90—91. Adde etiam Bamberg. Ed. III. 10 fol. 125' saec. XI., quem contulit P. de Winterfeld.

18 om. XLIIII IH̄U Christi *21 om.* Scribunt *22 om.* autem nobis *23* adsit *24* promtuario *p. 260 v. 2* promisso *3* legunt *4* oportet sive sunt *6 om.* XLV Ieremie *9* litera

P. 287 n. 2. Aldricus, Senonensis archiepiscopus, non anno 841, sed iam anno 836. obiit, cf. Vitam eius c. 19 ap. Mabillon, Acta SS. IV, 1, 573, Poet. Carol. II, 596 v. 638, ubi idem error de anno.

P. 295 v. 5 nunc *pro* non *legendum esse videtur.*

P. 300 n. 2. Et hic et in tomo epistolarum quarto neglexi inconsiderate epistolam mutilam ignoti cuiusdam episcopi gravem, ad Carolum imperatorem de eodem argumento datam, quam Baluzius ex schedis Iac. Sirmondi edidit, Capitul. reg. Francor. II, col. 1402—1403.

P. 324 v. 18 lege hos *pro* hoc.

P. 338 v. 17. Cf. Rihcolfi epistolam ad Eginonem datam (Capit. reg. Francor. I, 249): abstineant se a carne et vino et a cervisa milschida et medo.

P. 343 n. 1. Vocabulum perlata *(i. e. valde lata) ex codice, Traubio me monente, retinendum erat.*

P. 347 v. 33 lege 9636 pro 9936. Hanc epistolam edidit iterum a. 1887. Carolus de Smedt, Acta SS. Bollandi Nov. I, 806 ex codicibus nostris B et P, Namurcensi 15 s. XIII., Parisino 9740 f. 78 s. XII.

P. 363 v. 7. Hanc epistolam edidit etiam Delalande, Concil. Gall. Suppl. 146—149, qui eam ex Nicolai Camuzatii promptuario repetivit.

P. 368 v. 30. Hanc epistolam repetivit Delalande l. l. 152—158 ex Sirmondo.

P. 385 n. 3. Haec epistola extat etiam in codice Andegavensi (quondam S. Albini) 58 s. XI. cf. Catal. des mscrs. des départ. XXXI, 208.

P. 387 nr. 4 extat in codice Einsidlensi 319 p. 157 s. X., cf. Neues Archiv XIII, 308.

P. 404 v. 21 cf. Hrabani versus ad Ludowicum, Poet. aevi Carol. II, 164. III, 23: Invenies illic divinae famina legis.

P. 420 nr. 17a. Haec epistola extat etiam in cod. Andegavensi 293 f. 79 s. XI., cf. Catal. des départem. XXXI, 288.

P. 424 v. 10. Cf. de codice Einsidlensi nunc G. Meier Catalog. I, 146.

P. 428 n. 3. Cf. de Hrabano tunc apud imperatorem commorante M. Tangl in Mitteil. des Institut. für Oesterr. Geschichtsforsch. XX, 239.

P. 431 v. 42. Cf. Neues Archiv XXIII, 630 et supple cum Hampio Herbipolensis *id est Wolframus episcopus Wirceburgensis 1322—1333.*

P. 445 v. 3 et 448 v. 10. Utraque epistola extat etiam in codice S. Petri Salisburgensi IX, 32 s. X. ex., de quo cf. Phillips in Sitzungsber. der phil. hist. Cl. der Wiener Akademie XLIV, 462.

P. 460 v. 26—35: non fuerint tamen creatores draconum — rebus inseruit *typis minoribus exprimenda erant, cf. Augustin. Quaestion. in Heptateuchum (Exodum) II c. 21, opp. III, 427, unde sumpta sunt.*

P. 467 v. 27 lege fuisse *pro* fnisse.

P. 471 v. 30 in fine lege verbi *pro* verb.

P. 506 v. 26. Hrabani caenam Cypriani iam ante Hagenum in libris rarissimis Basileae a. 1557. atque Erfordiae a. 1596. editam esse F. Falk nuper demonstravit, cf. Katholik a. 1899. I, 575—576.

P. 509. Hanc epistolam iterum ex codice Mettensi descripsit A. Werminghoff, secundum quem v. 32 legas: a) Rhabamus *M. v. 34 deleas lectionem i) v. 35 r) addas* hortationi *M. v. 36 v) addas* prophetam *M.*

P. 513 v. 16. Totum hoc caput in cod. S. Petri Salisburgensi erasum est, cf. Phillips l. l. p. 462.

P. 515 v. 38. Adde codicem Einsidlensem 184 s. X. p. 1, cf. Meier Catalog. I, 145.

P. 516 v. 20. Adde codicem Einsidlensem 184 s. X. p. 276, ibidem p. 146.

P. 518 v. 8. Corrige imperatorem *pro* mperatorem, *v. 9* faciant *pro* ifaciant.

P. 519 v. 24. Cf. Tangl in Mitteil. des Inst. für Oesterr. Geschichtsforsch. XX, 263 n. 5.

P. 528 v. 23. Cf. quae de hac Hrabani epistola acute exposuit M. Tangl in Mitteil. des Inst. für Oesterr. Geschichtsforsch. XX, 235. 249.

P. 549 v. 25 scribe Benoni *pro* benoni.

P. 554 v. 22 lege productis *pro* pruductis.

P. 564 v. 10 sqq. cf. eundem locum supra p. 52 v. 1—25.

P. 571 v. 29—40. Totum hunc locum ex Claudiani Mamerti de statu animae epilogo (Opp. ed. Engelbrecht p. 196—197) sumptum typis minoribus exprimi oportere monuit P. de Winterfeld. Unde v. 35 pro Sanctus *legendum est* Spiritus (Sp̄s *pro* Sc̄s).

P. 590—591. Robertus Parisot (Le royaume de Lorraine p. 737—739) de pallio quotidiano a Leone IV papa Hincmaro concesso dubitat, cum Hincmarus ipse prorsus de eo sileat, ideoque hanc Leonis epistolam fictam esse coniecit.

P. 597 v. 23 lege episcopum *pro* episcopus.

P. 604—605 nr. 36. 37. De his quoque duabus epistolis dubitavit Parisot l. l. p. 739—741 num genuinae sint, cum, ut Lotharius et Carolus cum familiis suis ab Hincmaro excommunicarentur, fieri potuisse negaret. Neque ego id revera factum esse crediderim, sed Hincmarus fortasse, Falcarici fautoribus se eos excommunicaturum esse minatus, eis, qui de his rebus papae rettulerunt, exaggerandi ansam praebuit.

P. 617 v. 1. Extat etiam in codice Einsidlensi 281 s. IX. p. 271—272 (cf. Neues Archiv XIII, 308; Meier Catalog. I, 258) usque ad verba 'doctus quod acce'| *folio quod sequebatur exciso. Haec est huius libri lectionis varietas, quam Meieri comitati debeo: v. 4* 'In nomine Domini' *om. E; v. 5* archiepiscopus *(pro* episcopus*); v. 6* tuae agnitum caritati; nos *pro* nobis; *v. 8* cottidiae; *v. 9* penitentialem; *v. 10* cum divid.; *v. 11* quoniam ita; *v. 13* possit *pro* possint; *v. 15* subvenire vel sublevare; *v. 16* karisime; *v. 19* inpositum; *v. 20* adherit; *v. 22* turbam

P. 619 v. 47 pro 'Hor.' lege 'Verg.'

P. 635 n. 1. De anno dubitari potest, cf. Ann. Fuld. 868 (ed. Kurze p. 67): Hanc plagam fames etiam magna cum ingenti pernicie humani generis per totam Germaniam et Galliam secuta est; *873 (p. 79):* Eodem anno facta est fames valida per universam Italiam atque Germaniam et multi inedia consumpti sunt; *874 (p. 83):* Hoc anno fame et pestilentia per universam Galliam et Germaniam grassantibus pene tercia pars humani generis consumpta est.

ADDENDA AD EPISTOLARUM TOMUM IV.

P. 2 n. 6. Haec aenigmata multo vetustiora Alcvino esse demonstravi in annalibus nostris, Neues Archiv XXIV, 762: ab Hieronymo, lib. contra Rufinum (Opp. ed. Vallarsius II, 566) Aristoteli adscribuntur. De codice Escorialensi s. XIII.—XIV. S. II 3 cf. Hartel Wiener Sitzungsber. der phil. hist. Cl. CXII, 236.

P. 7 ordo codicum T et T in comparandis numeris nostrae editionis ex parte turbatus est et hac ratione restituendus: 69. 70 = 137. 71 = 138. 72 = 94. 73 = 95. 74 = 77. 75 = 55. 76 = 5. 77 = 63. 78 = 168. 79 = 90. 80 = 91. 81 = 139. 82 = 60. 83 = 92. 84 = 93. 85 = 87. 86 = 141. 87 = 47. 88 = 48. 89 = 62. 90 = 118. 91 = 119. 92 = 97. 93 = 25. 94 = 98. 95 = 96. 96 = 204. 97 = 41. 128 (H 2) delendum est.*

P. 228. Cum editione nostra ep. 144 contulit P. de Winterfeld codicem Lugdunensem Batavorum optimae notae Vossianum latinum in 4^0 *69 saec. IX. in. fol. 46′—47′, de quo cfr. Steinmeyer Ahd. Glossen IV, 481—484.*

V. 11 Carolus—Romanorum *om. L.* *12* albino *corr. ex* abbino *14* providentiae vestrae *15* progenie *17* quur *18* nec non (ec *in ras.*) et quinquagesima (*corr. ex* -ema) *22 om.* infra dies a vobis *24* hartis *27 post* quic- *ras.* sentit serenitas nostra *om.* sermone negavimus *corr. in* negamus *28* consideratione quur *28* vero no- *in ras.* aebdomadas *30* familiaritati *corr. ex* -te *32* decimas dierum dantes corpori sui *33* XXXIII *35* eclesiae *(passim)* *p. 229 v. 1* crecente

principem *corr. ex* pricc. 2 Romana *ex* Ram. claruit *ex* cluruit 4 quinquagens. n *eras.* 6 iuxta *in ras.* 7 numerum *in ras.* 8 tenonorem 9 addere *ex* adeere iuxta 10 decagesimam 11 conser- *in ras.* 13 Qua 15 et *pro* vel 16 sensus *ex* su- 17 ut et decimas 18 afferre imitari *ex* -re 19 quiquagisima 20 pascha h *ex* a *corr.* 21 dies dominicos non licet ieiunium 23 quadragerum | numerum 24 quos | in refectione *in marg.* resurrecti- *post del.* dōminicam 25 ut et 28 et *pro* vel sexag. e *corr. ex* a 31 reman- *in fine fol. 46* 31 vir i *ex* e 33 cathedram *p. 230 v. 1* in *om.* quis quur 2 prim tradente *add. man. 2.* salvatur replicari 3 Quintam arbitrati sumus ti su *in ras.* 4 solutam ipso 5 primo orig. 6 dispulis pariter eis multa *corr. ex* -tu myst. *ex* mist. nōr *pro* noster 9 dispolis poenetravit 11 dictis *in ras.* pa patrum *primo* pa *del.* 12 denique 13 nec *pro* necnon 14 possent 15 -qua quod 16 XXX et VI 17 *om.* dies 19 sabatizent 20 ieiu- niunium precipuae vesperiscente 21 honorificae 22 preiudicamus salve finit *L.* De hoc—delectemur *om.*

Hae litterae extant etiam in codice Einsidlensi 168 p. 130—134 s. X., cf. Neues Archiv XIII, 307.

P. 268 nr. 166. Codicem quondam S. Mariae Remensem saec. IX., ex quo Quercetanus has aliasque litteras primum edidit, repperit denuo in bibliotheca municipali Remensi, ubi nunc numero 385. signatur, socius noster A. Werminghoff eumque cum editis contulit. Ep. 166 extat ibidem fol. 95′—101 cum lemmate: Epistola Alchvini.

V. 15 om. in caritate *passim* c 20 *om.* sit 22 orationis praecibus 24 vestrae 36 catholicę circumdari *p. 269 v. 5* sempiternę 8 tuę 11 relegiosae vitae precipuo 16 adsumsisse *p. 270 v. 4* cognoscet et probat 5 manifestatio quomodo 12 manifestus 31 quędam precursoria *p. 271 v. 2* sepius vitę 3 instintus 4 dep̄ācari 8 specie 10 firmam 12 praece 19 effunderis 29 Felici 32 coniuge 34 unum peccatorem pęnitentiam agentem 35 predicatorem 37 putavi *corr. ex* potuvi 39 catholicę niteris 43 preclarę *p. 272 v. 11. 12* secula 17 sicut 21 predicandum 23—24 consubstantialem 25 personę 26 *om.* in 34 diregere 35 Hispanię 36 coniunctione qualicumque 39 sepiusque 42 prediximus 43 preter 44 predicatoris predicatione 45 predic. 46 predicationem *p. 273 v. 1* apostolicę 3. 5 pred. 6 prędicat 8 quęritis 9 presumptione 10 predic. 12 presumit 15 glorie 18 pres. 25 humane 36 genetrix 39 carissimi et clarissime *p. 274 v. 3* completę 5 Hispanię 10 Isorus id *superscr.* 16 sepius orthodoxę 21 epistolę 27 ętemal. 28 salvatori

P. 300 nr. 182. Hanc epistolam contulit A. Werminghoff in eodem codice Remensi 385 fol. 101—108′. Lemma: Epistola Elipanti ad Albinum.

P. 301 v. 2 fetidissimi Austrię 3 Agustini Hieronimi 6 recte devia nitore 11 premium 14 inaedie 15 constitutę 19 inmunditia 24 levita 26 Nicolao 27 levita 30 aetate *p. 302 v. 5* oboedire 7 spaciosa 13 Abrahę 22 adponere 23 connect. 29 patri 31 preter 34 Dominum (*pro* Domi um) 37 predictis 38 Agustini *p. 303 v. 1* umectibus 4 Gothorum sed Libiam 5 tempore dive 6 quocorum 7 ipsud Karolo 17 visceris trahens 22 et quę 23 docmatibus 24 Hieronimus 26 exposito Apocalipsin 27 Agustinus 29 dicit 30 docmatibus 33 preter 35 ecclesiae Hesperie *p. 304 v. 4* quę 7 solus igitur 17 *om.* mi 20 inlapsa 21 conplacuit 22 et cetera 23 conplacuit 24 et intellectus *pro* et virtutis 26 conplacet conpl. 29 ad ipso Dei filio 30 tamquam 35 saecula 42 mortem *ter scriptum est* *p. 305 v. 5* humanę naturę 6 rationi 7 veteri 8 divinae ultioni 9 desuem illum antifrasium exortum 10 absintio 13 caena 14 passione indulgit 15 paschę 17 precessit 19 est vere salutare 19 inpendere 21 presentis 22 adquisitionem 32 exemtos 33 adoptioni hereditati 34 Isidore *corr. in* -ro 39 obcęcati solus 40 criptura 41 consurgit *p. 306 v. 1* cum Domino ad iuditium Agustinus 2 ceteri 3 Agustinus 6 columbę 9 adque 12 adsumpto 13 in omine preter 14 *om.* unum illum qua 17 cum hoo 18 glorię 19 tamquam 21 questionibus 24 natum a Iudeis 25 sępe 26 ignorantię repperi 27 nos Deum Dei 29 inpunitis *corr.* -tus 32 ex parte 40 altare *pro* altera 307, 1 Cybrianum 2 utrumque 7 in te ubi capud et sicut 9 rationi 10 edum 11 *post* matris suae *lacuna duorum versuum et quartae partis versus* 14 predicationem 15 partemque Deus Ysidorus

Nr. 183 sequitur in cod. Remensi 385 fol. 153—154. Lemma: Epistola Elipanti ad Felicem nuper conversum.

V. 23 Felicę 24 presente 28 de mele iunio 29 fratre ᵉmilitane, *legas igitur* fratre Emiliane 30 quattuor quaterniones mihi 31 fetidissimo Roma 32 celitus 33 inmensas 34 cotidiana *p. 308 v. 1* fetidissimam gehennę 2 Austrię exhorto 5 reddi et ortodoxorum 11 sinagogis 12 presides gentibus et cetera. 14 multas scripserunt que 15 heresiarcem 18 in solo humanę

divinę *19* fratri *20* queso querat *21* Iudęis uoxores *22* abitant *23* nobiscum *25* Hieronimi *27* quos reppererat *27* instrite *29* cognoscete *corr. in* -cite *om.* senectute iam decrepita octoagesimo *30* Kal. ag̅ fatimus *32* sacrifitium *34* presentem presbiterum

Sequitur Felicis confessio nr. 199 p. 329 iterum ac plenius edenda inter concilia aevi Karolini

P. 330 nr. 200 in cod. Remensi 385 fol. 109—110′ sine lemmate.

V. 41 caritatis *42* prędicando catholicę *p. 331 v. 1* gracia *3* sanctissimę *5* olim *rad. deletum* *7* solebat *9* celeb. optime divinę *11* coeptum predicationis *12* piissimę predicat. *15* epistulae nimini *16* alicorum *17* epistulae *19* prefatus chartulam *20* societatis *22* exhort. *23* chatolicae *24* religiosę *25* accepisset *32* perfidię. *33* inpatienter *34* seriae *37* vesanię *p. 332 v. 3* abundantissimę *8* fraternę iudicio *11* afferebat *12* intermiscui infestissima *15* forsantius vel prereptum decrepidam *16* presentiam *17* piissimę predicationes *corr. in* -nis urae solacium *19* idem prefatus *20* XX milia seculum *21* sec. sec. *26* preditus *27* predixerat *30* inperitiam idon *ras.* faciam prumtissime *31* adiuverit *32* opt. *33* presenti repper. *34* ecclesias *37* indeficiendi *40* fraterne *p. 333 v. 1* vestrę humilit. *2* ęterna *4* incolomen predicat.

Nr. 201 ex cod. Remensi 355 fol. 151—152.

V. 13 nomine *17* collexi subiacere quattuor librorum *19* cristianę prędicatorem *21* laquęo Hispanici *23* perfidię de Cordua *24* prefatum *26 om.* aperiens *27* aecclesię *29* manifestę *31* catholicę *32* ęcclesię *334 v. 1* sedulla *2* procinctu *3* hęc *4* vestrę *5* vestre *6* conventu piissime carit. vestrę *9* pradicate *10* inperitiae *11* Hispanię *12* occurrat *13* onerosum *18* littere *19* vestrae prodentiae *21* animi *23* subferre prudentem *corr. in* -ter *24* querenda *25* predic. present.

Fol. 152—152′. Mirabile testimonium sancti Agustini in psalmo quinquagesimo quarto.

V. 34 haec *dele 3* *38* que sit *42* adsumsit *48* esse *p. 335 v. 31 post* esset *adde* unusquisque hominis, ita exaltata est humanitas, ut esset *quae a me temere omissa erant. Verba* Sola— hominem *repetit Rem.*

P. 337 nr. 204 inest in cod. Remensi 385 fol. 158—160, sine lemmate.

V. 25 Sepius *26* pacificę *27* psyllabarum *30* firmo *31* dominum *corr. in* deum felicitatem *32* pres. *35* quę *p. 338 v. 2* sine fine *3* qui inter sine fine *7* exaratum *8* pullul. *11* conparat *13* quędam *14* quę nostrae sint *corr. ex* sunt *16* perveniunt *20* noticiam *21* que *22* Iudea Isarel *30* predicet *32* dialecticę cartulę *36* qui modo *pro* quomodo *38* qui in *p. 339 v. 14* in celis *15* introducit *18* dicitur *30* sit nobis *40* cęco *46* item *p. 340 v. 6* perfect.. adoretur *7* terrę mare

Cod. Remensis hoc habet argumentum, quod quadrat in folia eius 95—160, in fol. 108—109: In hoc codice continentur epistola Albini magistri ad Elipantum Toletanum episcopum exhortatoria in catholica fide. Item epistola eiusdem Elipanti ad Albinum responsiones retinens prioris epistole. Item libelli duo eiusdem Albini contra epistolam, quam sibi idem Elipantus direxit, evacans pravas illius adsertiones. Item eiusdem Albini libelli duo de incarnatione Christi et de duabus in eo naturis et de veritate unius personae. Item epistola eiusdem Elipanti ad Felicem episcopum. Item eiusdem Felicis epistola de fide catholica et quomodo conversus fuerit ab errore Hispanię sectae.

P. 464 nr. 305. Codex a Frobenio adhibitus est nunc Parisinus 18108 s XII., cf. Arch. VIII, 298.

P. 508 nr. 11. Codicem huius epistolae saec. X. scriptum quondam S. Petri Gandensis ecclesiae habet bibliotheca Escorialensis O III 31 fol. 2, cf. Hartel Bibl. patr. Hispan., Wiener Sitzungsber. phil. hist. Cl. CXII, 217 (a. 1886).

nr. 12. Imaginem codicis huius dedit nuper L. Hartmann Epistolarum t. II p. XVI.

P. 509—514 nr. 13. Epistolae huius codicem saeculi XII. detexit Kar. Hampe Oxonii in collegio Oriel nr. 42, qui ex parte cum codice T congruens quaedam additamenta alias ignota habet. V. varietatem lectionis eius, Neues Archiv XXII, 663—664.

P. 529—531 nr. 21 extat etiam in codice Einsidlensi 35 p. 262—265 s. XII. 'Gratias agimus—facere non audebant', *ubi in inscriptione legitur* Karolus divina misericordia rex Francorum suis episcopis gratias egit.

INDEX NOMINUM.

SCRIPSIT ADOLFUS DE HIRSCH-GEREUTH.

Maior numerus indicat paginam, minor lineam.

B.

C.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

S.

CORRIGENDA INDICIS NOMINUM.

p. 646 col. 2 post Actus apostolorum *adde* 329, 32.

p. 649 col. 2 S. Bonefacius: *a S. Bonifacio martyre distinguendi sunt* Bonefacius episcopus Ferentinus 22, 11; Bonifacius episcopus, cui S. Augustinus scripsit 261, 34.

p. 651 col. 1 post Cyprus insula *dele* 627, 22.

p. 651 col. 2 post Donatum *supple* Dorachium *(Durazzo)* 18, 31; *v.* Niceforus.

p. 652 col. 1 post Emaus *adde* Emeritanus populus *(Merida)* 115, 30.

p. 655 col. 1 ab Hesychio presbytero distinguendus est alter Hesychius, qui evangelia adulteravit 273, 7.

p. 655 col. 2 S. Hilarius *lege* 174, 34 *pro* 114, 34.

INDEX VERBORUM ET RERUM,

SCRIPSIT E. DÜMMLER.

d.

e.

k.

l.

m.

n.

o.

p.

q.

r.

INDEX INITIORUM.

INDEX PERSONARUM, QUAE EPISTOLAS SCRIPSERUNT.

INDEX PERSONARUM, QUIBUS EPISTOLAE SCRIPTAE SUNT.

ADDENDA *(cf. p. 641).*

p. 195 v. 4 lege cum Baluzio Antichristi *pro* Antichristis.

p. 266 v. 29 — 267 v. 10. Fragmentum quod numero 12 signavi iniuria huc relatum potius tollendum esse D. Morin me docuit (Revue bénédictine XVI, 421 a. 1899). Est enim initium male scriptum libri de septem ordinibus *Pseudo-Hieronymiani a Vallarsio inter opera S. Hieronymi spuria tom. XI col. 114 recepta, ubi textus multo emendatior legitur.*

p. 376 v. 42 lege apostolus *pro* apostolos.

p. 625 v. 19. Extat etiam in codice Rhenaugiensi XLV s. X. (Arch. VII, 182) bibliothecae Turicensis pagi, de quo mihi comiter rettulit V. Cl. Müller bibliothecarius, hoc titulo: Epistola Anglomi ad Liutharium imperatorem (*in allocutione:* Hlutario semper augusto Anglomes). *Praefatio tantum invenitur, cuius textus similis est codicum T.*

In tomo epistolarum IV (cf. supra p. 643) p. 28 n. 6 Verba: 'In eadem—provectus est' *literis obliquis inprimenda erant, cum non ex annalibus Anglosaxonicis, sed ex editione Iaffeana prodeant. Non recte ibidem p. 27 n. 4 et p. 431 n. 2 episcopum Candidae-casae (Whithern) ad provinciam Glascuensem pertinuisse dicitur, quippe quem usque ad saeculum XIII. potius archiepiscopo Eboracensi subiectum fuisse scimus. P. 316 n. 4 Offae synodus hic laudanda erat, quam Stubbs (Councils III, 445) in Chelsea (= Cealchythe) habitam esse coniecit. — Has correctiones Liebermanni benignitati debeo.*

